



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

3 3433 07438273 4

Virgin

NTL

Digitized by Google

(Valper)

NT-2


Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

OPERA OMNIA.

VOL. II.

P. VIRGILII MARONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE HEYNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

EXCURSIBUS HEYNIANIS

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1819.



14027.

NEW YORK
JUN 1885
1885

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER III.

ARGUMENTUM.

PERGIT Æneas enarrare Didoni casus suos, quorum altera pars hoc libro continetur, nempe navigatio. Æneas, incensa Troja, classe viginti navium ad urbem Antandrum clam fabricata, defertur in Thraciam; ubi cum urbem conderet, territus prodigio cæsi a Polymnestore rege Polydori, navigat in insulam Delum, consulturus oraculum Apollinis: a quo monitus ut *antiquam matrem* exquireret, Anchisæ interpretatione Cretam esse insulam ratus, Trojanæ gentis originem, eo contendit, urbemque novam ædificat. At inde peste depulsus, monitus in somnis a Diis Penatibus, Italiam vera esse Trojanorum cunabula, Italiam petit. In itinere actus tempestate in insulas Strophades, infestas habet Harpyias: quarum ex una audit se non prius in Italia fixurum sedes, quam fame coactus fuerit mensas absumere. Hinc delatus ad Actium promontorium, ibi ludos celebrat. Tum in Epirum appulsus, Andromachē reperit, jam Heleni uxorem, et mortuo Pyrrho in Chaonia Epiri parte regnantem. Audit ab Heleno, rege eodem ac vate, sedem sibi a Diis in Italia paratam; eo loco, ubi suam albam inveniret triginta foetus enixam. Admonetur ab eodem, ne in proxima Italiæ

parte considat, Græcorum metu, qui ventis eo disjecti fuerant: tum ne Siculum trajiciat fretum, metu Scyllæ et Charybdis: sed deflexo ad occasum cursu Siciliam circumeat. Igitur relicta Epiro, Tarentum, quæ in vicina Italiæ ora est, et Siciliæ partem Ætnæ monti proximam prætervectus; hinc supplicem recipit Achæmenidem, socium Ulyssis, ab eoque de feritate Cyclopum edoctus, observatis omnibus Heleni præceptis, tandem Drepanum, occidentalem Siciliæ portum, obtinet; ubi moritur Anchises. Atque hinc media æstate solvens Æneas in Italiam, tempestate in Africam ejjicitur. Et hic finis est narrationis.

POSTQUAM res Asiæ Priamique evertere gentem
Immeritam visum Superis, ceciditque superbum
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troja:
Diversa exilia et desertas quærere terras

Postquam placuit Diis destruere potentiam Asiæ, et populum Priami nil tale meritis; et postquam nobile Ilium cecidit, et tota Troja a Neptuno munita fumat a fundamentis: impellimur omnibus Deorum petere exilia remota, et regiones vacuas; et fabri-

1. *Priamique vertere* Medic., sed a m. pr.—2. *Immeritum* Rottend. tert. *arxum* est multi ap. Pier. Heins.—3. *Ilium* sex ap. Burm. *fumat* male Probus acceperat pro *fumavit*. Recte post *occidit* mutatur tempus, *fumat*; quod non uno temporis momento absolvitur.—4. *et diversas q. terras* aliquot veteres Pieriani, et Menag. Voss. pr. Hamburg. alter pro var. lect. Parrhas. Dorvill. Brannk. Hæret Burmannus. Suavior, pnto, esset illa lectio; sed ad fidem criticam probabilior est altera lectio *desertas*, cum codd. auctoritate, inter quos Fragm. Vatic., tum quod ea vix nasci potuit ex altera, in quam facile aliquis incidere poterat. Quod autem *q. desertas terras* putant repugnare *arx opima* 11, 781, et similia; id leve est; possunt enim agri esse deserti et cultoribus vacui, et tamen fertiles haberi, imprimis si cultus accesserit; et terra, in quam novi coloni sunt immigraturi bene deserta et non satis frequentata hominibus dicitur. Sed id plane h. l. non quærendum. Poëta enim hoc unum agit, ut miserationem moveat. Præclare autem post *Ilium superbum*: *deserta terra*; in quibus ipsis sedes novæ erant condendæ.—

NOTÆ

1 *Res Asiæ*] Minoris, cujus magna pars est utraque Phrygia, Major et Minor, Priamo subdita. Æn. i. 385.

2 *Immeritam*] Nam perfidia Laomedontis in Neptunum et Apollinem, et crimen Paridis in Junonem ac Minervam, non debuere tanto populo

creare perniciem. Æn. i. 31. Æn. ii. 610.

3 *Ilium . . . Neptunia Troja*] Per *Ilium*, arx; per *Trojam*, urbs significatur. *Ilium* dicitur a Virgilio tantum neutro genere: ab Horatio, *Ilios* fœmmino: ab Ovidio *Ilion* etiam fœmmino, communi urbium genere.

Auguriis agimur Divum, classemque sub ipsa 5
 Antandro et Phrygiæ molimur montibus Idæ;
 Incerti quo fata ferant, ubi sistere detur;
 Contrahimusque viros. Vix prima inceperat æstas;
 Et pater Anchises dare fatis vela jubebat:
 Littora cum patriæ lacrymans portusque relinquo 10
 Et campos, ubi Troja fuit. Feror exul in altum
 Cum sociis, natoque, Penatibus et magnis Dis.
 Terra procul vastis colitur Mavortia campis,

*camus naves prope ipsam Antandrum et prope montes Idæ Phrygiæ: dubii, quem in locum fata nos mittant, ubi permittatur manere: et colligimus socios. Vix prima æstas inceperat: et jam pater Anchises imperabat nos dirigere vela, quo fata vel-
 lent. Tunc lugens descero littora patriæ, et portus, et arva, ubi Troja sita fuit. Ab eo exul per mare, cum sociis, et nato cum Penatibus, et magnis Diis. Terra Martia spatiosis agris longe habitat, quam Thraces colunt, subjecta olim bellicoso*

5. *classimque* Sprot. *classesque* pr. Rottend. pro var. lect.—6. *et abest* non-
 nullis ap. Heins. et Pier.—7. *ferent* duo Heins.—8. *Ut prima* Hamb. pr.
inceperit Medic. a pr. m.—9. *At p.* duo Burm. *Et pro cum* in Montalb. ex
 interpr. *Ut p.* conj. Heins., sed et exquisite apud poëtas pro *ut cum*; etsi
 nolim præstare, quod Servius ait, velocitatem inesse. *dare ventis vela* duo
 Hamb. pro var. lect. et ed. Ven., quæ sane communis poëtarum ratio, sed
 propter hoc ipsum suspecta; etsi non diffidendum, *fatis*, in quo optimi Codd.
 consentiunt, etiam fragm. Vatic., propter ambiguitatem, sitne tertius an sex-
 tus casus, minus commodum h. l. videri. Est utique casus sextus, *fatis*, fatali
 necessitate: et hanc imprimis Anchises norat et monebat. v. Exc. xvii. sub
 fin. ad lib. ii.—10. *cum* Heins. e Medic. aliisque; vulgo *tum*. Liberior sic
 erat orationis cursus.—*jubebat. Littora tum p.—relinquo. duo dum.—12. gnatoque*

NOTÆ

5 *Auguriis*] Hectoris admonitu, Æn. ii. 295. flamma, quæ verticem Ascanii lambebat, 681. cursu stellæ cadentis, et lævo fulmine, 694. sermone ultimo Creusæ, 781.

6 *Antandro*] *Antandros*, urbs est Phrygiæ Minoris, nunc *S. Dimitri*: ad sinum Adramittenum, et littus Ægei Maris: sub radices Idæ, ubi copia erat arborum ad navalem structuram, et latebrosi sinus procul a conspectu Græcorum. De *Ida* monte, Æn. ii. 801.

7 *Incerti quo fata ferant*] Tamen Creusa monuerat, Æn. ii. 781. in Hesperia ad ripas Tybris sedes esse futuras. Ergo, vel non credidit inani

Delph. et Var. Clas.

Creusæ simulacro; vel illud Creusæ vaticinium ex iis est locis, quos Virgilius emendare debuisset.

8 *Æstas*] Nam Troja sub finem veris capta est, ut diximus Æn. ii. 340. Et in ædificanda viginti navium classe aliquantum sane temporis abiit.

12 *Penatibus et magnis Dis*] Magni sunt, Jupiter, Juno, Mars, &c. communes Dii: *Penates*, domestici, nec nominati, Æn. ii. 717.

13 *Procul*] Thracia tamen a Troade non distinguitur nisi angustissimis faucibus Hellespontii, *les Dardanelles*. Igitur *procul*, non est *longe dissita*; sed quæ *longe lateque colitur*, latissima

Virg.

2 N

Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo ;
 Hospitium antiquum Trojæ, sociique Penates, 15
 Dum fortuna fuit. Feror huc, et littore curvo
 Moenia prima loco, fatis ingressus iniquis ;
 Æneadasque meo nomen de nomine fingo.
 Sacra Dionææ matri Divisque ferebam
 Auspiciibus coëptorum operum ; superoque nitentem 20
 Coelicolum regi mactabam in littore taurum.

Lycurgo: vetus hospitium Trojanorum, et cujus Dii erant conjuncti nostris, dum felices fuimus. Illuc navigo, et in sinuoso littore statuo primos muros, oppressus fatis adversis: et nomen civibus facio, Æneadas, de meo nomine. Offerebam sacrificia matri Veneri, et Diis auctoribus operis inchoati: et immolabam in littore

~~~~~

scribunt multi. cum magnique P. et Dis Menag. pr.—14. erant sec. Moret. et Medic. a m. pr. *Ligurco, Lygurgo, et Ligurgo* passim in codd. scribitur.—16. Cum Leid. un. et in littore Franc. *corvo, curro*, duo Burm.—18. *Æneades* Medic. a m. pr. *gentes de n. Montalb. pro var. lect. v. ad iii Ge. 122. Est taurum*. cunctos tert. Rottend.—19. Ab h. v. nova narratio. Itaque interpunxi.—20. *auspiciis* Wittian. *auspiciisque* Vratisl. *superumque* Parrhas. in

#### NOTÆ

enim est Thracia. *Mavortia* dicta, quia Mars in ea natus est. Ecl. vi. 30. et ix. 12.

14 *Thraces arant*] Relativum quam suppressit more suo: sic Æn. i. 16. 'Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.' Thracia, ampla Europæ regio olim duas in partes divisa, in Thraciam cis Rhodopen, et trans Rhodopen montem. Romania dicta deinde est, cum in eam Constantinus Romanum imperium transtulit. Ejus caput Constantinopolis: termini, a septentrione et occidente Bulgaria; a meridie, mare Egæum; ab oriente, Hellespontus, Propontis, et Pontus Euxinus.

*Lycurgo*] Thraciæ rex fuit, Dryantis filius, qui Baccho infestus ipsum fugere compulit in insulam Naxum, et vites Thracia tota succidi jussit: quas cum ipse succideret, dicitur Dei ultione in furore actus sibi crura amputasse. *Regnata*] Passive dixit: ut Æn. vi. 770. 'regnandam

acceperit Albam.' et Horat. Od. i. 11. 6. 11. 'regnata Laconi Rura Phalanto.'

15 *Sociique Penates*] Nam Polymnestor, Thraciæ rex conjugem habuerat Ilionem, filiam Priami. De Penatibus, Æn. 11. 717.

18 *Æneadas*] Urbem vocat Mela l. 11. 2. *Ænos*: inter ostia Hebri et Chersonesum: confirmatque Plinius, cum ait ad eam urbem esse Polydori tumulum: l. iv. 11. Nunc etiam dicitur *Eno. Dionææ matri, Veneri, filæ Jovis et Diones. Æn. i. 260.*

21 *Taurum*] Dicunt interpretes, ex Atteio, non licuisse immolare Jovi taurum, *vervecem, arietem*: adduntque ideo non acceptum fuisse sacrificium Jovi, secutumque statim esse Polydori prodigium. Malim tamen dicere tunc temporis non ita distinctas fuisse religionum rationes: taurumque etiam Jovi placuisse, ut probat hic multis exemplis Cerdanus.

Forte fuit juxta tumulus, quo cornea summo  
 Virgulta, et densis hastilibus horrida myrtus.  
 Accessi; viridemque ab humo convellere sylvam  
 Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras: 25  
 Horrendum et dictu video mirabile monstrum.  
 Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbor  
 Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,  
 Et terram tabo maculant. Mihi frigidus horror  
 Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis. 30  
 Rursus et alterius lentum convellere vimen  
 Insequor, et causas penitus tentare latentes:  
 Ater et alterius sequitur de cortice sanguis.  
 Multa movens animo, Nymphas venerabar agrestes,  
 Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis: 35

*taurum pinguem summo regi caelestium. Forte tumulus prope erat, quo in summo erant frutices cornei, et myrtus aspera multis hastilibus. Accessi ad tumulum, et conatus abrumpere e terra ramos virides, ut tegerem altaria ramis illis foliosis; video prodigium tremendum et mirabile dictu. Nam quæ arbor primo eruitur e terra fructibus radicibus, ex hac defluunt guttæ nigri sanguinis, et tingunt terram sanie. Frigidus tremor agitatur meum corpus, et sanguis metu gelidus congregatur ad cor. Iterum pergo extirpare virgam flexilem alterius arboris, et explorare causas occultas: et niger sanguis fluit ex alterius cortice. Ego volvens mente plurima, orabam Nymphas sylvestres, et patrem Martem, qui præest campis Thraciæ, ut bene prospera*

\*\*\*\*\*

marginē.—22. *tumulus juxta* Montalb.—24. *avellere* Exc. Burm.—25. *ut abest a sec.* Hamb. *aram* tres Burm.—26. *Vocibus transpositis* Montalb. *H. video et dictu m. m.* quod placet. Pugetianus: *H. dictu video m. m.* Wallian. *H. dictu et video m. m.* Nonius in *Horrendum*: *H. dictu video, m. m.* Macrob. III, 10 *H. dictu et visu m. m.* Sed *dictu mirabile monstrum* jam vidimus lib. II, 680. *miserabile* aliquot Pieriani et Ven. a m. pr. ut alibi.—27. *cum quæ* Sprot. *Namque* ut pr. ed. Mediol. *namque ubi p.* aliquot Pier. *arbor* Burmann. e codd. reposuit, ne sibilus in *arbos* anrem læderet.—28. *hinc atro* aliquot Pier. Franc. et ed. Mediol. *linguntur* multi Pier. et Heins. ut et II Ge. 187.—33. *Alter* codd. plerique Pier. et Heins. etiam edd., solenni lapsu. *Alterque* alterius Zulich. *Rursus et alterius* Hamb. pr. a m. pr. *alter et a.* a m. s.—35. *Gradivumque* Gud. a m. pr. quod præferam. Mirum autem in hac voce primam produci. Brevis est ap. Silium xv, 16. *grandævumque* duo.

# NOTÆ

22 *Tumulus*] Et editiorem locum, et sepulcrum significat. *Cornea*, ex arbore *cornu*, *cornouiller*: de qua Ge. II. 34. De *virgultis*, Ibid. 21. De *Myrto*, Ecl. II. 54. De *sylva*, pro qualibet multitudine, Ge. I. 152.  
 34 *Nymphas agrestes*] *Hamadryadas*. Ecl. II. 46. Cum enim hæ una cum

arboribus vivat et occidant, dubitabat num esset earum sanguis.  
 35 *Gradivum ... Geticis*] *Gradivus* Mars nominatur, a *gradalva*, *vibro*. *Getæ*: populi Daciæ, Thraciæ tamen annumerati ob viciniam. Ge. II. 115.  
 De *Marte*, Ecl. IX. 12.



Rite secundarent visus, omenque levarent.  
 Tertia sed postquam majore hastilia nisu  
 Aggredior; genibusque adversæ obliuctor arenæ:  
 Eloquar, an sileam? gemitus lacrymabilis imo  
 Auditur tumulo, et vox reddita fertur ad aures: 40  
 Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto;  
 Parce pias scelerare manus. Non me tibi Troja  
 Externum tulit; aut cruor hic de stipite manat.  
 Heu! fuge crudeles terras, fuge littus avarum.  
 Nam Polydorus ego. Hic confixum ferrea texit 45  
 Telorum seges, et jaculis increvit acutis.  
 Tum vero ancipiti mentem formidine pressus

*redderent visa, et averterent malum augurium. Sed postquam majore conatu accessi ad tertios ramos, et genibus obnixus sum contra terram oppositam: dicam, an tacebo? flebilis gemitus auditur ab intimo tumulo, et vox emissa pervenit ad aures: Cur discerpis miserum, o Ænea? abstine a sepulto, cave pollucere religiosas manus tuas: Troja non me produxit alienum tibi: sanguis hic non fuit e trunco. Heu fuge regionem crudelem, fuge littus avarum. Ego enim sum Polydorus: multitudo telorum ferreorum obruit hic me confixum, et crevit in acuta hastilia. Tunc autem*

\*\*\*\*\*

armis Hamb. sec. oris Menag. pr.—36. *secundaret et levaret* Wittian. et Goth. sec.—37. *Tertio* Caris. v. Pier. et Heins. *majori* Leid. *nisu* Heins. ex codd. et edd. vett. reposuit. Vulgo *nixu*. cf. Pier.—38. *aversæ* alter Rottend.—39. *alloquar* Ven.—40. *auditus* e vet. cod. laudatur in Servianis. et deest Menag. pr. *ad auras* quatuor Bürm., ut sæpe alibi, sic inf. 93.—41. *sepulchro* codd. et Donatus ap. Pierium.—43. *extremum* Witt. cum codd. Pier., perpetuo lapsu. *E. dedit* Wall. aut restituit Heins. e libris (adde fragm. Vatic.) et Grammaticis, quem vide. Vulgo *hauđ*; in quo fere semper variant libri. aut vero pro *neo* etiam in prosa ponitur in simili sententia, sc. *non de stipite* sed de meo corpore.—44. *amarum* sec. Hamb., perperam. cf. Bürm.—46. *implevit* aliquot Pier. cum pr. Rottend. et Sprot.—47. *Nunc vero* alter Hamb.—

#### NOTÆ

36 *Secundarent visus*] *Visus*, pro *visa*. Notatque Cerdanus, *secundarent*, proprie dictum: nam post adversum omen, cum repeteretur novum: si hoc prosperum erat, primum destruebat, vocabaturque *secundum*; si rursus adversum erat, vocabatur *alterum*.

43 *Scelerare manus*] Violatione sepulcri: quæ religio sancta semper fuit.

45 *Hic confixum, &c.*] Euripides tamen in Hecuba 700. ait a Polymne-

store cæsum, et in mare projectum, ad illud littus ejectum esse, quo Græci e Troja domum repetentes appulsi erant: ibique ab Hecuba matre fuisse agnitus: et in ultionem sceleris Polymnestora occæcatum a Trojanis mulieribus, eadem Hecuba duce, quæ remotum in locum eum adduxerat spe detegendi thesauri. Aliter etiam narrat Hyginus Nempe Polydorum admodum infantem in Thraciam missum: ab Ilione sorore, Polymnestoris uxore, suppositum esse pro Dei-

Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno  
 Infelix Priamus furtim mandarat alendum 50  
 Threicio regi; cum jam diffideret armis  
 Dardaniæ, cingique urbem obsidione videret.  
 Ille, ut opes fractæ Teucrum, et Fortuna recessit,  
 Res Agamemnonias victricique arma secutus,  
 Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, et auro 55  
 Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,  
 Auri sacra fames! Postquam pavor ossa reliquit,

*obstupui, oppressus dubia formidine secundum animum, et capilli obriguerunt, et vox stetit in gutture. Olim miser Priamus clam miserat regi Thraciæ hunc Polydorum educandum cum ingenti copia auri: cum jam male speraret de armis Trojæ, et videret urbem premi obsidione. Ille Polymnestor, postquam potentia Trojanorum imminuta est, et fortuna abiit ab eis; conversus ad partes Agamemnonis et exercitum victorem, violat jura omnia, jugulat Polydorum, et per vim rapit aurum ejus. Quid non cogis corda hominum facere, o execranda cupiditas divitiarum! Postquam timor abiit e membris meis, renarro prodigia*

\*\*\*\*\*

48. *steterantque* aliquot Pier. et Burm., ut sup. II, 774. *stetereque* Franc. et abest a Dorvill.—49. *magno c. p. vasto* Parrhas. *magno c. p. quondam* Cuning. ex Huls.—50. *commisit alendum* Exc. Burm. ex interpretatione.—51. *Thraicio*, Traicio scribitur.—52. *insidione* alter Hamb.—53. *et deest* Montalb. et aliquot Pierianis. *Teucrum fr. fortunaque r.* Dorvill.—55. *abrumpit* quinque Burm. *porrumpit* tres alii. *erupit* Goth. sec.—56. *corpora* Wall.—57. *caca f.* Wall.

#### NOTE

philo, Polymnestoris filio, sed ex alia uxore; ut tutius Græcos lateret: atque ita Deiphilum ab inscio patre occisum deinde fuisse, non Polydorum.

54 *Agamemnonias*] Agamemnon, Atrei Mycenarum regis filius, Menelai Spartani regis frater, rex ipse Mycenarum, ad expeditionem Trojanam dux electus totius Græciæ, unde *rex regum* a poetis appellatur: capta Troja Cassandram filiam Priami captivam sibi habuit, amavitque; ac reversus in patriam, occisus est cum eadem Cassandra in convivio, insidiis Clytemnestræ uxoris, ab Ægystho adultero, Thyestis filio, qui Thyestes Atrei frater fuerat. At Orestes Agamemnonis filius, in ejus ultionem, et Ægysthum et matrem Clytemnes-

trami interfecit.

57 *Sacra*] *Execranda*: vox frequens apud veteres: ab iis ducta qui devovebantur, sacrabantur, et addicebantur morti pro publicis delictis; ita ut impune occidi possent. Sic devovebatur apud Massilienses pauper aliquis, pestilentia sæviante: sic aliquando Codrus apud Athenienses, Curtius et Decius apud Romanos se devoverunt: sic etiam omnis victima immolatur quasi onusta populi totius delictis. Rhodiginus tamen ait *sacrum* dici quicquid *magnum* est, et sic Homero II. xvi. 407. *λεπὸν ἰχθυόν*, esse *pisicem magnum*. Addo sic etiam apud Hebræos magna omnia dici *Dei* esse: sic *montes Dei*, sunt *magni montes*, et *cedri Dei*, sunt *magna cedri*.

Delectos populi ad proceres, primumque parentem,  
 Monstra Deum refero, et, quæ sit sententia, posco.  
 Omnibus idem animus scelerata excedere terra;  
 Linqui pollutum hospitium, et dare classibus Austros.  
 Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens

60

*Deorum electis principibus populi, et primum patri meo; et peto, quis sit eorum sensus ea de re. Idem est omnibus consilium, abire ex impia regione, deserere funestatum hospitium, et præbere vela ventis. Itaque apparamus exequias Poly-*

\*\*\*\*\*

*relinquit duo Burm.—58. Dilectos alter Hamb. p. et proceres Menag. pr. parentum aliquot Pieriani.—59. et deest Menag. pr.—60. abscedere Goth. tert.—61. Linquere pars codd. et edd. At Heinsius cum aliis, inter quos Medic. Gud., linqui, eadem vi, sed poëta potest videri voluisse orationem variare. polluto tert. Rottend. austrum pr. Hamb.—62. Polydori sec. Rottend. Moret.*

## NOTÆ

Hic igitur fortasse *sacra fames*, est *magna fames*.

61 *Dare classibus Austros*] Commutatio: id est, *committere classem ventis*. Posuit *Austros*, ventum meridionalem, de quo Ecl. II. 58. pro vento generatim. Euntibus enim e Thracia in insulam Delum, Auster contrarius, Boreas commodus est.

62 *Instauramus Polydoro funus, &c.*] Perstringit hic ceremonias funebres, quæ fusiis, lib. VI. 215. describuntur. I. Instaurat funus, quia male tumultus primo fuerat, projectus nimirum ac telis obrutus: unde videri potuit inhumatus. II. *Funus* alii *sepulcrum* explicant, alii *pompam* funebrem. III. *Manes* sunt animæ mortuorum: hic anima Polydori, de iis Ge. IV. 469. IV. *Aræ*, numero plurali, quia heroum animis geminæ sacrabantur; infra 305. Hecori Andromache 'geminas causam lacrymis sacraverat aras.' Ecl. V. 66. pastores Daphnidi, 'en quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni.' V. *Caruleis vittis* et tæniis ornabantur aræ: et *cæruleus* color, tum in sacris usui fuit; unde Valer. Argon. I. 776. 'multa pallens ferrugine taurus, Stabat adhuc, cui cæruleæ per cornua vittæ:' tum in luctu assumi solebat a mulieri-

bns, deposita veste purpurea, ut est apud Danielis Servium, qui citat Catonem; sed addit cæruleum a veteribus nigrum dici: unde fortasse hic cæruleæ vittæ, nigræ sunt. VI. Cupressus addebatur aris et bustis ad latera: vel quia gravis est odoris, ad fætorem cadaverum leniendum: vel quia semel excisa non renascitur, ad mortem exprimendam; vel quia cariem non sentit, ad gloriæ immortalitatem significandam. VII. *Iliacæ* mulieres crines solverunt: alluditque poëta ad morem Romanum, qui forte fuit etiam apud Phryges: nam Græci crines in luctu non solvebant, sed secabant; ut ait Plutarch. in Roman. Quæst. VIII. *Cymbia*: vasa oblonga et angusta, in modum cymbæ et naviculæ. IX. Sanguinem, et lac; etiam aliquando vinum, et mel, et aquam affundebant: quia his pasci et delectari animas credebant, præcipue sanguine: hinc etiam gladiatorum certamina circa bustum: hinc Odys. XI. 36. Ulysses Tyresiz Manibus sacra faciens, non eum educit, nisi effuso in scrobem multo victimarum sanguine. X. *Animam condebant sepulcro*; quia, qui fuerant inhumati, hos errare centum annos existimabant. XI. *Voce ciebant*, et appella-

Aggeritur tumulo tellus; stant Manibus aræ,  
 Coeruleis mœstæ vittis atraque cupresso;  
 Et circum Iliades crinem de more solutæ.  
 Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,  
 Sanguinis et sacri pateras: animamque sepulcro  
 Condimus, et magna supremum voce ciemus.

65

Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti  
 Dant maria, et lenis crepitans vocat Auster in altum,  
 Deducunt socii naves, et littora complent.  
 Provehimur portu; terræque urbesque recedunt.  
 Sacra mari colitur medio gratissima tellus

70

*doro, et multum terræ accumulamus in sepulcrum: eriguntur altaria animæ ejus, tristia coeruleis taniis et nigra cupresso: et Trojana circumcunt passis capillis, juxta consuetudinem. Infundimus pocula spumantia tepido lacte, et pateras sanguinis hostiarum: et claudimus animam in sepulcro, et magna voce ultimo conclamamus. Deinde statim ut prima securitas maris apparuit, et venti præbuerunt quietum mare, et Auster blande strepens invitavit ad navigationem: socii detrahunt naves et tegunt littora. Recedimus e portu, terræque et urbes relinquuntur. Medio in mari jucundissima insula incolitur, dicata matri Nereidum et Neptuno Ægæo:*

sec.—63. cumulo alter Hamb. et pr. pro var. lect. tellus tumulo Sprot.  
 —64. nexæ Voss. cupressu tres Burm. cum Pierianis, ut alibi variant. cf. Pier.  
 —65. At pr. Hamb. Iliadas Voss. crinis libri ap. Pier.—66. trepido Hamb.  
 sec. et Exc. Burm. fumantia Ondart. Kymbia Parrhas.—67. sacras p. Exc.  
 Burm. animaque Franc.—69. prima quies Goth. tert. pronā fides pr. Moret.  
 a m. pr., solenni potius lapsu (de quo v. Burm.) quam exquisitioris epitheti  
 studio, quod nec facile feras h. l., multo minus desideres. pacataque Parrhas.  
 —70. lenis crepitans. displicet merito duplex epitheton, etsi similium exem-  
 plorum auctoritate defendi forte possit. v. Burm. Heins. conjecerat segnes  
 crepitans, Burm. lentos c. Tonpius in Suidam P. III, p. 138 lenicrepitans, quod  
 in Lucretio non displiceret. Jortin (Tracts Tom. II, p. 470) jungit: Auster  
 lenis vocat crepitans. Pierius e codd. aliquot landat lene crepitans, quod con-  
 suetudine Virgilii satis tritum teneri potest. Nam quod ultima in tono et  
 ante duplicem consonam producit, insolens esse non videtur. Jo. Schrader.  
 tamen in schedis ingeniose conj. lene increpitans.—72. Provehimur duo Burm.,  
 male. terræ sine que duo.—73. medio colitur Gud. cum multis aliis. Porro  
 Burm. h. l. et jam ad Ovid. Fast. vi, 177 emendat gratissima Delus, probante  
 Burmanno Secundo ad Anthol. Poët. Lat. p. 460, addit Schrader. Emendatt.  
 c. 3, p. 39. quod sic quoque in Ciri v. 478 legitur. Et habet sane quo  
 placeat. Videamus tamen, annon poetica ratione exquisitius ponatur gene-  
 ricum nomen, tellus. Porro in tali positu, ut hic verba videt: Sacra—gra-  
 tissima tellus Nereidum matri potest forte tellus magis placere. Tellus autem  
 pro insula non adeo abhorre ab usu poetarum videtur. Subeunt modo illa  
 animus: Claudian. de R. Pr. I, 192 Ceres de Sicilia: salue gratissima tellus.  
 Ovid. Met. III, 597 Forte petens Delum, diæ telluris ad oras Applicor. et inf.  
 v. 127 crebris freta consita terris. Etiam Senecæ locus Herc. fur. 15 tanquam  
 ex nostro expressus vulgatæ lectionis columnen haberi potest: Quibusque natis

## NOTÆ

bant ter proprio nomine, ut facilius namque revocarent: tum ter eals dic-  
 errantem animam ad sepulcrum ur- to, discedebant.

Nereidum matri et Neptuno Ægæo :

Quam pius Arcitenens, oras et littora circum

75

Errantem, Gyaro celsa Myconoque revinxit,

Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.

*quam pius Apollo religavit Mycone alta et Gyaro, vagam antea circa littora et circa extrema terrarum : et voluit coli stabilem, et aspernari ventos. Illuc navigo : illa*

\*\*\*\*\*

*mobilis tellus stetit.*—74. *Neptunio* aliquot ap. Burm. Pier. Ald. pr. *Neptuno Ennosigæo* Titius Loc. contr. xv, 16. Versus haud dubie ex poëta antiquo arreptus, forte idem ex Græco versus. v. Excurs. iv.—75. *pius* interpretatur Pompon. Sab. et notatum pro var. lect. in Servianis; sicque aliquot Pierii trësque Burm., quod jam Broukh. probarat, et docte illustravit Burmann. Secundus ad Anthol. l. c. p. 460, ut ait *pius errantem*. Ad terræ tamen motum sub Augusto, si Tertulliano fides habenda, factum referri hic nihil potest. *arcitenens* scribitur in Medic. et aliis v. Heins. *Actius arcitenens* conj. Cuning., parum feliciter.—76. Ordo verborum ab Heins. Medicei aliorumque, etiam Pierianorum, codd. auctoritate est restitutus. Vulgo in scriptis et editis leg. *Mycone celsa Gyaroque*. Sed, *Mycone* vitiosum esse, et Pierius vidit et facile apparet; est enim *Méconos*; ortum forte, ut Heins. vidit, ex *Mycono e celsa*, cf. eund. ad Ovid. Ep. xxi, 81, docentque id var. lect. e Burm. codd. *Myconos*, *Micones*, *Michonæ*, it. *M. excelsus et celsa*, ut in Goth. Sed Heins. porro rescripserat *Gyaro e celsa*, sine libro, quod recte Burm. relinquit. *celsæ* unus Leid. Aberratur etiam: *Micone*, *Micono*,—*Giaro*; cujusmodi errores notare piget, prætermittere tamen non licet. *revertit* Codex Amstel. ap. Burmann. Secund. l. c. *ligavit* pr. Hamburg. In laudato Epigrammate: *Delos jam stabili revincta terra*.—77. *componere* Oudart., male. v.

#### NOTÆ

74 *Nereidum, &c.*] *Delum* insulam significat, in qua nati Apollo et Diana, Ecl. iii. 67. Una est è Cycladibus insulis, in Mari Ægæo, quod hic dicitur *Neptunus Ægæus*: vel ab *Ægis* Eubœæ oppido; vel ab *Æga* Æolidis promontorio, juxta Strabonem; vel a crebris insulis, quæ procul aspicientibus videntur habere speciem *αἰγῶν caprarum*, juxta Festum; vel ab *Olenia* capra, cælesti sidere, quæ exoriens graves ibi tempestates excitat. Ibi magna insularum multitudo: quarum meridionales dicuntur *Sporades*, a *σπέρω* *spargo*, quia dispersæ sunt sine ordine; septentrionales vero *Cyclades*, a *κύκλος* *circulus*, quia quasi in circulum dispositæ sunt circa *Delum*: quam, antea vagam, post Latonæ vero parturitioni uni affixam loco, circumcincunt,

et quasi retincent. *Mycone* et *Gyaro*s, duæ ex iis, pro ceteris hic appellantur, quamvis aliquæ sint Delo propiores. *Mycone* quidem ad ortum, una e Cycladibus, nunc *Mycoli*: *celsa* dicitur propter montem ejus *Dimastum*. *Gyaro*s, ad occidentem inter Sporades, sterilissima, et a Romanis olim destinata facinorosorum exilio: nunc *Caloira* a quibusdam vocatur; quanquam incerti admodum est, et situs, et nominis. *Arcitenens*] Apollo, qui statim ut natus est, Pythona serpentem arca et sagittis occidit; in Latonam matrem suam, tam gravidam, immissum a Junone: unde pius dicitur. De *Neptuno*, Æn. i. 129. De *Doride*, quæ *Nereides* ex Nereō fratre suscepit, Ecl. x. 5.

77 *Immotamque, &c.*] Olim dicitur

Huc feror; hæc fessos tuto placidissima portu  
 Accipit. Egressi veneramur Apollinis urbem.  
 Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos, 80  
 Vittis et sacra redimitus tempora lauro,  
 Occurrit; veterem Anchisen agnoscit amicum.  
 Jungimus hospitio dextras, et tecta subimus.  
 Templâ Dei saxo venerabar structa vetusto.  
 Da propriam, Thymbræe, domum! da moenia fessis, 85

*tranquillissima excipit securo portu nos lassos: egressi e navibus veneramur urbem Apollinis. Rex Anius, idem rex populi et sacerdos Apollinis, coronatus circa caput tamiis et lauro dicata Apollini, venit obviam, et agnoscit Anchisen antiquum amicum. Jungimus manus in signum hospitii. Reverebar templum Apollinis conditum vetere saxo: O Thymbræe, concede nobis propriam sedem, da muros fatigatis,*

\*\*\*\*\*

Burm. cum fixa sit, jam non agitur ventis, ut ante; sed est *ἡρεμεύουσα καὶ ἄρπυριος*.—78. et fessos Exc. Burm. *huc f.* Dorvill. *toto* Montalb.—81. *lauru* Caris. lib. 1, 109 legit, notante Heins.—82. Aberrant fere codd. Heins. et Burmanni in *Anchisem*; ut vero metro consulant, concinnant reliqua varie: *veteremque A. vel veterem Anchisemque vel v. A. cognovit*. Etiam pro *agnoscit* plerique ap. Pier. et Heins. *agnovit*, etiam sic vetustiss. fragm. Vatic.—84. *veneramur* aliquot ap. Pier. et Heins. et unus Burm. ex antecedente oratione, aut forte ab aliquo, quem offendeat post v. 79 *veneramur*, quod sequitur, *venerabar*. Eadem de causa et quia oratio paulo molestius decurrit, Jac. Bryant acute suspicabatur, versus 80—84 esse insititios. Saltem hoc concedendum: versus a poëta nondum satis politos et reliquis adaptatos esse. Equidem suspicabar versum 79 post *Accipit* inexpectum relictum, male esse ab alia manu suppletum.—85. *patriam domum* Schol. Horat. Cruqu. lib. III,

#### NOTÆ

errasse mari, atque adeo aliquando ventorum agitati mari submersa esse. Deinceps vero *Ἀήλος* manifesta vocata est: vel quia Latonæ locum ad partendum querenti, tutum a serpentis Pythonis insidiis; subito e mari emersit: vel quod diluvium Ogygium, quod Deucalionem longe præcessit, prima ex aquis apparuit: vel quod Phœbi oracula, alibi obscura, hic manifesta sunt. Fabulam aliqui referunt ad terræ motus, quibus agitabatur antea, et deinceps agitari desit; alii ad securitatem portus. Urbs ejus primaria dicta est etiam *Delos*.

80 *Rex Anias, &c.*] Veterum more, rex idem et sacerdos: Apollinis filius ex Rhea, vel Rhæa. Filia ejus ex

Dorippe fuere tres, *CENO*, *Spermo*, et *Elais*, dictæ *Cænotropæ*, a *καὶνός* novus, et *τρώω* verto: quod Bacchi beneficio, quicquid tangerent, novas in formas verterent: *CENO* quidem in *ὄλον* vinum; *Spermo* in *σπέρμα* semen triticeum; *Elais* in *ἐλαιον* oleum. Fabula inde est, quod pater magnam eorum vim colligeret, ex donis Apollini Delio oblatis. Constat enim ex antiquis monumentis, quæ citat Cerdanus, aram Apollinis Delii nullo victimarum sanguine cultam fuisse, sed precibus, floribus, &c. unde ait solum *Æneas venerabar*; et preces suas, non etiam victimas commemorat.

85 *Thymbræe*] Strabo l. XII. ait

Et genus, et mansuram urbem! *Serva altera Trojæ  
Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli!  
Quem sequimur? quæve ire jubes? ubi ponere sedes?  
Da, pater, augurium; atque animis illabere nostris.*

Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente, 90  
Liminaque, laurusque Dei; totusque moveri  
Mons circum, et mugire adytis cortina reclusis.  
Submissi petimus terram, et vox fertur ad aures:  
Dardanidæ duri, quæ vos a stirpe parentum

*et familias, et urbem stabilem! protege secunda Pergama Trojæ, reliquias Græcorum et crudelis Achillis! Quem sequimur? aut quo imperas nos ire, et ubi statuere sedes? O pater! præbe nobis omen, et descende in mentes nostras. Vix dixeram ista: statim omnia visa sunt trepidare, et portæ, et laurus Dei: et totus mons circum concuti, et tentorium sonare apertis recessibus. Humiles cadimus in terram, et vox pervenit ad aures: Trojani fortes; quæ terra vos produxit a prima origine*

\*\*\*\*\*

Od. 13, quod illustrat Heins. *Da T. domum propriam* Montalb.—87. *Achilli* firmat Heins. et h. l. cf. sup. 1, 34, al. *Achillis*. At *Achillei* fragm. Vatic.—90. *erat* Parrhas. in marg.—91. *Liminaque et l.* duo ap. Burm. *limina sunt* Zulich. *que* post *limina* plane abest a Franc. *laurosque* Rottend. tert. a m. pr.—93. *et* deest Leid. et Oudart. *ad auras* aliquot Pier. sec. Hamb. et Witt. v.

#### NOTE

campum esse Thymbram, in agro Trojano, quem Thymbrius fluvius interfuit, in Scamandrum influens, ubi templum est Apollinis Thymbræi: quibus locis ex Servio nomen est a copia thymbræ, herbæ condimentariæ, *sariette*. Hic Æneas Apollinem, non Delium vocat, sed Thymbræum: ut ostendat unum eundemque Deum esse, eumque sibi placibilem reddat, commemoratione Trojani cultus et patrii templi.

91 *Liminaque, laurusque, &c.*] Vel laurus, qua caput simulacri coronabatur. Vel potius laurea sylvæ, consita in templi limine seu vestibulo: more veterum, qui lucos templis addebant. Notetur hic syllaba *que*, contra naturam producta.

92 *Mons, &c.*] *Cynthus*, mons Deli insulæ: unde Apollo *Cynthius*, et Diana *Cynthia*.

*Cortina*] Proprie fuit vas tingendis lanis, dictum a *corte*, *basse-cour*; vel quia hujus vasis forma rotunda fuit, ut *cortis*, quam rotundam fuisse habemus ex Catone; vel quia vasis hujus magnus erat usus in *corte*. Hinc a formæ similitudine cortinæ appellatio translata est ab Ennio ad significandum *hemisphaerium* *cardi*. 'Quæque freto cava cæruleo cortina receptat.' Hinc ad exprimendum tentorium circa tripodæ Delphicum, ubi sedens Pythia puella vaticinabatur. Hinc ad vela illa quibus in theatro histriones latent; et in sacris libris quælibet pellicea tentoria, *cortines*. Alii aliunde deducunt: vel a *corio* Pythonis serpentis, ex quo tentorium Delphici tripodis factum dicunt: vel a *corde* puellæ, quod illic a Phæbo tenebatur: sed primum probabilius Vossio videtur, Scaligero, &c.

Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto 95  
 Accipiet reduces. Antiquam exquirite matrem.  
 Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,  
 Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.  
 Hæc Phœbus: mixtoque ingens exorta tumultu  
 Lætitia; et cuncti, quæ sint ea moenia, quærunt; 100  
 Quo Phœbus vocet errantes, jubeatque reverti.  
 Tum genitor, veterum volvens monumenta virorum,  
 Audite, o proceres, ait, et spes discite vestras.  
 Creta Jovis magni medio jacet insula ponto;

*majorum, eadem fertili sinu excipiet vos redeuntes: quærite veterem genitricem. Illic familia Æneæ regnabit in regiones omnes, et filii filiorum, et qui orientur ab illis. Apollo hæc dixit: et gaudium magnum ortum est mixto tumultu, et omnes inquirunt quæ sit ea urbs, quo Phæbus revocet ramos, et imperet eos redire. Tunc pater meus recogitans historias antiquorum hominum, dixit: O primates, audite, et intelligite spes vestras. Creta, insula Jovis magni, sita est in medio mari: ubi*

sup. v. 40.—94. *de stirpe* aliquot Pieriani.—95. *læta* pr. Rottend. pro var. lect. vel *toto* Sprot.—96. *exq. terram* Zulich. ex interpr.—98. *ab ipsis* Ven.—99. *excita* Hngen.—100. *sint* hæc Ven. *quæ sunt* Leid., sed v. Burm. cf. sup. II, 123.—101. *jubeatve* ed. Ald. et Junt. Goth. pr.—102. *volvens veterum multi.* priorum Montalb.—103. *o deest* quatuor Burm. *dicite* tres.—104. *medio magni*

## NOTÆ

Hic autem ambiguum est, an *celum* simpliciter, an etiam *tripodis* tentorium significet: cum dubium sit an ex tripode, an per pñellam, an per Anium regem, an sola Dei voce redditum sit ex adytis hoc Æneæ oraculum.

95 *Ubere*] De *ubere* terræ, pro ubertate, Æn. I. 535. et Ge. II. 185.

97 *Domus Æneæ, &c.*] Versus ii duo vaticinium continent, de magnitudine Romani imperii. Traducti sunt ex Homero *Illad.* xx. 306. ubi Neptūnus Æneam ab Achille occidendū periculo eripit. Sed apud Homerum illic, et in hymno Veneris 197. omnia exemplaria habent, non *ἀνέστησαν* cunctis, sed *ἰδόντων* Trojanis: unde plerique putant Æneam non venisse in Italiam, sed post Priamæ familiæ excidium Trojæ reg-

nasse: cuius rei sane multa vestigia et argumenta profert Bochartus in dissertatione quam Segresius præfixit Gallico suo Virgilio: prævaluit tamen Italorum opinio, quam secutus est Virgilius.

102 *Volvens monumenta, &c.*] Erravit in ea explicatione oraculi et pater et filius: pater quidem, quod in re dubia, qualis erat origo Trojanæ gentis, quæ per Dardanum ex Italia, per Teucrum e Creta oriebatur, minime dubitarit: filius autem, quod patrem non monuerit, se a Creusa abeunte audivisse, sibi sedes a Diis in Italia ad Tybrim fluvium esse paratas; quod in alteram interpretationis partem deflectere patris animum potuisset: vide Æn. II. 781.

104 *Creta, &c.*] *Candie*, ingens insula Mediterranei Maris: inter



Mons Idæus ubi, et gentis cunabula nostræ. 105  
 Centum urbes habitant magnas, uberrima regna :  
 Maximus unde pater, si rite audita recordor,  
 Teucus Rhœteas primum est advectus ad oras,  
 Optavitque locum regno. Nondum Ilium, et arces  
 Pergameæ steterant; habitabant vallibus imis. 110  
 Hinc mater cultrix Cybelæ, Corybantiaque æra,

est mons Ida, et origo nationis nostræ; incolæ illius occupant centum urbes magnas, regna fertilissima: unde, si bene memini auditarum rerum, maximus pater Teucer primo advenit ad promontorium Rhæteum, et elegit sedem regni: nondum Ilium et arx Pergamus condita erat, degebant in profundis vallibus. Hinc venit mater Cybele protectrix loci et cymbala Corybantia, et sylvæ Idææ: hinc fidele arcanum

Goth. tert.—105. ibi multi ap. Burm. et deest Zulich.—106. urbis multi Pier. et duo Heins. At urbes Valerius Probus in codice, qui ipsius Maronis fuerat, scriptum repererat, ap. Gell. XIII, 19.—108. Teucus defendit Heins. e libris et Grammaticis; adde fragm. Vatic. alii Teucer, vel Teucros, v. Pier. et Bened. adductus alter Hamb. delectus pro delatus, et a m. sec. devectus Leid. unus. primum transvectus Goth. sec. in oras multi ap. Pier. fragm. Vatic. p. 172, et tres Goth. Critheas—in oras Dorvill.—109. Aptavitque aliquot Burm. cum Goth. sec. regni Hamb. sec. Ilium et duo etiam hic.—111. Hic Nonius Marcellus in colere, Serv. ad Æn. x, 220 et Wall. Porro varie scribitur, Cybele, Cybeles, Cybeli (hoc quidem inani, ut solet, verborum apparatu ornat Cætræus) apud Pier. et Heinsium, cujus docta nota est

## NOTÆ

Ægeum et Libycum mare: olim urbibus clara centum, unde ab Homero in Iliade ἐκατόμωλις dicitur: in Odyss. habet tantum urbes ἐννεήκοντα nonaginta: præcipuæ fuerunt Gnosus, Gortyna, Cydon, Dictynna. De Jovis in ea insula cunabulis; deque Cybele et Corybantibus, Ge. iv. 151. et mox 111.

108 Teucus Rhæteas] Teucer, Scamandri Cretensis filius, cum insula frugum inopia laboraret, dicitur, ad sedes novas quærendas, cum tertia populi parte solvisse; acceptoque oraculo, ibi se positurum sedes, ubi esset a terrigenis noctu oppugnatus, in Phrygia circa Amaxitum et Rhæteum Troadis in Hellesponto promontorium maxima murium multitudine vexatus, ibi sedem fixit, templum constituit Apollini Smintheo, cujus simulacrum pede premebat murem,

qui Phrygia aut Cretica lingua σμίνθος appellatur. Præterea veterum colorum more, patria nomina intulit in Troadem, et montem vocavit Idam ab Ida Cretensi monte. Æn. II. 801. a patre suo Scamandrum fluvium, qui antea Xanthus vocabatur; unde Homerus ait Xanthum a Diis vocari, Scamandrum ab hominibus; id est nomen hoc esse illo recentius. Denique cultum Cybeles matris Deorum in Phrygiam intulit e Creta, ubi illa Joveni pepererat et aluerat.

109 Optavitque locum regno] Elegit: sic Æn. I. 429. 'Pars optare locum tecto.' Et vero primus ibi regnavit: pauloque post venit ex Italia Dardanus, qui ab ipso in generum ac successorem ascitus est. Æn. I. 239.

111 Mater, &c.] Quæ et Rhea, et Ops, Saturni uxor, mater Deorum ac terræ ipsa. Nomen, vel a

Idæumque nemus; hinc fida silentia sacris,  
Et juncti currum dominæ subiere leones.  
Ergo agite, et, Divum ducunt qua jussa, sequamur:  
Placemus ventos, et Gnosia regna petamus. 115  
Nec longo distant cursu; modo Jupiter adsit,  
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

*ceremoniarum, et juncti leones traxerunt currum Deæ. Itaque agite, et eam qua mandata Deorum nos ducunt. Propitiemus ventos, et proficiamus in regnum Creticum. Neque abest longo spatio: dum Jupiter favcat, tertia dies appellet naves ad litus Creticum. Sic locutus immolavit in alteribus dignas victimas: Nep-*

\*\*\*\*\*

ad b. l. et, ut *Cybeles* cum ceteris conveniret, mutatum etiam *mater* in *matris*, et reſinxere adeo: *Hinc matris cultri Cybeles* ap. Pier. Nam librariorum lapsus sunt *Cybili*, *Cibili*, *Cibeli*, *Cybile*, *Cibelæ*, et al. Sane mons ille Phrygiæ, qui Matri Deum nomen dedit, recte scribitur et *Cybelæ*, sc. mons, et *Cybele*, et *Cybelon*, Græcisque τὸ Κύβελον, τὰ Κύβηλα, ἡ Κυβέλη (unde ipsa Dea ἡ Κυβέλη et Κυβέλη). Heinsius *Cybelæ* prætulit hic et xi, 768, quoniam Virgilius talem formam amat, et quod hoc proximum est lectioni vulg. *Cybele*, quæ in plerisque libris, etiam Medic. et Fragm. Vatic., occurrit (item in tribus Goth.), et a Nonio Marcello firmatur. Interpretati autem erant vulgo, ut ex Pompon. Sab. apparet: *mater Cybele cultrix*, sc. sacrorum. C. ira Witt. pro æra. —112. et *fida* Schol. Cruqu. Horat. iii Od. 1.—113. *vincti* Franc. *icti* Dorvill. —114. *Dicum* Gud. quo Goth. sec. *qua ducunt* tres Burm. *qua fata* ed. Ven.—115. *Gnosia* e scriptis tuetur Heins. Gud. et alii *Cnosia*. Vulgo *Gnosia*; sed de hac scripturæ varietate auctores de numis et marmoribus sunt videndi. Dijudicanda omnino res est ex eo, quod simpliciter litera veteres, geminata superiores, utebantur.—116. *Nec distant longo* Menag. sec.—117. *sistet* Hamb. sec.

# NOTE

*Cybele* monte Phrygiæ: vel a *Κυβέβειν*, in caput saltare, caput rotare, quod in sacris ejus ministri crebro caput rotarent. Et vero Græcis ipsa dicitur et *Κυβέλη*, et *Κυβέθη*. Vocabantur ministri illi *Corybantes*, *Curetes*, et *Dactyli Idæi*, Jovis altores, qui frequenti cymbalorum æreorum pulsu in sacris utebantur. Vehabatur currum, quia ex Lucret. l. ii. 600. terra est, terra autem in medio pendet. Trahebatur a leonibus, quia mater est omnium, et parentum officii proles etiam ferocissima molliri debet. Cetera ejus mysteria ibi fuse ab eodem Lucretio explicantur. Premebantur autem ejus sacra gravi silentio, ut et Cereis ceremoniæ: fortasse ut inscrutabilem terræ profunditatem exprime-

rent. Reliqua vide G. iv. 151. et Æn. vi. 784. *Cultrix Cybelæ*] In quo Phrygiæ monte culta esse dicitur: atque adeo hunc incoluisse dici potest, et protexisse, quomodo Juno Carthaginem, l. i. 20. 'Quam Juno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.' Alii *cultrix Cybele*, pro cultrice montium, in quibus coli amavit, quo nomine eam appellat Catul. de nuptiis Pelei, 300. 'Unigenamque sinu cultricem montibus Idæ.'

115 *Gnosia regna*] Cretam, ejus urbs præcipua *Gnosus*, supra 104.

116 *Jupiter*] Sumitur hic, vel pro Deorum rege, qui natus in Creta eodem præfuerat; vel pro aëre ventis impulso, ut a Catullo sumitur in Pha-

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,  
 Taurum Neptuno, tauram tibi, pulcher Apollo;  
 Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. 120

Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis  
 Idomenea ducem, desertaque littora Cretæ;  
 Hoste vacare domos, sedesque astare relictas.  
 Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus,

*tuno taurum; tibi taurum, o Phæbe formosæ: Tempestati ovem nigram, Zephyris propitiis candidam. Rumor spargitur, ducem Idomeneum ejectum abiisse e paternis regnis, et littora Cretæ esse vacua, domos curere hostibus, et regionem relictam patere. Linquimus portus Deli, et mari currimus: et radinus Naxum in montibus*

cf. Burm.—118. *mactabat* ap. Nonium in *honor*, et ap. Macrobr. iv Sat. 1.—121. *regno c. paterno* pr. Hamb., quod esset pedestre.—123. *domus* aliquot Heins. ut fere semper variant scripti in h. v. *domum* aliquot Pieriani, it. fragm. Vatic. atque *vacare* Zulich. a m. sec. Porro libri et grammatici olim distinxerunt: *desertaque* l. C. *Hoste*, v. d. Possit etiam distinguī: *desertaque* l. C. *Hoste vacare, domos sedesque* a. r. Sed vulgaris interpunctio satis com-

## NOTÆ

selo: 'sive utrumque Jupiter Simul secundus incidisset in pedem.'

118 *Honores*] Pro sacrificiis sæpe sumuntur: infra, 547. 'Junoni Argivæ jussos adolemus honores.' De Neptuno, Æn. i. 129. De Apolline, Ecl. iii. 104.

120 *Nigram Hyemi, &c.*] Per *Hyemem*, intelligit *Tempestates*, quæ ex Cicer. de Nat. Deorum iii. 51. 'Populi Romani ritu consecratæ sunt . . . . nostri duces, mare ingredientis, immolare hostiam fluctibus consueverunt.' Ad hunc morem allusit Virgilius, hic, et v. 772. 'Tempestatibus agnam Cædere deinde jubet.' Et notat hic Taubmannus ex Plauto, *pecudem* maxime de ovino genere dici. *Venti* quoque Deorum loco habiti sunt, tam apud Græcos ex Herodoto, qui l. vii. Athenienses inducit Boreæ sacrificantes; quam apud Romanos ex Seneca Natur. Quæst. l. v. 1. qui ait, Augustum in Gallia commorantem, Circio, Galliæ Narbonensis peculiari vento, templum vovisse ac fecisse. De *Zephyro*, Ecl. v. 5. At notat Macrobius hæc sacrificia, non in templo

Deliaco facta esse, ubi sanguinem fundi nefas erat. Et vero non sacrificasset Hyemi et Ventis ad aram Apollinis. Ubi igitur? fortasse in littore:

122 *Idomenea*] Ionice, Ἰδομενῆα, ut longa sit penultima, ut Æn. i. 615. 'Ilionea petit dextra.' Idomeneus filius Deucalionis, nepos fuit Minois Cretensis regis, duxitque Cretenses ad Trojanum bellum: unde rediens cum in tempestate vovisset se sacrificaturum Diis, quod sibi appulso primum occurreret, occurrissetque filius; eum pater immolavit; orta deinde peste pulsus est rex a civibus, quasi impius in prolem, atque ita Diis invisus. Inde abiisse dicitur in Calabriam Italiæ, et ad Salentinum promontorium urbem condidisse. Ait tamen interpres Lycophronis, eum a Nauplio pulsum, Eubœæ rege: qui ut necem Palamedis filii, Ulyssis dolo a Græcis ad Trojam occisi, vindicaret; Cretam occupaverat. Diodorus non pulsum Idomenea, sed in patria diem obiisse censet.

124 *Ortygiæ*] Antiquum nomen Deli insulæ: vel ab ὄρνις, coturnix,

Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donusam, 125  
Oleoron, niveamque Paron, sparsasque per æquor  
Cycladas, et crebris legimus freta concita terris.  
Nauticus exoritur vario certamine clamor;

sonantem tumultu Baccharum, et viridem Donysam, et Oleoron, et Paron candidam, et Cycladas sparsas per mare, et freta distincta multis insulis. Tollitur clamor nautarum dicere conatu. Socii impellunt sese, ut adeamus Cretam et

moda.—125. *Bacchantemque Menag.* pr. *Naxum* fragm. Vatic., nt mox *Oleorum* et *Parum*. *Naxon* aliquot Pierii, quem vide. *Donysam* vulgo legitur: sed *Donussam* aliquot ejusdem, ut in codd. Plinii et Taciti scribitur; et Græce *Δονύσα* vel *Δονούσα*; nemo scribit *Δονύσα*, etsi ex *Δονούσα* ductum esse volunt. v. Steph. h. v. *Donisam*, *Donissam*, *Dinosam* alii, vitiose.—126. *Oleoron* Heins. secundum Medic. et vetustiores alios. *Oleorum* fragm. Vatic. At alii *Oliaron*. Græce utrumque scribitur *Ὀλίανος* et *Ὀλλέανος*. v. Heins. et Pier. *Parum* aliquot Pier. cum fragm. Vatic. *Pharon* Medic. et al.—127. *freta concita* omnes fere libri, etiam fragm. Vatic., edd. item (cum Servio et Donato) Grammatici ap. Heins., qui tamen prætulit *consita*, ut jam Dan. Heins. ediderat, laudatque pro ea lectione primum Moret. Ad Sporadas referendum id esse, facile patet. Sed, quid in illa tot tantisque auctoritatibus firmata lectione *consita* reprehendendum sit, non facile videas. Hoc porro video, esse eam doctiorem, quam *consita*, et ex maris natura in fretis. Denique non intelligo, quam poeticum hoc sit, tam accurate Cycladas et Sporadas distinguere, quod vix in geographicis libellis fieri solet. Suo jam tempore *consita* a multis lectum narrat Cerda, recte tamen inhæret alteri, vel Paullini auctoritate, qui et ipse legerat ac probarat *concita*. *concita remis* aliquot Pier. *ventis* pr. Hamb. pro var. lect. Wall. a m. pr., sed *terris* a sec.—128. *exagitur* Oudart. *vario hortamine*, cum hiatu, fuere, qui conjicerent jam ap. Pierium, et nuper firmare voluit vir doctus inter Danos, ut ex Nova Biblioth. Litt. et Artt. eleg. T. iv, P. 1, p. 5, intelleximus. Verum *clamor nauticus* est illud ipsum *celsum* vel *hortamen*, neque adeo cum hortamine exoriri potest; sequitur porro: *Hortantur socii*. Denique *vario certamine* bene ex poetici sermonis more adjectum; certant inter se manuum opera, studio, dum discessum parant. *vario discrimine* Goth. tert. lapsu librarii,

NOTÆ

*caille*; quod genus illic, ant primum, aut magna multitudine visum volunt grammatici: vel juxta alios, ab Ortygia Ætolæ; cujus et hanc, et alias complures Ortygias, colonias fuisse volunt.

125 *Bacchatamque jugis Naxon*] *Naxus*, una Cycladum, insula nobilissima, ad meridiem Deli, vino fertilis, unde Baccho dicata: quia Ariadnen, a Theseo raptam ibique relictam, fertur excepsisse. *Bacchata* dicitur, id est frequentata a Bacchis, furiosis Bacchi comitibus fœminis: Ecl. v.

29. 69. *Hodie Naxi*.

*Viridemque Donusam*] Jacet inter Icariam et Gyarum, marmore viridi celebris: hodie *Donussa*.

126 *Oleoron*, &c.] *Oleoros* vel *Oliaros*; juxta Nigrum nunc dicta *Quinimio*. *Paron*.] *Paros*, hodie *Paro*, niveo marmore nobilis. De *Cycladibus*, supra, 74.

127 *Concita*] Propter angusta inter insulas spatia. Alii *consita*, i. e. ubi variæ terræ, seu insulæ, quasi *sata* et *seminata* sunt.

Hortantur socii, Cretam proavosque petamus.  
 Prosequitur surgens a puppi ventus euntes, 130  
 Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.  
 Ergo avidus muros optatæ molior urbis,  
 Pergameamque voco, et lætam cognomine gentem  
 Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.  
 Jamque fere sicco subductæ littore puppes; 135  
 Connubiis arvisque novis operata juvenus;  
 Jura domosque dabam: subito cum tabida membris,  
 Corrupto coeli tractu, miserandaque venit  
 Arboribusque satisque lues, et letifer annus.  
 Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant 140

*maiores. Ventus suboriens a puppi propellit navigantes: ac demum appellimur ad vetera littora Curetum. Ergo cupidus exstruo muros desideratæ urbis, et eam appello Pergameam: et hortor populum gaudentem hac appellatione, ut curet domos, et erigat arcem alto fastigio. Et jam ferme naves deductæ e mari stabant in littore sicco: juvenus vacabat conjugii et agris novis: distribuēbam leges ac domos: cum repente pestis funesta, et putrida, et annus mortifer venit in corpora, et in arbores, et in segetes, vitialis spaliis aëris. Socii amittebant dulces animas, aut trahebant languentia corpora: præterea Sirius cœpit urere campos infæcundos:*

qui e supinis et stupidis prorsus fuit in illo codice.—129. *Cretan* pr. Moret. *Cretas* Hugen.—131. *Set tandem* Medic. *allabitur* idem a m. pr. et Venetus. *illabitur* Zulich., sed correctum. *labimur* sec. Hamb.—132. *aptare* librarii lapsu ex *optate* Wall., unde Burm. notaverat virum doctum, qui hinc mallet: *aptare emolior urbis*. Eum conjectorem se fuisse, Burm. Sec. proficitur ad Anthol. Lat. Poët. p. 467. Simili lapsu sup. 109. *aptavit* pro *optavit* locum regno.—133. *Pergameconque* ed. Ven. et revocavit Heins., omisso in aliis. Distinxere olim alii: *P. voco lætam c. gentem. H.*—135. *s. l. classes* Hamb. pr.—136. Poterat scribi, saltem pronuntiandum est, *Connubiis*, *armisque* Ven.—137. *dabant* Zulich.—138. *Corrupta* Rottend. a m. pr. *tactu* Hamb. pr. a m. pr. *tracta* Mentel. tert.—139. *et l. annus* Linquebat d. a. aliquot

## NOTÆ

131 *Curetum oris*] Cretam significat: ubi *Curetes* populi, vel familia fuit ministrorum Cybeles: sic dicti juxta Strabonem, l. x. a *koupê tonsura*, quia anteriorem capitis partem detonsam gestabant. Saltationis armatæ inventionem iis Plinius tribuit. Ceteri etiam tympana, quorum strepitu Jovem recens natum Saturni patris voracitati subduxere. Iidem dicti *Corybantes* et *Idæi Dactyli*.

134 *Amare focos*] Servius ait commendari studium sacrificiorum, quæ semper igne perficiebantur: ego cu-

ram privatarum domorum et rei familiaris. Id enim focus sæpe significat: ut cum dicimus, *pugnare pro aris et focis*; id est, pro re sacra ac profana, publica ac domestica.

136 *Operata, &c.*] Vel *operum dabit* connubiis et agris colendis, ut explicat Donatus. Vel *sacrificabat* pro felici successu conjungiorum et agrorum: nam, et ante hæc omnia præibat apud veteres sacrificium, et *operari* simpliciter, *sacrificare* interdum significat, ut Ge. i. 330. '*lætis operatus in herbis*.'

Corpora ; tum steriles exurere Sirius agros ;  
 Arebant herbæ, et victum seges ægra negabat.  
 Rursus ad oraculum Ortygiæ Phœbumque remenso  
 Hortatur pater ire mari, veniamque precari :  
 Quam fessis finem rebus ferat ; unde laborum 145  
 Tentare auxilium jubeat ; quo vertere cursus.

Nox erat, et terris animalia somnus habebat.  
 Effigies sacræ Divum Phrygiique Penates,  
 Quos mecum a Troja mediisque ex ignibus urbis  
 Extuleram, visi ante oculos astare jacentis 150  
 Insomnis, multo manifesti lumine, qua se  
 Plena per insertas fundebat Luna fenestras ;

*herbæ siccabantur, et messes aridæ non dabant cibum. Pater meus hortatur me ut remenso mari eam iterum ad oraculum Deli, et ad Phœbum ; et ut orem veniam : et petam, quem terminum ponat rebus afflictis, unde imperet nos querere subsidium in tot difficultatibus, et quo convertere cursum: Nox erat, et somnus tenebat animalia per terras. Statuæ sacræ Deorum, et Penates Phrygii, quos exportaveram mecum a Troja, et e medio incendio urbis ; visi sunt in somnis stare ante oculos decumbentis, multâ luce conspicui : qua parte Luna plena mittebat suum lumen per fe-*

codd. ap. Pier.—141. *dum Parrhas. in marg. serius Menag. exuere Wall.*—142. *Ardebant tres Burm. cum fragm. Vatic. seges ipsa alter Goth., ex lapsu librarii. negabant Gud. et Mentel. a pr. m., quod placebat Heinsio. negare fragm. Vatic. a pr. m.*—143. *Oraculum plene in multis codd. et edd. revise Puget., sed v. sup. II, 181.—145. Quam finem Heins. e Grammaticis et codd. post Pierium restituit. Adde fragm. Vatic. alii quem. quem finem fessis tres Burm.—146. temptari Leid. un. et Oudart. (scilicet scribitur sere temptare) auxiliumque jubet alter Hamb.—147. in terris pr. Hamb. a m. sec. et somnus f. a. h. Dorvill.—149. ab T. Parrhas. in marg. et fragm. Vatic. que abest a Moret. sec. Porro Burm. conj. urbe Extuleram.—150. jacentes Menag. et Witt., sed oculi jacentes argutius quid habent quam pro carminis epici dignitate. jacenti Græv. et Leid. eleganter, jam Burmanno judice. Nec tamen deterius est jacentis, sc. Æneæ.—151. In somnis passim editum : est hoc exquisitè pro in somno, per somnum. Hactenus bene. Sed, si vial astare Penates multo manifesti lumine et quidem Luna, quæ per fenestras se immittebat, non somnium esse hoc potuit. Et inf. 173 *Nec sopor illud erat* etc. Quod si hoc forte aliter expediri posset : tamen prius illud necessario requirere videtur *Insomnis*, quod alii habent, ut vigilantis species Deorum fuerit exhibita. Dubitationem recte movit etiam Trappius ; datam solutionem vix probes. *insomnes* pr. Rottend. *manifesto lumine* aliquot ap. Heins. solenni*

## NOTE

141 *Sirius*] Stella in ore majoris canis, quæ canicula dicitur: de ea Ge. II. 363. De *Ortygia*, sive Delo insula, supra, 124. de *Phæbo*, Ecl. III. 62. De *Phrygiis Penatibus*, Æn. II. 717.

152 *Insertas*] Servius explicat, in-  
*Delph. et Var. Clas.*

*seratas*, id est, non *seratas*, non *clausas* *sera* ; per syncopen, ut Æn. II. 379, 'Aspris sentibus,' pro *asperis*: paulo durius. Turnebus, *ardibus insertas et interpositas*, ad lucem admittendam, Germanus, *trajectas et penetratas lu-*

*Virg.*

3 Q

Tum sic affari, et curas his demere dictis :  
 Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,  
 Hic canit ; et tua nos en ultro ad limina mittit. 155  
 Nos te, Dardania incensa, tuaque arma secuti ;  
 Nos tumidum sub te permensi classibus æquor :  
 Idem venturos tollemus in astra nepotes,  
 Imperiumque urbi dabimus. Tu moenia magnis  
 Magna para, longumque fugæ ne linque laborem. 160  
 Mutandæ sedes. Non hæc tibi littora suasit  
 Delius, aut Cretæ jussit considerare, Apollo.  
 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt :  
 Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ :  
 Cœnotri coluere viri : nunc fama, minores 165  
 Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem ;

*nestras hiantes. Tunc sic visi sunt me alloqui, et auferre solitudinem his verbis : Quod Apollo dicturus esset tibi appulso ad Delum, hoc ipsum tibi prædicit hoc loco, et ecce nos ipse sponte mittit in tuam domum. Nos post Trojam combustam, secuti sumus te et tua arma ; nos te duce percurrimus natibus procellosam mare ; nos ipsi extollemus ad sidera futuros posteros tuos, et dabimus imperium orbis urbi tuæ. Tu destina magnos muros nobis magnis, et ne alijce laborem longi itineris. Mutanda est regio : Delius Apollo non suavit tibi adire hæc littora, nec jussit te manere in Creta. Est regio, quam Græci cognomine appellant Hesperiam : terra vetus, potens bello et fertilitate agrorum. Populi Cœnotrii hanc tenuerunt : nunc rumor est posteros vocavisse nationem Italiam, e*

~~~~~

aberratione, manifeste Leid.—152. incertas Menag. pr.—153. Deesse hunc versum in multis exemplaribus, Serviana monent. Cum Goth. sec.—154. *Quæ t. d. Ortygiæ* Sprot. Quid tibi Parrhas. in marg. dilato Hamb. sec. est abest a tribus Burm.—155. Hinc tert. Rottend. en ultra Hugen. en tua nos ultro Dorvill. nos ultroque Puget. lumina Hamb. sec.—156. incensaque tua Wall.—157. permissi Sprot. a m. pr. emensi Dorvill. a m. pr. permesi olim in multis, ut Serviana monent, addito : *Hic versus variasse dicitur ;* quod ad istam scripturæ varietatem refero.—158. ad astra Mentel. pr. et Serv. Fuld. ad 1, 22 cum binis Goth.—160. neu Hamb. pr. furorem Wall. a m. pr.—161. suadet Sprot. pro var. lect.—162. *hanc* aliquot Pieriani, Ven. et ed. pr. variatione solenni, quam et paulo ante vidimus. in Creta e Cledonio Heins. Porro Creta, Creta, certe librariorum aberrationes. consistere Goth. pr. Hamb. pr. et ed. pr. perpetuo lapsu. *considerare jussit* duo Heins. et aliquot Pier.—163—166. Idem vs. sup. 1, 534—537.—165. Cœnotrii Medic. et alii, male. v. sup. 1, 532. *tenuere* Wall. et Vratial. perpetua mutatione.—166. *duxisse* fragm. Vatic.

NOTÆ

mine. Alii, *hiantes*, quibus lumen insertum erat ; quo fere modo dixit, Æn. II. 135. ' per noctem obscurus in ulva Delitui ;' id est, per noctem obscurum.

163 Est locus, &c.] Hi versus et sequentes omnino translati sunt ex Æn. I. 534. ubi fæse explicantur.

Hæ nobis propriæ sedes ; hinc Dardanus ortus,
 Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
 Surge age, et hæc lætus longævo dicta parenti
 Haud dubitanda refer : Corythum, terrasque requirat 170
 Ausonias. Dictæa negat tibi Jupiter arva.
 Talibus attonitus visis, ac voce Deorum,

nomine ducis. Hæ sedes addictæ sunt nobis: hinc natus est Dardanus, et pater Iasius, a quo Dardano principe genus nostrum ductum est. Age, surge; et lætus renarra seniori patri hæc verba non revocanda in dubium. Quære Corythum, et terras Ausonias. Jupiter negat tibi Cretensesq; agros. Ego stupefactus talibus

aliquot Pier. et Montalb. *gentes* duo ap. Burm.—167. *Hæc* Menag. pr. et Franc. *robis* Franc. *hæc vobis* Witt. *hæc propriæ nobis* Wall. *hic D.* tert. Mentel. a pr. m. —168. *vestrum* ed. Ven. Cum *Dardanus pater* potius commemorandus h. l. videatur, quam *Iasius pater*, cogitare possis leg. *Dardanus Iasiusque patres*. Sed potest poeta idem voluisse et altero loco neglexisse : *Dardanus pater Iasiusque pater*. Omnino si semel manifestum fit aliquo in loco, poetam noluisse accurate loqui, in singulis hærendum non est.—169. *hæc* abest a Witt.—170. *dubitata* Zulich. *Corythum* scriptionem e libris et ratione grammatica restituit Heins. Est enim *Κόρυθος*. Vulgo *Coritum*, et librariorum ludibria; *Chorithum*, *Chorythum*, *Corintum*. v. Burm. h. l. et ad Rutil. Itin. i, 600. *requirat* Heins. cum melioribus, etiam fragm. Vatic. v. Bened. Vulgo alii *require*. Nonnulli *requiras*.—172. *jussis* tres ap. Burm. et voce Medic.

NOTÆ

167 *Dardanus... Iasiusque pater, &c.*] *Pater* ad posteros refertur, non ad Dardanum, qui ejus frater fuit : ambo Electram habuere matrem, filiam Atlantis Mauritanis regis, uxorem Coryti Tusciæ regis in Italia; sed Iasius hunc Corytum habuit patrem; Dardanus Jovem. Mortuo Coryto, ortoque de succedendi jure dissidio, Iasium Dardanus occidit: ideoque pulsus a Tuscis, et a Siculo Hispaniæ rege, Electræ fratre, qui ad componenda dissidia venerat; primo in Samothraciam insulam fugit, ac deinde in Phrygiam, ubi Teuceri filiam accepit in conjugem, et cum eo gentis hujus parens fuit, quæ deinde Trojana dicta est. Igitur, a quo, non ad Iasium, sed ad Dardanum referri debet. Æn. i. 289.

170 *Corythum*] *Corythus*, mons et urbs Tusciæ, nunc *Cortona*: vel a Coryto, Dardani, ut putabatur, patre sic

dicta; vel a *κόρυς* galea, quam Dardanus illic in pugna amisit. De *Tuscia* sive *Etruria*, Italiæ regione, Æn. viii. 479.

171 *Ausonias. Dictæa, &c.*] Italiam volunt dictam esse Ausoniam ab *Ausone*, Ulyssis et Calypsus filio: at male; non enim hic Penates Æneæ nomen hoc Italiæ tribuerent, cum vix dum natus esset Auson, tantum abest ut illic regnaret. Nisi usurpatum id putemus per anticipationem temporis. Alii volunt *Ausones* dictos esse Græcis, veteres eos Latii populos, qui Latinis *Aurunci* dicebantur, commutatione vulgari literæ *r* in *s*. Et bene: nam *Aurunci* antiquiores fuerunt Ulyssis et Æneæ temporibus, siquidem ait Latinus Latii rex. Æn. vii. 206. 'Atque equidem memini... Auruncos ita ferre senes.' *Dictæa ærea*, Cretensia sunt, a monte *Dictæ*, ubi educatus est Jupiter, nunc *Lasthi*;

(Nec sopor illud erat ; sed coram agnoscere vultus,
 Velatasque comas, præsentiaque ora videbar.
 Tum gelidus toto manabat corpore sudor.) 175
 Corripio e stratis corpus, tendoque supinas
 Ad cælum cum voce manus, et munera libo
 Intemerata focis. Perfecto lætus honore
 Anchisen facio certum, remque ordine pando.
 Agnovit prolem ambiguum, geminosque parentes ; 180
 Seque novo veterum deceptum errore locorum.
 Tum memorat : Nate, Iliacis exercite fatis,
 Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

juasis et sermone Deorum, (neque enim hoc erat somnus ; sed videbar coram distinguere vultus, et capillos velatos, et facies præsentis : et tum sudor frigidus fluebat toto corpore,) effero corpus e lecto, et extollo ad cælum manus inversas cum prece, et injicio flammis pura dona : confecto sacrificio lætus facio Anchisen certum de iis rebus, et explico ordine prodigium. Anchises animadvertit familiam ancipitem, et binos ejus auctores : et se delusum esse novo errore antiquarum regionum. Deinde ait : Fili, agitate fatis Trojanis : sola Cassandra mihi prædicebat tales

~~~~~

cum al. Heins. et Pier.—174. *Vittatasque* Wall. ex interpr.—175. *pectore* duo Burm. Parenthesin vix necesse ad hujus versus finem continuare. Poëta data opera *ἀρδάρως* loqui potuit tali in re ; tumque versus sic decurrunt : *Talibus attonitus visis ac voce Deorum* (scil. factus sum.) *Nec a.—manabat corpore sudor.*—176. *e* deest aliquot Pierianis et Franc. ex Voss. *ex structis* Dorvill. cf. Burm.—178. *Præfecto* Franc.—179. *Anchisem* multi.—180. *Nervius forte ancipitem.* sed v. Heins.—181. *decepto* Rottend. tert. *errore viarum* pr. Hamb., sed v. Burm. *c. parentum* aliquot Pier.—182. *Italicis* Sprot. *flammis* Goth. tert. a m. pr. *factis* fragm. Vatic.—183. *casus tales* duo Burm. *canebas* pr. Hamb. *monēbat* sec. Moret. *tenebat* Goth. pr. In Witt. hic

#### NOTÆ

in parte orientali Cretæ : ab aliquibus Idæ pars esse dicitur, et distinguitur ab aliis.

174 *Velatasque comas*] Ornatas vittis, quæ etiam sacrarum statuarum capitibus alligabantur. *Æn.* ii. 133.

176 *Supinas*] Ita sublatas, ut palmæ cælo obvertantur.

177 *Munera libo, &c.*] Penatibus et Laribus sacra fiebant : alia quotidiana et privata ; alia publica in compitis, unde apud Romanos dicebantur *Compitalia*. Privata vulgo *ad focum*, aliquando etiam ad aram, quæ in sacratio domus erecta erat : eaque fiebant, thure, vino, coronis, et lâneis et flo-

reis, cibo aliquo lautiore e mensa in ignem injecto. Patet id præsertim ex Plauto in Aululariæ prologo. Publica sacrificia fiebant porca cæsa. Igitur hic *munera intemerata* erunt, purum vinum, ac thus : *quare libari* dicuntur, id est stillari et injici, *Æn.* i. 740.

180 *Geminosque parentes, &c.*] *Teucrum*, qui ex Creta ; *Dardanum*, qui ex Italia venerat. At vero errorem agnoscere ante debuerat, præsertim ex ultimis Creusæ verbis ad Æneam, *Æn.* ii. 781.

183 *Cassandra*] De illa Priami filia, et vate, cujus vaticiniis nulla fides a

Nunc repeto, hæc generi portendere debita nostro ;  
 Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare. 185  
 Sed quis ad Hesperiae venturos littora Teucros  
 Crederet ? aut quem tum vates Cassandra moveret ?  
 Cedamus Phœbo, et moniti meliora sequamur.  
 Sic ait : et cuncti dicto paremus ovantes.  
 Hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis 190  
 Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor.

Postquam altum tenere rates, nec jam amplius ullæ  
 Apparent terræ, cœlum undique et undique pontus :  
 Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber,  
 Noctem hyememque ferens ; et inhorruit unda tenebris. 195  
 Continuo venti volvunt mare, magnaue surgunt  
 Æquora ; dispersi jactamur gurgite vasto.  
 Involvere diem nimbi, et nox humida cœlum

*catib.* Nunc reminiscor illam prædixisse hæc destinata esse nostræ genti : et sæpe appellasse Hesperiam, sæpe regna Italica. Sed quis putavisset Trojanos venturos ad littus Italiæ ? aut quem tum Cassandra vaticinans morisset ? Obedimus Apollini, et admoniti sequamur meliora consilia. Sic dixit, et omnes obtemperamus læti verbis ejus. Relinquimus hanc etiam terram, et paucis ibi relictis prædamus vela ventis, et decurrimus magnum mare cavis navibus. Postquam naues procectæ sunt in altum mare, nec jam ulla terræ amplius videbantur ; sed undequaque aër, et undequaque aqua : tunc cœrulea pluvia decidit mihi supra caput, inducens noctem et tempestatem : et mare terribile factum est ob tenebras. Statim venti impellunt mare, et magni fluctus intumescunt : agitamur sparsi immenso mari, nubes obtexerunt diem, et nox imbrifera eripuit lucem : crebro micant fulgura e

versus post sequentem legebatur ; perperam.—184. Nam Exc. Burm.—185. vocavit Hugen.—186. Italiæ Montalb. ab H. v. littore Ven. ex interpolat.—187. ut quem nonnulli. quem tu alii. quem etiam Wall. moneret multi ap. Pier. et Burm. moveres pr. Hamb. a m. sec.—188. Credamus Ven. moniti et Montalb. majora s. alter Hamb. Comparatur Il. A. 216. sententia duntaxat.—189. dicto Heins. e mellioribus, et tanquam concinnius. Est scilicet alteram dictis proaicum. dictis cuncti multi. Versus 192—195 videbis inf. v, 8—11, sed partim variatos.—193. ulla apparet tellus codd. et edd. ap. Macrob. v Sat. 8, sed v. Heins.—194. institit Hugen., ut ingruit, *ἐπέσχευ*.—196. volvent Gud. volvent pr. Moret., vel agitant sec. Hamb.—197. jactatur Mentel. tert. a m. pr. turbine Exc. Burm. et alter Hamb.—198. cœlo pr.

## NOTÆ

Trojanis habebatur, Æn. II. 246. De Hesperia, Italia, Æn. I. 534. De Teucris, Trojanis, Ibid. 239.

189 Ovantes] Proprie ovatio erat, minor triumphus, pedestris ; ad summum ex equo, non e curru. Nomen est : vel ab acclamatione militum,

geminata sæpius litera O, juxta Festum : vel ab ovis, quæ in minori triumpho immolabatur ; non taurus, juxta Plutarchum. Hinc ad lætitiæ omnem significandam vox illa traducta ; etiam ad corvos, qui dicuntur Ge. I. 428. 'Ovantes gatture corvi.'

Abstulit; ingeminant abruptis nubibus ignes.  
 Excitimur cursu, et cæcis erramus in undis. 200  
 Ipse diem noctemque negat discernere cœlo,  
 Nec meminisse viæ media Palinurus in unda.  
 Tres adeo incertos cæca caligine Soles  
 Erramus pelago; totidem sine sidere noctes.  
 Quarto terra die primum se attollere tandem 205  
 Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum.  
 Vela cadunt; remis insurgimus; haud mora, nautæ  
 Annixi torquent spumas, et cœrula verrunt.  
 Servatum ex undis Strophadum me littora primum  
 Accipiunt, Strophades Graio stant nomine dictæ, 210

*scissis nubibus. Dejicimur a recto cursu, et vagamur per undas ignotas. Ipse Palinurus ait se non distinguere diem a nocte in cælo, nec cognoscere iter in mediis fluctibus. Itaque vagamur mari per tres dies ambiguos propter tenebras obscuras, et per tres noctes sine astro. Quarto demum die terra primum visa est se erigere, et procul ostendere montes, atque emittere fumum. Vela detumescunt, incumbimus remis: non est mora, nautæ conitantes convolvunt spumosos fluctus, et secant spatia cœrulea. Littora Strophadum primo excipiunt me ereptum ex undis. Strophades insula Græco nomine appellata jacent in magno mari Ionio: quas sæva*

Mentel. a m. pr. et alter Hamb. nimirum diem abstulit.—199. abrupti n. ignes Moret. sec. et sic Giphani. legit secundum Lucret. II, 40 et Lambin., sed et alterum hoc, quod omnes libri cum fragm. Vatic. tuerunt, bene dici solet, etiam poetæ, *nubes, cæcum, abruptum, scissum* fulmine. v. Drakenb. ad Sil. Ital. III, 196. *imbribus* Goth. sec.—200. *cæcisque* sec. Hamb. et *cæcis* Wall.—201. *discernere* pr. Hamb. *discrimine* Sprot.—202. *viam* Medic. *mediis P. in undis* ed. Ven.—203. *Tres* codd. et grammatici ap. Heins. *treis* Schol. Horat. Vulgo *tres*. *cæca in caligine* Ven. et Parrhas. *cæca incertos c.* aliquot Pieri. *cæca* redit post *cæcis* v. 200 et *unda* post *undis*.—204. *Erramus vento* Parrhas. et *totidem* Hugeni. *totidem* et Montalb. utrumque etiam in Pieri codd. occurrebat; recte sublatum. Porro Serviana ad h. v. *Hinc Pelopis gentes Malæque sonantia saxa Circumstant, pariterque undæ terræque minantur. Pulsamur sævis et circumstistimur undis.* Hi versus circumducti inventi dicuntur, et extra paginam in mundo (h. e. margini alliti; ab indocto utique interpolatore). *Circumductos* versus Burm. ex Suet. Aug. 88 interpretatur.—205. *primo* tert. Mentel.—206. *vellere* f. Hugeni. *ducere* f. Medic. Pierii. *sumum* Zulich. pro var. lect.—207. *remisque* Hugeni. *insurgunt* sec. Moret. et Parrhas. cf. Burm.—208. *obnixi* Nonius, sed v. Heins. *adnixi* Ven. Versus denuo occurrit IV, 583.—209. *prima* Medic. et Gud.—210. *Excipiunt* iidem cum fragm. Vatic. et multis aliis, et sic etiam Pierii aliquot.

## NOTE

202 *Palinurus*] Gubernator navis promontorio Lucaniæ Palinuro, Æn. VI. 337.  
 Eneæ, qui Morpheï dolis oppressus in mare decidet, Æn. v. 883. et in Italiam, ad littus Velinum enatans, ab incolis occidetur, nomenque dabit Peloponnesi, in Mari Ionio. *Ionium*

Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,  
Harpyiæque colunt aliæ, Phineia postquam  
Clausæ domus, mensasque metu liquere priores.

Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla  
Pestis et ira Deum Stygiis sese extulit undis.

215

*Celæno et aliæ Harpyiæ habitant: ex quo tempore domus Phinei clausa est ipsis, et præ timore deseruerunt mensas priores. Non est monstrum perniciosius illis, nec ulla pestis aut furor Deorum crudelior extulit se ex undis inferorum. Vultus*

Sed accipere poetæ solenne. *stant*. Græco pr. Hamb. *stant* de Franc.—211. *I. in magno Ionio* pr. Hamb. in deest Zulich. a m. pr. nec alibi: quod miror; nam melius abesse in videtur. Ceterum non video, quomodo viri docti, qui hiatus in Marone admittere nolunt, huic loco occurrere velint, cum manifestum sit, poetam æque bene *Insule in Ionio* scribere potuisse. Verum, quod negari nequit, Virgilius græcismum et doctrinæ auctoritatem etiam in his hiatibus affectavit. Idem studium elucet in syllaba tono producenda, etiam ubi alia satis commoda oratio et verborum junctura suppetebat; cum spectasse scilicet arbitror partim hoc, ut oratio gravitatem haberet, etiam duriori junctura, partim ut exquisitiorem rationem inferret exemplo Græcæ orationis.—212. *Phineia* duo Burm. *Phynceia* fragm. Vatic.—214. *Tristior haud illis monstis* Witt. *aut* Medic. et ed. Junt. *illo* Schol. Juven. IX, 38. *haud sævior* Ven.—215. *a Stygiis* tert. Rottend.—

## NOTÆ

vero mare dicitur: non quod Ioniam alluit, Asiæ Minoris regionem inter Æolidem et Cariam; sed quicquid aquarum interjacet Siciliam inter et Græciam, ad usque promontorium Eptiri Aroceraunium, ubi Mare Adriaticum incipit, quod vocatur a quibusdam *sinus Ionius*. Insulæ porto illæ prius dicebantur *Plotæ*: deinde *Strophades* a *στροφῆ* conversio: quia Calais et Zetes, alati Boreæ filii ex Orithyia, cum Harpyias e Phinei regno ad has usque insulas expulissent; a Jove admoniti ne Harpyias ultra persequerentur, inde represso cursu reversi sunt. Notetur longa diphthongus *æ* ante vocalem correpta, nec elisa, Græco more: *Insula Ionio*.

211 *Celæno, Harpyiæque, &c.*] Ponti et Terræ dicuntur filiæ, unde in insulis habitant: nomen ab *ἄπρη, ἀπράγος, rapio*. Vulgo tres numerantur ab Hesiodo, *Iris, Aëto, Ocypete*. Alii mutant nomina. Virgilius unam ap-

pellat *Celæno*, nec definit aliarum nomina aut numerum. Aliqui quantum addunt *Thyellam*. Vocavit eas Apollonius, *Διὸς κύνες Jovis canes*; Valerius Flaccus, *Jovis famulas*; Virgilius hic, *Furias*, v. 252. *diras*, v. 262. unde probat Servius, et post eum Cerdanus, easdem esse quæ apud inferos dicuntur *Furiæ*, apud superos *Diræ*, in medio *Harpyiæ*: quemadmodum eadem est Diana in terris, Luna in cælo, Proserpina in inferis.

212 *Phineia*] Phineus Arcadiæ, vel Thraciæ rex, cum filios ex prima conjugè susceptos, fraude novercæ excæcasset; ipse a Jove excæcatus, et immissis Harpyiis vexatus est. Argonautas deinde, in Colchidem ad expeditionem velleris aurei profectos, cum iter docuisset, Calais et Zetes ut gratiam referrent, Harpyias ad Plotas usque insulas persecuti sunt, ut mox diximus.

215 *Stygiis*] *Styx*, inferorum finis, de quo Æn. VI. 323.

Virginei volucrum vultus, foedissima ventris  
 Proluvies, uncæque manus, et pallida semper  
 Ora fame.

Huc ubi delati portus intravimus: ecce  
 Læta boum passim campis armenta videmus, 220  
 Caprigenumque pecus, nullo custode, per herbas.  
 Irruimus ferro, et Divos ipsumque vocamus  
 In partem prædamque Jovem. Tum littore curvo  
 Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opimis.  
 At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt 225  
 Harpyiæ, et magnis quatiunt clangoribus alas,  
 Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant  
 Immundo; tum vox tetrum dira inter odorem.  
 Rursum in secessu longo sub rupe cavata,

*earum volucrum sunt faminei, sordidissima effusio alci, et manus aduncæ, et facies semper pallidæ præ fame. Postquam huc impulsæ ingressi sumus portum; ecce cernimus passim in campis pingues boum greges, et greges caprarum in pratibus, sine custode. Irruimus in eos gladiis, et vocamus in prædam et in partem Deos et Jovem ipsum. Deinde in sinuoso littore struimus lectulos, et comedimus pingues carnes. Sed improciæ Harpyiæ adolant tremendo volatu e montibus, et succutiant alas magno stridore, et rapiunt cibos, et turpant omnia immundo tactu. Præterea vox earum horribilis est inter fatidum odorem. Iterum in recessu remoto sub rupe cavata,*

~~~~~

216. vultus volucrum pr. Hamb.—220. Læta Goth. tert. passis idem. in campis Goth. sec.—221. caprigenumque genus alter Hamb. et sic Cod. Thuan. Macrobiū vi Sat. 5. per herbas ex optimis et plurimis revocavit Heins. adde Pierium. Vulgo per herbam.—222. et abest a binis Burm.—223. Restituit ordinem verborum ex libris Heins. post Pier. Vulgo In prædam partemque. mox tunc vulgo alii.—224. que abest ab ed. Junt. post dapibus.—225. Et Voss. Ac Witt. subito vulgo ante Heins., qui meliores secutus est. horrifero Sprot. de montibus altis Goth. sec.—226. plangoribus aliquot Pier. alas et in marg. alas Parrhas. aures (f. auras) Gud. et Puget. Servius hæc habet ad h. v. "Sed sane hic versus, qui circumductus est (cf. sup. ad v. 204), talis auditur: resonant magnis stridoribus alæ."—229. rursum in aliquot Pier. rursus secessu un. Leid.—230. Idem fere

NOTÆ

223 In partem prædamque Jovem] Id est, in præda partem. Et mos erat veterum ut partem spoliū in bello; aut prædæ in venatione Dii voverent: eamque vel addicerent sacrificiis, vel e tholo et fornice et arboribus ad memoriam suspenderent. Sic Æn. ix. 497. Nilus ad Dianam:

'si qua ipse meis venatibus auxi,
 Suspensive tholo, aut sacra ad fastigia fixi.'

224 Toros] Lectos: juxta grammaticos veteres, a torta herba, ex qua struebantur: juxta recentiores, a torrens funis, quia extensis funibus fiebant.

Arboribus clausi circum atque horrentibus umbris, 230
 Instruimus mensas, arisque reponimus ignem.
 Rursum ex diverso cœli cæcisque latebris
 Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis;
 Polluit ore dapes. Sociis tunc, arma capessant,
 Edico, et dira bellum cum gente gerendum. 235
 Haud secus ac jussi faciunt, tectosque per herbam
 Disponunt enses, et scuta latentia condunt.
 Ergo, ubi delapsæ sonitum per curva dedere
 Littora, dat signum specula Misenus ab alta
 Ære cavo. Invadunt socii, et nova prælia tentant, 240
 Obscenæ pelagi ferro fœdare volucres.

circumtecti arboribus et densa umbra, sternimus mensas, et collocamus ignem in aris. Iterum ex alia parte cœli et latebris incognitis, turba Harpyiarum stridens advolat circa prædam aduncis pedibus, et sædat cibos ore. Præcipio tunc sociis ut sumant arma, et bellum faciendum esse cum sæva turba. Non aliter ac jussi erant faciunt, et præparant gladios occultos sub herba, et abscondunt clypeos latentes. Igitur, cum Harpyiæ advolantes ediderunt strepitum per sinuosa littora; Misenus ab alto colle dat signum pugnae cara buccina: aggrediuntur socii, et tentant novam pugnam nempe vulnerare gladio turpes volucres maris. At neque excipiunt plumis ictum

versum sup. 1, 315. ubi v. de epitheto, horrentibus umbris. clausam Med. Gud. et Mentel. pr., sed priores illi duo expuncta m. clausa sex ap. Heins. et Burm. et Goth. tert., quod sane ferri possit. clausum Franc. clausus conj. Heins. et sic Vratisl. omnia perperam.—231. ignes duo. mensis arisque r. ignes sec. Hamb. impositum Montalb. et sec. Menag.—232. cœlo Zulich. a m. pr. tenebris Leid.—233. dapibus Goth. tert. a m. pr. T. s. pedibus subito c. aliquot ap. Pier. Jungenda turba pedibus uncis, sonans, c.—234. socii tres Burm. cum Goth. tert. capebant sec. Hamb. capebant Franc.—236. et j. Witt. faciant tert. Rott. rectosque Montalb. per herbas Parrhas. cum aliquot Pierii. cf. ad v. 221. per orbem pr. Rottend. pro var. lect.—238. delapsæ Heins. cum melioribus libris maluerat. Sed recte ab eo discessit Burm.; nam ex alto delabuntur in mensas Trojanorum, non in diversas partes. dederunt sec. Hamb.—240. captant un. Leid.—241. ferro pelagi Parrhas. fœdare explicui, vulnerare: et occurrit illud hoc sensu simpliciter dictum, nulla ratione etymologiæ habita: et lib. II, 55 ferro Argolicas fœdare latebras; ubi v. Not. fatendum tamen h. l., ubi de fœdis volucribus agitur, parum accommodatam videri vocem. Et erant alia ad manum: v. c. teme-

NOTE

231 *Arisque, &c.*] Vel quia nusquam epulabantur veteres absque aliqua specie sacrificii, et saltem libationis, de qua Æn. I. 740. Vel quia forte aras Jovi erexerant, ut prædæ partem ei sacrificarent.

239 *Specula Misenus, &c.*] *Specula*, locus editior, unde late prospectus

patet: ab antiquo *specio*, id est *video*; hinc est *specular*. *Misenus*, Æoli filius, Hectoris olim tubicen, nunc Ænæ: de quo multa Æn. VI. 164.

241 *Pelagi volucres*] Quia Harpyiæ Ponti aut Neptuni, et Terræ dicuntur filiæ, suprâ 212.

Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo
Accipiunt; celerique fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam et vestigia fœda relinquunt.

Una in præcelsa consedit rupe Celæno, 245

Infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:

Bellum etiam pro cæde boum stratisque juvencis,
Laomedontiadæ, bellumne inferre paratis,
Et patrio Harpyias insontes pellere regno?

Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta: 250

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Italiam cursu petitis, ventisque vocatis
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.

Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem, 255

Quam vos dira fames nostræque injuria cædis

ullum, aut plagas tergo: et celeri fuga elapsæ ad astra, deserunt prædam semimanducam et notas fœdas. Una ex iis Celæno constitit in altissima rupe, funesta vates, et emisit hæc verba e pectore: An etiam bellum, bellum, inquam, vultis nobis inferre, post stragem boum et occisos juvencos nostros, o Trojani? et ejicere Harpyias insontes e paterna ditione? Ergo animis excipite et imprimite hæc mea verba: quæ Jupiter omnipotens dixit Apollini, Phœbus Apollo mihi, ego maxima Furiarum expono vobis. Petitis navigatione Italiam: et ventis invocatis pervenietis in Italiam, et permittetur vobis ingredi portus ejus. Sed non claudetis maris urbem concessam, priusquam crudelis fames et injuria cædis nobis illatæ cogat vos devorare

~~~~~

rare. In lib. i, 527 erat *ferro popolare*.—242. *vulnere* alter Hamb.—243. *sidere* duo pr. Moret.—244. *semesam* Parrhas. *semensam* Gud., qui et *relinquunt*.—246. *rumpitque* Heins. e suis. Vulgo *rupitque*.—247. *bella* pr. Hamb. v. Burm. jam pro Goth. tert. *cæsisque* j. pr. Moret.—248. *bellumque* aliquot Pier.—249. Ordo verborum revocatus est e scriptis et editis ab Heins. post Pierium. Vulgo alii *patrio insontes Harpyias*. Nec refert quo ordine hæc se excipiant, modo ne cum Heinsio *Harpyias* ad quaternas syllabas revoces; est enim in Græcis et in Romanis poetis trisyllabum: quod monuit quoque adversus Heins. Schrader. præf. Emendatt. p. 39 *Arpias insontes* Wall.—250. Heins. distinxit post *ergo*, alii post *animis*. Nil refert. cf. Burm. *figite dextra* Medic. a pr. m.—252. *ego* deest aliquot Burm. et Pierianis.—253. Post *vocatis* interpungunt codd. ap. Heins. et Burmannum, qui ita malit: *centosque vocatis*. Sed cf. Not. *petitis cursu* Franc.—254. *que* abest ab sec. Mentel. a m. pr.—

#### NOTÆ

242 *Laomedontiadæ*] Trojani, a Laomedonte rege, Priami patre. Ge. III. 35.

249 *Patrio regno*] Neptuni patris, cui parent mare et insulæ. De *Phæbo*

Ecl. III. 62. De *Apolline*, Ibid. 104. Nomen utrumque conjunxit, Homericō more. Innuit autem, faturnum omnem cognitionem et oracula a solo Jove prodire, ut diximus Æn. I. 243.

Ambesas subigat malis absumere mensas.

Dixit; et in sylvam pennis ablata refugit.

At sociis subita gelidus formidine sanguis

Deriguit; cecidere animi; nec jam amplius armis, 260

Sed votis precibusque jubent exposcere pacem,

Sive Deæ, seu sint diræ obscenæque volucres.

Et pater Anchises passis de littore palmis

Numina magna vocat, meritosque indicit honores:

Di, prohibete minas! Di, talem avertite casum! 265

*dentibus mensas corroas. Sic locuta est, et fugit in sylvam alis ablata. At sociis sanguis frigidus constipatur repentino timore: animi defecerunt: nec jam ulterius volunt armis pugnare, sed votis et precibus petere pacem ab Harpyiis, seu sint Deæ, seu funestæ et fœdæ volucres. At pater Anchises extensis e littore manibus invocatur magnos Deos, et destinat ipsis digna sacrificia: O Dii, inquit, impeditis effectum haram minarum, Dii avertite tale infortunium, et placati protegitæ pios. Deinde*

257. *subigit* un. Leid. *subiget* Voss. *assumere* nonnulli. *consumere* alter Hamburg. a m. sec.—258. *in sylvas* aliquot Pier. Parrhas. et ed. Ven. *pinnis* Medic. Gud. et tert. Mentel. et Serv. ad v. 246.—260. *Deriguit* Heins. e libris. Vulgo *Diriguit*. non Zulich. *jam deletum* in Parrhas.—262. *diræ* Parrhas.—263. Et Heins. e codd. Alii vulgo *At*. En Sprot. a m. sec. et Parrhas. *sparsis* Zulich.—264. *que abest* a Leid. *indicit*, quod de votis factis accipio, præclare e codd. et edd. Junt. aliisque revocavit Heins. Vulgo *vitiouse inducit*.—265. *Di, p. nefas—pestem* pr. Hamb., ut jam ex nonnullis suis

## NOTE

257 *Ambesas subigat, &c.*] Horrendum vaticinium! quanta enim fames, quæ mensas ligneas absumere subigat? Tamen ludicrum esse probabit eventus Æn. vii. 116. Cum, non fames dira, sed edendi aviditas Trojanis suadebit; ut panis frusta, quæ cibis aliis substraverint, etiam comedant. *Ambesas*, id est, *circumossas*: ambi enim vel *ambo*, Latinis est *circum*; a Græco *ἀμφι*.

262 *Deæ, diræ obscenæque, &c.*] Per *Deas*, intelligit *Furias*, quæ sic passim a Græcis Latinisque poetis appellantur. Per *obscenas volucres*, non tantum *fœdas*, sed potius *funestas* et mali ominis. *Obocenum* enim, vox est auguralis, cujus etyma septem offert Vossius. Triâ hæc probatissima: alterum ab *ob* et *scænum*, quod est a

*excaud* *sinistrum* et *bonum*; itaque *obscænum*, quod *obstat* *scævo* et *bono* omni: alterum ab *ob* et *cæno*, id est, *contra* *cæno*; quod quando pulli in angurils captandis faciebant, funestissimum erat: tertium ab *ob* et *cænum*, *lutum*, quod *sordidum* notat. Ex prima origine scribi debet per *α*, ex secunda per *ε* simpliciter, ex tertia per *α*.

264 *Numina magna*] Erant enim majores et minores Dii. Majores duodecim; mares sex, Joviter, Neptunus, Mars, Mercurius, Vulcanus, Apollo; sex fœminæ, Juno, Vesta, Ceres, Pallas, Diana, Venus. Minores erant, heroës, semidii, &c. inter quos *Furias* illas, quasi famulares Deos, reponebat Æneas. De *rudentibus*, funibus nauticis, Æn. i. 91.



Et placidi servate pios! Tum littore funem  
Deripere, excussosque jubet laxare rudentes.

Tendunt vela Noti: ferimur spumantibus undis,  
Qua cursum ventusque gubernatorque vocabant.  
Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,

270

*imperat socios evellere funem e littore, et solvere ablatos rudentes, Austri inflant vela: fugimus per spumosas aquas, qua ventus et gubernator dirigebant navigationem. Jam Zacynthos sylcosa apparet in medio mari, et Dulichium et Same, et Ne-*

~~~~~

notarat Pierius, *talemque a. Exc. Burm. advertite Montalb.*—266. *Dii placidi* pr. Hamb. *placide* Gud. a m. pr. s. viros Goth. pr.—267. *Deripere* Heins. e melioribus et ratione grammatica. Vulgo *Diripere*, *extensosque* Oudart. pro var. lect., scil. ex interpretatione. *lassare* Ven. perpetuo errore.—268. *ferimur* Heins. e Gud. et quatuor aliis; accedit pars librorum Pierii et Goth. sec. Vulgo *fugimus*.—269. *cursum* Hugen. *cursum* Goth. sec. *vocabat* etiam hic multi codd. Pierii, Heinsii et Burm.—270. *Zacynthos* libri et grammatici ap. Pier. Heins. et Burm. *Zacynthus*, *Iacynthus*, *Iacinthos*, *Iacintos* librario-

NOTÆ

268 *Noti*] Anstri, venti meridionales: et proprie quidem, hoc enim vento opus est, a Strophadibus ad Zacynthum naviganti. De *Noto*, Ecl. II. 68.

270 *Zacynthos*] Persequitur iter, in eodem Ionio Mari, a meridie in septentrionem: quo ordine, post *Strophades* occurrit. I. *Zacynthos*, *Zante*, ad latus occidentale Peloponnesi, contra promontorium Chelonaten, hodie sub Veneta ditione. II. *Same*, *Dulichium*, et *Ithaca*. Hæ tres sub eadem fere linea occurrunt, ante fauces sinus Corinthiaci. *Dulichium* ab eo sinu minus distat, estque una ex *Echinadibus* insulis, quæ jam communi nomine vocantur *Cœculari*, incerto numero, ut monet Strabo l. x. quia cum parvæ sint, et ad ostia Acheloi fluvii Acarnaniæ, modo arenarum appulsu junguntur, modo aquæ impetu separantur. *Same*, vel *Samos*, quæ et *Cephalonia*, nunc *Cephalonie*, ex Strabone l. x. major, et a Corinthiaco sinu magis ad occidentem recedens: paret reipublicæ Venetæ. *Ithaca*, nunc *Val di Compare*, inter

Cephaleniam et *Dulichium* media: Ulyssis patria: nunc paret Turcia. In *Ithaca* est *Neritos*, non insula, ut lexica geographica vulgo ferunt, ex Strabone. Strabo enim contra probat multis Homeri versibus, montem esse *Ithacæ Neritum*, *Νήριον*. Quod autem hic legitur fœminini generis, *Neritos ærdus saxis*, explicat Suidas; apud quem *Neritum* mons est, *Neritos* sylvæ ibidem densissima: quod confirmat Hesychius, cum ait; *Neritum*, *Ithacæ* montem esse semper virentem ac frondentem: et Homerus, qui vocat *Νήριον εἰς αἰόφύλλον*, *Neritum frondosum*. Et bene congruit, quod statim mentio sequitur *Ithacæ*: quasi dicat *Aeneas*: *Apparet Ithacæ sylva Neritos, saxis altissimis imposita: sed statim illos Ithacæ scopulos effugimus*. III. Sequitur ad septentrionem trium illarum, insula *Leucas*, *Leucædis*, vel *Leucate*, *cates*; nunc *Sainte Maura*, sub ditione Turcarum, ad littus Acarnaniæ, quæ pars est Epiri: cui aliquando conjuncta fuit angusto isthmo; ac deinde ponte, postquam isthmum illum Corinthii perfodissent. In hac

Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis.

Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,

Et terram altricem sævi execramur Ulixi,

Mox et Leucatæ nimbosa cacumina montis,

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Hunc petimus fessi, et parvæ succedimus urbi,

275

aitis alta rupibus. Evitamus scopulos Ithacæ, regna Laërtæ, et detestamur regionem nutricem crudelis Ulyssis. Deinde etiam ostenditur procellosus vertex Leucatae montis, et Apollo terribilis navigantibus. Hunc montem lassī petimus, et imus ad

ram ludibria. Est *Σάμος*.—271. *Same*, *Samos*, *Samo* libri exhibent, sed plures *Same*. Medic. *Samæ*. v. Burm. *Nerytos* Medic. *Nericus* Franc., male. Nam *Nericus* erat in continente oppidum v. *Odys.* c. 376.—272. *Effugimus Ithacæ scopulos* nonnulli scripti et editi ante *Pierium*. *Ithacæ* et *L. r.* Medic. *Pierii*, et *Witt.* cum *Goth.* sec. *Ithaci Lerœæque regna* Wall.—273. *altricem* *Goth.* tert. *Ulixi* *Heins.* et h. l. e scriptis reposuit. Vulgo *Ulyssis* vel *Ulixis*. *Ulixis* *Gud.* a m. pr. *Ulixis* *Moret.* a sec. m. *Ulyxi* Medic. *Pierii*.—274. *Leucaten umbrosa* *Sprot.* *Leucatem* *Oudart.*—275. *formidandus* alter *Menag.*—276. *Succesimus* *Zulich.* a m. pr.—278. *potimus* *Puget.*—

NOTÆ

insula, Cephalleniam versus, mons est sive rupes, *Leucata, catæ*. Hæc rupes, quæ alba est, inde sibi et insulæ nomen fecit: *Λευκός* enim, est, *albus*. Ex hæc rupe qui amantes exiliissent in mare, sanari ab amore putabantur; quod fecisse perhibetur *Sappho* poetria, *Phaonis* amore insaniens. Eidem rupi fanum *Apollinis* impositum fuisse testatur *Strabo*, cui quotannis in sacrificium solebat reus aliquis e rupe in mare dejici: quam ob rem, sive ob scopulorum asperitatem, dicitur hic, *formidatus nautis Apollo*. In ea insula urbs est eodem nomine *Leucas*, quam *Plinius* ait olim dictam fuisse *Neritum*: sed emendandus est ex *Strabone*, legendumque *Nericus*, non *Neritum*. De hac urbe *Æneas* loquitur, cum dicit: 'Parvæ succedimus urbi.' Tum deinde relictis illic navibus, ad *Actiacum* usque littus processit, a quo nondum *Leucas* divisa fuerat, ut colligi potest ex *Homeri* versibus apud *Strabonem* lib. x,

iv. Igitur, sequitur ad septentrionem *Actium* promontorium, nunc *Capo Figalo*, in ipsis faucibus *Ambracii* sinus, ubi *Actium* erat oppidulum, et fanum alterum *Apollinis*: totus enim ille tractus *Epiri* sacer erat *Apollini*, dicebaturque *Actius*, id est, littoralis, ab *ἄκτῃ* littus,

272 *Laërtia regna*] *Laërtes* *Acrisii* filius, *Jovis* nepos, vulgo *Ulyssis* pater creditus est: quidam tamen dixerunt *Ulysem* *Anticleæ* quidem *Laërtæ* uxore prognatum esse, sed patre *Sisypho* vel *Antolyco*. Regni autem *Laërtæ* præcipua quidem sedes *Ithacæ* fuit: paruit tamen ipsi etiam *Cephallenia*, et *Zacynthus*, et *Epiri* magna pars, præcipue ubi *Leucas*: ut ex *Strabone* colligitur, et *Homero*, *Iliad.* ii. 631. *Dulichium* vero et *Echinades*, etsi fortasse aliquando *Laërtæ* paruerant, siquidem *Ulysses* sæpe *Dulichius* appellatur; tamen earum incolæ ad expeditionem *Trojanam* duxit *Megæ* quadraginta navibus *Iliad.* ii. 625.

Anchora de prora jacitur; stant littore puppes.

Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras;
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras

280

parvam urbem. Anchora demittitur e prora, puppes sistunt in littore. Igitur potiti demum terra insperata, et sacrificamus Jovi, et cumulamus aras victimis, et nobilitamus Actium promontorium Trojanis ludis. Socii nudati committunt patrias

~~~~~

279. *Lustramurque* ed. Ven. *Lustramurque Deo*: conj. Jo. Schrader. sc. Apollini; ut *Jovi* e mala interpretatione proveniret. *votis inc.* tert. Rottend. —280. *Actiaque* multi, etiam ap. Pier. *Acteaeque* duo. *Acteaeque* Voss. *celebrantur* un. Voss.—281. *lactente* Sprot. a pr. m. At v. Burm.—282. *Audaces*

#### NOTÆ

279 *Lustramurque Jovi, &c.*] Solvimus vota et sacrificia Jovi. *Lustro* enim, ut jam notavimus *Æn.* i. 287 et 612. dicitur a *lao*, id est, *solvere*: unde cum vota Deo fecimus, voti rei sumus, ut diximus *Ecl.* v. 80. Igitur *lustramus*, cum *solvimur* voto: et multo etiam magis, cum ad placandos Deos pro delicto aliquo sacra expiatoria facimus. Ita ceremoniæ omnes, quæ ad sacra pertinent, *lustrales* dicuntur. Sic l. vi. 231. in funere Miseni, sacerdos ‘ter socios pura circumtulit unda . . . lustravitque viros.’ Sic l. viii. 183. post oblatas Herculi victimas Trojana juvenus vescitur ‘Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.’ Quare autem nunc *lustrantur Jovi*? Ut exsolvant vota, quæ nuncupaverat Anchises magnis numinibus, in Strophadum littore, supra 264. Quare Jovi præcipue sacrificia, Apollini ludos instituit.

280 *Actiaque Iliacis, &c.*] Alludit certe poëta ad ludos eos, quos Octavianus maxima celebritate instituit, post victoriam de M. Antonio et Cleopatra relatam, ad Actium Epiri promontorium, anno u. c. 723. iv. Nonas Septembris. Cujus ad memoriam, naves plurimas Apollini Actiacum consecravit; Actiacum templum

majus extruxit; urbem Nicopolim condidit in ipsis faucibus sinus Ambracii, contra Actium, in eo loco ubi castra posuerat; locum ubi tentorium ipse habuerat magnis lapidibus constravit, ibique trophæum e rostris captarum navium, et sacrarium Apollini sub dio excitavit; ludos imprimis instituit quinquennales, qui præcipue equestri decursu ac certamine nobilium puerorum patriciorumque virorum, tum gymnica pugna constabant. Sed ludos illos non exhibuit, nisi anno u. c. 726. quo anno ipse Octavianus vi. et M. Agrippa ii. consules fuerunt, perfecérantque simul censum ac lustrum populi, anno proxime præcedente inceptum: quæ omnia leguntur apud Dionem, l. 51. et 53. Atque hæc paulo fusius: quia ex his conjicio Virgilium ad hanc, quam explicamus, operis sui partem pervenisse hoc ipso anno 726. paulo post exhibitos ludos. Quia i. *Iliaci ludi*, est ipsa equestris puerorum decursio, quam vocatam esse *Trojam*, et a Trojanis ad Romanos transiisse testatur *Æn.* v. 602. Facile autem *Æneæ* suppetebant equi, in Epiro, feracissima equorum regione. Ge. i. 59. ii. *Palæstræ* et *nudati socii*, sunt Indi gymnici, γυμνὰς enim nudus est: qui

Nudati socii. Juvat evasisse tot urbes  
Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes.

Interea magnum Sol circumvolvitur annum,  
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas. 285

Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis,  
Postibus adversis figo, et rem carmine signo:

ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.

Linquere tum portus jubeo, et considerare transtris.

Certatim socii feriunt mare, et æquora verrunt. 290

Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,

*luctas oleo fluente: delectat eos evitasse tot urbes Græcas, et iter habuisse inter medios hostes. Interea Sol circumagit annum integrum, et gelida hyems infestat mare Aquilonibus. Appendo liminibus anterioribus scutum æris cavi, quod gestaverat magnus Abas, et noto factum hoc versu: Æneus posuit hæc spolia de Græcis Trojæ victoribus relata. Postea impero socios relinquere portum et sedere in scamnis. Socii certatim verberant mare remis et radunt fluctus. Continuo præterimus altas arces Phæacum, et radimus littora Epiri, et intramus portum Chaonium,*

~~~~~

socii Puget.—282. 283. extant apud auctorem de progenie Augusti.—284. circumvertitur Zulich.—286. Ære novo Sprot. clypeo Rottend. sec.—287. avversis fingo Ven.—289. tum penitus Goth. sec. consistere duo Burm. perpetua variatione, sed male h. l.—291. ascendimus duo Burm. cum aliis, prave. urbes

NOTÆ

antem eo pugnae genere exercebantur, nudi erant: atque ut manus adversariorum in lubricam cutem impactæ, facilius ictum amitterent; ideo sibi cutem, oleo, luto, et cera ungebant: hinc aliqui nomen *palastræ* deducunt a *πῆλδς lutum*; quanquam alii melius a *πάλλω vibro, agito*; ob variam agitationem et vibrationem corporis ad evitandos ictus. III. *Lustramur Jovi*: alludit ad solennem populi lustrationem, quæ singulis quinquenniis post conditum populi Romani censum fiebat *suovetaurilibus*, id est sacrificio *ovis, ovis*, et *tauri* aliisque ceremoniis quæ censum terminabant et condebant. Quod hoc anno u. c. 726. ab Octaviano perfectum est.

283 *Argolicas*] Græcas: Argi, urbs Peloponnesi, Æn. I. 288.

286 *Abantis, Postibus*] Audax ac superbum Æneæ factum: qui in me-

diis Græcorum urbibus atque insulis, trophæa de Græcis ipsis victoribus erigit. *Abas* quis fuerit ambigitur: unus fortasse ex iis quos nocte suprema e comitibus Androgei occiderat, Æn. II. 371. *Postibus* autem figit Apollinei templi, vel Leucatæ, vel Actii.

289 *Transtris*] Scamnis, in quibus remiges sedent, quæ dicuntur etiam *juga*.

291 *Phæacum abscondimus arces*] Ab Actio promontorio, sive Leucade, ad occidentem flexu cursu, occurrit deinde insula *Phæacum*, sive *Corcyra*, hodie *Corfu*: ad latus Epiri, olim hortis Alcinoi regis nobilitata, nunc sub ditione Veneta. *Abscondimus arces*, id est *absconduntur nobis*, dum celeri navis decursu prætermittuntur: qua voce usus est deinde Seneca Ep. 70. 'In hoc cursu rapidissimi

Littoraque Epiri legimus, portuque subimus
Chaoniæ, et celsam Buthroti accedimus urbem.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
Conjugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum:
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroque incensum pectus amore,

295

et accedimus ad excelsum urbem Buthrotum. Hic incredibilis rumor rerum implet aures nostras: Helenum filium Priami imperare per urbes Græcas, potitum uxore et regno Pyrrhi nepotis Æaci; et Andromachen rursus venisse in potestatem mariti Trojani. Obstupui: et pectus exarsit mirabili desiderio alloquendi hominem

~~~~~

Sprot.—292. *portusque s. Chaonio* Medic. a m. pr., mox correctrix manus adjecit s. Et sane *portusque s. Chaonios et c.* multi codd. habent, vel contra metrum, et olim, ut vel ex Servio patet, habuerunt. Hinc grammaticorum trica, de quibus v. Pier. et Heins. Sed facile est ad intelligendum, primum librarii errore factum, ut communiori more *portusque subimus* scriberetur; hinc accommodarunt alterum. Burm. putabat scriptum primo fuisse *portumque s. Chaonium*. Chaonia Zulich. E Gothanis pr. et tert. veram lectionem agnoscunt.—293. *Butoti, Butroti, Bythroti, Bitroti, Biroti, Burrhoti*, et quot modis non peccatur! *accedimus* Heins. e melioribus post Pier. revocavit, Vulgo *ascendimus*.—294. *Hinc* ed. Mediol.—295. *Priamidenque* Wall. Versus 294. 5. 7. recitantur ab auctore de progenie Augusti.—296. *regnique p.* Leid, un. Si versus 296. 7. abessent: majorem videtur poeta mirationem moturus fuisse; etiam mox Andromache se inopinato obtulisset Ænæ. Verum has nostrorum hominum artes aspernatur Maro.—298. *incensum est p.* aliquot Pier. *incensus pectus*, ut græcismus sit, quatuor ap. Burm. *amore est* Pajrhas,

#### NOTÆ

temporis primum pueritiam abscondimus.' Et bene dixit *abscondimus arces*, id est, urbes aliquas ad orientem insulæ sitas; non vero *abscondimus insulam*: quia *Buthrotum*, quam petebat, est in ipso conspectu, et ex adverso insulæ, qua ad occidentem vergit.

292 *Epiri*] Regni olim in Europa nobilis, cujus ad meridiem et occidentem est Mare Ionium, ad orientem Achaia et Thessalia, ad septentrionem Macedonia: nunc Albania inferior a quibusdam dicitur. Ejus olim præcipue partes fuerunt *Acarmania, Cassiopæa, Amphilochia, Thesprotia*; et *Chaonia*, quæ maxime occidentalis est, dicta etiam *Molossia*. Hanc tamen ab illa Strabo distinguit: Chao-

nia quidem, a *Chaone* Trojano, Heleni fratre; *Molossia* deinde, a Molosso Andromaches et Pyrrhi filio, qui regnavit ibi post Helenum, quem veluti tutorem, occiso Pyrrho, habuerat. In Chaonia nrbs est *Buthrotum*, vel *Buthrotus*, hodie *Butrinto*; in ingressu portus *Pelodis* hoc est *cenosi*, inquit Strabo l. vii. de quo portu hic est mentio. In eadem ratione est *Dodona* sylvæ, ubi Jovis oraculum: quam tamen ibidem Strabo, primo Thesprotiæ, deinde Molossæ, attributam fuisse testatur.

295 *Priamiden Helenum*] De eo Priami filio: deque *Pyrrho*, Achilles filio, Æaci pronepote, Æn. ii. 263. De *Andromache*, antea Hectoris uxore, Æn. ii. 456.

Compellare virum, et casus cognoscere tantos.  
 Progredior portu, classes et littora linquens. 300  
 Solennes tum forte dapes, et tristia dona,  
 Ante urbem in luco, falsi Simoëntis ad undam,  
 Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat  
 Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,  
 Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras. 305  
 Ut me conspexit venientem, et Troia circum  
 Arma amens vidit: magnis exterrita monstribus  
 Deriguit visu in medio; calor ossa reliquit.  
 Labitur, et longo vix tandem tempore fatur:

*et sciendi tantos casus. Progredior ultra portum, relinquens naves et litus. Tunc forte Andromache ante urbem, in sacra sylva, ad aquas ficti Simoëntis, offerebat cineri solennes epulas et funebria munera, et appellabat Manes prope sepulcrum Hectoris, quod dedicaverat e viridi cespite vacuum; et binas aras, causam lacrymarum. Ut aspexit me accedentem, et stupefacta vidit circa me Trojana arma; attomita hoc magno prodigio, exanimata est in ipso aspectu: calor abiit ex ossibus: cadit, et longo post tempore vix demum ita loquitur: An vera species, et verus nun-*

~~~~~

—299. agnoscere Ven.—300. Egredior portu et Leid. classes ac Hamb. pr. classemque et Parrhas. linquo Hamburg. pr. a m. sec.—301. Heins. cum; ante vulgo: Solennes tum, quod cum Bruncchio revocavi: est enim gravior sic et minus impedita oratio; etsi Heinsio accedit fragm. Vatic. dapibus Gud. a m. pr.—302. Simeontis, Simoontis aberrant. undas duo ap. Burm.—303. Andromachen fragm. Vatic.—304. cumulum alter Menag.—305. geminas Sprot. cum Goth. sec. causas Leid. un. causas Hamb. sec.—306. Troica Hamb. pr.—307. Arma timens Hamb. sec. ext. rebus Leid. a m. sec. cf. Burm.—308. Deriguit e melioribus et h. l. Heins. adde fragm. Vatic. v. sup. 260. Porro multi distinguunt post Deriguit; minus bene. relinquit duo Burm. cum Goth.

NOTÆ

301 Solennes dapes, &c.] Annua sacrificia, quæ vulgo cum epulis conjuncta erant, ex ipsis victimarum extis. De Simoënte, Trojano fluvio, cujus nomen alicui rivalo Andromache in Epiro tribuerat, Æn. i. 104. De Hectore, ibid. 108.

303 Libabat cineri] Vel vero cineri, cujus partem aliquam in urna deferre secum Andromache potuerat, ex iis qui collecti sunt ex ejus funere, Iliad. ultimo, 790. vel ejus Manibus atque umbræ. Tristia dona] Lac, sanguinem, &c. ut supra 66. Unde proprie, libabat, erit effundebat: quan-

Delph. et Var. Clas.

quam generatim etiam sumi potest pro sacrificabat. De hac voce, Æn. i. 740.

304 Inanem] Tumulum honorarium vocat Snetonius in Clandio c. i. Xenophon in Exped. Cyri l. vi. kevord-pior, id est vacuum tumulum.

305 Geminas, causam lacrymis, &c.] Alteram Hectori; alteram Astyanacti filio, quem Græci e Trojæ turribus præcipitem miserant. Vel potius utramque Hectori: quia geminas heroibus dici mos erat, supra 62. Causam lacrymis] Id est, quæ viri memoriam, ac dolorem suum alerent.

Virg.

2 P

Verane te facies, veras mihi mentius affers, 310
 Nate Dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
 Hector ubi est? Dixit, lacrymasque effudit, et omnem
 Implevit clamore locum. Vix pauca furenti
 Subjicio, et raris turbatus vocibus hisco:
 Vivo equidem, vitamque extrema per omnia dūco. 315
 Ne dubita: nam vera vides.
 Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto
 Excipit? aut quæ digna satis Fortuna revisit?
 Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas?
 Dejecit vultum, et demissa voce locuta est: 320
 O felix una ante alias Priameia virgo,
 Hostilem ad tumultum Trojæ sub moenibus altis

tius te mihi sis, o fili Veneris? an vicis? aut si lux alma abiit a te, ubi est Hector? Sic locuta est et emisit lacrymas, et implevit clamore omnem locum. Vix respondendo pauca merenti, et turbatus es aperio interruptis verbis: Certe vivo, et traho vitam per omnes miseras. Ne dubita, nam vera aspicias. Heu! quis casus successit tibi, privata tanto marito? aut quæ fortuna satis tibi congrua rediit ad te? O Andromache, tenesne conjugium Hectoris, an Pyrrhi? Demisit vultum, et humili voce dixit: O fortunata præ aliis, virgo Priami filia, coacta mori ad sepulcrum hostis, prope muros altos Trojæ: quæ non passa est ullam sortitionem, nec tetigit

tert.—310. verum mihi Medic. adfert Zulich. et Exc. Burm. ita lenior oratio foret, at minus docta.—311. an si lux Goth. sec.—312. effudit tres ap. Burm.—313. Complevit Exc. Burm.—315. omnia fragm. Vatic.—316. Nec duo Burm. Ne dubites alter Leid. Ne d. ne vera vides Gud. a m. pr. cetera fides in sex lectum videbis, sed recentibus, ap. Heins. et Burm., quod Heinsio Marklandoque arridet. Enimvero de oculorum fide, visuque adeo, hic agitur, non de narrationis et auditionis fide. Recte vides etiam fragm. Vatic. servat.—318. qua d. Reg. digna sacris Zulich. remansit Wall. F. fuisset Goth. text. a m. pr.—319. Andromache Mentel. pr. Andromachen, nonnulli jam ap. Pierium, et Leid. dno, pr. Hamb. et Exc. Burm. ut sit: quæ digna satis Fortuna revisit Hectoris Andromachen? Pyrrhi quatuor ap. Burm. et Pirri duo Goth. Pyrrhi an c. aliquot Pieriani. servat Gud. a m. pr. Omnia deteriora. Vulgatam exhibet etiam fragm. Vatic. Dubito tamen an n? ab epico poeta sit.—320. dimissa alii, ut solet. submissa Exc. Burm.—321. alios Montalb.—

NOTÆ

319 Connubia servas?] Manesne in viduitate, ac fide data Hectori: an vero transisti ad Pyrrhi nuptias?

321 Priameia virgo] Polyxena, Priami et Hecubæ filia, amata ab Achille: qui cum ad ejus nuptias in templum Apollinis Thymbraei convenis-

set, a Paride, post Apollinis simulacrum latente, sagittæ ictu occisus est. Capto deinde Illo, ejus umbra Polyxenam immolari sibi petiit. Illa ad Achillis tumulum ab ipso Pyrrho Achillis filio jugulata est.

Jussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,
 Nec victoris heri tetigit captiva cubile!
 Nos, patria incensa, diversa per æquora vectæ, 325
 Stirpis Achilleæ fastus, juvenemque superbum,
 Servitio enixæ, tulimus; qui deinde, secutus
 Ledaam Hermionen Lacedæmoniosque hymenæos,
 Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
 Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore 330
 Conjugis, et scelerum Furiis agitatus, Orestes

captiva lectum victoris domini. Nos post patriam combustam vectæ per longinqua maria, perientes in captivitate, toleravimus superbiam familiæ Achillis, et juvenem ferocem: qui postea quærens Hermionen neptem Leda, et conjugium Spartanum, me servam tradidit possidendam Heleno, ipsi quoque servo. At Orestes ardens magno desiderio repta uxoris; et impulsus Furiis criminis sui, intercipit illum impro-

325. *recti fragm. Vatic.*—326. *factum* aliquot Pier., minus poetice. *fatus* alter Mentel. a m. pr., forte et Zulich., unde Heins. conj. *status*: sed v. Burm.—327. *enixe* tres Burm. et sic Donatus interpretatus est; male. v. Heins. et Burm. et Pier.—328. *que* abest ab uno Leid.—329. *Me famulo famulamque* Heins. recepit; ita enim fere omnes Pieriani et Heinsiani omnes, cum Donato (adde fragm. Vatic.), excepto Hamb. pr., cni adde Goth. sec. et tert., qui tuentur id, quod olim legebatur: *Me famulam famuloque*. Ingratum tamen utrumque. Non male itaque Heins. conj. *Me famulo famulam Heleno*; ut hiatum imperiti librarii ferre noluerint; etsi hiatui intercedit Schrader. Emendatt. p. 138, nec tamen aliam medelam apponit. Ingratus est veraps, quocumque te vertas. Poterat tamen poeta refingere: *me famulo famulam dominus transmisit habendam. Me famulamque famulo* ed. Mediol. *transmittit* Sprot. concessit pr. Hamb. permisit Goth. tert.—330. *flammatus* Gud. et fragm. Vatic. cf. Burm.—331. *Furiis scelerum* Ven.—332. *Excipit incautum,*

NOTE

327 *Servitio enixæ*] Andromache captiva a Pyrrho in uxorem admissa, suscepit ex eo Molossam: qui parti Epiri nomen fecit, 202.

328 *Ledaam Hermionen, &c.*] Menelai filiam, Spartani sen Lacedæmonii regis, ex Helena filia Jovis et Leda. Hermione, Menelao ad Trojanum bellum profecto, a Tyndareo Leda marito desponsata est Oresti cognato suo, Agamemnonis filio. Eadem interim a patre Menelao ad Trojanam desponsata est Pyrrho, Achillis filio: eidemque post confectum bellum tradita. Quod cum ægre ferret Orestes, Delphos venit: et nactus ibi Pyrrhum de futura sibi ex eo con-

jugio prole oraculum consulentem, eum ad ipsas aras Apollinis interfecit.

331 *Scelerum Furiis agitatus Orestes*] Agamemnonis et Clytæmnestræ filius: patre ad Trojam profecto, et Ægystho Clytæmnestræ adultero Mycenæ tenente, subductus ejus insidiis a sorore Electra, et ad Strophium Phocidis principem missus est: ubi singularem cum ejus filio Pylade amicitiam contraxit. Post Trojam expugnatam, et patrem Agamemnonem Ægisthi insidiis jugulatum, matrem cum adultero interfecit. Ideo Furiis agitatus, ac post labores plurimos expletus ac solutus crimine ab Areopa-

Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.
 Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
 Pars Heleno; qui Chaonios cognomine campos,
 Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit, 335
 Pergamaque Iliacamque jugis hanc addidit arcem.
 Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?

vidum, et jugulat ad altaria patria. Per mortem Pyrrhi pars regni data cessit Heleno: qui a Trojano Chaone vocavit cognomine campos Chaonios et totam Chaoniam; et condidit in monte Pergama, et hanc arcem Iliacam. Sed quinam venti et

insidiis Serv. citat ad III Ecl. 18 cum interpretamento. Mox *que* deest binis Burm.—334. *Sors Heleno* Voss., haud dubie elegantius. cf. Burm.—335. *Ch. urbem* pr. Hamburg. a Trojano tert. Rottend. dixi sec.—336. *Pergameamque* Medic. Lectum scilicet olim fuit a nonnullis *Pergameam Iliacamque*, ut ex Servio patet. Unde autem lectio illa fuerit, Pomponius Sab. memorizæ reliquit; sed *Apronianus*, inquit, *Pergamiam legit*; is scilicet, e cujus recensione Codicem Medicum habemus.—337. Burm. in difficultates hic nescio quas se induerat, et conj. vel *qui cursum huc venti* vel *quo cursum venti*, quo f. d. Potuisse enim Andromachen satis scire, qui venti ex Troade ferrent. Enimvero sic argutari possis et in vulgari: *quomodo huc venisti?* et in Odyss. A. 171 *πῶς δέ σε ναῦται ἤγαγον εἰς Ἰθάκην*; etc. Scilicet si vulgari sermone usa esset Andromache, quævisisset illa sic: *quo casu ad has terras accessisti?* Jam hoc poterat factum videri vel tempestate vel fato vel Deorum numine. Et

NOTÆ

gitis, aut, ut ait Cicero, ipsius Minervæ judicio, in regnum rediit. Hermionen uxorem accepit, occiso prius apud Delphos Pyrrho: cum ea regnum quoque Spartanum addidit suo. Corpus ejus, post mortem refossum, septem cubitorum fuisse refert Plinius lib. VII. 16.

332 *Patrias ad aras*] Certum est Pyrrhum ab Oreste occisum esse Delphis, in Phocide, apud ipsas Delphici Apollinis aras: Achillem vero Pyrrhi patrem interfectum a Paride, ad Trojam, in Apollinis Thymbræi templo; atque ita fatale fuisse patri et filio, ut apud Apollinem caderent. At varie se torquent interpretes, ut explicent, cur *patrias aras* poëta dixerit: multa comminiscuntur: hæc duo mihi videntur optima. 1. Si ad sensum Nascebæni per *patrias*, intelligamus easdem, ad quas pater Achilles occisus fuerat: nempe *Apollineas*, quanquam

loco dissitas. 11. Tamen tutius puto: *patrias* explicare ad sensum Turnebi, *Græcas*: ara enim Delphica, fere in medio totius Græciæ sita, publicum erat Græciæ totius oraculum. Addo, quod rem firmet: Epirum, ubi tum regnabat Pyrrhus, inter Græciæ provincias non esse habitam, ut patet ex Strabone I. VII. Pyrrhum vero et Orestem patria Græcos fuisse: Orestem quidem Argivum e Peloponneso: Pyrrhum, patre natum Achille, Thesalo e Phthia; matre Deidamia, e Scyro Ægæi Maris insula.

335 *Trojano a Chaone*] *Chaon*, unus e Priami filiis: quem Helenus frater cum in venatu ignarus occidisset, ad solatium doloris, regnum ejus nomine appellavit; regnavitque quasi tutor Molossi, ut jam diximus, 292.

336 *Pergamaque, Iliacamque, &c.*] Divisio est unius rei in duas: *Pergamus* enim fuit arx *Iliaca*, sive Trojana.

Aut quisnam ignarum nostris Deus appulit oris ?
 Quid puer Ascanius ; superatne, et vescitur aura ?
 Quem tibi jam Troja
 Ecqua tamen puero est amissæ cura parentis ?

340

quamnam fata direxerunt tibi cursum ? aut quis Deus adduxit te inaciom ad nostra littora ? Quid ? puer Ascanius superestne et fruitur vita ? is quem tibi jam Troja Quisnam est jam puero dolor de amissa matre ? quomodo et pater Æneus et

hæc, ut vides, expressit poëta.—338. *Quisnam* Heins., ut fere omnes libri etiam Pieriani cum fragm. Vatic. Vulgo *quis te* ex glossa. *quis jam* ed. Ven.—339. *aut v. Exc. Burm. vescitur auras* plerique codd. Pier., nec improbat Heins. Fuit etiam in Parrhas. a m. sec. et in fragm. Vatic., ubi v. p. 174. cf. ad Tibull. II, 5, 63, et sup. I, 550.—340. *Quæ tibi alter Menag.* In melioribus, inter quos Medic. Gud. fragm. Vatic., versus mancus est relictus ; in aliis varie suppletus : *Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa.—obsessa est enixa Creusa.—Troja est obsessa enixa Cr.—Troja natum fumante reliqui ; inepte omnia.* vid. Burm. post Pier. Ex uno Guelpherb. in Exc. Cort. notatum video *Troja—peperit florente Creusa.* Scilicet Ascanii ætas id postulare visa erat. Dubito equidem, an ex Virgilii schediis hoc fragmentum servatum sit ; haud dubie enim illud reacissuri fuissent Tucca et Varius. Probabilius mihi fit, fuisse olim in margine ab aliquo versificatore varia in h. l. tentata ; unde sequens librarium expedire se non posset. Ceterum etiam hic locus docet, ex uno aliquo transcripto exemplo omnia fluxisse exemplaria Maronis.—341. *Et quæ jam ante Heins. legebatur.* At meliores Heins. et Pier. cum Donato et Carisio : *Et qua tamen vel Ec qua tamen ;* hoc et fragm. Vatic. habet. Alii *Etque tamen, Et quæ vel Ecquæ tam, Quæ tamen et p. Qua tamen et ;* ut in talibus errari fere solet. *Ecquenam* Goth. pr. *Ecquæ* Pompon. Sab. interpretatur. *amissi parentis* apud Carisium. v. Piërium ad h. l. Probat hoc etiam Markland., sed v. Burm. *amissæ est c.* etiam nonnulli. Equidem hunc versum dudum suspectum habui ; et adhuc persuasum mihi habeo, e vetere quidem libro eum ad nos pervenisse, sed aliquando ad marginem aliena manu ascriptum adhæsisse, una cum fragmento superioris versus, cujus reliqua pars obliterata erat ; et, si bene auguror, a poëta tantum illa scripta erant : *Quid puer Ascanius. Ecquid in antiquam v.* Brunckius utrumque versum a poëta temere in chartam conjectum fuisse existimabat, ut olim ab eo retractaretur. Vix tamen hæc omnino poëtæ in animum venire potueret,

NOTE

340 *Quem tibi jam Troja*] Versus, aut a Virgilio relictus imperfectus, aut a Tucca et Varro mutilatus. Suppleverunt sic aliqui : ‘ *Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa.*’ Male. Troja enim fumante, et Ænea fugiente, patrem sequebatur jam tum pedes Ascanius, Æn. II. 724. Alii sic : ‘ *Quem tibi jam Troja obsessa est enixa Creusa.*’ Paulo verisimilius. Cum enim decem annos bellum Trojanum, annos septem Æneæ navigatio duraverit, annos sexdecim aut sep-

temdecim numerare tum potuit Ascanius, cum Italicis pugnis deinde interfuit : sed omnino abhorret versus a nitore Virgiliano.

341 *Ecqua tamen puero est, &c.*] Putant aliqui oblitum hic sui esse Virgilium. Quomodo enim scire potuit Andromache, Creusam, Ascanii matrem, in fuga amissam fuisse ; cum ea de re nihil dum Æneas ei dixisset ? Quidni vero scire id potuit ante suum e Trojano littore discessum ? præsertim cum Æneas in urbem redisset,

Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles
Et pater Æneas et avunculus excitat Hector?

Talia fundebat lacrymaus, longosque ciebat
Incassum fletus: cum sese a mœnibus heros 345
Priamides multis Helenus comitantibus affert,
Agnoscitque suos, lætusque ad limina ducit,
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, et parvam Trojam, simulataque magnis
Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum 350
Agnosco, Scææque amplector limina portæ.
Necnon et Teucri socia simul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

avunculus Hector incitant ipsum ad veterem fortitudinem et animos viriles? Talia dicebat plorans, et frustra movebat longos fletus: cum heros Helenus, filius Priami, effert se ex urbe, comitantibus plurimis: et agnoscit suos Trojanos, et lætus ducit in domum suam: et inter singulas voces emittit multum lacrymarum. Progredior, et agnosco parvam Trojam, et Pergama assimilata magnis, et socum rivum cognomine Xanthi, et amplector postes portæ Scææ. Trojanique potantur simul urbe socia. Rex sub vastis porticibus accipiebat eos. Bibeant vini pocula in

~~~~~

cum aliena sint a re et loco.—342. *Et quid multi, ut solent.*—343. *avunculus* Gud., ut semper in similibus.—344. *multosque* c. Menag. pr. *jannosque* alter Hamb., unde Heins. conj. *largosque*.—345. *In casum* Zulich. cum glossa: *Æneæ et Trojanorum*. cf. Burm.—346. *Priamides Helenus multis* duo Burm. aliquotque Pieriani; quod simplicius, ut sup. v. 295. cf. Pier. *adfert* Heins. e codd. suis omnibus. Vulgo *offert*. tres *effert*.—347. *agnovitque* alter Hamb. *ad limina* Heins. cum majore codd. parte. Sic et omnes Goth., nisi quod unus *lumina*. Vulgo *ad mania*, quod in paucis recent. ille repererat.—348. *lacrimans* aliquot Pier., aliquot Heins., et edd. vett. nonnullæ; manifesto sed proclivi lapsu. Nec aliter fuerat, puto, in Gudiano, qui lituram hic habebat, e qua Heins. tamen excitabat: *multum lacrimæ* pro *lacrymarum* curiose potius quam vere. Nam *multum* Homericum πολλόν est, pro valde, admodum, et talia amare Virgilium satis constat. *lacrimis* Exc. Burm. Porro *fudit* plerique Pier. et aliquot Heins., tert Goth., male; idem tamen Pompon. Sab. interpretatur.—349. *ad parvam* Sprot. *et patriam* Zulich. et Leid. a m. pr. *e. multis Perg.* Witt. a pr. m.—352. *feruntur* Ven. et alter Hamb. pro *var.* lect. 353. 354. 355 hos tres versus ab aliena manu insertos esse vidit Jac. Bryant, quia cum reliquis non bene coherent. Patrocinium eorum quomodo

#### NOTÆ

quæsisset eam omnibus viis, ab omnibus amicis: quorum aliquis ad captivas deferre casum potuit.

346 *Multum lacrymas*] Alii legunt: *Multum lacrymans*. Favet primæ lectioni: quod alioqui verbum *fundit* nullo casu fulciretur. Favet secun-

dæ: quod durum sit; *multum lacrymas*, pro *multum lacrymarum*. Hærea tamen primæ, quia communior est. De Xantho, seu Scamandro Troadis fluvio, Æn. i. 477. De Scæa, Trojæ porta, Æn. ii. 612.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi,  
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant.

355

Jamque dies, alterque dies processit: et auræ  
Vela vocant; tumidoque inflatur carbasus Austro.  
His vatem aggrediōr dictis, ac talia quæso:  
Trojugena, interpretes Divum, qui numina Phœbi,

*medio aula, cibus auro impositis, et tenebant pateras. Jamque dies et secundus dies abiit, et venti impitant vela, et lintea inflantur tumido vento. Alloquor his verbis Helenum vatem, et rogo eum talia: Trojane, interpretes Deorum; qui cognoscis*

\*\*\*\*\*

ari possit, vide in Notis. Erit tamen imputandum aliquid fortunæ carminis, cui secunda poetæ manus hand obtigit; ultimus utique versus friget.—353. *Illas* Montalb.—354. *in* deest optimis; sed tuetur Heins. grammaticorum auctoritate.—355. *Impositisque* Witt. *tenebat* Ven.—356. *processit* Leid. *inflatus* alter Menag. *que* abest a sec. Rottend.—358. *Hic* edd. ante Pier. *et talia* Witt.—359. *qui n. Divum* Witt. a m. pr.—360. *Clarī et lauros* Medic.

## NOTE

354 *Aulai in medio, &c.*] *Aulai*, dissolutio, more veterum, diphthongi α, quæ Græcis est α, in vocales duas α et ι. *Libabant*: vel gustabant, bibebantque; vel offerebant Diis per libationem et effusionem: *Æn.* i. 740. De *Baccho*, *Ecl.* v. 29. 69. De *Austro*, vento meridionali, *Ecl.* ii. 59.

359 *Qui numina Phœbi, &c.*] Quinque divinationis species enumerat. Primam, quæ fit *afflatu Dei*: secundam, quæ *insestu in tripode*: tertiam, quæ *combustione lauri*: quartam, quæ *intuitu siderum*: quintam, quæ *observatione avium*. i. Significatur per *numina Phœbi*, qui aliquando in vates illapsus, os ipsis ad futura prædicenda aperiebat, ut mox continget Heleno. ii. Per *tripodas*, in quibus sedentes puellæ vaticinabantur: præsertim Delphis, unde mos ille in pleraque alia Apollinis templa transierat. Erat autem *tripus*: vel puteus tres latus pedes, in quem demissa puella emergente halitu amens reddebatur: vel vas et crater, tribus nitens pedibus: vel mensa, tribus edita gradibus: vel probabilis, sella tribus fulcris im-

sita, in medio patens, ubi sedebat vates; eaque aliquando ærea, aliquando aurea, etiam Delphis corio Pythonis serpentis cooperta. iii. Per *Clarī lauros*, vaticinium innuit, quod petebatur ex combustione laurei rami: qui si in igne crepitaret, bono erat omni; si taceret, malo. *Tibul.* l. ii. 5. 81. 'Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis, Omne quo felix et sacer annus eat.' *Propert.* l. ii. 20. 36. 'Deficiunt magico torti sub carmine rhombi, Et jacet extincto laurus adusta foco.' *Clarī*] Epithetum Apollinis, cui *Clarus*, urbs Ionæ, prope Colophonem, in Asia Minore, celebri templo et oraculo dicata erat: et hoc epithetum pro quolibet alio hic additum est: quemadmodum *Apollo Delius*, appellatus est *Thymbraeus*, 85. iv. Per ipsa *sidera* satis notatur *astromantia*. v. Per *volucrum linguas* notatur proprie ars *augurum*, qui *avium garritum* et cantum consulebant. Per 'præpetis omina pennæ,' proprie ars *auspicum*, qui *aves spectabant volantes*. Et aves quidem, quarum spectabatur

Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, 360  
 Et volucrum linguas, et præpetis omina pennæ,  
 Fare age (namque omnem cursum mihi prospera dixit  
 Religio, et cuncti suaserunt numine Divi  
 Italiam petere, et terras tentare repostas;  
 Sola novum dictuque nefas Harpyia Celæno 365  
 Prodigium canit, et tristes denuntiat iras,  
 Obscenamque famem) quæ prima pericula vito?  
 Quidve sequens tantos possim superare labores?  
 Hic Helcnus, cæsis primum de more juvencis,  
 Exorat pacem Divum, vittasque resolvit 370  
 Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phœbe,  
 Ipse manu multo suspensum numine ducit;  
 Atque hæc deinde canit divino ex ore sacerdos:

*divinitatem Apollinis, et tripodas, et lauros Clarii, et astra, et cantus avium, et auspicia volantis alæ, dic age: nam ceremoniæ propitiæ mihi declaraverunt totum iter meum; et omnes Dii sua auctoritate suaserunt mihi petere Italiam, quærere terras mihi præparatas: sola Harpyia Celæno canit prodigium notum et horrendum dictu, et prædicat funestas iras, et sædam famem: quod periculum primo effugiam? et quid exequendo, possum emergere e tantis casibus? Tunc Helenus, primo mactatis juvencis juxta consuetudinem, precatur veniam a Diis: et solvit tæniæ sacri capitis: et ipse ad tua templa, o Phœbe, manu ducit me trepidantem ob magnam reverentiam Dei. Ac postea sacerdos loquitur hæc divino ex ore: Fili Vene-*

\*\*\*\*\*

Pierii, Witt. Moret. sec., quod præfero. *laurus* Medic. a m. pr. cum aliis antiquis, quod antiqui Grammatici defendunt; recepit itaque Heins., rursus deseruit Burmannus; forte casu potius quam consilio.—361. *Qui volucrum* Schol. Horat. ap. Heins. *omnia* nonnulli. *pinnæ* Medic. Gud. et tert. Mentel.—362. *Omnis c.*—*Religio* aliquot Pieriani, sec. Rottend. Gud. a m. pr. item Goth. pr., sc. ut sit: *omne vaticinium, omnis Deorum monitus*, quod merito arrodere potest, quoniam sequitur: *cuncti Divi*. Sic *cursum* esset, quem teneo, navigationem, quam facio versus Italiam.—363. *et abest a Ven. et Parrhas.* cum Goth. alt. *numina Divi* Gnd.—365. *norom* Gud. *Arpia, Arpyia, Harpeia* aberatt. codd.—368. *Quodve s. possim tantos* Parrhas., forte etiam, subjicit Burm., *qua p. p. vito?* qua via, ratione. Nil necesse. at *possum* nullibi repertum video.—369. *primum cæsis* Ven. et Parrhas.—371. *lumina* sec. Hamb.—372. *Ipse etiam* pr. Hamb. *suspensus* pro var. lect. Hamb. sec. et Servius. Male. cf. Burm. *duxit* codices ap. Pier.—373. *hæc* deest Leid. uni.—375. *Si*

#### NOTÆ

*cantus*, dicebantur *oscines*, ab *os*, et *cano*; ut corvus, cornix, picus: quarum autem spectabatur volatus, dicebantur *præpetes*, a *πρωρέσθαι*, *prætolare*; ut vultures, aquilæ. De *Celæno* et *Harpyiis*, supra 211.

370 *Vittasque resolvit*] Infulam, qua implicati erant capilli. Vittata enim infula, sacerdotis insigne est, Æn. II. 133. Soluta autem, indicium est vaticinantis ac furentis, Æn. VI. 48. de Sibylla: ‘Non comtæ mansere comæ.’

Nate Dea ; nam te majoribus ire per altum  
 Auspiciis manifesta fides : sic fata Deum rex 375  
 Sortitur, volvitque vices : is vertitur ordo ;  
 Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustræ  
 Æquora, et Ausonio possis considerare portu,  
 Expediam dictis ; prohibent nam cetera Parcæ  
 Scire, Helenum farique vetat Saturnia Juno. 380  
 Principio Italiam, quam tu jam rere propinquam,  
 Vicinosque, ignare, paras invadere portus,  
 Longa procul longis via dividit invia terris.  
 Ante et Trinacria lentandus remus in unda,  
 Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor, 385  
 Infernique lacus, Æææque insula Circæ,

*ris : nam certo scio te majoribus auspiciis currere per mare : ita rex Deorum disponit fata, et miscet fortunas : ea series rerum decurrit. Explicabo tibi verbis pauca e plurimis, ut securior percurras maria quæ te excipient, et possis quiescere in portu Italico : nam Parcæ impediunt ne Helenus sciat reliqua, et Juno impedit ne loquatur. Primo longum iter impeditum procul longis regionibus separat a te Italiam, quam tu jam putas propinquam, et cujus paras intrare vicinos portus, o ignare. Et curcandi sunt remi in mari Siculo, et percurrenda naviibus plunities maris Italici, et infernæ paludes adeundæ, et insula Circæ Colchicæ : priusquam possis con-*

pr. Hamb. a m. sec. *his* Gud. Ven. Parrhas.—376. *hic* edd. Ven. et Junt. *sic* quatuor Burm. et Goth. sec. *his* alter cum ed. Mediol.—377. *tutius* Oudart. et Parrhas. *æquora lustræ Hospita* Zulich.—378. *consistere* pr. Hamb. et Ven. vide sup. 162. Burm.—380. Distinguunt codd. partim post *Scire* partim post *Helenum* ; cf. Pier. et Burm., sed in interpolatione, codicum nulla, meo judicio, est auctoritas. *vetet* pr. Hamb. Brunck. conj. *Scire, vetatque Helenum fari* S. J. : rotundior utique sic esset versus, sed Virgilius gravitatem numerorum præfert. Alioqui ad manum esset *Helenumque vetat fari* in ed. Parm. Hemistichium abesse malit Jac. Bryant.—384. *Trenacia* Wall. a m. pr., et a m. sec. *Trinacia* ; et sunt sane grammaticorum argutiæ in ea scriptura, quæ tamen fundamento non omnino carent, quandoquidem *Θρινακία* Homerica est scriptio. conf. Cluver. et d'Orville Sicula p. 163. Enimvero ad liquidum res perducere nequit, ultra sit verior et antiquior. Idem Wall. *lentendus* a m. pr. *tentendus* Goth. sec. a m. pr. *flectendus* Guelpherb. un. in Exc. Cort. ex interpr.—386. *Circæ* vetustiorum auctoritate repositus Heins., qui copiose

## NOTÆ

374 *Majoribus Auspiciis*] Vel bonis ; vel ad majora spectantibus ; vel majorum Deorum, Jovis, Apollinis, &c. non avium aut siderum tantum.

379 *Parcæ, &c.*] Tres, quæ fatis dispensabant fata hominum, Ecl. iv. 47. *Juno*] Saturni et Opis filia, inimica Trojanis : causam habes Æn. i. 29.

384 *Trinacria lentendus, &c.*] *Flec-*

*tendus* et *curcendus*, ob vim adversam fluctuum inter se pugnantium. Sic Catullus de Nupt. Pelei, 182. 'Quidne fugis lentos incurvans gurgite remos ?' De *Trinacria*, Sicilia, fuisse infra 687. De *Ausonia*, Italia, supra 171.

386] De descensu ad Inferos, Æn. vi. De appulsu ad insulam *Circæ*,

Quam tuta possis urbem componere terra.

Signa tibi dicam : tu condita mente teneto.

Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam

Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus,

390

Triginta capitum foetus enixa, jacebit,

Alba, solo recubans, albi circum ubera nati :

Is locus urbis erit ; requies ea certa laborum.

Nec tu mensarum morsus horresce futuros :

Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.

395

Has autem terras, Italique hanc littoris oram,

*dere urbem in segura regione. Dicam tibi signa, tu ea retine commisso animo. Quando porca reperta a te sollicito, jacebit circa undam remoti fluvii, enixa prolem triginta capitum, alba, recumbens humi, et porcelli albi circa mammas ; ille locus erit urbis, ille certus finis laborum. Nec tu expavesce futurum esum mensarum. Fata reperient viam, et Apollo invocatus adjuvabit. Evita autem has terras, et*

\*\*\*\*\*

aliis exemplis firmat. Vulgo *Circes* ; aliquot etiam *Circe*.—387. *posses* alter Hamb.—388. *memori quæ* (pro *que*) hæc m. t. sec. Moret. vss. 388—393 leguntur ap. auctorem de progenie Augusti c. 12.—389. *undas* aliquot Pieriani et Hamburg. alter, ut supra.—391. *factus capitum* Montalb.—392. *Hic l. Dorvill.* et ap. Nonium et Clodonium. *erat dno Burma*.—395. *inveniant* quatuor Heins.—396. *Has inter Goth.* tert. *urbem Oudart*.

#### NOTE

Æn. vii. 10. Erat autem Solis et Perses Nymphæ filia, soror Æetæ Colchici regis, qui pater fuit Medæ : aut juxta alios, Æetæ filia, Medæ soror. Æetæ dicta, id est, Colchica : ab Æa, insula et urbe Colchici regni, circa ostia Phasis fluvii. Sarmatarum regi nupsit, quo venenis occiso, in Italiam fugit, ad promontorium et montem, qui deinde *Circeus* dictus est, hodie *Circello*, in Latio : qui quidem mons continenti junctus est : sed quia Pomptinis paludibus cingitur ad septentrionem, ideo insulæ formam aliquando habuit. Eadem *Circe*, cum Glaucum, marinum Deum amaret, ex zelotypia Scyllam puellam in monstrum marinum commutavit : item et Picum Latinorum regem in avem, quod Canentem conjugem sibi præferret.

389 *Secreti ad fluminis, &c.*] De

omine suis, cum triginta porcellis reperta, ad ripam Tybris : ubi *Alba* urbs, aut juxta alios *Lavinium*, condita deinde est, Æn. viii. 42.

394 *Mensarum morsus*] De his, 257.

396 *Italique hanc littoris oram, &c.*] Italiæ frontem intelligit, sive partem meridionalem : quæ confecto Trojano bello, Græcis plurimis illuc post varios errores appulsis, ab iis *Magna Græcia* vocata est : nunc Neapolitani regni maximam partem constituit : Italiamque dividit dno in cornua, quæ Tarentino Sinu vasto et patenti separantur. Tota illa frons ad orientem penitus obversa est Epiro, marique Ionio. Atque in cornu quidem orientali, quod ab Epiro minus remotum est, promontorium est *Iaggyium*, vel *Salentinum*, *Cap de Sainte Marie* : totumque cornu Salentini occupabant :

Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,  
 Effuge: cuncta malis habitantur moenia Graiis.  
 Hic et Narycii posuerunt moenia Locri,  
 Et Sallentinos obsedit milite campos

490

*hanc extremitatem Italici litoris, quæ propinqua alluitur fluctu nostri maris: cunctæ illæ urbes incoluntur a pravis Græcis. Illic et Narycii Locri statuerunt muros, et Cretensis Idomeneus occupat militibus campos Sallentinos: illic est illa Petilia duce*

~~~~~

pro var. lect. ad oram.—397. *qua nostri Parrhas*, quod arridet Burmanno. *profunditur* duo ap. eund.—399. *Hinc et Narycii, Naricii, Naritii* aberrationes Codicum. Νάρυξ, πόλις Λοκρίδος etc. Steph.—400. *Sallentinos* Heins. cum aliis melioribus, quem v. et quos laudat Burm. cum antea editum esset *Salentinos*: quæ antiquior esse debuit scriptura. *Salentinos* Goth. tert. quæ antiquior fuit scriptura Σαλαντινων quod etiam ex numo laudatur: de quo v. Eckhel Doctrin. num. P. I, Tom. I, p. 145. *Phalentinus* Ven. *Salicanos* Sprot. *limite*

NOTE

quorum urbes præcipuæ, Tarentum *Taranto*, Brundisium *Briades*, Hydrus *Otrante*. In altero cornu, quod ad meridiem pertinet, tria sunt præcipua promontoria: Lacinium, *Capo della Colonna*, Salentino respondens: Brutium, sive Leucopetra, *Capo dell' Armi*, Siciliæ proximum: et Zephyrium, *Capo de Skillo*, inter utramque medium. Infra Lacinium, in ipso sinu Tarentino, est Petilia, *Strongoli*. Inter Lacinium et Zephyrium, est sinus Scylacius vel Scylleticus, *Golfo di Squillaci*, ubi urbs Scylacium. Inter Zephyriam et Brutium, ingens est ora, ubi non longe a Zephyrio occurrit Caulonia, vel Caulon, *Castel Vetere*: tum infra, meridiem versus, Narycia, vel Locri Epizephyrii, nunc *Gieraci*. Atque hæc fusior descriptio ad ea, quæ sequuntur hoc libro, plane necessaria visa est.

399 *Narycii Locri*] Constat eos a Græcis Locris oriundos esse: duce, vel Evanthe juxta Strabonem; vel Ajace juxta alios. Tres autem in Græcia fuerunt hujus nominis populi: *Epicnemidii* et *Opuntii*, contermini; ad septentrionem Phocidis, et meridiem Eubœæ sinuque Maliaci: tum *Ozola*,

ad occidentem Phocidis, et septentrionem faucesque ipsas sinus Corinthiaci sive Crissæi. Strabo vult Epizephyrios, ad Ozolis Crissæi sinus oriundos, negat ab Opuntiis. Tamen nomen ipsum *Narycia* urbis innuit, eos, si non ab Opuntiis, saltem ab Epicnemidiis esse profectos: siquidem *Narycium* urbs a Plinio colloca-tur apud Locros Maliaci sinus, et Boagrium fluvium. At ibidem erant Epicnemidii: ibidem regnabat Ajax, Oilei filius, ex Homero, Iliad. II. 523. et *Naryx*, sive, *Naryce*, sive *Naricum*, urbs est, ex qua juxta Suidam fuit Ajax. Quæ ut conciliem: existimo Locris omnibus, Ozolis, Epicnemidiis, Opuntiis, Ajacem ad Trojam impe-rasse, cum omnes Parnasso monte conjungantur: in reditu deinde Ajace mortuo, ut diximus Æn. I. 44. aliis alio per tempestatem disiectis, aliquas e Locris omnibus reliquias Evanthe dnce in Italiam pervenisse, et Naryciam condidisse: tumque dictos esse *Epizephyrios*: quod non procul a promontorio Italiæ *Zephyrio* sedem ele-gissent.

400 *Sallentinos, &c.*] De eorum situ, 396. De *Idomeneo* Cretæ rege,

Lyctius Idomeneus; hic illa ducis Melibœi
 Parva Philoctetæ subnixa Petelia muro.
 Quin, ubi transmissæ steterint trans æquora classes,
 Et positis aris jam vota in littore solves:
 Purpureo velare comas adopertus amictu; 405
 Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
 Hostilis facies occurrat, et omina turbet.
 Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto;
 Hac casti maneant in religione nepotes.
 Ast, ubi digressum Siculæ te admoverit oræ 410
 Ventus, et angusti rarescunt claustra Pelori,

Melibœi Philoctetæ, defensa muro. Imo quando naves transvectæ ultra mare constiterint, et jam reddes vota altaribus in littore structis: tегaris secundum capillos coopertus velo purpureo: ne aliquis cultus hostilis occurrat inter pia sacrificia, in cultu Deorum, et abruptat auspicia. Socii servant hanc consuetudinem sacrificiorum, tu ipse hanc serua: posteri pii persistant in hac ceremonia. Sed quando ventus te profectum appulerit ad littus Siculam, et minuentur angustia arcti Pelori:

Leid. un.—401. *Lyctius, Licius, Lilius, Lycius, Lytius*; porro *Idomeneus, Idomeneus, Ydomeneus*,—*Melibœi—Philoctetæ, Philothetæ, Phyloctetæ, Philoctetæ*, librariorum stupores, quos ponimus, ut iis mature assuescant iuvenes.—402. *Petelia* Medic. et sic in numis et Græcis script: occurrit: Περηλία; hoc itaque restitui. Vulgo *Petilia*, quod vulgare est.—403. *steterunt* alter Hamb. *naves* pr. Hamb. *puppes* Goth. pr.—404. *in littora* Medic. a m. pr. cuni tribus aliis.—405. *Purpureas* Dorvill. a m. pr.—407. *occurret* Franc. *omnia* multi. *turbat* duo.—408. *socios* Medic. a m. pr.—410. *degressum* Sprot. et inf. 492. *amoverit* duo. *Siculis* oris Franc.—411. *rarescunt* codd. Servii inf. ad. 530, in Wall.

NOTÆ

122. *Lyctius* dicitur a *Lycto* oppido Cretæ, de qua insula, 104.

401 *Melibœi Parca, &c.*] *Philoctetes*, Pæantis filius, *Melibœæ* rex, urbis in Thessalia, ad radices montis *Ossa*: cum in Ceta, Thessalico monte *Trachinæ* regionis, pyram, in qua se *Hercules* comburendum collocaverat, ejus jussu succendisset; ab eodem arcum et sagittas, *Lernæ* hydræ felle imbutas, accepit in munus. Trojam deinde profectus, et colubri morsu in crure sauciatus, a Græcis in insula *Lemno* fœtoris impatientia, relictus est. Postea tamen, monente oraculo Trojam non nisi sagittis *Herculeis* eapi posse, ab *Ulysse* et *Neoptolemo* in castra accersitus, *Paridem* occidit:

et urbe capta, auditaque *Melibœorum* defectione, ut narrat *Strabo*, venit in Italiam: ibique *Petiliam*, aut condidit, aut juxta alios mœnibus firmavit: situm ejus vide, 396.

405 *Purpurco, &c.*] Hunc morem servavere Romani, ut in sacris caput obnubarent: ne turbatus alienarum rerum aspectu sacerdos, aut interrumpere sacra, aut ex iis aliquid omitteret: utrumque enim fatale atque ominosum erat. Idque aiunt Romani scriptores *Æneæ* exemplo a posteris usurpatum: infra, 545. *Saturnio* tamen, *Honori*, et *Herculi*, aperto capite facta sacra, non velato; probat multiplici auctoritate *Cerdanus*.

411 *Rarescunt claustra Pelori*] *Pelo-*

Læva tibi tellus, et longo læva petantur
 Æquora circuitu; dextrum fuge littus et undas.
 Hæc loca vi quondam, et vasta convulsa ruina,
 Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas! 415
 Dissiluisse ferunt cum protinus utraque tellus
 Una foret; venit medio vi pontus, et undis
 Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes
 Littore diductas angusto interluit æstu.
 Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis 420

sinistra terra et sinistra maria a te petantur longa circuitione: evita dextrum littus et dextras aquas. Narrant hæc loca olim magna violentia et ruina discessisse. Adeo remota velustas temporis potest mutare res. Cum utraque terra esset una continuo: mare cum impetu venit in medium, et aquis separavit Italicum latus a Siculo: et labitur angusto freto inter arva et urbes, distinctas suo quasque littore. Scylla occupat dextrum latus: immanis Charybdis lævum, et profundo gurgite

superscr. vel clarescent. Parum acute. *plaustra* P. Parrhas. Illustrat vss. Nodell Not. Crit. p. 77.—412. *lata* aliquot Pier. *petentur* Hugon. et Wall: a m. pr. cum Goth. sec.—414. et deest Parrhas. ex Erf. *convulsa* Gud.—415. In Wall. versus erat in margine ascriptus; idem *longæva*. Ennium videtur ante oculos habuisse Annal. xv, ap. Gell. ix, 14 *Postrema longinqua dies confecerit ætas*. Adde Lucret. ii, 68, 69. duo *motare*, solenni permutatione. v. Burm.—416. *protinus* Heins. reposuit cum Velio Longo et Leid. altero ac Rottend. pr.—417. *forent* Rottend. tert. *medio venit* Moret. pr. Parrhas. *venit in m.* Ven. *media* Zulich. a m. sec.—419. *deductas* Medic. cum al. antiquis. Vir doctus Britannus (*Gent. Mag.* 1764, p. 464) *littora diductas* emendabat h. e. quoad littora, refutatus mox ab alio p. 556. Neuter viderat, *littore diductas* esse idem ac mari, quod intervenerat, diductas; nam ubi littus, ibi mare.—420. *lævom* Gud. *impacata* aliquot Pieriani, et unus Leid., quod non

NOTE

rus, seu *Pelorum*, *Capo di Faro*, promontorium Siciliæ maxime orientale: sic Italiæ vicinum est; ut eidem continuum aliquando fuerit, quemadmodum hic narrat poëta; et adhuc procalaspiensibus conjunctum appareat, nec ullo freto pervium: tamen propius accedentibus paulatim rarescunt et aperiantur claustra illa, minuanturque visu angustia, et laxior aditus apparet paulo. De *Sicilia*, infra 687.

416 *Protinus*] Sine interruptione atque intervallo, continua et perpetua serie. Sic Æn. ix. 337. 'felix si protinus illum, Æquasset nocti ludum, in lucemque tulisset.' id est, si conti-

nua lusisset. Hinc Æn. x. 840. 'Protinus hasta fugit,' et alibi vulgo sumitur pro *statim*; quia quod statim fit, sine intermissione fit. De *Hesperia*, Italia, Æn. i. 584.

420 *Dextrum Scylla*, &c.] *Scylla* ad latus Italiæ, Cænym promontorium: scopulus est tumultuoso fluctuum alapsus semper fremens, nunc *Sciglio*: a σκόλλω *recto*. *Charybdis*, ad latus Siciliæ, prope Messanam urbem: mare est vorticosum, aquas sorbens, et cum impetu deinde eructans, nunc *Calofaro*: a χράω *hio*, et ποῖδω *sorbeo*. *Charybdim* aiunt meretricem fuisse voracissimam: quæ, cum Herculi boves eripuiisset, a Jove fulmine icta,

Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, et sidera verberat unda.

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,
Ora exertantem, et naves in saxa trahentem.

425

Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo
Pube tenus; postrema immam corpore pistris,
Delphinum caudas utero commissa luporum.

voraginis ter vorat fluctus in præcepta, deinde alternatim attollit eos in æræm, et ferit aquis æstra. At antrum includit Scyllam in obacuris latebris, pendentem guttura, et trahentem naves in scopulos. Superior forma est humana, et puella formoso pectore, usque ad imum ventrem: inferior est pristis immenso corpore, conjuncta uteris canum circa caudam Delphinorum. Melius est, te morantem circumnavigare fines

~~~~~

bene præferebat Cerda. *implicata* quatuor Burm. cum Goth. tert.—421. *Obsedit atque immo baratri.* Franc., sed talia exscribere piget. *Mox abruptum* Zulich.—422. *in abruptu* aliquot Pier.—423. *egerit* legebant viri docti (et sic Cerda), apud Pierium, qui recte monet, sequentia postulare *Erigit*; quod et per se exquisitius est. cf. inf. ad v. 576. *Elicit.* Hamb. pr.—424. *At* tert. Rottend. cum Goth. pr.—425. *Ora exertantem* alter Hamb., quod a monacho rhythmicis versibus assueto profectum lepide monebat Burmannus. *exhalantem* Ven.—426. *polchro* alter Hamb. *corpore* Montalb.—427. *pistris* revocavit Heins. librorum auctoritate, qui vel *pistris* vel *pistris* exhibent. Vulgo pars codd. et edd. *pistis*, cf. Heins. *pistris* per *s* non per *x* defendit Pompon. Sab. ad h. l. Commemorat locum Seneca Ep. 92, ut ait *Virgilius noster in Scylla*. Quo sensu hoc dictum sit, v. in *Proem.* ad *Cirin.*—428. *caudam* Ven. *commixta*

## NOTE

et in fretum præcepta acta, in voraginem ibi conversa est. *Scyllam* Phorci filiam, a Circe commutatam dicunt in monstrum, cujus suprema pars foemineam speciem retinuerit, infima in canes abierit: quorum latratu fluctuum strepitum exprimere voluerunt; ipsumque monstrum in scopulo latere, eoque naves attrahere ac lacerare fabulati sunt. Atque hæc, ex mente poetarum dicta, emendabimus infra, 556. et 685.

421 *Barathri*] Græca vox *βάραθρον* *barathrum*: ex Suida et Diomede, locus erat apud Athenienses profundissimus, in quem noxii et morti destinati præcipitabantur, a *βαθύς* *profundus*, juxta Festum.

427 *Pistris*, &c.] Scylla tres habuit partes: superiorem virgineam, pube

tenus; infimam, in modum pistricis, sive ingentis piscis, desinentem in candas bifidas, quales habent Delphini; mediam, scilicet commissuram pubis et caudæ, unde uteri et capita canum sive luporum erumpebant. Ex his patet sensus versuum. Notanda hic quatuor. I. Græco more dictum est: *commissa caudas*: supple *κατά*, *circa caudas*, *per caudas*. II. *Delphinus*, vel *Delphin*, juxta aliquos porcus est marinus, *μαρμαριν*. III. *Pristis*; vel *pistris*, *pistris*: sumitur vulgo pro *balena*, quamvis a Plinio distinguatur: maximæ molis, et tamen velocissime fluctus secans, unde nomen habet: *πλοῖος* enim est *sector*. IV. Ceteri poetæ *cunes* tantum Scyllæ attribunt, Virgilius ad terrorem *lupes* dixit.

Præstat Trinacrii metas lastrare Pachyni  
 Cessantem, longos et circum flectere cursus, 430  
 Quam semel informem vasto vidisse sub antro  
 Scyllam, et cœruleis canibus resonantia saxa.  
 Præterea, si qua est Heleno prudentia, vati  
 Si qua fides, animum si veris implet Apollo,  
 Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum 435  
 Prædicam, et repetens iterumque iterumque monebo:  
 Junonis magnæ primum prece numen adora;  
 Junoni cane vota libens, dominamque potentem  
 Supplicibus supera donis: sic denique victor  
 Trinacria fines Italos mittere relicta. 440  
 Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,

*Sculi Pachyni, et circum sinuare longos cursus; quam semel videre sub lata cœterna  
 turpem Scyllam, et scopulos sonantes canibus cœruleis. Præterea, si aliqua est scien-  
 tia Heleno, si aliqua fides habenda vati, si Apollo implet animum veris rebus:  
 unice hoc tibi prædicam, et unice ante omnia, et repetens rursus ac rursus inculcabo.  
 Primo cole precibus divinitatem magnæ Junonis, ser libens vota Junoni, et vince  
 potentem reginam supplicibus muneribus: sic demum victor relicta Sicilia admitteris  
 in regiones Italas. Quando illuc appulsus veneris ad Cumæam urbem, et lacus sacros,*

Wall. et Züllich. a m. sec. Male. v. Burm.—429. Pachyni scribitur in libris.—  
 430. Cessantes Goth. sec. fluctus alii, notante Parrhasio. Præferam suaviorem  
 orationem interpunctione: Pachyni, Cessantem longos et circum flectere cursus.—  
 435. Alii jungunt: si qua est Heleno prudentia vati, Si qua fides. At pr. Moret.  
 non ineleganter, iudice Helnslo, Si qua est H. p., vati Si qua fides; ex non in-  
 felici errore.—434. animam Messius Arusianus. v. Burmann. Sec. ad Antho-  
 log. Lat. p. 125. si verus vir doctus conj., quem refellit Ouwens Noct. Hagan.  
 p. 616.—435. Unum illum Gud. a m. pr. Unum istud in marg. Parrhas. Verum  
 aliud pr. Hamb. proque omnibus Medic. et alii boni codd. (et Goth. duo)  
 etiam Georg. Fabricii, et sic Diomedes et Donatus; hocque receperat Heins.,  
 sed reliquorum librorum lectionem præque revocavit Burm., quod mihi vulga-  
 rias videtur altero.—436. Prædico tres Burm. iterum iterumque multi solenni  
 vitio.—437. J. sacræ Hamb. pr.—439. S. s. votis Wall. a m. pr., quod erat in  
 codd. Pierianis et in libro Donati.—440. mettre aliquot Heins. et Pieri, ut  
 sit dictum, quemadmodum metiri vium, pelagus, cœnensis iter etc. Sed recte  
 Pier. et Burm. vulgatam præferant. cf. Not. Nonnulli vitiose metiere vel me-  
 ciere.—441. Cumæam a. urbem alii cum Servio. cf. Burm.—442. Averna rā,

NOTÆ

429 Trinacrii Pachyni] Pachynum,  
 meridionale promontorium Siciliæ:  
 unum e tribus, quæ ipsam Trinacriam  
 efficiunt, Capo Passaro, 687.

437 Junonis, &c.] De ea, ejusque  
 in Trojanos odio, Æn. I. 37. 28. 33.

441 Cumæam, &c.] Cumæ, urbs fuit  
 Italiæ, in littore Campaniæ, nunc ever-  
 sa. De hac Æn. VI. 2. Divini lacus  
 sunt; Avernus, et Lucrinus, in Puteo-  
 lano sinu, prope Balas et Cumas. Di-  
 vini dicti: propter victimum Sibyllæ.

Divinosque lacus, et Averna sonantia sylvis:  
 Insanam vatem aspicias; quæ rupe sub ima  
 Fata canit, foliisque notas et nomina mandat.  
 Quæcumque in foliis descripsit carmina, virgo 445  
 Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.  
 Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.  
 Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus  
 Impulit, et teneras turbavit janua frondes,  
 Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo, 450  
 Nec revocare situs, aut jungere carmina curat.  
 Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.  
 Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti;  
 Quamvis increpitent socii, et vi cursus in altum  
 Vela vocet, possisque sinus implere secundos; 455  
 Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas.  
 Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat.

*et Avernum inter sylvas sonantem: videbis Sibyllam furentem, quæ sub antro profundo aperit fata, committitque frondibus literas et vaticinia. Virgo disponit in ordinem, et manens clausa in antro relinquit ante ostium vaticinia, quæ scripsit in frondibus. Illa vaticinia stant suis locis immota, nec recedunt a situ. Sed quando revoluta cardine levis ventus afflavit ea, et porta aperta turbavit frondes: nunquam postea curat colligere vaticinia cavo in antro, aut restituere in ordinem, aut jungere. Exeunt sine consilio, et oderunt domum Sibyllæ. Illic ne ulla damna moræ sint tibi curæ: etsi socii te incusent, et navigatio per vim invitet vela in altum mare, et possis replere vento favente sinus velorum: immo potius conveni Sibyllam, et ora precibus ut ipsa reddat oracula, et libens aperiat os et vocem. Illa explicabit tibi gentes*

\*\*\*\*\*

*Averna loca ap. Lucret. vi, 740. iterum v, 732. vii, 91. Græcis est ἡ Ἀορὴς Ἀλφειῶν, unde Avernus lacus. Tandem et lacus Avernus ut ap. Liv. xxiv, 12.—443. Insanam vatem Sprot. aspicias Exc. Burm. sub ipsa alter Hamb.—444. et carmina Parrhas., sed v. Burm.—446. Degerit Medic. se clausa Exc. Burm. reliquit vulgo ante Heins. cum parte codd.—448. carcere pr. Hamb. vento Menag. pr.—449. turbavit flamine ingeniose conj. Jo. Schrader. in Schedis.—450. saxa Medic.—451. nec jungere Zulich. carmina jungere duo.—452. eademque Gud. a m. pr.—453. Hæc t. in marg. Parrhas. fiant d. Hugon. tantæ multi, sed male.—454. increpitant tres Heins. et un. Goth. vi ventus Leid. pro var. lect. ex. v. 356. et tua cursus Witt.—455. vocent Medic. a m. sec. Gud. cum aliis; et sic Servius cum Pompon. Sab. legerat; male.—457. canet et resolvat quatuor Burm., quod possit placere; sed Ipsa canat sc. poscas. inf. vi, 76 Ipsa canas, oro. canat et resolvat Gud. volenque ora Parrhas. ipsa*

#### NOTE

antrum. De his fuse Ge. ii. 161. Et vis, quas excidit Agrippa, locusque  
 Æn. vi. 237. Avernus, plur. Aerna, deinde multis ædificiis amœnus red-  
 montibus undequaque horrebat et syl- ditus est. De Sibylla, Æn. vi. 10.

Ille tibi Italiæ populos, venturaque bella,  
Et, quo quemque modo fugiasque ferasque laborem,  
Expediet; cursusque dabit venerata secundos.

460

Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.  
Vade age, et ingentem factis fer ad æthera Trojam.

Quæ postquam vates sic ore effatus amico est:

Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto

Imperat ad naves ferri, stipatque carinis

465

Ingens argentum, Dodonæosque lebetas,

Loricam consortam hamis auroque trilecem,

*Italia, et futura bella, et qua ratione tolerabis aut evitabis unumquemque laborem: et a te culta impetrabit tibi cursus felices. Hæc sunt de quibus licet admoneri te mea voce. I perge, et factis extolle ad astra magnam Trojam. Postquam vates ore benevolæ locutus est ista: deinde jubet portari in naves munera gratia auro et scisso ebor: et congerit in naves multum argenti, et ollas Dodonæas, loricam compactam hamis, et triplici licio auri: et apicem pulchræ cassidis, et cristas capillatas, quæ*

~~~~~

ora duo Burm. Versus hic et sup. 446 aberat a Voss.—459. *Et quocumque m.* Witt. *Ex quo et expediat Franc. effugias aliquot Pier.*—460. *veneranda Wall.* ex interpr. *venerata sacerdos* ed. Ven. et aliquot rodd. ap. Pierium et Burm. cum Goth. pr. ex compendio scripturæ *scdos*.—461. *moneri Ven.*—462. *fatis septem codd.* Burm. et Goth. alter a m. sec.: et sic auguror poetam maluisse. Nam in fati hoc esse, ut Troja revocetur, ubique inculcare amat; idque totius carminis œconomia postulat.—463. *affatus multi ap. Burm., male.* *effari* proprie de vatibus. Servius, ut solet, ex augurali disciplina repetit: Ergo, subijcit, religioso verbo voluit uti, qui potuit dicere: *Quæ postquam vates sic ore est fatus amico. est deest pr. Hamb.*—464. *Dona Dei hinc ed. Junt.* *gravidæ Giphani.* in Ind. Lucet. *septoque Franc. elephante Zulich.*—465. *cathenis pr. Menag.*—466. *Dodonæosque aliquot libri: Dodonæasque lebetas fere omnes; ante Pier. lebetes, quod pauci libri habent. lebetes Franc. Est autem Dodonæos.*—467. *consortam Reg. squamis a. tr. Serv. iv Ge. 91.—*

NOTE

460 *Venerata*] Passive dictum: sic Horatius Sat. I. II. 2. 124. 'Et venerata Ceres ut culmo suggeret alto.'

464 *Elephanto*] Eboræ, quod ex dentibus elephanti secatur et perpolitur.

466 *Dodonæosque lebetas*] Pelves *Dodonæas*, id est *arceas*: æs enim Dodonæ, ut Corinthi, celebre fuit. At duo facere lebetum genera: alii qui admovebantur igni ad culinæ ministeria, ad ablendas manus: alii qui

Delph. et Var. Clas.

appendebantur ad ornatum, sive in domibus, sive in templis. Et vero aiunt, locum, ubi Dodonæi Jovis oracula reddebantur, cinctum fuisse lebetibus, ita sibi invicem junctis, ut commoto uno ceteri moverentur, sonitumque diu redderent: unde proverbium fuit *Dodonæum æs*, in loquaces. Fuit autem *Dodona* locus sylvaque, Jovis oraculo et quercu fatidica celebris, in Epiro. Ecl. ix. 13. et supra, 292.

467 *Loricam consortam hamis, &c.]*
Virg.

2 Q

Et conum insignis galeæ, cristasque comantes,
Arma Neoptolemi. Sunt et sua dona parenti.

Addit equos, additque duces;

470

Remigium supplet; socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare jubebat

Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.

Quem Phœbi interpretes multo compellat honore:

Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

475

fuerant arma Pyrrhi: sunt quoque pro patre meo sua munera. Adicit equos, adjicit etiam duces. Substituit remiges: simul instruit armis socios meos. Interim Anchises imperabat eos instruere naves velis, ne ulla mora opponeretur vento faventi. Quem vates Apollinis alloquitur magno honore: O Anchisa, qui honoratus es conjugio glorioso Veneris, qui es cura Deorum, et bis servatus e Trojano excidio; ecce

~~~~~

469. *Sunt hæc* Franc.—471. *instruit* Medic. Versus idem fere inf. viii, 80 *geminasque legit de classe biremes, Remigioque aptat, socios simul instruit armis.*—472. *classim* Sprot. ut et sup. v. 5. *classes* pr. Hamb.—473. *vento fieret* Parrhas. *furenti* multi ap. Burm. et sic Goth. alter; male h. l. nam de vento secundo agitur, ut bene Serv.—474. *amore* Hugon. et pr. Moret. pro var. lect., et ita alibi variatur. Burm.—475. *Anchise* Priscian., sed vid. Heins. *Anchisæ*

#### NOTÆ

*Lorica* tunica quædam est, ac munimentum pectoris in bello: quæ quia primum e *loris* et coriis fiebat, *lorica* dicta est. Contexta deinceps ex laminis ferreis: tum annulis sibi invicem hamorum instar impactis et concatenatis: denique squamis etiam ferreis, aut laminæ aut corio confertim insertis. Hæc autem aliquando simplex, aliquando etiam duplex, ac triplex erat. Unde Statius l. vii. 312. 'ter insuto servant ingentia ferro Pectora.' Et Virgil. l. ix. 707. 'Nec duplici squama lorica fidelis et auro.' Duplex vocabatur *bilix*; triplex, *trilix*: id est, *bino* et *trino* licio, sive textu: parte pro toto accepta. Atque ut multiplex textus, per multiplex liciū hic exprimitur; sic a Silio l. iv. per *subteme*, quæ pars in ipso textu alia est. 'Nexilis innumero chalybū subtemine thorax.' De licio et *subtemine*, infra 483. Quid vero si dicamus *euro trilicem lorica*,

unico ac simplici ferreorum annulorum textu fuisse; sed cujus extrema ora triplici licio aureo sive triplici annulorum anreorum versu ornata et quasi fimbriata esset? Audi Valerium l. iii. 199. 'Per clypei cedentis opus, partemque trilicem, Qua stomachi secreta ferit.' Ergo in thorace, non contextus totus, sed *pars* tantum aliqua *trilix* fuit: eaque ima; quæ ad *secreta stomachi*, sive ad ventrem proximè accederet.

468 *Conum, &c.*] Proprie *conus*, est quicquid in pinæ nucis figuram assurgit, et ex rotundo in acutum desinit. Transfertur ad eam galeæ partem, quæ ex ejus convexo eminet; sustinetque *cristas*, sive e júbis equinis, sive e versicoloribus pennis: quæ in modum capillorum sive comarum diffundebantur.

470 *Duces*] Nempe itinera, qui scopulos et syrtes ostenderent.

475 *Anchisa, &c.*] Vocativus Græcus,

Cara Deum, bis Pergameis erepte ruinis,  
 Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis.  
 Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est;  
 Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.  
 Vade, ait, o felix nati pietate! quid ultra  
 480 Provehor, et fando surgentes demoror Austros?  
 Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,  
 Fert picturatas auri subtemine vestes,  
 Et Phrygiam Ascanio chlamydem; nec cedit honori;

*tibi præsens est terra Italia, hanc apprehende navibus. Et tamen opus est, ut naviges mari ultra istam partem. Pars ista Italia, quam aperit Apollo, procul est. I, inquit, o fortunate propter pietatem filii! quid ulterius pergo, et retardo surgentes Austros loquendo? Nec minus Andromache, tristis ob ultimum discessum, fert Ausonio amictus versicolores aureo textu, et chlamydem Phrygiam: nec male*

\*\*\*\*\*

Medic., sed e expuncta, et Mentel. pr.—477. *eripe* Ven. *repete* Goth. tert.—478. *præterlabare* quinque ap. Burm. cum edd. Ven. et Junt. *ut præterlabare* quatuor, sed recentiores.—480. *Vade age o f. n. p. quod* Medic. a m. pr.—481. Imitatus est Avienus fab. xvi, ut Heins. notat.—483. *subtegmine* et *sub tegmine* libri fere etiam h. l.—484. *Ausonio* Goth. tert. a pr. m. *chlamyden*

#### NOTE

qui longam habet ultimam. Venus amavit Anchisen, ex quo Æneam peperit. Æn. II. 649.

476 *Bis Pergameis, &c.*] Primo, cum Hercules Laomedonti offensus ob negatam sibi pro Hesione filia, e ceteri faucibus liberata, pactam mercedem; expugnavit Trojam, Hesionen Telamoni Salaminio conjugem dedit, Podareem Laomedontis filium captivum abduxit, qui deinde redemptus, dictus est Priamus, a *πρῆμας* emo. Secundo cum a Græcis Troja incensa est. De Austria, ventis meridionalibus, Ecl. II. 58.

488 *Picturatas auri subtemine vestes*] Aliqui legunt *subtegmine*: male. Nam machina tota in qua tela textitur, et præsertim ea pars cui alligatur, dicitur *jugum*: prima fila, quæ jugo junguntur, telamque ordiuntur, ac definiunt, vocantur *licia*: fila quæ in longum ducta affligantur licio, et subinde attolluntur deprimunturque,

sunt *stamina*: fila, quæ inter stamina transversim inseruntur, alterna staminum depressione et sublatione, sunt *subtemina*, quasi *substamina*: instrumentum quo deprimitur attolliturque stamen, dicitur *arundo*; quo inseritur subtemen, dicitur *radius*; quo addensatur subtemen cum stamine, dicitur *pecten*. Patent ista ex his Ovidii versibus, Metam. VI. 53.

‘Haud mora consistunt diversis partibus ambæ,

Et gracili geminas intendunt stamine telas.

Tela jugo juncta est: stamen secernit arundo:

Inseritur medium radiis subtemen acutis;

Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum

Percusso feriunt inserti pectine dentes.’

484 *Phrygiam chlamydem*] Vestem breviorē, et vulgo militarem, quæ



Textilibusque onerat donis, ac talia satur : 485  
 Accipe et hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum  
 Sint, puer, et longum Andromachæ testentur amorem,  
 Conjugis Hectoreæ. Cape dona extrema tuorum,  
 O mihi sola mei super Astyanactis imago.  
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; 490  
 Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.  
 Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis :  
 Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
 Jam sua : nos alia ex aliis in fata vocamur.

*respondet dignitati ejus : et cumulat operibus textilibus, et hæc dicit : Accipio etiam hæc, o puer, quæ tibi sint monumenta mearum manuum, et diu probent amorem Andromachæ, uxoris Hectoris : accipe ultima munera tuorum, o unica effigies, quæ mihi restat mei Astyanactis. Sic ille gerebat oculos, sic manus, sic vultum. Et jam tecum adolesceret pari ætate. Ego discedens eos alloquebar lacrymis erumpentibus : Vivite fortunati, vos quibus sua fortuna jam perfecta est : nos trahimur in fata alia*

\*\*\*\*\*

alter Mentel. *nec cedit honore* : sic Scaurus legebat apud Servium, sive is inter eos fuit, qui Æneidem recensuerunt, sive hanc tanquam graminaticus emendationem proposuit. Venit ea lectio in Gudianum, probata Heinsio mihi que non minus pro vera habetur : sive ut sic accipias : *nec cedit honore* sc. verborum, ad conjugis exemplum v. 474 *Quem Phæbi interpret multo compellat honore*; sive ut cum Scauro, qui ita explicabat : non cedit Heleno liberalitate et munificentia. cf. Pompon. Sabin. Heumannus olim totum hemistichium ab aliena manu esse putabat; et sustulerant id jam alii ante Cerdam; nec ipse ab iis dissentio; video etiam Brunckium accedere; potuit quoque totus locus a poeta affectus tantum, non autem curis secundis elaboratus esse : apposerat forte duo hemistichia; poteratque versus sic constare : *Et Phrygiam Ascanio vestem ; tum talia satur*. In Mentel. pr. erant tantum illa : *nec cedit*. —485. *Textilibus* in nonnullis scriptum. *que* deest Græv.—487. *Andromachæ* Heins. e scriptis et grammaticis. Eo alludunt Medic. et alii : *Andromachæ*. Vulgo *Andromaches*. Wall. *Andromachen*. Duo Burm. *testantur*, tres alii *honorem* proclivi lapsu.—490. *tenebat* legit Rufinian. de figg. p. 28. *gerebat* Nonius in *super*, sed *ferebat* Priscianus, Diomedes, Macrobi. cum libris scriptis; et firmat Burm. inprimis ex Statii imitatione i Achill. 339.—492. *His et affabor* sec. Moret. *degrediens* Sprot. v. sup. 410. *abortis* plerique Pier. et nostri Goth.—493. *parata* Ven., et sic Achill. Stat. ad Tibull. II, 4, 1, h. e. constituta et parata. Sed præstat vel sententiæ vi alterum : nam *peragere* dicimur imperata, injuncta, mandata, labores. Memineris illud inf. IV, 653 *Vixi, et, quem dederat cursum Fortuna, peregi, et fortuna* h. l. idem quod mox fatum, quod jam notatum Pomponio Sabino. Porro distinguit Cërda cum aliis : *Vivite felices, quibus—Jam sua!* cf. Burm. Minus bene. Sed : *Vivite felices vos, q.—*

#### NOTÆ

superponebatur thoraci, ad ornatum, *casaque*. *Phrygiam* id est, acu pictam : nam Plin. l. VIII. 48. 'Pictæ vestes jam apud Homerum fuere;

unde triumphales natæ : acu facere, id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt.' De *Astyanacte*. Æn. II. 457.

Vobis parta quies: nullum maris æquor arandum; 495  
 Arva neque Ausoniæ, semper cedentia retro,  
 Quærenda. Effigiem Xanthi Trojamque videtis,  
 Quam vestræ fecere manus; melioribus, opto,  
 Auspiciis, et quæ fuerit minus obvia Graiis.  
 Si quando Tybrim, vicinaque Tybridis arva, 500  
 Intraro, gentique meæ data moenia cernam:  
 Cognatas urbes olim, populòsque propinquos,  
 Epiro, Hesperia, (quibus idem Dardanus auctor,  
 Atque idem casus) unam faciemus utramque  
 Trojam animis. Maneat nostros ea cura nepotes. 505  
 Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta:

*post alia. Vobis quies acquisita est, nulla planities maris est secunda, neque querendi agri Italæ semper fugientes retro: cernitis imaginem Xanthi, et Trojam, quam manus vestræ fecerunt melioribus omnibus, ut cupio, et quæ minus exposita sit Græcis. Si unquam ingrediar Tybrim et agros Tybridi propinquos, et aspiciam muros destinatos meo populo: quondam urbes consanguineas, et nationes vicinas, ex Epiro, et ex Italia, quibus idem conditor est Dardanus, et eadem fortuna, faciemus utramque Trojam unam voluntate: ea cura spectet nostros posteros. Progredimur mari prope vicina Ceraunia, unde via et tractus brevissimus est mari in Italiam.*

~~~~~

jam sua, exquisitis.—495. *arandum est Parrhas*.—496. *Arva nec Parrhas*. et Goth. tert.—498. *Quæ sec.* Moret.—499. *fuertint* Gud. cum aliis Heins. et Burm. etiam apud Serv. Ita *auspicia minus obvia Graiis* essent, quæ a Græcorum auspiciis ac fatis non æque, atque ante, vincerentur, nec his essent inferiora.—500. Sic q. Goth. tert. et vicina Witt. a pr. m.—502. *Cognatasque ante Heins.*, sed *que abesse a codd. monuerat jam Pierius. qui aliquot Heins.*—503. *Epiro Voss. Epiro Hesperiam Medic.* Gud. a m. pr. duo Moret. pr. Rottend. et Zulich. An olim fuit *Epirom, Hesperiam?*—*populosque verendos* Sprot.—506. *Trojanis. M. alter Hamb.*—506. Vir doctus Britannus volebat

NOTÆ

497 *Xanthi, &c.*] De *Xantho*, Troas fluvio, cujus nomen *Andromache* rivo alicui dederat, ut et *Trojæ* nomen alicui vico, *Æn.* i. 477. De *Epiro*, supra 292.

503 *Idem Dardanus auctor*] Non *Epiro* et *Hesperia*; sed populis in utramque regionem appulsis: nempe *Trojanis*; qui, cum *Heleno* in *Epiro* jam sederant, cum *Ænea* in *Hesperia* sive *Italia* sessuri erant. Utrique jactati *Trojæ* casibus, et a *Dardano* oriundi supra 167.

504 *Unam faciemus utramque Tro-*

jam, &c.] Nempe hanc *Trojam* in *Epiro* factam ab *Heleno*; et alteram *Trojam*, quam in agro *Laurenti* *Italæ* conditurus erat *Æneas*, *Æn.* vii. 158. Sive potius, utrosque *Trojanos* intelligit; tam *Epiri*, quam *Italæ*.

506 *Ceraunia*] Montes sunt altissimi, et ideo crebro fulmine percussal: unde etiam *Acroceraunia* nuncupantur, ab *ἀκρον* summum, et *κεραυνός* fulmen. Terminum sunt *Epiri* ad septentrionem; ut et *Maris Ionii*, quod inde *Adriaticum* dici incipit. Hinc cursus in *Italiam* brevissimus: quare facile

Unde iter Italiam, cursusque brevissimus undis.
 Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci.
 Sternimur optatae gremio telluris ad undam,
 Sortiti remos, passimque in littore sicco 510
 Corpora curamus; fessos sopor irrigat artus.
 Necdum orbem medium Nox horis acta subibat:
 Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes
 Explorat ventos, atque auribus aëra captat;
 Sidera cuncta notat tacito labentia coelo, 515
 Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,
 Armatumque auro circumspicit Oriona.
 Postquam cuncta videt coelo constare sereno:

Interim Sol cadit, et montes densi obcurantur. Decumbimus in sinu desiderata terra, prope aquam, partiti officia navalia: et passim in littore sicco refectimus corpora, somnus fuit in laesa membra. Nondum nam provecta horis attigerat medium cursum: impiger Palinurus surgit e lecto, et observat omnes ventos, et auditu captat aërem: notat omnia astra decurrentia coelo silent, Arcturum, et imbriferas Hyadas, et geminos Triones; et aspicit Oriona armatum aures luce. Postquam cernit omnia congruere in coelo

~~~~~

versus 506. 507 collocare post 520; repugnare enim inter se, quod provecta dicatur classis et tamen mox adhuc in littore moretur. At v. Not. *Proechinus* Leid. un. v. sup. v. 72.—508. et deest Wall.—509. *Sternimus* ed. P. Dan. *ad undas* Ven.—511. *f. s. occupat* Voss. repetitum, ait Burm., ex iv Ge. 190.—512. *atra* alter Hamb. *horas atra* Ven. *horis apta* Goth. pr., non malo lapsus.—514. *urbibus* Goth. pr.—515. *notant* Sprot. *tacita* Gud.—516. *Pliadasque* H. codicum pars apud Pierium, Heins. et Burm. cum binis Goth., neque aliter Macrobius legerat v Sat. 2. Sed repugnat id metro. Idem versus sup. lib. i, 748 cum simili varietate. *septemque triones* pr. Hamb.—517. *circum*

#### NOTÆ

a media nocte ad Auroram transmissio mari Æneas potuit in conspectum Italix venire.

510 *Sortiti remos*] Remigandi officium apud veteres, non in reos, sed in ipsos milites sorte dividebatur; ut et excubandi cura. De *Palinuro*, navis Æneæ gubernatore, Æn. v. 638. et vi. 337.

516 *Arcturum, &c.*] Stellam in signo Bootæ, quæ aliquando pro toto signo samitur: Ge. i. 68. *Hyadas*, stellæ septem in fronte tauri, ibid. 138. *Geminos Triones*, utramque ursam, majorem ac minorem: Æn. i. 748.

517 *Oriona*] Orion venator fuit,

comes Dianæ, qui scorpii morsu in talo vulneratus occubuit: et Deorum miscatione in sidus mutatus est. Scorpius autem, vel a Terra in eum immissus est, quod Orion nullam sibi feram insuperabilem esse gloriaretur; vel, juxta alios, a Diana, cui vim inferre in venatione voluerat. Orion in coelo lucidissimum sidus stellis constat sex et quinquaginta, pingiturque accinctus gladio et clavam intendens: unde *armatus auro* dicitur, id est, *aurea luce conspicuus*. De ejus ortu, Æn. i. 639.

518 *Constare*] Omnia serenitatis signa sibi respondere, inter se ven-

Dat clarum e puppi signum; nos castra movemus,  
 Tentamusque viam, et velorum pandimus alas. 520  
 Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis:  
 Cum procul obscuros colles humilemque videmus  
 Italiam. Italiam primus conclamat Achates;  
 Italiam læto socii clamore salutant.  
 Tum pater Anchises magnum cratera corona 525  
 Induit: implevitque mero; Divosque vocavit  
 Stans celsa in puppi.  
 Di, maris et terræ tempestatumque potentes,  
 Ferte viam vento facilem, et spirate secundi.  
 Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit 530  
 Jam propior, templumque apparet in arce Minervæ.

*arcano, e puppe dat clarum signum: nos movemus classem, et ingredimur iter, et extendimus alas velorum. Et jam stellis expulsa Aurora rubescebat: cum videmus procul colles obscuros et planam Italiam. Achates primus conclamat Italiam: socii clamore hilari salutant Italiam. Tunc pater Anchises cinxit magnum poculum corona, et replevit vino, et invocavit Deos erectus in alta puppe: O Dii, ait, præsidetis maris et terræ et tempestatum: date nobis viam facilem per ventum, et favete prosperi. Augentur flatus desiderati, et portus jam propior aperitur, et in monte apparet*

*apicis* Goth. sec.—520. *tendimus* alter Rottend.—521. *Tumque* Franc.—522. *Tum procul* idem cum Oudart. o. *montes Parrhas*.—523. *primum* sec. Moret. *conclamat* primus Dorvill. Statii imitationes iv Theb. 807. iii Sylv. 3, 23 laudat Burmann.—524. *læti* sec. Moret. et Goth. *socii læto* quatuor Burm. et unus Goth.—526. *vocabat* Wall.—527. *Stant* Medic. *prima in puppi* Grad. pro div. lect. quod probat Heins., ut varietur hemistichium, quod et viii, 680. ix, 261 recurrit.—529. *venti* Montalb. ab interpolatore. v. vel nobis Zolich. *facilem vento* Dorvill. et *adspirare* Wall. *secunde* alter Rottend.—530. *Crebescant* multi et hic male. cf. ad Ge. i, 359.—531. *que abest* a Leid.

## NOTE

gnere: eaque certa, et firmæ, et constantia; non varia.

520 *Velorum alas*] Mutua translatio est, inter volandi et navigandi verba. Æn. i. 228.

522 *Humilem Italiam*] Tum quia in ea parte altis montibus caret: tum quia e longinquo spectantibus altissime quoque humilla videntur: tum quia universam mare terris altius apparet.

525 *Cratera corona Induit, &c.*] *Coronare* poculum, duo significat. Aliquando *implere* vino, ut diximus Ge.

ii. 528. Aliquando cingere corona florea, ut hic: si quidem hic utrumque distinguitur, 'corona Induit, implevitque mero.' Et *libationem* exprimit, facile ac quotidianum Diis fere omnibus sacrificium, vini effusionem in mare. De *libatione*, Æn. i. 740.

531 *Templum in arce Minervæ*] Templum in promontorio Iapygio, sive Sallentino: de quo Strabo l. vi. de Sallentinis loquens: 'Ἐνθαῦτα δ' ἔστι καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν πλοῦσιον πορε, &c.' Hic vero fuit et Minervæ

Vela legunt socii, et proras ad littora torquent.  
 Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum;  
 Objectæ salsa spumant aspergine cautes:  
 Ipse latet; gemino demittunt brachia muro 535  
 Turriti scopuli, refugitque ab littore templum.  
 Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi  
 Tondentes campum late, candore nivali.  
 Et pater Anchises: Bellum, o terra hospita, portas;  
 Bello armantur equi; bellum hæc armenta minantur. 540

*templum Palladis. Socii colligunt vela, et vertunt proras ad littora. Portus ab orientali mari curvatur in arcum, rupes oppositæ spumant salsa aspergine, ipse portus occultus est: scopuli turribus similes demittunt utrumque latera quasi duplici muro: et templum recedit a littore. Illic vidi in pratis quatuor equos candore niveo late carpentes herbam, quod fuit primum omen. Et pater Anchises ait: O terra hospitata, portendis bellum. Equi armantur ad bellum: hæc armenta minantur bellum.*

—533. et deest Wall. prioris Goth. sec. a m. pr. ad l. vertunt tres Burm.—533. Vulgo Eoo. At Euroo omnes pæne codd. Pierii, Medic. et ceteri vetustiores Heins. et sex Burm. Nova tamen ea forma ab Euris, etsi analogiam habet in *Arctous, Lesbous* et al., et confunduntur fere Euris et Fous; poteratque primo erratum esse Eoo pro Eoo, ut Eo est in pr. Hamb. et in multis Euro. Vide Heins. ad h. l., qui Eoo, quod vulgatæ edd. habebant, cum Pierio retinuit; non tamen, nisi in tribus quatuorve, iisque recentioribus libris, illud repperat; adde duo Goth. at alter eroo. Euroo tamen etiam Servius interpretatur; et usus est ea voce Priscian. in Periegesi, v. 871, statu. Exc. Cort. ex Hamb. sec., idque videbatur in Parrhas. fuisse, in quo etiam Eoo repositum erat. curvatur aliquot Heins. et Burm. cum edd. Ald. Junt. sinuatur sec. Moret.—534. adaspergine, antiqua forma, reposuit Heins., Medic. et Gudiano, Grammaticisque Velio Longo et Nonio auctoribus. Vulgo aspergine. De voce Burm. laudat Barth. ad Stat. ii Theb. 675. Goth. sec. vertigine, quod absolute ita dictum equidem non memini.—535. dimittunt plerique codd., excepto tamen Medic. et nonnullis aliis. deducunt ed. Ven. Porro Late patet male Donatum legere, in Servianis notatum: quod tamen in nostro Donato non occurrit.—536. Erecti æ. aliquot Pier. ab littore idem ex antiquis, et Heins. e potioribus. Vulgo a littore ut in uno Goth.—539. At p. A. quinque Burm. Tunc un. Leid. sic inf. 558. o abest a Rottend. tert. bellum contra k. Goth. sec.—540. Bella hæc alter Hamb.—541. Et tamen Ven.

## NOTÆ

templum dives olim, et scopulus quem vocant promontorium Iapygium, multum procurrens in mare contra ortum hybernium.

533 Portus] Arcem accipio; vel pro munitione aliqua, quæ locum defenderet; vel pro ipso scopulo promontorii quod *ἀσπὸρ* dicitur, ut explicui-

mus ad illud, Ge. iv. 461. 'sternat Rhodopeæ arces.'

535 Brachia muro Turriti scopuli] Nec turres erant, nec brachia: sed rupes porrectæ in modum brachiorum, et erectæ instar turrium. ProPERT. l. iii. 20. 24. 'Scandam ego Thesæ brachia longa vim.'

Sed tamen idem olim curru succedere sueti  
 Quadrupedes, et fræna jugo concordia ferre:  
 Spes et pacis, ait. Tum numina sancta precamur  
 Palladis armisonæ, quæ prima accepit ovantes;  
 Et capita ante aras Phrygio velamur amictu; 545  
 Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, rite  
 Junoni Argivæ jussos adolemus honores.

*Sed tamen idem equi assueti sunt subire currum, et portare fræna concordia sub jugo: spes est pacis. Tunc oramus sanctam divinitatem Palladis armigeræ, quæ prima accepit latos: et ante altaria tegimur Phrygio amictu circa capita, et ex monitis Heleni, quæ dederat maxima, offerimus rite Junoni Argivæ sacrificia præ-*

curru Witt. *curru succedere* un. Leid., forte hoc exquisitius. Burm. laudat not. ad Ovid. Met. XIII, 611.—542. *et ferre j. c. fræna* Zulich. a m. sec.—543. *Spes est p.* ante Heins., ut plerique codd. et edd., etiam in Servianis ad v. 637 et sup. ad 1, 447. Sed Medic. cum aliis melioribus *Spes et p.* Cum alter Menag. *numina sancta.* Ad h. v. Pompon. Sab. “*Ita et Probus legit et Apronianus.*” Quæ adeo memorabilis hic sit varietas, non assequor; nisi est quod alii *sacra* exhibuerunt, ut ex sec. Hamb. et Leid. notavit Burm.—544. *quæ primum* duo Moret. et Rottend. sec.—545. *capite* ed. Junt. *capite* —*celebar* Rufinian. de Schem. Lex. p. 35 (255). *capite et capite velamus* sex vel septem ap. Burm. miro lapsu:—*ante aram* idem Rufinian. l. c. Goth. tert.,

## NOTÆ

341 *Curru, &c.*] Pro *curru*, dativo contracto, Ecl. v. 29. De *Pallade armisona*, Æn. i. 48. De *ovatione*, pro lætitia, supra 169.

545 *Phrygio velamur amictu*] Observat præceptum Heleni: de quo supra 406. *Amictum* illum volunt esse capitis integumentum, cui nomen erat *tubulus*, de quo Æn. ii. 663. *Phrygium* autem vocat, vel simpliciter quasi Trojanum, vel arte factum Phrygia, id est acu elaboratum, ut supra 484. Hic autem aliqui volunt accidisse Æneæ, quod attigimus Æn. ii. 166. ut Diomedes, qui cum Ulyssæ fatale Palladium ex arce Trojana eripuerat; pulvis deinde factis adversis in Italiam, et jussus a Dis illud Trojanis restituere, Æneam forte illic appulsum, et operto capite sacrificantem nactus, hoc eidem red-

dere non ausus sit, ne turbaret sacra, sed cuidam ex Æneæ sociis tradiderit, cui nomen *Nautes*. Et vero regnasse dicitur Diomedes in Apulia, quæ Sallentinis et Calabris continetur, ad occidentem, quanquam satis longo intervallo dissita.

547 *Junoni Argivæ*] Quæ celebratur in *Argia* Peloponnesi regione: ita ut cum *Mycenæ* et *Argi*, vicinæ illic urbes, quæ Danao simul paruerant, in duo deinde regna divisæ sunt; templum celebre *Heræum* dictum, Ἡραῖον, id est *Junonium*, hæc ad *Mycenas* situm, utrique tamen regi commune esset: Strabo l. viii. Hinc profecti in Italiam Græci, sacra Junoni Argivæ ibidem instituerunt: Diomedes lucum apud Venetos; ex Strabone l. v. Jason sanctum in *Lithæania*, ex eodem, l. vi.

Haud mora : continuo perfectis ordine votis,  
 Cornua velatarum obvertimus antennarum,  
 Grajugenumque domos suspectaque linquimus arva. 550  
 Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti

*scripta. Absque mora, votis continuo ordine persolutis, convertimus cornua antennarum velatarum: et deserimus sedes Græcorum, camposque suspectos. Hinc videtur sinus Tarenti, si verus est rumor, Herculei: ex adverso templum Deæ*

~~~~~

Montalb. et Voes. hic etiam *velantur*, et Wall. a m. pr. *velatur*.—548. *perfectis* Franc.—549. *avertimus* conj. Jo. Schrader. in schedis. Idem tamen commode laudat Ovid. Met. III, 676 *obstantes dum vult obvertere remos. antennarum* scribunt multi codd. *ante minarum* Goth. alter.—550. *domus* Gœd. cum aliis. *domum* sec. Moret. a m. pr.—551. *si fama est vera* Ven.—558. *Cal-*

NOTE

548 *Continuo*] *Continuo ordine*, id est, non interrupto sacrificio: ideoque caput velare jussus fuerat, supra 405.

549 *Cornua velatarum, &c.*] *Antennæ* sunt ligna transversa in malo, quibus alligantur vela: antennarum extrema vocantur a Virgilio *cornua*: unde ipsas antennas appellat Lucanus l. VIII. 177. *summos ceruchos*: id est, *habentes cornua*, ab *ἔχω* habeo, et *κέρας* cornu.

Obvertimus] Ab extremo illo Italiæ promontorio Iapygio, ad partem maxime meridionalem, cujus descriptionem habes, 396.

551 *Herculei Tarenti*] De Tarenti situ 396. urbs est cum portu celebri, in recessu maxime septentrionali sinus Tarentini; bella olim gessit maxima cum Romanis, advocato in auxilium Pyrrho Epiri rege, Romanis deinde subdita, tum in Annibalis potestatem redacta, iterum ad Romanos reversa est. Hujus conditor *Turus*; qui heros, juxta Strabonem; juxta Servium, Neptuni filius fuit: instaurator aut potius invasor, *Phalantus*; Lacedæmonius; qui cum Parthenia, notha Lacedæmoniorum prole, expulsa e patria, ibidem sedes statuit, et divinis honoribus post mortem affectus est: ut est apud Strabonem l. VI. et Justinum l. III. 4. *Herculeum*

Tarentum cur appelletur non liquet: videturque Virgilius de nominis veritate ipse dubitare, cum addit, 'si vera est fama.' Quadruplicem conjecturam affero. I. est ex Servio, qui ait Phalantum ex Herculis fuisse posteris, ab eoque octavum: sed hoc quasi commentum rejicitur. II. Est ex Erythræo, qui docet ex Aristotelis libro de Mirabilibus Auditibus, locum quem Tarentini occupaverunt, vocatum esse postea *Heracleam*, cum prius dictus esset *Pleom*, et *Sigeum*. Addit vero quod plane incertum est, Tarentinos ab Hercule fuisse domitos. III. Est ex Pomponio Sabino, qui ait in Herculis tutela Tarentum fuisse. Et vero legimus in Strabone l. VI. fuisse in illa urbe colossus Herculis æreum, opus Lysippi; a Fabio Maximo, qui recepit urbem, inde sublatum, et in Capitolio dedicatum. IV. Addo: non urbem solum, sed totum tractum, Herculis itineribus et memoria fuisse insignem: quod colligo ex eodem Strabone: urbs enim ibidem fuit *Heraclea*, id est, *Hercules*; ubi communis agebatur conventus Græcorum omnium, qui has regiones tenebant: tum *Leucas* urbs, ubi fons fœtentis aquæ, excitatus e sanguine Gigantum Leuterniorum, quos ab æque Phlegreæ Italicæ Campaniæ

Cernitur. Attestat se Diva Lacinia contra,
Caulonisque arces, et navifragum Scyllaceum.
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Ætna;

Lacinia erigit se, et arces Caulonis, et Scyllaceum navifragum. Deinde procul e mari videtur Ætna Sicula, et cernitur antea magnam fremitum maris, et scopulos

Itaque Wall. Servius: "*Aulonisque arces*. Aulon mons est Calabriae, ut Horat. II Od. 6 et *amicus Aulon Fertilis* (ita legitur) *Baccho*; in quo oppidum fuit, a Locris conditum, quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italicarum, Aulon est" (etsi in his postremis voc. dubia lectio). Potest hæc Serviana lectio doctrinæ speciem habere; nam similiter *Aulonisque* exhibet Acron ad Horat. I Od. 16 (sed Cruqu. Comment. *Caulonis*) et *Aulonisque arces* pr. Rottend. Legitur autem ap. Strabon. VI, p. 261 B. ed. Par. *Καυλονία, πρότερον ἢ Αἰλωνία λεγομένη διὰ τὸν προσκειμένον αἰλῶνα*, h. e. convallem. Etiam Steph. Byz. h. v. ab Hecateo *Auloniam* vocatam memorat, διὰ τὸ μέγαν αἰλῶνα εἶναι (addit idem ab heroë *Caulone* mutatum nomen; qui forte *Caulus* ille est apud Servium, Clitæ Amazonis filius; sed probabilius est, dialecti aliqua duritie gutturalem accessisse, nam in Mazochil somniis ad Tabb. Heracleens. p. 527 sqq., ubi ex Hebr. *Kol*, de voce tonitru accepta, ducit, non moramur). Ex altera tamen parte primam literam in principio versus excidisse in uno vel altero codice, quo Servius utebatur, non minus probabile est. Quod ap. Horat. II Carm. 6, 18 occurrit et *amicus Aulon Fertili Baccho*, ubi Vet. Schol. montem esse Calabriae ait, et intpp. laudant Martialis illud: *Nobilis et laus et felix vitibus Aulon*, id ad Tarentinum agrum spectat, non ad hunc Locrorum Epizephyriorum, ut jam satis docti viri docuerunt, adeoque nil juvat, quod h. l. *Caulonis arces* h. e. mons vel promontorium memoratur: cod. v. *navifragum Scyllaceum*. *Σκυλλάκειον*. Multum aberratum est in his vocibus a librariis: *navifragum, naufragium—Scillacæum, Scyllacæum, Scillacæum, Scillacum, Scylleum*, v. Pier. et Burmann.—554. Cum Rottend. sec. et Hamb. sec. *Trinacria* Serv. sup. ad v. 384. *cernitur hora* pro ora Hamburg. pr. et Græv., quod et Jo. Schrader. malebat. v. Burm. Leid. *cum procul—*

NOTE

campis persecutus Hercules ibidem terra obruerat.

552 *Diva Lacinia contra*] Junonis Lacinie templum, prope Crotonem urbem, sanctum omnibus circa populis, ex Livio l. XXIV. ejus tegulas marmoreas Fulvius Flaccus in cenam sua, transtulit in ædem Fortunæ equestris, quam Romæ faciebat; ex Valerio l. I. 2. ubi ara sub dio posita, in qua cinis, perfiantibus procellis, semper immobilis, ex Plin. l. II. 107. *Contra*] Meridiem versus, in promontorio Lacinio, cum Tarentum ait ad septentrionem, 596.

553 *Caulonisque arces, et navifragum, &c.*] Præ tamen occurrit *Scyllaceum*, quam *Caulon*. Est *Caulon*,

vel *Caulonia*, urbs prius *Aulon* dicta, a valle quam habebat in conspectu, erat enim in Apennini jugo sita: Græce autem *αἰλῶν, vallis*. Ab Achivis condita ex Strab. l. VII. nunc *Castel vetere*; mons adhuc *Caulo*.

Navifragum Scyllaceum] *Scyllaceum* sinus, in media sinus ora *Scyllaceum* habet urbem, coloniam Atheniensium, qui Mnestheum regem ad Trojam secuti duces fuerant. Strabo l. VI. Sed hic varia est lectio. Dubitat Scaliger, Poët. l. II. §1. an ait, *Navifragum Scyllaceum*, redundante syllaba, aut extremis duabus in unam coalescentibus; an vero, *Naufragum Scyllaceum*, ubi amphimacer in dactyli locum succederet. Turnebus

Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa 553
 Audimus longe, fractasque ad littora voces;
 Exultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.
 Et pater Anchises: Nimirum hæc illa Charybdis;
 Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
 Eripite, o socii; pariterque insurgite remis. 560

repercussos, et sonitus ruptos ad littora: et fluctus exiliunt, et arenæ turbantur ebullitione. Et pater Anchises ait: Scilicet hæc est illa Charybdis: Helenus prædicebat hos scopulos, has rupes horrendas. Extrahite hinc vos, o socii, et pari

~~~~~

*tollitur Ætna, non male. Rottend. tert. Trinacria cernitur. Ætnam Et gemitum p.—556. ab littore aliquot Heins., minus bene. Sic tamen quoque Medic. a manu emendatrice.—557. Exultantque vado tert. Mentel. a m. pr., non infelici lapsu.—558. At sec. Rottend., ut alibi sæpe. Sic sup. v. 539. hæc abest a Mentel. pr. Goth. sec. hic illa Medic. cum aliquot Pierianis.—560. o deest Leid. et plerisque, quos Pierius viderat, cum Goth. alt. etque*

#### NOTÆ

censet l. XIX. 21. commodius legi posse *Scyllæum*; quod, vel est promontorium *Cænys*, *coda della volpe*, in angustiis freti Siculi; vel *Scylla* scopulus, etiam ultra *Cænym leuca* integra remotus. Sed sane cum *Æneas* ne ad *Charybdim* quidem nisi eminus accesserit; vix potuit *Scyllæum* videre. Igitur commodius est legere cum antiquis plerisque codicibus *Navifragum Scyllaceum*, per unicum l: præsertim cum dicat *Strabo Scyllæum* antiquis, recentioribus dictum esse *Ἰουλίκιον, Scyllacium*.

555 *Et gemitum ingentem pelagi, &c.*] Videatur hic *Virgilius* verius quam ceteri poëtæ naturam *Charybdis* expressisse. Quippe *Cluverius*, qui ad pernoscendam loci naturam se *Messanam* contulerat, ait, probatque in *Sicilia Antiqua*, l. i. c. 5. etsi vortex ille circa *Messanam* ostendatur, appelleturque *Calofaro* et *la rema*; tamen mare toto freto vorticosum esse, ac tumultuosum: laudatque *Thucydidem*, qui fretum totum *Charybdim* appellavit, l. iv. 'Est autem fretum, mare inter *Rhegium* et *Messanam*, qua minimum *Sicilia* distat a conti-

nente: et hoc illud est, quod *Charybdis* appellatum fuit, qua *Ulysses* fertur transnavigasse: *καὶ τὸν ἢ χάρυβδιν κληθεῖσα τοῦτο,* &c. Hinc a quibusdam ad *Pelorum* promontorium, ab aliis ad *Messanam*, collocatur; ab *Homero* sub scopulo caprificis arboribus inumbrato; ab aliis ut bians absque scopulis vorago describitur. Re autem ipsa impetus est maris, a septentrione vehementius quam a meridie influentis: cujus fluctus, adversis ventis obluctantibus, Anstro præsertim a meridie sæviante, repelluntur in freti angustias; ibique compressi, ingenti murmure et littorum scopulorumque mugitu in vortices contorquentur. Scite ergo *Virgilius*, nulla certi loci mentione facta, generatim *gemitum, littora, saxa, vada, æstum* commemorat: additque 'nimirum hæc illa *Charybdis*.' Male ergo plerique cum *Cerdano saxa* et *scopulos*, interpretantur de *Scylla*: quæ ut ostendemus 685. nimium distat a vulgari *Charybdis* loco, quam ut ejus latratus inde audiri possit. De fabula *Charybdis* et *Scylla*, supra 430.

Haud minus ac jussi faciunt: primusque rudentem  
 Contorsit lævas proram Palinurus ad undas;  
 Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit.  
 Tollimur in cœlum curvato gurgite, et idem  
 Subducta ad Manes imos desidimus unda.

565

Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere:  
 Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

Interea fessos ventus cum Sole reliquit;  
 Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris.

Portus ab accessu ventorum immotus, et ingens

570

impetu incumbite remis. Nec faciunt minus quam jussi erant facere: et primus Palinurus deflexit proram stridentem ad aquas sinistras: turba omnis abiit in sinistram partem remis et ventis. Erigimur in cœlum sinuato mari, et iidem subtracta aqua delabimur ad imos inferos. Ter scopuli sonitum emiserunt intra cava saxa; ter vidimus spumam impactam et sidera stillantia. Interim ventus cum Sole destituit nos fatigatos: et inscii viæ appellimur ad littus Cyclopum. Portus est imperturbatus ab ingressu ventorum, et ipse capax; sed Ætna prope tonat horribili

Franc.—561. hac j. Franc. *primusque r.* Reg. *rudentes* Gud. a m. pr. et Exc. Burm. *rudente* aliquot ap. Burm. et Pierium, ex interpolatione puto, ut ad funem referrent. *tridentem proram* conj. Heins. inf. ad v, 143 et Jo. Schrader. in schedis.—562. *lævam proram* ed. Ven.—in *unda* Leid. a m. pr.—563. *ptebant* pr. Hamburg.—564. *ad cœlum* Medic. Pierii. *turbato* tres Burm., male. *in gurgite* pr. Hamb.—565. *Subducti* Parrhas. Mox vulgg. edd. ante Heins. *descendimus*; verum reposuerat ille (tanquam exquisitus) cum Medic. aliisque præstantioribus suis et Pierianis *desedimus*, quod Bened. et Pierius, tum ipse copiose illustratum dederunt; *desidimus* ex uno Montalb. proferebat, tanquam quod cum *Tollimur* melius tempore conveniret, et nunc receptum ab Burmanno vides. *consedimus* nuns Leid., male.—566. *ad concava* Parrhas. *dederunt* Ven.—567. Totus versus abest a Goth. pr., alter *rotantia*; quantum piget talia notare.—568. *relinquit* tres Burm. duo Goth.—569. *illabimur* Franc. *undis* sec. Rottend.—570. *inaccessu* pr. Hamb. *et abaccessu* alter. ab

## NOTE

565 *Ad Manes*] In profundum maris, et quasi ad Inferos, sedem umbrarum et animarum, quæ *Manes* dicuntur, de quibus, Ge. iv. 469.

567 *Rorantia astra*] Stillantem ærem, depluentem aquâ, quæ maris impetu ejecta sursum fuerat.

569 *Cyclopum oris*] Ex Cluverio de Sicilia l. i. 2. *Cyclopes* primi Siciliæ, sive Trinacriæ habitatores fuerunt: præcipue circa montem Ætnam, et agrum Leontinum. Fatetur eos statura fuisse gigantæa, quod probat multis ibidem repertis cadaveribus

insolitæ magnitudinis: eos item agrestes, et hospitibus infestos memorat. Hinc finxerunt poëtæ vesci eos humanis carnibus; unicum habere media in fronte rotundum oculum, unde nomen ipsis, a *κύκλος* *circulus*, et *ὀφθαλμός* *oculus*. Tum, ob Ætnæ montis, et Liparearum in septentrionali Siciliæ littore septem insularum viciniam: addiderunt eodem Vulcani ministros esse, suis illis in officinis, ad fabricanda Jovis fulmina; Neptuni autem filios, quia solent fabulæ sceleratos omnes ei pro filiis attribueret. Portus

Ipse; sed horrificis juxta tonat *Ætna* ruinis,  
 Interdumque atram prorumpit ad *æthera* nubem,  
 Turbine fumantem piceo et candente favilla;  
 Attollitque globos flammarum, et sidera lambit:  
 Interdum scopulos avulsaque viscera montis  
 Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras  
 Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

575

*tumultu: et aliquando emittit ad carthum nigram nubem, fumantem turbine piceo et ferventibus favillis: et attollit globos flammarum, et tangit astra: aliquando erigit eromens rupes et disrupta viscera montis, et cum sonitu congerit in ære saxa comminuta, et ebullit ex imo fundo. Rumor est, corpus Enceladi semiestum fulmine,*

accessu Zulich. ab occasu Græv., sed ascriptum accessu—motus Vratial.—571. Ipse Pierius et alii cum *Ætna* jungunt. v. Burm. ipsa Erf. sed, Ipse portus. sub horrificis—ruinis aliquot ap. Pier., sed id esset vulgaris; tonat meliores, ut vis poetica postulat. Multi sonat, ut semper variant.—572. prorumpit Dorvill. ad abest a Gnd.—573. candente a m. pr. Leidens. candore Voss.—574. Hæserant Critici jam apud Gellium (v. Exc. xv) in hoc, quod poeta uno tempore fumum et flammam emitti faciat, cum tamen, quod Pindarus bene observaverit, interdum fumet *Ætna*, noctu flammet. Cui, si poeta id vitiose a se poni putasset, facile potuisset occurrere, scribendo: Attollitque globos. Enimvero si poeta tam subtiliter rem tractare voluisset, cum noctu Trojana classis appulerit, nihil aliud quam flammam memorare debuerat. Sed intervalla habet intestinus *Ætnæ* labor non modo majora illa extremi furoris et remissionis, vide v. c. Strab. vi, p. 274 A. C., verum etiam cum semel exarsit, minora illa, fumi modo continui, modo inter fumum flammæ; interdum cum flamma expulsa saxa. Utrumque sequi poeta potuit; conjunxerat etiam omnia pariter Lucret. vi, 690—693, quem ante oculos habuisse videtur Virgilius.—575. convolvat aliquot Pier. et Leid.—576. Erigit Heins. cum melioribus retinuit. At Egerit pr. Moret. alter Voss. et tert. Rottend. pro var. lect., Erf. et malit Burm. propter rō eructans, et astruit copiosius Burm. Sec. ad Anthol. Lat. p. 350. Permutatio sane utriusque vocis est satis obvia; v. sup. 423, et egerere per se elegans esset; sed erigere et exquisitius ac doctius esse et majorem vim habere videtur, ut in altum continuo tractu surgentia saxa ac metalla eniti videas. Inf. ix, 239 aterque ad sidera fumus Erigitur. vii, 529 Paulatim sese tollit mare et altius undas Erigit; inde imo concurrit ad æthera fundo. Porro eruit Menag. sec. eruptans Franc. sub astra sec. Menag.—577. glomerant Hugén.—578. Enceladi Wall. cum aliis. semiestum

## NOTÆ

Cyclopus a Virgilio fingitur, circa litus ubi nunc est *Catana* urbs, ad radices *Ætnæ*: patet enim e subsequenti narratione, enim in Siciliæ continenti, loco sylvoſo describi: non in iis scopulis, qui circa idem litus a Cyclopi-bus vulgo nomen habent.

571 *Ætna*] *Mont Gibel*, non longe a littore Siciliæ orientali: miræ fertilitatis.

: 572 *Prorumpit nubem*] Activum hic est; unde passivum, apud Lucret. l.

vi. 435. 'Prorumpitur in mare venti Vis:' neutrum vero *Æn.* x. 379. 'medius densos prorumpit in hostes.'

573 *Candente*] Non solum candida, sed fervente, quæ ex fervore candorem contraxerit. Sic *Æn.* xii. 90. 'Ensem quem.... Stygia candentem tinxerat unda.'

576 *Liquefactaque saxa*] Exesa in pumices, comminuta in cineres, qui torrentium instar inde erumpunt; et Catanensem agrum, vicinamque mare

Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus  
 Urgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam  
 Impositam ruptis flammam exspirare caminis; 580  
 Et, fessum quoties mutet latus, intremere omnem  
 Murmure Trinacriam, et cœlum subtexere fumo.  
 Noctem illam tecti sylvis immania monstra  
 Perferimus; nec, quæ sonitum det causa, videmus.  
 Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra 585

*premi hac mole, et magnam Ætnam superimpositam exhalare ignem fractis caminis: et, quoties Enceladus vertit latus fatigatum, Siciliam totam tremere tumultu, et incolere cœlum fumo. Per illam noctem occulti in sylvis patimur infanda prodigia, nec cognoscimus quæ causa emittat illum sonitum. Nam nec erant lumina*

merito revocavit Heins. Libri plerique et edd. æmasti, cum non viderent, duas vocales contractas in unam efferri, ut sæpissime fit apud Græcos.—579. more Gud. a m. sec. *hac mole* Oudart. *que deest* Montalb.—580. *expugnare* alter Hamburg. *spirare* Oudart.—581. *quotiens* duo Goth. et sic Medic. *mutet* cum Medic. et aliis bonis libris Heins. *mutat* Donatus cum aliis; uti et bini Goth. (tert. *morat*). Sane *mutare latus* bene dicitur; et docuit satis illud Heins. cum aliis. Ad Callim. H. in Del. 143 frustra provocant: Nam *ἐν τῇ ἑρπυρίδι* *Ἐνκελάδης ἐκινύμενος* potest esse et *motat* (mouet se) et *mutat*. Sed *motat* pro *movet* agnoscit codicum pars, etiam ap. Pierium, et defendit Servius, cum viris doctis; v. Cerda, et ante eum Guellius; possitque id tanquam exquisitis præferri, nisi perpetua et temeraria harum vocum in libris occurreret permutatio. Apud Statium III Theb. 596 *aut ubi tentat Enceladus mutare latus*, Virgillii imitatione, nulla varietas occurrit, nisi quod unus *versare* legit. In nonnullis etiam *motet*; in Wall. *moveat*. cf. Burm.—583. *Nocte illa* aliquot Pieriani, et duo Burm., sed hoc vulgarius. *tecti sylvis* omnes fere libri Pier. et Heins. itaque in recte sublatum. De sensu ambigunt Cerda et Burm. Sed in littus escendisse Trojanos noctemque ibi exegisse, dubitare nec narrationis modus nec veterum hominum mos sinit; neque aliter Ulysses in eo ipso loco, quem Virgilius hic expressit Odyss. I. 150. 151. *tecti sylvis* ad littus procurrentibus, in loco nemoroso, in his ipsis sylvis, ab interiore parte, accedentem mane ad se vident Achemenidem v. 590. Non autem, cæque olim latæ, sylvæ defuerunt Ætnæ, ut ex Pindaro discas Pyth. I, altera Antistrophe: *Ἄλτῃς ἐν μελαμφύλλοις κορυφαῖς καὶ πύθῳ*. *immania* Medic. a pr. m.—585. *nec l. ather* Sidera habet. *polus*—Sprot. *ather* etiam Voss. cum Goth.

## NOTÆ

interdum operiunt. Vide Cluverium loco citato.

578 *Enceladi semiustum, &c.*] Causam affert huius incendii fabulosam: nempe bello gigantaæ, maximum gigantum Enceladum, Titanis ac Terræ filium, fulminatum a Jove fuisse, et Ætna monte obtectum. Pindarus, et Ovidius hoc supplicium Typhæo attribuant: eundemque volunt non hoc uno monte, sed Sicilia tota, oppressum esse: Ovid. Met. v. 346. Veram

alii causam proferunt: quod totus ille tractus, ad usque Campaniam, sulfure abundet ac apeluncis, in quas admisi venti incendia excitant. Unde existimo non aliam ob causam Lipareas insulas, et *Æolias*, et *Vulcanias* appellatas esse; earumque regnum et *Æolo* et *Vulcano* ex æquo attributum; quam quod et igne et vento perinde agitentur.

585 *Æthra Sidera*] Coelestis ignis sphaera, ut aiunt, quæ vocatur *ather*;

Siderea polus; obscuro sed nubila cælo;  
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Postera jamque dies primo surgebat Eoo,  
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram :  
Cum subito e sylvis, macie confecta suprema,  
Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu,  
Procedit, supplexque manus ad littora tendit.  
Respicimus. Dira illuvies, immissaque barba,  
Consertum tegumen spinis : at cetera Graius,  
Et quondam patriis ad Trojam missus in armis.

590

595

*siderum, nec cælum fulgens splendore ætheris: sed nebula tenebrosa aëre, et nox importuna includebat Lunam in nube. Et jam dies sequens nascebatur primo diluculo, et Aurora dispulerat e cælo humidus tenebras: cum repente prodit e sylvis nova figura hominis ignoti, exesa macie summa, et miserabilis habitu; et supplex tendit manus ad littora. Respicimus: factæ erant sordæ, et barba diffusa, vestis contexta spinis; quantum ad alia Græcus, et olim missus ad Trojam in patrio*

~~~~~

tert.—586. *obstruso*—cælo Goth. sec., felici errore, si modo error nec prisca lectio est, cujus interpretamentum sit *obscuro*. Nam *obstrusum* exquisitè pro clausam, occlusum, adeoque obductum, obscurum. In libris fere illud cum voc. *abstrusum* variat, apud Lucan. Stat. et Claudian., quod vel Lexica docent.—587. *in deest* binis Burm. *limbo* Goth. pr.—588. *namque* Montalb. Goth. pr. *prono* Goth. tert., frequenti lapsu.—589. *Humentesque umbras* Ven. v. lib. iv, 7 et sæpe alibi.—590. *Tum* Leid. Mox *e deest* Wall., etiam edd. nonnullis vulgg. *conspicua* pr. Hamb. pro var. Lect. v. Burm.—591. *nova fama* sec. Rottend. *vultu* tres ap. Burm.—592. *ad sidera* Zulich. a m. pr. et Wall., librarii lapsu, cujus animo frequentior ratio insederat.—593. *Respicimus* aliquot Pieriani. *illuvies* Sprot. *dimissaque barba* idem cum Vratial. cum Goth. sec. (pro *dimissa*), *promissa* Nonius in *promittere*, et Gud. a m. pr.: utrumque vulgarius præ eo, quod excusum est. *immensa*que Witt. Servium argutari arbitror.—594. *tegumen* Heins. scripsit cum Medic. et aliis vetustis. cf. eund. inf. vii, 666, et ad Ovid. xiv Met. 166. Item Pierius e duobus. Ceteri *tegimen* vel *tegmen*; hoc habebant edd. vulgg. Mox *et* vel *ac cetera* multi ap. Burm.—596. *Ut quondam* ita reposuit Burm. ex Hugon., ut sententiam melius connecteret: poni enim ut, quemadmodum sæpe, ut erat, sicut erat. Inde illa illuvies, inde detritæ vestes, quod diu in obsidione Trojæ hæserat. Vulgo legitur *Et*. Videat lector, an in hoc acquiescere malit; equidem hoc revocavi. Nam primum *Ut* parum commodum, quocumque modo accipias; (melius tamen positum dicas pro *quippe* qui. Ex Burm. sententia *Ut erat* plene fuisset eloquendum) *erat Graius*, h. e. Græco habitu, *quippe qui ante Trojam fuisset*. Hæc vix cohærent. Porro, detritarum vestium causas ab obsidione Trojæ repetere, jejunum videtur.

NOTÆ

et pro cælo, et aëre, et astrorum splendore sumitur.

587 *Nox intempesta*] Ad agendum inepta, atque intempestiva.

588 *Eoo*] Lucifero, Veneris stella, qui pro diluculo, sumitur: nomen ab *eos*, *Aurora*. De eo, Ecl. vi. 86. De

Aurora, Ge. i. 249.

594 *Consertum tegumen spinis*] Vestis e frondibus arborum, quæ spinis inter se assutæ et compositæ erant. *Cetera*] Quantum ad cetera, nempe statum, incessum, colorem, vocis sonum.

Isque ubi Dardanios habitus et Troia vidit.
 Arma procul: paulum aspectu conterritus hæsit,
 Continuitque gradum; mox sese ad littora præceps
 Cum fletu precibusque tulit. Per sidera testor,
 Per Superos, atque hoc cœli spirabile lumen: 600
 Tollite me, Teucri; quascumque abducite terras;
 Hoc sat erit. Scio me Danaï e classibus unum,
 Et bello Iliacos fateor petiisse Penates:
 Pro quo, si sceleris tanta est injuria nostri,
 Spargite me in fluctus, vastoque immergite ponto. 605
 Si pereō; hominum manibus periisse juvabit.
 Dixerat; et genua amplexus, genibusque volutans

Isque ubi quando vidit eminus vestes Trojanas et Trojana arma; paulum aspectu conterritus risu, et pedem cohibuit: deinde currens contulit se ad littora cum fletu et precibus: aitque: Obsecro per astra, per Deos, et per hanc lucem cœli qua respiro: auferite me, o Trojani, asportate in qualibet terras. Hoc satis erit. Scio me unum esse e classe Græca, et fateor me incasisse armis Iliacos Penates. Pro quo re, si tanta est iniquitas mei criminis, projicite me in undas et demergite vasto mari. Si pereō manibus hominum, dulce erit perire. Dixerat: et amplexans genua nostra, et abjectus in genua, hærebat. Incitamus eum, ut dicat

Sufficit aliquot per tres menses vitam in sylvarum latebris exegisse. Itaque sequi malim Servium: v. Not. Nisi forte, quod arbitror, totus versus alienus et ex lib. II, 87 *Pauper in arma pater primis huc misit ab armis confectus.* Certe eum, si absit, nemo facile desideret. Lenior medicina foret hæc, ut versu seq. pro *Isque legas Namque*; ut sic oratio procedat: *at cetera Graius, Et quondam patrias ad Trojam missus in armis. Namque ubi Dardanio habitus et Troia vidit Arma procul, p. a. c. hæsit.* Ita omnia inter se nexa; etsi Serviana ratio sic satis rem expedit.—597. *aspectu paulum* Witt. *pauco aspectu* Goth. sec. *paulum a conspectu* Goth. tert.—600. Rufinian. de figg. p. 26 (209 R.) eltat: *per Superos atque hoc cœlum*; lapsu, haud dubie, memorie. *perque hos cœli* Wall., non male. v. Burm. *numen* Leid. *sperabile numen a m. pr. Medic.* 601. *quascumque* aliquot, antique. v. Pierium. *in quascumque* aliquot alii Pier. *abducite terris* Medic. a m. pr. *adducite* alii multi Heins. et Burm., solenni lapsu: *adverte* etiam alter Hamb. pro var. lect.—602. *de classibus* Montalb. et sec. Moret.—603. *Argolicos* Rufinian. de Schem. *Diancear.* p. 269.—604. *sceleris* Medic., sed a m. pr.—605. *in abest a binis* Burm. *in fluctu* Venetus.—606. Præclare hanc lectionem reduxit Heins. codicum fere omnium, etiam Pierianorum, auctoritate; in edd. vulgg. erat: *Si pereō, manibus hominum, p. j.* Fuere quoque qui distinguerent: *Si pereō manibus hominum p. j.* multo tenuius. Porro *Si peream* aliquot Pier. Male. Quod *pereō: hominum* cum nullo hiatus metu ponitur: græco more fit, quo *o* ante vocalem sequentem haud facit hiatus; inprimis in versus articulo.—607. *amplectens* duo Moret. Leid. un. Goth. pr. *volutus* iidem et alter Leid., sed hoc vulgarius. Vul-

NOTÆ

[600 *Cœli spirabile lumen*] Vel aërem, tratur; vel lucem ipsam Solis vitalem, quem respiramus, et qui luce pene- qua cuncta fruuntur ac veluti spirant.
 Delph. et Var. Clas. Virg. 2 R

Hærebat. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,
 Hortamur; quæ deinde agitet Fortuna, fateri.
 Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus, 610
 Dat juveni; atque animum præsentis pignore firmat.
 Ille hæc, deposita tandem formidine, fatitur:
 Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,
 Nomen Achemenides, Trojam, genitore Adamasto
 Paupere, (mansissetque utinam Fortuna!) profectus. 615
 Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
 Immemores socii vasto Cyclopi in antro

qui sit, quo ortus sanguis; utque postea fassetur, qua sors cum cecisset. Ipse pater Anchises, non expectans diutius, porrigit dexteram juveni, et confirmat ejus animum hoc proprio testimonio fidei. Ille excusso metu hæc demum loquitur: Sum ex patria Ithaca, comes miseri Ulyssis, nomen mihi est Achemenides, qui ieram Trojam, patre Adamasto paupere existente, et utinam illa sors mihi mansisset! Hic socii, dum fugiunt festini crudelem damnum, obliiti mei me reliquerunt

gatum defendit etiam Carisius.—608. Qui sit Heins. cum melioribus, ut jam ante Pierium lectum; alii Quis sit vulgari ratione. quo fari sanguine Sprot. fari a quo Menag. alter.—609. agitat Hamb. alter.—610. haud plura Parrhas., ex communi formula. v. Burm. loquutus Wall. a m. pr.—612. Idem versus sup. II, 76 in controversiam vocatus. Ipse Dorvill.—613. Ulixi et hic ab Heins. cf. Pier.—614. Nomen, post Ge. Fabric. Pieriumque, revocavit Heins. e codd. cf. Toll. ad Auson. p. 297. Vulgo Nomine, quod vulgare. Porro Achemenides scriptum, cum Medic. aliisque præstantioribus, etiam ap. Ovidium, ut sit *ὁ ἄχχ μύσσι*. Vulgo Achemenides, quod nomen aliunde notius esse poterat. Achemenides alii, ut omnes Gothani. Agamenides Franc. et sic Nannius. v. Burm. at græcum est Ἀχαιεύδης. Tandem Adamasto, ex Ἀδμᾶστῳ, varie corruptum: Adamasco ap. Pier. et al., Donasco, Damasto, Adamastro.—616. trepidum Sprot. tepidi Ven. lumbina alter Hamb. et Goth.—

NOTE

611 Præsentis pignore] Tradita manu: quod fidei signum fuit. Sic Curtius l. v. Dariam morientem ita inducit cum Polystrato loquentem: 'Alexandro hoc fidei regis unicum dexteri pignus pro me dabis. Hæc dicentem accepta Polystrati manu vitæ destituit.'

613 Ex Ithaca, &c.] Insula est ad sinum Corinthiacum, pars regni Ulyssis: supra, v. 270. 272. Ulixi pro Ulixis. Æn. I. 224.

614 Achemenides] Fictum nomen ab ἄχχ μύσσι, et μένω maneo: quia derelictus a sociis in mœrore diu fuerat:

unde miror Nannium hujus nominis nullum etymon reperisse; ideoque rescribendum duxisse Agamenides, quasi ab ἄγας valde, et μένω maneo: eoque miror magis, quod Ovidius, qui Metam. libro XIV. totum hoc iter ex Virgilio quasi exscripsit, hunc ipsum sæpius Achemeniden vocat.

615 Paupere] Ut se ad Trojam non voluntate profectum ostendat; habeatque necessitatis excusationem. Sic Sinon ad Priamum Æn. II. 87. 'Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.'

617 Cyclopi in antro] Polyphemi. Is

Deseruere. Domus sanie dapibusque cruentis,
Intus opaca, ingens. Ipse arduus, altaque pulsat
Sidera, (Di, talem terris avertite pestem !)

620

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.
Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro
Prensa manu magna medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, sanieque exspersa natarent

625

in vasta caverna Cyclopi. Domus est interius tenebrosa, magna, tabo et sanguinolentis cibis plena: ipse Cyclops altissimus, et tangit alta astra: (Dii servate terras a tali pernicie!) nec facilis videri, nec sermone affabilis cuicumque: pascitur visceribus miserorum et nigro sanguine. Vidi ego ipse, cum supinus media in caverna allideret ad rupem duo corpora de numero nostro comprehensa magnis manibus,

618. Domus Medic. (a m. pr.) tert. Rottend. Sane Domus sanie dapibusque cruentis durissima junctura dictum, pro saniosa. Burmannus videtur probasse. H. Stephani interpretationem: opaca sanie et dapibus; quod et durum et jejunum est. Obvia est emendatio: Domus sanie dapibusque cruenta; sicque Wittianum habere video; modo distinguas: domus sanie dapibusque cruenta Intus, opaca, ingens. Sæpe epitheta librarii accommodant proximo vocabulo. Dapes autem ipsæ erant cruenta, hinc sine dubio cruentatum antrum. Exemplis res non indiget. Inf. VIII, 297 janitor Orci Omni super recubans antro aemula cruento.—619. ingens ipse jungit Waddelius ap. Burm., qui recte rejicit.—621. affabilis retinuit Heins. codd. Grammaticorumque auctoritate; et Macrob. VI, 1 ab Accio in Philoctete sumtum testatur: Quem neque tueri contra neque affari queas. Stalii etiam imitationem affert Burm. III Sylv. 3, 72 Terribilem affatu passus visuque tyrannum. Servius tamen nec dictu effabilis, sermone non explicabilis; et inf. v. 644 infandi Cyclopes, ineffabiles, ubi ad h. l. provocat. Esset itaque ὁμοῦ ἀπῆρτος, vel Hesiodo voc. ὄβρε φάειδν, quod Rahukenius ingeniose restituit Orpheo v. 926, et videri potest exquisitius. Sunt etiam codices, qui ita legunt, apud Pierium, plerique Heins. et Burm. possuntque similia memorari, v. c. Silias 1, 175 ferum cinu dictuque. Et afflicto huic alterum: visu audituque, quod sæpe occurrit, jam inde ab Orpheo Argon. 901. cf. ad Pindar. P. I, 56. Recte tamen alteram præfertur, quandoquidem junctum cum nec visu facilis.—622. pascitur Gud. tert. Rottend. et alt. Voss. cum pr. Goth.—624. Pressa etiam hic duo Burm. cum tert. Goth.—625. exspersa Servius: "Hæc fuit vera lectio, id est, madefacta: nam si aspersa dixeris, tapinosis et hyperbole junguntur, scilicet adaspersa et natarent." Fateor me non satis assequi discrimen hoc inter exspersa et uspersa: sed præferendum video alterum tanquam rarius et doctius: non quod major vis insit. Erat tamen Serviana lectio in nullo Pieriano, sed in optimo Menag. et quatuor aliis Heinsii, qui egregie astruxit, et in tribus Burm. et tert. Goth. Add. Bened. Reliqui

NOTE

Ulyssem, appulsum in Siciliam, et cum sociis duodecim ad se venientem, antro inclinum tenuit: devoratisque sex ex illis, ab Ulysse vini potu sopitus, impacta in oculum clava excæcatus est. Ulysses deinde sub arietem villis socios seque ipsam im-

plicuit, et cum grege ex antro emer- sit. Quæ fuse describit Homerus Odys. IX. 105. Hoc imitatur Virgilius: fingitque casu relictum illic esse unum e sociis Ulyssis, qui ante tres menses ad idem littus appulsum fuerat.

Limina; vidi atro cum membra fluentia tabo
 Manderet, et tepidi tremerent sub dentibus artus.
 Haud impune quidem. Nec talia passus Ulixes,
 Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.
 Nam simul, expletus dapibus, vinoque sepultus, 630
 Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum
 Immensus, saniem eructans ac frustra cruento
 Per somnum commixta mero: nos, magna precati
 Numina, sortitique vices, una undique circum
 Fundimur, et telo lumen terebramus acuto 635
 Ingens, quod torva solum sub fronte latebat,

et porta redundaret sanguine infecta: vidi, cum devoraret membra stillantia tabo, et membra calentia tremerent sub ejus dentibus. Non tamen abaque ultione: nec Ulysses toleravit talia, aut Ithacensis oblitus est sui in tanto periculo. Nam statim atque Cyclops satiatus cibis et sepultus vino, demisit collum incurvatum, et jacuit per cavernam vastus, inter dormiendum ejectans tabum et frustra mixta cum vino sanguineo: nos postquam invocassemus magnos Deos, et duxissemus sorte officia, simul undique circumstistimus: et perfodimus telo acuto oculum magnam, qui

aspersa vel adpersa (quod interpretamentum est alterius); respersa Sprot. et pr. Moret. exsparsa Witt. in margine. cf. sup. ad v. 534. Est autem exspargere proprie foras spargere et hinc dispergere, dissipare; et tandem limina exsparsa, respersa sanie ac cruore ex illis humi corporibus.—627. trepidi artus Medicei aliorumque vetustiorum auctoritate receperat Heinsius, non offensus eadem rei natura bis expressa: trepidi h. e. tremuli, tremerent. Tacite eum deseruit Burm. antiquo revocato tepidi, scilicet vitali calore. Paulo melius Ovidius xiv Met. 196 elisi trepidant sub dentibus artus.—629. est deest binis ap. Burm.—630. meroque Wall., perperam.—631. per antrum Immensum; sic Servius, Gud. a m. pr. alter Mentel. a m. pr. Voss. pr. duo Hamburg. totidem Moret. et Ven. ap. Heinsium, qui præferebat; adde duo Goth. jacuitque per a. Immenus Medic. cum ceteris etiam Pierianis; idque Burmannus potius duxit; recte quidem meo qualicumque judicio; nam et poetica oratione dignius et ἐνδρυειαν majorem habet, quam alterum. Nam, quod Servius ait: Immenum ad Polyphemi magnitudinem pertinet, quasi in toto antro jacuerit; id potius ad τὸ per antrum valet, quod majus rei phantasma offert, quam in antro. Jam etsi adjicias: jacuit per antrum Immenum, hoc non æque rem in majus effert; potuit enim immensi antri qualecumque spatium occupare; quam jacuit immenus; et nunc δεινὸν est illud alterum per antrum, ut impleat suo corpore totum antrum. cf. similem varietatem Ovid. iii Met. 37, et ad lectionem dijudicandam Quintil. viii, 4, 83, idem interpretationem nostram firmat. Porro Immenam sanie aliquid Pieriani, et Zulich. a m. pr., Prave. et fr. scripti Heins. Burm. cum Goth. tert. cruenta Witt.—633. summa p. Numina Dorvill.—634. Nomina Medic. una ordine Wall. a m. pr.—635. tenebramus h. e. obscuramus, excreamus, legebat Donatus, cum aliis apud Servium, adversus Homeri et Euripidis fidem et exemplum, ut jam Pier. et alii monuerunt: est enim τριβέω, δεινέω, τριβέω.—636. jacebat Ven., male. v. Notam.—637. Phæbei Wall.—

NOTE

636 *Latebat*] Clausus erat tunc oculus, nempe somno.

Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar :

Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras.

Sed fugite, o miseri, fugite, atque ab littore funem

Rumpite.

640

Nam, qualis quantusque cavo Polyphemus in antro

Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat,

Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgo

Infandi Cyclopes, et altis montibus errant.

Tertia jam Lunæ se cornua lumine complent,

645

Cum vitam in sylvis, inter deserta ferarum

Lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas

Prospicio, sonitumque pedum vocemque tremisco.

Victum infelicem, baccas lapidosaque corna,

unicus occultabatur sub feroci fronte, in modum scuti Argolici et solaris lampadis: et læti vindicamus denique animas sociorum. Sed fugite, o infortunati! fugite, et abscondite funem a littore. Nam qualis et quantus Polyphemus includit cavo in specu greges ovinos, et premit ubera; tales ac tanti centum alii horrendi Cyclopes manent circa hæc sinuosa littora, et vagantur per altos montes. Jam tertia Lunæ cornua implent se luce: ex quo duco vitam in sylvis, inter cubilia vacua et sedes ferarum; et e rupe spectro Cyclopas immanes, et trepido ad sonum pedum et vocem. Rami præbent mihi misera alimenta, baccas, et lapidosa corna, et herbæ nutriunt

~~~~~

638. *umbra* alter Hamb.—639. *a littore* Witt. Edd. Ald. et Junst. P. Dan. cum tribus Goth. *atque hoc ab littore* sec. Moret. *funes* Franc.—641. *Jam* pr. Moret., *elegant*er, inquit Heins.; quod vix verum h. l. Versus 641 ad 644 ab aliena manu interpositos acute suspicabatur Jac. Bryant, offensus imprimis *rē*: *qualis quantusque claudit*: de quo v. Not. Omnino loco huic ultima poetæ manus defuit.—642. *preseat* alter Hamb. v. ad Ecl. III, 99. *pressis* Montalb. *preseat* Franc.—643. *hæc* abest ab Ven. *hic* Vrat. *habitant* *curva hæc* ad pr. Hamb. *volgo* Gud. *passim* pr. Hamburg.—644. *et in a. duo* Burm. *atque altis montibus* Parrhas. et tres alii.—645. *lumina* tres, *vitiosæ. ac cornu lumina complent* Sprot. Satis bene.—647. *domosque* Menag. alt. Goth. alt. *vastæque ab rupe* Oudart. *vastæque* Franc. *a rupe* tres Burm., quem v.—648. *tremesco* scribunt fere codices, testibus Pierio et Burm.—

#### NOTE

637 *Argolici clypei aut Phæbeæ lampadis*] Tria notat, figuram, magnitudinem, et splendorem oculi. Notat *Ægaram* quidem rotundam; quæ figura erat *clypei*, et Cyclopes vocabantur a rotundo oculo, 569. Notat *magnitudinem* ingentem; qualis erat *clypei Argolici*, qui totum tegebat militem, ita ut cæsorū corpora in cly-

peis exportarentur. Notat denique *splendoris* vim acerrimam, qualis est *Phæbeæ lampadis*, id est, Solis.

649 *Lapidosæ corna*] *Fructus corni arboris, cornouiller*: qui rubicundi sunt, intus ossiculis muniti durissimo. *Baccæ*, sunt exigui quilibet arborum foetus.

Dant rami, et vulsis pascunt radicibus herbæ.  
 Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem  
 Conspexi venientem. Huic me, quæcumque fuisset,  
 Addixi : satis est gentem effugisse nefandam.  
 Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.

650

Vix ea fatus erat : summo cum monte videmus  
 Ipsum inter pecudes vasta se mole moventem  
 Pastorem Polyphemum, et littora nota petentem :  
 Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.  
 Trunca manu pinus regit, et vestigia firmat.  
 Lanigeræ comitantur oves : ea sola voluptas,  
 Solamenque mali.

655

660

*me vulsis radicibus. Circumspiciens omnia, vidi hanc primo classem tendentem ad littora : destinavi me illi, quæcumque esset : sufficit evitasse nationem immanem. Vos potius quam illa, exstinguite hanc meam vilam morte. Vix ista locutus erat, cum cernimus in summo monte ipsum pastorem Polyphemum moventem se vasta mole inter greges, et tendentem ad littora sibi cognita : monstrum horribile, deforme, immane, cui lux ablata est. Pinus truncata sustinet manum, et firmat incossum. Oves lanigeræ sequuntur eum, hæc unica oblectatio est ipsi, et solatium*

~~~~~

650. *avulsis* Wall. pro et v.—651. *hanc partem ad littora* Donatus legit, quod Ge. Fabricio videbatur habere aliquid antiquitatis. *hanc primo a littore* Nonnius in *lustrare* : quod placuisse Heinsio mireris, cum primæ littoris parti vix credere se potuerit, qui latebras quærebat ; ut recte jam Burm. monuit. Et cf. Ovid. xiv Met. 218 sq. loco e Virgilio expresso : *Haud procul asperi longo post tempore nativ* ad litusque cucurri. *primum in littore* Ven. Burmann. malit : *hanc primam ad l. classim.*—652. *Prospexi* Medic. Gud. pro div. lect. Colot. Parrhas., sed jam *Prospicio* v. 648. *Conspicio* Ven., idem *Hinc me.* alter Hamb. *Huc me.*—654. *assumite* tres ap. Burm.—655. *in monte* aliquot Burm. et Goth. pr.—656. *gerentem* pr. Hamb. Unde Burm. conj. *ferentem*. Sed vulgatum *se moventem* multo præclarior esse cum *vasta mole* junctum, quis non videat ?—659. *manu* Medic. (etsi interpolatus, et a recent. manu) cum præstantioribus omnibus Heins. et Pier. et utrique id probatum. At Burm. veterem lectionem *manum* revocaverat, recentibus tantum codd. et auctoritatibus firmatam, attamen in Quintil. Inst. viii, 4, 24 lectam, et a qua lapsus difficilior fuisset ad alteram. Oritur ergo disceptatio inter auctoritatem et rationem. Sed nec *manum* bene dictum esset ; quorsum enim *manus* a baculo regenda fuisset sed *pinus* h. e. truncus pineus, *manu*, h. e. quam manu tenebat, *regit et firmat vestigia* h. e. gressus. Etiam Servius *manu* explicat, sed fere ut Pierius, qui *Monstrum pinus regit* jungere videtur. Lapsus in primis statim exemplaribus obrepere potuit : quod factum esse in multis veterum locis animadvertere licet. *Trunca manus pinum* Goth. pr. et tert. *gerit.* *format* Leid.—660. *hæc s. v.* Goth. tert.—661. *malis* tert. Rotend. Versus inexplētus in Ge. Fabricii libris, in Medic. duobus Mentel. uno Pier., quibus adde Fragm. Vatic., etsi et ibi recenti manu ascriptum supplementum : *de collo fistula pendet*, quod ceteri fere codd. etiam editi habent, nisi quod duo tresve *pendebat fistula collo*, ut et Goth. tert. a m. sec., Montalb. *dependit f. c.* Rejecta hæc ab Heins. post multas virorum doctorum disputationes. v. Bened. Pier. Cerda et quos Burm. laudat. Neque,

Postquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit,
 Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem,
 Dentibus infrendens gemitu; graditurque per æquor
 Jam medium; necdum fluctus latera ardua tinxit. 665
 Nos procul inde fugam trepidi celerare; recepto
 Supplice, sic merito; tacitique incidere funem;
 Verrimus et proci certantibus æquora remis.
 Sensit, et ad sonitum vocis vestigia torsit.
 Verum ubi nulla datur dextra affectare potestas, 670

misericordia: tibia pendet e collo. Postquam attingit summos fluctus, et pervenit ad mare; inde abstergit sanguinem fluentem ex oculo exocato, stridens dentibus inter gemendum: et jam incedit per medium mare, nondum tamen aqua madefecit alta ejus latera. Nos timentes cœpimus præparare fugam procul inde, admissio supplice, qui sic credebatur; et silentes secamus funem, et incurvi percurrimus mare remis inter se contententibus. Agnovit hoc Polyphemus, et retulit pedem ad marmura vocum. Sed quoniam nulla datur ipsi facultas jungendi munus, nec

si ex codicum auctoritate rem æstimes, versus facile retineri potest. Nam aliis reprehensionibus interpunctione occurras: *ea sola voluptas; Solamenque mali de collo fistula pendet.* Si tamen ad sensum meum judico, etiam illa tollenda sunt: *ea sola voluptas Solamenque mali:* manifestum enim fit, esse eos conatus explendi versus, a diversis auctoribus profectos. Nec bene cohærent: *ea sola* v. cum: *Lanigera comitantur oves.*—663. *effusi* alter Menag. et nonnulli alii, uti suspicari licet; item Medic., sed a m. pr. *effuso.* *sturdum* multi ap. Pier. et Burm., ut et aliis scribitur. *ille* Menag. sec. *laral* Goth. sec.—664. *infrendis* Gud. a m. pr. *infrens* fragm. Vatic. a m. pr., suppletum *infremens.*—665. *fluctu*, quod et ipsum bonum esset, et *fluctus* legi Servius testatur et ex eo Pompon. Sab., sed hoc alterum omnes habent Pieriani, excepto Porcio, in quo *s* abrasa, et Heinsiani, præter unum Rottend. *strinxit* aliquot Pier. Leid. *tingit.* Medic. et Sprot. *textit*, sed ille a m. pr., *fragm.* Vatic. nil mutat.—666. *celare* duo Burm. Goth. tert. a m. pr. *Nos trepidi procul inde* f. c. hic ordo verbor. ex Argent. Bœcleri ap. Cuning.—668. *Verrimus* edd. etiam antiquiores quas Pierius respicere videtur, et inter Heinsianos pr. Moret. et Ven. a m. sec. Prætulit hoc Heins. et Burm., ille, puto, tanquam exquisite poeticum, hic, quoniam *taciti* volebant discedere. At *terrere* de remis vini illam motus taciti non habet; nisi argutias ex etymologia capias; et *verrimus* ceteri omnes, etiam Medic. fragm. Vatic. et Donat., quod sane et ipsum esse poeticum quis neget, quodque et alibi apud poetam occurrit, et inf. v, 141 *freta vera;* quare codicum auctoritatem quid infringat, non video. Neque mihi videtur gravior strepitus exire, si *mare* *verrant* remi, quam si *verrant.*—670. Diu hæsi, an, *dextra* affectare, recipere: potest hoc ratio ac sententia suadere; alterum critica auctoritas; etsi, ut infinitis in locis, in tanta variæ lectionis sylva, difficile dictu est, in utram lectionem major librorum pars consentiat. *dextram* affectare multos codd. habere Pierius affirmat; Heins. e Medic. a m. pr. laudat, sed vitio forte scriptum, pro *dextrum*, nam sic a m. pr. præfert Fogginius. Etiam Burm. e solo Menag. laudat, *dextram* affectare, non tamen ascriptum, quid in

NOTÆ

670 *Dextra affectare*] Cum affectu et aviditate apprehendere.

Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo,
 Clamorem immensum tollit : quo pontus, et omnes
 Intremuere undæ, penitusque exterrita tellus
 Italiæ, curvisque immugiit Ætna cavernis.
 At genus e sylvis Cyclopum et montibus altis 675
 Excitum ruit ad portus, et littora complent.
 Cernimus astantes nequicquam lumine torvo
 Ætnæos fratres, coelo capita alta ferentes,

potest procedendo æqualis esse fluctibus Ioniis; emittit clamorem, quo mare et omnes fluctus tremuerunt; et terra Italiæ intime tremefacta, atque Ætna sinuosis cavernis remugiit. At gens Cyclopum evocata e sylvis et altis montibus currit ad portum, et tegit littus. Videmus fratres Ætnæos frustra stantes oculo sero, attol-

ceteris ejus libris legatur. At habet illum fragm. Vatic., cujus est antiquissima auctoritas. Quid sit *dextram affectare*, Servius explicat, esse : dextram intendere et injicere, scilicet ut possit navem tenere : Terent. Heant. III, 3, 60. *Ad dominam qui affectant ciam*, id est intendunt, faciunt. Subjicit Servius : " Nam, si *dextra* legeris, ait, ut sit, *dextra affectare*, id est contingere, caret exemplo." At multo magis caret exemplo non modo, sed et analogia, *affectare dextram*, nam quarto casu effertur id, quod appetitur, cui manus injicitur. Sic Ge. IV, 562 *viamque affectat Olympo*. Sic *regnum, famam, plausum affectare*. Itaque e communi usu *affectare dextram* esset appetere manum alterius, h. l. Trojanorum; quod hic sensum non habet. Prorsus novo itaque more poëta dixisse dicendus : *affectare dextram*, pro admove. Contra *dextra affectare* sc. nos, navem; analogiæ consentaneum esset, hoc sensu : *τῇ δεξιᾷ ἐπὶ τὰς ἡμῶν*. E codd. tamen istam lectionem enotatam non video, nisi quod a Pierio e nonnullis antiquioribus *dextra attrattare*, quod et pr. Rottend. habebat, vulgatæ sc. interpretamentum, a Catroo tamen receptum. *assertare* Wall. in marg. *dextra affectare* tert. Moret. a m. sec. non male, inquit Heins. Nam *adjectare* vel *injectare* dextram, quæ facile cuivis in mentem veniant, acutoribus non facile se probent. Prius illud, dum Marklandi locum in Epist. Crit. ad Fr. Hare p. 17 a Saxio indicatum evolvo, video a Valesio jam olim propositum, et ab Editore Cantabrig. probatum, a Marklando refelli et *dextra affectare* præferri et illustrari. Hoc tandem et ipse cum Brunck. prætulit.—672. *Clamorem horrendum* pr. Hamb. *ingentem* alter. *ponit* aliquot Pier. cum fragm. Vatic. a m. pr.—673. *Contremuere* Medic. cum Colot. *infremuere*, quod sane et ipsum frequens de mari et fluctibus. Sed hic jungitur : *exterrita tellus*.—674. *tellus Trinacriæ* Parrhas. et aliquot Pier. cum Goth. pr. ex interpolatione, quoniam Ætna sequitur. *immugiit* scribitur in multis codd., sed v. Heins. *caminis* Vratisl., hand dubie ex 580.—675. *Et g. Ven. Et gens* Voss. pr. et Hugen. e montibus Medic. Gud. cum aliis Heins. et *sylvis Cyclopum et montibus* Ven. Goth. pr.—676. *ad portus* duo Burm. *complet* plures alii.—679. *consilium*

NOTÆ

671 *Nec potis Ionios, &c.*] *Nec potis* est, nec potest : antiquæ voces, *pos* et *potis* : unde *compos, impos* : et verbum *possum*, quasi *pos sum* : et *potire*

a *potis* apud Plautum. *Ionios fluctus*] Quia mare *Ionium* a Sicilia ad usque Græciam appellatur, supra 210. De Ætna, 571. De *Cyclopiis*, 569.

Concilium horrendum : quales cum vertice celso

Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi

680

Constiterunt, sylva alta Jovis, lucusve Dianæ.

Præcipites metus acer agit quocumque rudentes

Excutere, et ventis intendere vela secundis.

* Contra jussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim

* Inter utramque viam, leti discrimine parvo,

685

lentes ad cælum alta capita, turbam horrendam : quales cum aëriæ quercus, vel cyparissi coniferæ alto cacumine eriguntur, altum nemus Jovis, aut sylva Dianæ. Timor græcis compellit socios festinos tollere funes quancumque in partem, et immittere vela propitiis ventis. Contra autem, præcepta Heleni admonent, ne iter habeant inter utramque viam, nempe Scyllam et Charybdim, quæ parum distat a

~~~~~

alter Menag. cum Goth. tert. *vertice summo* Hugén.—680. *coniferæ* tert. Goth.—681. *Constiterunt* Heins. cum melioribus suis et Pier. Vulgo *Constiterant*. aliquot Burn. et Goth. sec. *Constiteriat*. Venetus *astiterant*. *lucore* duo Burn. *lucisce* unus. *que* Goth. tert.—682. *ruentis* fragm. Vatic.—684. *monent* aliquot Pier. duo Heins. fragm. Vatic. duo Goth., ut fere alias variatur. *Scyllamque Charybdim* quidam scripti et editi, *Scyllæque Charybdis* alii ap. Pier. cum Rottend. sec.; at pr. et dno alii Heins. *Scyllæ atque Charybdis*; unde suspicari possis *Scyllæ atque Charybdis Inter utrumque viam* ab aliis lectum fuisse. Heins. conjiciebat *Scyllamque Charybdimque Inter*, non male. *Scyllam Charibdim* ed. Ven. *Charybdim* Gud. cum aliis. *Scylla atque Charybdis* fragm. Vatic., unde suspicetur aliquis fuisse: *Contra jussa monent Heleni, Scylla atque Charybdis. Inter utramque viam—Ni teneant curas, certum est dare lintea retro. aut: Contra jussa monent Heleni Scyllam atque Charybdis. Inter et reliqua eodem modo.* Sed et hoc parum expeditum foret, et facile præferas vulgatum, quod et Servius et Donatus habent. Enimvero et melior sensus, et rei criticæ usus, mosque versificatorum, antiquiorum inprimis etatum, facile eo adducit, ut tibi persuadeas, tres versus hos esse ab interpolatoribus, et quidem pluribus eundem lapidem moventibus, profectos, qui, varia tentando, explere volebant versum imperfectum relictum: *Contra jussa monent Heleni*. Nisi forte ne hoc quidem Virgilianum erat; sed meminerat aliquis intempestivo loco discriminis a vento per fretum ferente, et præceptorum Heleni sup. vs. 410 sq. Sequebatur post 683 in Virgiliano auto-

#### NOTÆ

680 *Coniferæ cyparissi*] Fructus pini et cupressi, quia rotundi in acumen abeunt, ideo dicuntur *coni*; *conus* enim hæc ipsa figura est, 408. Quercus dicata Jovi erat: ideo, *sylva Jovis*. Cupressus, arbor luctuosa, Proserpinæ; quæ Diana eadem erat: ideo, *lucusque Dianæ*. Æn. iv. 511.

686 *Inter utramque viam*] *Utraque* vis hic, pro Scylla scopulo, et Charybdi voragine sumitur; quam qui teneat, vitæ discrimen adeat: et si,

pro ne dictum esse, consentiant omnes interpretes. Monuerat enim Helenus, supra 429. ne illac transirent, sed retro potius abirent, et, cursu ad sinistram reflexo, Siciliam circumnavigarent.

*Leti discrimine parvo*] Non hoc dicit; utrumque monstrum *Scyllam et Charybdim parum inter se distare*: sciebat enim, id quod jam scimus, distantiam ac discrimen inter utrumque esse, ut minimum, duodecies millo

\* Ni teneant cursus : certum est dare lintea retro.  
 Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori  
 Missus adest. Vivo prætervehor ostia saxo  
 Pantagiæ, Megarosque sinus, Thapsumque jacentem.

*morte: deliberatum est retro agere vela. Ecce autem Boreas oritur flans ab angusto freto Pelori: præternavigo ostia e vivo saxo Pantagiæ, et sinus Megaros,*

~~~~~

grapho: *Ecce autem.*—686. Ne Gud. cum aliquot Pier., sed Ni antique. v. Serv. Heins. Ceterum hoc hemistichium: *certum est dare lintea retro*, tanquam a sententia alienum, a nova manu ad supplendum versum attextum esse videtur.—687. *ab s.* Heins. e libris et more poetæ. Vulgo *a sede.*—689. *Pantagiæ, Pantagiæ* (hoc et Med. et Rom. cum fragm. Vatic., sed *Πανταγίας, ὁ ἔρπον* h. e. *ἐρπον πῶρα* undæ impetu), *Thapsumque, Tassumque, Turumque, Thapsumque, Capsumque*, librariorum lapsus: *Tharsumque* Rom. Est *Ἰθάκη*.

NOTÆ

passuum. Sed hoc dicit: in his freti angustis, totaque adeo via, quicumque cursum tenent *parum a morte distare*, propter frequentes vortices, supra 555.

687 Boreas] Ventus septentrionalis, de quo Ecl. vii. 51. Et hic quidem proprie, quia Siculum Fretum rectis faucibus a septentrione ad meridiem patet; unde a *Peloro* promontorio ad *Pachynum* navigantibus omnino Borea opus est.

Angusta ab sede Pelori] Bene angusta, hic enim sunt maximæ Siculi Freti angustæ: passuum scilicet mille quingentorum, qui leucam circiter mediam efficiunt. Atque hic opus est brevem Siciliæ descriptionem attexere.

Sicilia, omnium Mediterranei Maris insularum maxima, multis nominibus appellata fuit, multos habuit incolas. I. *Cyclopes*, ut diximus 569. II. *Sicanos*, Hispaniæ populos circa fluvium Sicanum; qui juxta alios est Sicoris, *Segre*; juxta alios Cinga, Cinga: ab his dicta est *Siconia*. III. *Italos*, qui Siculo duce, Sicanos in occidentalem insulæ partem ejecerant: a quibus dicta est *Sicilia*: quanquam aliis aliter placet. IV. *Græcos* complures ac barbaros, qui colonias in

eam deduxerunt. Denique Carthaginiensibus paruit, Romanis, &c.

Nomen antiquissimum est, *Trinacria* a triangulari figura, quam efficiunt *τρία ἄκρα*, tria extrema, seu *promontoria*. Primum est *Pelorus*, *Capo di Faro*, ad septentrionem, sic dictum a *Pharo*, sive specula et turri, quæ illic ad dirigendas naves extracta est. Secundum est *Pachynus*, *Capo di Passaro*, ad meridiem. Tertium *Lilybæum*, *Capo di Marsalla*, vel, *di Boco*, ad occidentem.

In orientali latere occurrunt, *Pantagias* fluvius, *Megareus* sinus, *Thapsus* peninsula, *Ortygia* insula, *Plemmyrium* promontorium, *Helorus* fluvius, *Pachynus* promontorium.

In meridionali latere, a *Pachyno* sunt, *Camarina* palus, *Geloi* campi: *Gela*, *Agræga*, *Selinus*, urbes: tam *Lilybæum* promontorium. In septentrionali latere, a *Lilybæo*, *Drepani* portus.

689 *Pantagiæ*] *Pantagias*, fluvius brevissimus, nunc *Porcari*: cujus ostia utrimque prærupto saxo etiam nunc includuntur, viginti ferme cubitos alto: hic tamen hybernis aënis torrentibus, et *Leontinis* collihus magnam secum saxorum copiam devehit ingenti murmure: unde *Claudianus*

Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achemenides, comes infelicis Ulixi.
Sicanio prætenta sinu jacet insula contra

690

et *Thapsum humilem*. Hæc ostendebat nobis *Achemenides*, comes miseri *Ulyssis*, retro rudens littora jam ante a se pererrata. Insula jacet objecta sinui Siculo, con-

—690. *mandabat Parrhas. retrorsum* apud Priscian. et in codd. Pier. et Heins. *retorsum* Goth. tert.—691. *Ulyssi* Priscian. et Probus. Vulgo *Ulyssæi*. *Ultima*, comes i. U. ex v. 609 assota putabat Burm., offensus scilicet epitheto *infelicis*: quod in *Æneæ* ore gravius aliud desiderabat.—692. *Sicanio*. Fuere qui

NOTÆ

eum vocat l. ii. De Raptu, 58. 'saxa rotantem Pantagiam': nomenque deducit Claverius, a *πάντα omnia*, et *ἵκω traho*: quamvis alii a *πράγος fragor*.

689 *Megarosque sinus*] Apud Ovid. *Megareos*. Sinus est hic a Tanro promontorio ad Thapsum peninsulam. In media sinus ora fuit urbs *Megare*, vel *Megaris*; a Megarensibus Achaïæ sic appellata; prius *Hybla* dicta, ab *Hyblæis* collibus vicinis, thymi et mellis feracibus: jamdiu penitus ex-cisa.

Thapsumque jacentem] Peninsula est *Thapsus*, sinum Megarensem a meri-die definiens, plana, æqua fluctibus, et his quasi sepulta: unde forte no-men habet a *θάψω sepelio*: præcipue isthmum habet humilem et angustum; quare insula dicitur a Servio, et ad-huc vocatur, *Isola delli Manghisi*.

690 *Relegens errata retrorsum*] Nem-pe Virgilius eorum opinionem sequi-tur, qui putant Ulyssem, e Lotopha-gorum terra, quæ *Meninx* insula est, ad Syrtim Africæ minorem, per meri-dionale ac deinde orientale Siciliæ la-tus, ad montem Ætnam et ad Cyclo-pes venisse, Odyss. l. ix. Juxta quam opinionem, Achemenides visa jam a se littora retro legit; ab orientali quippe latere, ad meridionale navigans. At Claverius ab illa opinione abhorret:

probatque in Sicilia, l. ii. 17. Uly-ssem a Lotophagis ad Lilybæum pro-montorium Drepanumque navigasse: et, cum Cyclopes totam insulam occu-parent, Polyphemum illic in Eryce monte, non in Ætna, latuisse.

692 *Sicanio*, &c.] De hoc Siciliæ no-mine, supra 687. Syllabas habet ad arbitrium longas aut breves: legitur enim Ecl. x. 4. 'fluctus subterlabere Sicanos.' Hoc autem *Sicanio sinu* significat sinum, consequentibus post *Æneam* temporibus, *Syracusanam* dic-tum: cujus fauces ad septentrionem insidebat urbs ipsa *Syracusæ*; ad me-ridiem, *Plemmyrium* castellum in pro-montorio cognomine. Inter urbem et promontorium, insula erat *Ortygia*, ponte quidem urbi juncta, urbis ipsa pars; magis autem a promontorio re-mota, et quasi sinui prætenta, ne lax-us pateret. Urbs nunc *Saragusa* dicitur: cujus Virgilius quare hic non meminerit, dicemus, 707. *Plem-myrium*, quod *vadosum* significat, a *πλημμυψις maris inundatio*, nomen pro-montorio conveniens; nunc dicitur, *Massa d'Olivero*. Denique *Ortygia* in-sula, juxta Diodorum l. v. nomen inde habnit, quod sit sacra Dianæ, quæ, cum nata sit in *Ortygia* Delo, de qua 124. soli natalis appellationem in illam transtulit.

Plemmyrium undosum : nomen dixere priores
 Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
 Occultas egisse vias subter mare : qui nunc
 Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
 Jussi numina magna loci veneramur ; et inde
 Exsupero præpingue solum stagnantis Helori.

695

tra Plemmyrium undosum: majores dedere ipsi nomen Ortygiam. Fama narrat Alpheum, Elidis fluvium, fecisse sibi secretum iter huc usque sub mari; qui fluvius nunc exiens per os tuum, o Arethusa, miscetur aquis Siculis. Adoramus magnos Deos regionis, ut jussi eramus: et inde prætereo pingues terras Helori stagnantis.

Sicano emendarent: quia media alibi producitur; sed v. ad 1, 557.—693. Plemmyrium Rom. Medic. et alii duo; ut et græce scriptum ap. Steph. Byz. Sed plerique Πλημύριον. At Plemirium, Plemurium, Pleuron librarlis debentur. unde dixere Parrhas.—694. hic ed. Ven.—695. habuisse vias unus Pier., sed v. Burm. quæ nunc duo Burm.—696. confundimur Menag. pr. perfunditur aliquot Pier.—697. Ordinem verborum ex optimis libris reduxit Heins. Vulgo: Numina m. l. jussi v. Sed alter ordo gravitatis plus habet. venerantur Sprot.—698. Helori inde a Pier. et Heins. Ἑλωπος. Vulgo Elori.—699. Hic Menag.

NOTÆ

694 *Alpheum fama est*] *Alpheus*, fluvius est Elidis, regionis in Peloponneso. *Arethusa*, fons in occidentali Ortygiæ insulæ latere, in sinum Syracusanum erumpens; munitione et mole lapidum a mari disjunctus, ne fluctu totus operiatur; tanta dulcissimarum aquarum copia, ut fluvium emittere statim in ortu dicatur. Hunc porro fluvium arbitrabantur veteres ipsum esse Elidis Alpheum: qui, vel per subterraneos meatus, vel inter maris fluctus incorruptus, eo penetraret: idque vel inde certum volebant, quod ludis Olympicis, qui in Elide quinta quaque æstate celebrabantur; victimarum sordes in Alpheum projecit, per os Arethusæ Siculæ emergerent. Hoc figmentum explodit Strabo l. vi. Hinc fabulosos Alpei et Arethusæ Nymphæ amores, vide Ecl. x. 1. Nunc fons Arethusa in ea insula, fere ignoratur: nempe multos in alveolos ad usus opificum divisus fuit; aut fluctibus ea littora, unde erumpebat, ex-

dentibus, ex ipso mari nunc erumpit; ubi nunc multæ sunt ejusmodi dulcis aquæ non longe a littore scaturigines, Ita Fazellus Decad. i. lib. iv. 1. quocum recentiores consentiunt.

697 *Jussi numina magna, &c.*] Admoniti, vel tum ab Achemenide, vel prius ab Heleno. *Numina*, fortasse Dianæ, cui dicatam hanc insulam fuisse ex Diodoro retulimus, 692.

698 *Stagnantis Helori*] *Helorus*, panno supra Pachynum promontorium, ad septentrionem: fluvius amœnissimus: in decursu nunc dictus *Atellari*, circa ostium, *Abyso*; qua parte stagni instar leniter fluens, hybernis præterea auctus imbribus, more Nili vicinos in agros sæpe restagnat: unde *stagnans* hic dicitur: tanta porro amœnitate atque ubertate, ut Ovidius Fast. iv. 475. locum illum 'Heloria Tempe' vocaverit. Fuit non procul urbs *Helorum*, et arx *Helorus*: utraque diruta.

Hinc altas cautes projectaque saxa Pachyni
Radimus; et fatis nunquam concessa moveri 700
Apparet Camarina procul, campique Geloi,
Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.
Arduus inde Acragas ostentat maxima longe
Moenia, magnanimum quondam generator equorum.

Inde radimus altas rupes et saxa procurentia Pachyni: et procul videtur Camarina, quam fata nunquam permiserunt moveri, et campi Geloi, et ingens Gela, appellata de nomine fluvii. Inde altissimus Agragas, olim ferax generosorum equorum, ostendit

alter.—700. *Radimus* Goth. sec. a m. sec.—701. *Camerina* sane maxima scriptorum pars. Sed in talibus scripti non sunt audiendi, sed Græci; quibus *Καμάρνα*: etsi Salmasio ad Chronic. Euseb. p. 250 hoc dandum, vulgari usu tandem literam inflexam fuisse. *montesque G. Parrhas. Geloni* Ven. Vratisl. *Geloti* Wall.—702. *Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.* Hæremus in voc. *immanis*, quo modo urbs Gela ita appellari possit: v. Notam. Forte fuit *Inuentis* sc. campis fl. ut Horat. III, 17, 7. *innantem Marica Littoribus tenuisse Liria.* *Gela* noli mutare; urbs proprie ἡ Γέλα, et fluv. ὁ Γέλας. *de nomine Parrhas. et Hamb. pr.—703. A. atque A. Puget.* Fluctuant et hic libri inter *Agragas* et *Acragas.* *ostendit* alter Menag.—704. *quondam vatem* decebat, non

NOTE

699 *Saxa Pachyni*] *Pachynus*, vel *Pachynum*; prima syllaba vulgo brevi, longa tamen apud Ovid. Metam. XIII. 726. promontorium est meridionale Siciliæ, duorum fere milliarium spatio in mare projectum, in peninsulæ modum: quæ altis cautibus prærupta, sexcentorum est passuum ambitu; cuius isthmus, passuum admodum viginti, tumescente mari insulæ speciem præbet.

701 *Camarina*] *Pabus*, verius *lacus*, cum e viginti fontibus erumpat: prope urbem cognominem, extractam a Syracusanis, nunc omnino dirutam. Lacum medium, nunc *Lago di Camarana*, fluvius *Hipparis* præterfluit, nunc *Fiume di Camarana*. Dicitur 'fatis nunquam concessa moveri:' quia ex Suida, et veteribus grammaticis, cum aliquando deficiente aqua pestilentiam ex putore creasset; petiissentque Camarinenses ab Apolline, num eam penitus exsiccarent: prohibuit Deus: quod tamen præter Dei iussum cum fecissent; morbus quidem

extinctus est, at hostes per spatium paludis ingressi Camarinam urbem expugnarunt. Qua de re extat oraculum Apollinis hoc carmine conceptum in Anthol. I. IV. Μη κλρεi Καμάρνα, ἀκλυττος γὰρ ἀμελων: 'Ne moveas Camarinam; immota enim melior.'

Geloi, Immanisque Gela] *Gela* urbs olim ingens, unde *immanis* dicitur; et propriis regibus insignis fuit, quibus frequens cum Syracusanis bellum: a Rhodiis et Cretensibus condita: ab Agrigentinorum tyranno Phintia tandem diruta: urbs *Gela* dicebatur; fluvius, unde ipsi nomen, *Gelas*, nunc *Fiume di Terranova*; populi *Geloi*, et *Gelenses*. In voce *Gela* brevis ultima syllaba producit, obsequentem in *fluvio* geminam consonantem.

703 *Acragas*] Græcis, ὁ Ἀκράγας, Latinis *Agrigentum*, nunc *Gergenti*: ad fluvium cognominem, nunc *Fiume di S. Biagio*; urbs olim in vertice rupis extracta a Gelensibus.

704 *Generator equorum*] Habemus

Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus;
 Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.
 Hinc Drepani me portus et illætabilis ora
 Accipit. Hic, pelagi tot tempestatibus actus,

705

eminus maximos muros. Te quoque prætereo faventibus ventis, o palmosa Selinus: et trajicio vada Lilybeia, aspera scopulis occultis. Inde portus Drepani et injucunda regio me excipit. Hic agitatus tot procellis maris, heu! amitto patrem Anchisen,

~~~~~

poëtam, qui Æneam narrantem inducit. Jo. Schrader. ea re offensus in schedis delet versum, et continuat: *Acragas ostentat mania longe, Teque d.* Ita vero plura in hoc loco erunt delenda, in quibus temporum ratio neglecta. cf. Not. ad 700. 701.—705. *Selinus* vel *Selinis* etiam hic fere libri. *Salinis* Goth. tert. cum ed. Ven. v. Pier. Heins. et doctiss. *Commentar.* Burmanni ad Numism. Sicil. p. 420. 421. Est *Σελινόεις*, ex *Σελινός*.—706. *cæcis L. saxis* Goth. pr.—707. *Drepani* Moret. sec. *portus me et primus. me deest* Montalb. *ineluctabilis* Zulich. a m. pr. *illectabilis* Goth. pr.—708. *actis* omnes Pier. et magna pars Heins. et Burm. cum ipso Romano. Alii c. edd. *actus*, inter quos et Mediceus referendus. *actum* Voss., scilicet genitorem. *aptis* Goth. pr. Jam *tempestates actus*, hoc est, vel pulsas vel exactas, dici, dubitari nequit. v. h. l. Heins. cf. ad Ge. I, 418. Sed an tempestates dispulsæ fuerint, nunc non quæritur. Igitur recte, *actus*, de Ænea. Solent autem librarii flectere

#### NOTÆ

ex Servio, qui Pindarum citat, Agrigentinos equos in Græciæ ludis nobiles fuisse: ex Diodoro l. XIII. Exænetum, Olympicis victorem, curru urbem ingressum esse, bigis Agrigentinis comitantibus trecentis, albi coloris; tum sepulcra victoribus equis magnifice interdum ibidem extracta.

705 *Palmosa Selinus*] Megarensibus Siculis condita, de quibus 689. Nunc plane diruta: diciturque locus, *Terra de li Pulci*: ad fluvium cognominem, hodie *Madiunt*. Nomen dedit *σέλων*, *apium*, *persil*; cujus adhuc ibidem, ut et palmarum agrestium, ingens copia est.

706 *Saxis Lilybeia cæcis*] *Lilybæum*, tertium Siciliae promontorium, ad occidentem: planum quidem, sed ad tria passuum millia excurrans in mare, aquis ad cubitorum trium altitudinem superfusus. Unde hic *saxis cæcis dura vada* dicuntur. Ibi olim urbs *Lilybæum*, cujus in ruinis urbs est hodie *Marsulla*: a qua promontorium appel-

latur *Capo di Marsalla*; vel a Latino nomine corrupto *Capo di Boeo*. Græca vox *Λιλυβαίων*, Ionice *Λιλυβήιον*, unde Virgilius deduxit *Lilybeia* pro *Lilybæa*.

707 *Drepani me portus, &c.*] A Lilybæo in Boream deflectendo, portus hic occurrit capacissimus, ad radices *Erycis* montis, qui nunc est mons *S. Juliani*, et *Erycis* ibidem urbis: unde diu dictus est *Portus Erycinorum*, sive *Drepanum*; a littoris curvatura in modum *falcis*, quæ Græcis est *δρεπανος*. Hic Hamilcar Carthaginiensis oppidum condidit, Eryce urbe destructa, anno primi belli Punici primo, u. c. circiter 480. quod oppidum nunc *Drepanum* est; sive neutro plurali *Drepana*, vulgo *Trapani*.

Atque hic non abs re erit observare prudentiam Virgilii: qui, cum sciret Punici belli et conditi Drepani recentem esse memoriam, quippe nondum annis ducentis et quinquaginta distantem ab ætate sua; cavet omni-

Heu genitorem, omnis curas casusque levamen,  
 Amitto Anchisen. Hic me, pater optime, fessum 710  
 Deseris, heu, tantis nequicquam erepte periclis!  
 Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,  
 Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.  
 Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.  
 Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. 715

*solatium omnium curarum et casuum. Hic me deseris, o pater optime, heu! frustra servante a tantis periculis. Nec vates Helonus, cum prænunderet aspera plurima, mihi prædiceret hunc dolorem; neque ipsa Celæno. Hoc fuit ipsi extremum malum, hic terminus longæ navigationis. Hinc me profectum Dii applicuerunt ad vestra*

adjectiva et participia ad propius vocabulum.—709. *oneris Ven. omnis Parrhas. in litura.*—710. *Anchisum Parrhas. Anchisem Ven.*—711. *nequicquam erepte ruinis Sprot.*—713. *nec dira aliquot Burm. Duo quoque dura.*—714. *hæc deest alteri Menag.*—715. *digressum Witt. vestra—ora Gud. a m. pr., sed v.*

## NOTE

no, ne quam Æneas suus mentionem de urbe faceret, de *portu* tantum et *ora* locutus. Idem cavit in *Syracusi* omittendis: cujus urbis cum esset maximum Romæ nomen, et celebratissima per Marcellum expugnatio; multi ejus originem noverant; sciebantque ab Archia Corinthiisque conditam, annis ab excidio Trojæ plus quadringentis. In ceteris vero, quarum obscuriora initia, non veritus subtiliorum hominum supercilium, indulset aliquid rudiorum simplicitati, plebeiis usus et notis urbium nominibus. Sic *Megaridem* et *Thapsum* passus est ab Ænea commemorari: quamvis eadem prope, ac Syracusæ, ætate essent. Sic ad *Camarine* urbis casum alludi: quamvis annis centum ac triginta recentior Syracusi, et Syracusanorum colonia esset. Sic *Gelam* urbem laudari, annis post Syracusas quadraginta quinque conditam a Cretensibus et Rhodiis: *Agrigentum* quoque,

Gelensium opus; et *Selinuntem*, Megarensium Siculorum. Quæ temporum ratio partim ex Strabone, partim ex Thucydide, certissima est.

710 *Amitto Anchisen*] Verno tempore: ut patebit Æn. v. 46. cum anniversarios patri ludos celebrabit. De *Anchisa*, Æn. i. 621. De *Heleno*, Æn. ii. 263. De *Celæno* et *Harpyiis*, supra 211.

715 *Hinc me digressum, &c.*] E Drepani portu in vicinam Italiam solvens, tempestate ad littus Africæ reiectus est, ut vidimus Æn. i. Idque contigit ætate post Trojæ excidium septima, ut est Æn. i. 759. Ita ut totos annos sex jam errando consumserit. Quanquam vix constat hæc tam longi temporis ratio: nisi dicatur per unum alterumve annum in Thracia, itemque in Creta perstitisse ad condendas urbes: neque enim videtur aliis in locis moram fecisse nisi brevem.

Sic pater Æneas, intentis omnibus, unus  
 Fata renarrabat Divum, cursusque docebat.  
 Conticuit tandem, factoque hic fine quievit.

*littora. Sic pater Æneas solus, omnibus attentis, narrabat fata a Diis sibi imposita, et referebat errores suos. Denique siluit, et hic posito fine secessit ad quietem.*

~~~~~

Burm. applicat Parrhas.—717. *Fataque narrabat* aliquot Pier. *enarrabat* alter Menag. *recensebat* qu. Moret. Sed *renarrabat* haud dubie vere; non ut argu-
 tari velim cum Servio et aliis, sed ut aut pro simplici et vulgari, *narrare*, sit
 positum, poetarum more, aut ad eum modum formatum, quo *repeti* et *iterari*
 res, quas narramus, dicuntur. cf. Burm. *Divum*, parum commode interposi-
 tum, offendeat quoque Jo. Schrader, qui emendabat, *Tyrum*.—718. *fataque*
 Rottend. sec. his Sprot.

P. VIRGILII MARONIS

Æ N E I D O S

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

DIDO amores in Æneam suos Annæ sorori aperit; ejusque consilio animum adjicit ad nuptias. Juno, ut Æneam ab Italia deducat, agit cum Venere de conciliandis inter utrumque nuptiis. Æneas ac Dido venatum abeunt, subortaque Junonis artibus tempestate, confugiunt in antrum: ibidemque falsum illud infaustumque conjugium perficitur. Iarbas, Getulorum rex, Jovis Ammonis filius, Didonis proculus, advenam sibi præferri indignans, apud Jovem graviter queritur. Jupiter, et ejus precibus, et fatis urgentibus adductus, Mercurium ad Æneam mittit, qui eum abire in Italiam jubeat. Parat clam Æneas omnia ad navigationem necessaria: quod suspicata Dido, precibus et lacrymis deterrere eum ab incepto, tum per se, tum per sororem conatur. Æneas iterum a Mercurio in somnis admonitus, nocte intempesta anchoras solvit. Dido, doloris impatiens, extructam simulatione sacri magici pyram conscendens, ipso Æneæ gladio sibi vitam adimit.

Unus hic e libris omnibus plurimum artis habet ac suavitatis, motusque animi tenerrimos quosque ac violentissimos: præsertim in octo Didonis orationibus, quibus I. Sorori

amorem aperit, v. 9. II. Dissuadet Æneæ profectionem, v. 305. III. Eidem multa exprobrat, et multa comminatur v. 305. IV. Sororem adhibet apud Æneam conciliatricem, v. 416. V. Desperatis omnibus, specie sacri magici, moriendi consilium sorori dissimulat, v. 478. VI. Secum ipsa noctu varia consilia agit, v. 534. VII. Fugientium Trojanorum aspectu extremum furit, v. 590. VIII. Stricto ense sibi imminens in verba novissima erumpit, v. 651. Accusant Virgilium aliqui, quod ex Argon. Apollonii lib. iv. multa decerpserit: quos damnat Scaliger: neque convenit argumentum, nisi hoc uno, quod hospitem hic Dido, illic Medea, suum ament. At nihil admodum, præter comparationes pauculas, inde excerptum est: qualia etiam nonnulla ex Calypsus et Ulyssis amoribus Odyss. l. v. tum ex Euripidis Medea et Hippolyto, et Catulli carmine de Pelei nuptiis, excerpta sunt.

NOTA

DE *etate, familia, moribus* Didonis, locus hic est disserendi: quæ tria constat esse a Virgilio parum expressa fideliter.

I. DE *ÆTATE*. Male Virgilius Æneam Didoni æqualem fecit, cum sit hæc illo tribus propemodum sæculis recentior: quam temporis anticipationem *anacronismum* appellant. At nuper Marcellius hac Virgilium culpa liberare conatus est, ex fide fabulosæ historiæ: atque in ejus familiæ gradibus hunc ordinem statuit: ut caput sit generis, I. *Inachus*. II. *Io* ejus filia. III. Ex ea et Jove *Epaphus*. IV. Ex Epapho *Belus senior*. V. Ex Belo seniore *Agenor*. VI. Ex Agenore *Phœnix*, *Cadmus*, *Europa*, &c. Per quos familia multas in partes divisa est. Et ex Phœnice quidem ortas putatur, I. *Belus junior* sive *Methres*: et *Pliathenes*. II. Ex Belo, *Pygmalion*, *Elissa* sive *Dido*, et *Anna*. Ex Pliathene *Acerbas*; qui *Sycharbas*, et *Sycharus* dicitur, consobrinus et conjux Didonis: iique triplici tantum

gradu ab Agenore dissiti. Cujus ex altero filio Cadmo prodiit, I. *Polydorus*. II. Ex Polydoro *Labdacus*. III. Ex Labdaco *Laius*. IV. Ex Laio *Œdipus*. V. Ex Œdipo *Polynices* et *Eteocles*. VI. Ex Polynice *Thessandrus*, qui in equo Trojano cum aliis Græcorum ducibus inclusus dicitur. Cetera familiæ membra gradusque non attingo. Ex iis autem ipsis, quæ profert Marcellius in rem suam; manifestum est Didonem, si non prætergressa est, annis centum et pluribus Trojanum esse excidium antegressam. Qui enim fiat, ut Dido, quæ tribus tantum gradibus distat a capite generis Agenore; cadat in ætatem illius Thessandri, qui totis septem gradibus ab eodem capite distat? Quod vero addit Marcellius, aliquot esse omissos in serie Didonis gradus, injuria temporum aut scriptorum; inde fit id ipsum quod volidus; nempe et incertam esse temporum illorum scriptorumque fidem, et statui omnino non posse, quot omissi

sint gradus: an quatuor, ut ad Trojanæ tempora Dido perducere possit; an plures, ut, si superis placet, etiam ad Romanam.

Porro si a fabulis ad historiam appellamus; constat Didonem, Troja multo posteriorem, Roma paulo anteriorem esse: etsi intervalla illa temporum alii aliis majora definiant. Quippe a Carthagine condita ad Romanam conditam numerantur a Velleio anni 65. a Trogo et Justino, 72. Colliguntur ex Epitome quinquagesima prima T. Livii, 92. ex Solino, 129. ex aliis apud Eusebium, 140. Statuuntur autem ab exactissimis ætatis nostræ chronographis, imprimisque Labbeo, quem, quia rem adversus Marollium accurate defendit, secuti sumus, anni omnino 136. Cum autem, ex Porcii Catonis exactissimis calculis apud Dionysium Halicarnasensem, Roma distet ab excidio Trojano annis 432. quos reducit Labbeus ad 431. hinc facile patebit subductis numeris, quanta sit ab illo excidio distantia Didonis et Carthaginis: nempe juxta nos, annorum 296. juxta veteres, aut plarium, aut paulo pauciorum. Atque hæc omnia nituntur gravissimo Josephi testimonio, qui l. i. contra Appionem seriem describit Tyrionum regum, ex Menandro Ephesio et exactissimis Tyrionum annalibus. Ubi consignatus est excessus Didonis e Phœnicia ad condendam Carthaginem, anno Pygmalionis regis septimo, qui in annum ab excidio Trojano 276. plane cadit.

At cum doceat Appianus fama circumferri, fundatam fuisse a Xoro et Carchedone Phœnicibus Carthaginem, annis ante excidium Trojæ 50. et in Virgilio, *Æn.* i. 425. legamus de Carthagine: 'Miratur molem *Æneas*, magalla quendam,' tum 370. 'ingentia cernes Moenia, surgentemque novæ Carthaginis arcem, Mercatique solum facti de nomine *Byrsam*,' &c.: ex iis colligi posse existimo:

Carthaginis quidem *magalla*, easque et initia quædam, annis ante excidium Trojæ 50. a Phœnicibus Xoro et Carchedone posita esse. Tum annis ab excidio Trojæ 276. fugiasse Didonem e Phœnicia; eoque fugam intendisse, ubi multis ante annis aliquos e Phœnicibus sedem ponisse audierat: hanc sedem avectis e patria opibus munivisse; et ad magalia adjecisse arcem, quæ inde *Byras* dicta est, a *beera*, voce Hebraica, quæ *munimentum* locum significat: quam deinde vocem Græci, ob similitudinem, fabulis et cerio suo bubulo deformarunt. Est enim apud Græcos *βύρα corium*. Sic arce munita vetus Carthago, nova facta est; concurrente cum antiquo fundatoris nomine Phœnicia voce *Carthada*, quæ juxta Solinum c. xxx. *civitatem novam* significat. Atque ita Carthago perfecta est, anno post fugam Didonis 20. qui Pygmalionis 27. a Troja capta, 296. ante Romanam, 136. ante Christum, 888. mundi 3166.

II. DE FAMILIA. A Josepho, ex certissimis monumentis Tyrionum, pater ponitur Didonis, Annæ, et Pygmalionis *Metginus*; qui vocatur a Theophilo Antiocheno *Metten*: avus *Badezorus*: proavus *Ithobalus*, sacris in literis *Ethbaal* nuncupatus; qui, oculo rege *Phele*, regnum in familiam transtulit suam, ex antiqua *Abbali*, *Hirami*, et *Baleasari* familia.

Ex his conjicio Virgilium historiæ Phœniciæ parum scientem, ut Didonem retro ad usque Trojæ tempora removeret, e Græcorum fabulis antiqua nomina petisse: vel, si Phœnicum literas attigerat, nominum asperitate deterritum, ea mollioribus elementis lenuisse. Sic *Beli* nomen et patri Didonis, et uni ex ejus majoribus dedit: hand dubie detruncatum ex *Abibalo*, *Baleasaro*, *Ithobalo*. Tum *Acerbam* seu *Sycharbam*, in *Sycharum* molliovit. Servius *Methrem* suum, quem ipsum esse Belum putat Didonis patrem, ex *Metgino* seu *Met*,

tene, vero Didonis patre, deformavit. Porro *Anna*, *Elissa*, et *Dido*, Phœnicum vocabula sunt. Anna enim est, *gratiosa*: Elissa, *fortitudo viri*, seu *virago*: Dido, *dilecta*. Dubium autem est, utrum huic reginæ nomen prius inditum fuerit. Si consuluntur interpretes, prius nomen Elissæ: si vocis significatio, Didonis prius fuit; et ex facti audacia, Elissæ posterius.

III. DE MORIBUS. Graviter quidem querentem de Virgilio Didonem indecit Ausonius, Epig. III. quod eam impudici amoris impatientia ac dolore mortem oppetiisse cecinerit, contra fidem historiæ: quæ rogum eam consendiisse testatur; ne datam Sychæo primo conjugii fidem, novis cum Iarba Getulix rege nuptiis, violaret. Atque ea quidem in re peccasse gravior Virgilium puto, si peccavit: quam in illa mutatione temporum.

Statuo itaque scientem ac volentem in hunc utrumque errorem lapsam esse Virgilium: eo consilio, ut

Punicis bellis, quibus nihil erat in historia Romana illustrius, in poemate etiam suo locum daret; mutique inter utramque gentem odii causam aliquam afferret. Qua tamen in re non eam puto a poetice legibus recessisse. Quamquam enim per eas cautum est, ne poeta temporum ordinem temere intervertat, in re nota præsertim atque insigni; tum, ne quem nisi suis moribus coloribusque depingat: lex tamen est omnium prima, *placere*. Quod si assequi speravit posse Virgilius apud suos, illa deformatione temporum atque morum: et vero assecutus est: omnino poetæ maximi partes implevit. Est autem certe assecutus, siquidem Ovidius paulo post, hos Didonis amores transferre non dubitavit in Met. l. XIV. 77. Idemque testatur, Trist. II. l. 535.

Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,

Quam non legitimo sœdere iunctus amor.

AT regina gravi jamdudum saucia cura
Vulnus alit venis, et cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusque recursat

Regina autem, jamdiu vulnerata gravi solitudine, foetet plagam in venis, et absconditur occulto igne. Multæ virtutes Æneæ, et multa gloria ejus reddit in men-

1. *Ad multi*, ut fere alias variatur. v. Pier. h. l. et Burm. *jamdudum* Medic.—
3. *recusat* vel *reversat* codd. Pierii. v. sup. I. 666. Miratur Burm. nullum libris-
siam rescripisse *Magna viri virtus*. Videtur adeo vir doctus non vidisse: *Multa*

NOTÆ

1 *At regina*] Pendet hoc initium ex ultimo libri tertii versu: Æneas 'Conticuit tandem, factoque hic fine quievit: At Regina,' ex quo ipsum audit, amore saucia non quievit, &c.

2 *Vulnus alit, &c.*] Hic videtur Amor solito habitu depingi: cæcus, sagittis et face armatus: sagittis vulnus intulit, face ignem accendit, cæcus cæco igne carpsit.

3 *Multa viri virtus, &c.*] Quatuor

Gentis honos; hærent infixi pectore vultus,
 Verbaque; nec placidam membris dat cura quietem. 5
 Postera Phoebea lustrabat lampade terras,
 Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;
 Cum sic unanimam alloquitur male sana sororem:
 Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent!
 Quis novus hic nostris successit sedibus hospes! 10
 Quem sese ore ferens! quam forti pectore, et armis!

tem: vultus ejus et sermo hærent impressi animo, et hæc cura non permittit tranquillam quietem corpori. Postera Aurora illustrabat terras luce Solis, et expulerat e celo humidas tenebras; cum sic malesana loquitur ad concordem sororem: Anna soror, quæ insomnia terrent me dubiam! quis hic novus hospes venit in regionem nostram! qualem se specie exhibens! quam generosis animis et factis! Certe credo

recurrebat esse pro multum positum.—5. *dat membris* Menag. pr.—6. *lustrabat Phoebea* Dorvill.—7. Idem versus jam sup. III, 589.—8. Tum aliquot Pier. *unanimam* Heins. reposuit ex Medic. et aliis, etiam Pier. alii *unanimem* sono minas grato.—9. *suspensam* Medic. a pr. m. et Goth. tert. *suspensum me* Menag. pr. *terret* a nonnullis lectum, e Servio et e Pierio patet; et sic Franc., descendente etiam Pomponio Sabino, ut vigilia sit attonita Dido. Ex eodem disco, alteram lectionem *terrent* esse Aproniani, quæ haud dubie melior est: *insomnia terrent*. Nam somnia possunt terrere, non vigilia.—10. *manibus hospes* Franc. At Catulli imitationem cum Ursino agnoscit Burm.—11. *Quam soc Parrhas*, male. *quem f. p. et armis* emendabat Marklandus post Vales. notante Burmanno, et sic a m. pr. fuit in Fragm. Vatic. ap. Bcttar. p. 175. Bene quidem et hoc dictum esset; verum videtur illud ipsum quem, h. e. qualem, paulo disertius exponi in illo: *quam forti pectore et armis*. Tamen vel sic elegantius legeretur, quam in codd. Leid. Rottend. pr. Hamb. pr. et Reg.

NOTÆ

amoris causæ. Virtus; *Multa viri virtus*. Nobilitas; *Gentis honos*. Pulchritudo; *Infixi pectore vultus*. Eloquentia; *Verbaque*. Quas easdem causas iterum enumerat, 10.

6 *Phoebea lampade*.] Tapinosis, sive rei magnæ expositio humilior, *Solis*, per *lampada*: similis huic, qua mare appellat *gurgitem*, Æn. I. 122. Imo amicus est dicere Lucret. I. VI. 1196. 'Aut etiam nona reddebant lampade vitam:' pro *nona die*.

9 *Anna soror, quæ me, &c.*] Oratio plane ad ejus ingenium conformata, quæ primum e severis moribus ad amorem deflectit. Quatuor habet

partes. I. Admiratur Æneæ pulchritudinem, virtutem, nobilitatem, res præclare gestas. II. Proponit sibi causas, quæ ab ejus amore animum avertant: nempe viduitatis propositum, primi conjugii calamitates, voluptatum fastidium. III. Patet tamen sensus suos, non animum, aliquatenus inflexos. IV. Denique alienam ab amore voluntatem æternam fore pollicetur. Quod tamen propositum invito animo fieri testantur effusæ in sinum lacrymæ.

Insomnia] *Terrena*, ea quæ in somnis apparent, somnia, simulacra,

Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.

Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus ille

Jactatus fatis! quæ bella exhausta canebat!

Si mihi non animo fixum inmotumque sederet,

15

Ne cui me vinco vellem sociare jugali,

Postquam primus amor deceptam morte fefellit:

Si non pertæsum thalami tædæque fuisset:

Huic uni forsán potui succumbere culpæ.

Anna; fatebor enim; miseri post fata Sychæi

20

Conjugis, et sparsos fraterna cæde Penates,

Solus hic inflexit sensus, animumque labantem

hunc esse prolem Deorum. Nec temere credo: metus prodiit animos ignobiles. Heu! quibus fatis fuit ille agitatus! quæ bella confecta narrabat! Si non maneret mihi constitutum et immutabile id propositum, ut nolim me ulli conjugere per nexum conjugalem, ex quo primus amor fefellit me deceptam morte Sychæi; si non tæderet me lecti et facis; fortasse possem cadere in hoc solum delictum. Nam fatebor, o Anna, post mortem miseri mariti Sychæi, et Deos infectos cæde a fratre facta; solus Æneas movit sensus meos, et impulit animum vacillantem: animad-

a m. pr. cum Goth. sec. a m. pr. *quam fortis pectore et armis.*—12. *Credo* Gud. a pr. m. vide lib. vi, 849.—14. *bella exacta* Oudart. Sprot. et Goth. tert. so-
lenni variatione. *tenebat* Goth. pr.—15. *innatum* Wall. a m. pr., male.—16.
Nec duo editi. *vellem vinco* Venet. *vellem lecto* s. j. Wall.—17. *decepta morte*
tres ap. Heins., quod ipsi elegantiae quid, parum intellectæ, habere visum;
sed quæ aliena esset ab h. l. vide Burm.—18. *fuissem* Medic. cum septem
vett. libris; temere tamen. *fuissem* a pr. m. fragm. Vatic.—19. *Forsitan* huic
vni ex Augustino laudatur, et sic Goth. sec. *succumbere* duo.—20. *Sychæi* et
hic cum Medic. erat scribendum, ut sup. i, 352, non *Sichæi*.—22. *hic* Teren-
tian. Maurus legit, ut sit Creticus; grammaticæ ineptiæ, de quibus v. Heins.
ad lib. ii, 664. *libantem* Goth. sec. a m. sec., ceteri *labantem*, vitiose cum aliis.

NOTÆ

17 *Deceptam morte*] Primo nup-
serat Sychæo, qui a Pygmalione Di-
donis fratre occisus fuerat. Æn. i.
347.

18 *Tædæque*] Facis e tæda arbore,
e piccarum genere: pro nuptiis sumi-
tur; quia præferebatur novæ uxori,
in mariti domum deducendæ. De
illo more nuptiali, Æn. viii. 29.

19 *Culpæ*] Quia secundæ nuptiæ
adjunctam infamiæ notam habuerunt,
propter suspicionem intemperantiæ:

unde, juxta Servium, apud Romanos
repellebantur a sacerdotio bis nup-
tæ: juxta Tacitum, apud Germanos
secundæ nuptiæ lege prohibebantur.

21 *Penates*] Vel pro domo sumun-
tur; vel potius pro Diis ipsis domes-
ticis, nam Æn. i. 352. occisus est
Sychæus ante aras. De *Penatibus*, Æn.
ii. 717. *Fraterna cæde*] Non qua
frater occisus est; sed qua vir Sy-
chæus Didonis a Pygmalione, Tyri
rege, occisus est.

Impulit. Agnosco veteris vestigia flammæ.
 Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
 Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, 25
 Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
 Ante, Pudor, quam te violò, aut tua jura resolvo.
 Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores
 Abstulit; ille habeat secum servetque sepulcro.
 Sic effata sinum lacrymis implevit abortis. 30
 Anna refert, O luce magis dilecta, sorori,

verto signa veteris amoris. Sed cupio ut, vel terra intima mihi ante aperiat; vel pater omnipotens fulmine demittat me ad umbras, pallidas umbras inferorum et noctem profundam: antequam te laedam, o pudicitia, et frangam tua jura. Ille Sycheus, qui me primus sociavit sibi, abstulit meos amores: ille habeat eos secum, et servet in tumulo. Sic locuta implevit gremium lacrymis erumpentibus. Anna respondet: O soror cara sorori magis quam vita, an sola consumeris dolens per to-

—23. Et nosco Zulich. sit saltem En n.—formæ Menag. pr. a m. pr.—24. Sed me alter Hamb. me ut Goth. sec. opto Rottend. sec.—25. abigat aliquot Pierii et tres Burm., male.—26. Pallantes qu. Moret., aberratione solenni. Erebo Gud. cum binis Burmann. His Romanum adde et fragm. Vatic., et sic etiam Servianus commentator legit, id est, in Erebo. Potest adeo hoc doctius dictum videri, pro umbras Erebi; ut solet pro casu secundo tertius poni. Duri tamen quid inesse non neges. Vulgatam præfert quoque Schraderus ad Musesæum p. 101.—27. Sancte pudor elegans Marklandi conj. apud Spencium; nec tamen illud prius—ante—quam exemplo caret ne apud poetas quidem. violò, resoleo vetustissimi Bened. Pier. et Heins. cum Grammaticis ap. Heins. Etiam sic fragm. Vatic. et ex Apronianiani recensione esse et hanc lectionem Pompon. Sab. docet. At Priscian. edd. vett. et codd. aliquot recentiores violam—resolvam ap. Burm. Enimvero jam ad 1, 706 observatum est, consequentiam illam temporum a poeta epico non modo negligi, verum etiam seculo vitari.—28. primos Sprot. et Hamb. pr. a m. pr. primum Leid. viarit aliquot Pier. Parrhas. ed. Ven.—29. Sustulit Sprot. servatque Hamb. alter.—30. affata Erf. sinus Montalb. et Ven. abortis multi.—34. et Manes alii,

NOTÆ

[23 *Veteris vestigia flammæ*] Sensus duplex esse potest. Primus obvius; *Agnosco vestigia veteris amoris in Sycheum, qui me ab Ænea amore deterret.* Secundus abstrusior, at convenientior est: *Agnosco vestigia conjugalis amoris, quo primum olim in Sycheum, nunc iterum in Æneam fecer.* De Erebo, pro Inferis, Ge. iv. 471.

[27 *Ante, Pudor, quam, &c.*] Redundat illud *ante*. Sic enim est, 'tellus prima ima dehiscat, Ante, Pudor, quam

te violò.' Sic apud Sallustium in Catilina: 'Priusquam legiones scriberentur, multa ante capere.'

[*Viola... resoleo*] Hæc est antiqua lectio, quam Apronianus et Mss. plurimi confirmant; cum vulgo legitur *violam, resolvam*.

[31 *O luce magis dilecta, &c.*] Anna oratio, animum eo, quo propensum videt, scite impellentis. Duas habet partes. 1. Persuadet nuptias. 1. a delectabili, ut aiunt: cui addit post-

Solane perpetua mœrens carpere juvena?
 Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
 Id cinerem aut Manes credis curare sepultos?
 Esto: ægram nulli quondam flexere mariti;
 Non Libyæ, non ante Tyro; despectus Iarbas,
 Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis

35

tam juventutem? nec experieris jucundos liberos, nec dona Veneris? Putasne cinerem aut umbras sepultas id curare? Ita sit: nulli proci antea commoverunt dolentem te; nec in Libya, nec prius Tyri: contentus est a te Iarbas, aliique duces,

~~~~~

male. sentire quidam. v. Burm.—35. *ægram te* n. Dorvill. ex glossa inter lineas.—36. *Libyes* malebat Heins. *Libye* in multis; sed hoc est pro *Libyæ*. v. Burm. Non *Libya* dixit poëta, ut orationem variaret. *despectus* duo Burm. *Iyarbas* Franc.—37. *alios* Rottend. sec. *Affrica* multi; hinc *Attica* Moret.

## NOTÆ

habendam esse memoriam Sychæi, cum nullus insit sensus mortuis: posthabendum quoque propositum viduitatis, quæ ideo tantum cara fuit, quia nullus procorum carior. 2. Ab utili: ad defensionem et gloriam novæ urbis ac gentis, cui hanc a Diis opem præstitam putat. 11. Modum assignat perficiendi consilii, sacrificia, moram hospitii, &c.

32 *Mœrens carpere juvena*] Translatio est a floribus, qui *carpuntur* manus, atque ita deflorescunt, quasi dicat: *Solane tota juvena tristis consumeris ac defloresces?*

36 *Libyæ*] Aliquando pro tota Africa sumitur; hic pro parte Africae, quæ Egyptum proxime attingit. Ge. 1. 241. De Tyro, Æn. 1. 16.

Non *Libyæ, non ante Tyro*] Aliqui nulla interpunctione, continuo ordine, sic legunt: 'Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas:' ut sensus sit, Iarbam et in Libya despectum fuisse a Didone, et prius Tyri. Sed cum nulla auctoritate constet Didonem, ante adventum in Libyam, ab Iarba petitam fuisse; utor interpunctione solertiorum interpretum, unde sensum istum elicio; Didonem,

ut in Libya, sic Tyri multos despexisse procos. Nec vero mirum est *Libyæ* dictum esse pro *in Libya*; et *Tyro*, sive *in Tyro*, pro *Tyri*: siquidem dixit Cicero, 'Siciliæ cum essem; et in Alexandria:' pro, *in Sicilia*, et *Alexandria*.

*Iarbas*] Jovis et Garamantidis Nymphæ filius, aut Maurusiorum, aut Maxitanorum, aut Getulorum; fortasse totius Africani littoris rex: cum dicatur deinde 198. filius Ammonis Jovis, qui est in extrema orientali parte, juxta Egyptum. Is cum fraude bovini corii deceptus, Carthaginem a Didone structam videret, ejus nuptias sub belli denuntiatione petiit: ad quas cum cives repugnantem adigerent, trium mensium petito spatio, pyra in ultima urbis parte constructa, veluti placatara viri prioris Manes, multis hostiis cæsis pyram conscendit: atque ita ad populum respiciens; ituram se ad virum, sicut præceperant, dixit, vitamque gladio finivit. Quamdiu Carthago invicta fuit, pro Dea culta est. Ita fere Justinus lib. xviii. 6. et alii.

37 *Africa terra, &c.*] *Africana*. Sic Tibullus 1. 9. 33. 'Terra Campa-

Dives alit: placitone etiam pugnabis amori?  
 Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?  
 Hinc Gætulæ urbes, genus insuperabile bello, 40  
 Et Numidæ infræni cingunt, et inhospita Syrtis;  
 Hinc deserta siti regio, lateque furentes  
 Barcæi. Quid bella Tyro surgentia dicam,  
 Germanique minas?  
 Dis equidem auspicius reor et Junone secunda 45  
 Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.  
 Quam tu urbem, soror, hanc cernes! quæ surgere regna

*quos regio Africana abundans victoriis nutrit: an etiam resistes grato amori? Nec venit tibi in mentem, quorum in agris constititeris? Hinc urbes Gætulæ, gens bello insuperabilis, et Numidæ indomiti, et Syrtis inhospitalis nos cingunt: hinc regio siccitate solitaria, et Barcæi furiosi. Quid dicam de bellis imminuentibus ab urbe Tyro, et de minis fratris? Certe existimo naves Iliacas Diis auctoribus, et Junone propitia, huc vento direxisse cursum. Qualem tu videbis hanc urbem, o soror!*

~~~~~

sec. triumphos Rom., male. triumphus dives malebat et hic Heinsius.—38. Placidone quatuor ap. Burm. cum aliis ap. Pierium, et Rufinian. de schem. lex. p. 251, sed et is recte præfert placito, quod et Burmann. ex v. 22 vindicat. oppugnabis sec. Moret. In Goth. tert. hic versus post v. 41 erat rejectus.—39. non venit Parrhas. et Goth. pr. consideris multi, ut fere alias.—40. Gætula in plerisque scribitur. v. Pier., sed Gr. Γαυδύλοι. genus intructabile bello Romanus, forte ex lib. 1, 339. insuperabile ferro unus Leidens.—41. En N. alter Hamb. Hinc N. Serv. ad x, 760. effreni Hamb. pr. pro var. lect. inferni Vratisl.—42. situ Wall. et Hamb. pr. a m. sec. furentis tres Heins., ut jungatur, lateque furentis Barcæi quid bella, sed minus bene. lateque regentes quatuor Burmann. et sic laudat Hieronymus: ac. ex interpretatione.—43. Brachæi, Barchæi, Barchei, Bachei, scribitur.—45. auspiciis Dorvill.—46. Huc vulgg. Hunc Medic. cum potioribus, necnon sic Romanus cum aliis Pier. et fragment. Vatic. Et codicum auctoritati putem in talibus esse standum, etsi et alterum recte dicitur, ut lib. 1, 538 Huc cursus fuit. Huc etiam Servius interpretatur.—47. Quantam urbem pr. Hamb. a m. sec. et a pr. Leid.

NOTE

alia: Catullus xl. 31. 'Terra Celtiberia.' De Africa, Ecl. i. 65.

38 Pugnabis amori] Verba contentionis junguntur sæpe dativo casui, Ecl. v. 8. 'tibi certet Amyntas.' Ge. ii. 90. 'cui non certaverit ulla,' &c.

40 Gætulæ urbes, &c.] Gætuli ad meridie[m] Carthaginensium alii erant: Numidæ, ad occidentem, qui et Nomades, ob feram ac pastorem vitam, est animi roboratus. Syrtis utraque, major et minor, Libyci Maris sinus,

arenarum aggestionibus infesti, ad orientem: de iis, Æn. i. 115. Barcæi, sive Barcitæ; ultra Syrtis, ad orientem majoris: nunc regnum Barcæ.

44 Germanique minas] Testatur Justinus, Pygmalionem Tyri regem, cognita sororis fuga, impio bello persequi fugientem paravisse; sed matris precibus et Deorum minis victum quievisse.

45 Junone secunda] Quæ et præses est nuptiarum, et Pœnorum custos, Æn. i. 19. et infra 59.

Conjugio tali! Teucrum comitantibus armis,
 Punica se quantis attollet gloria rebus!
 Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis 50
 Indulge hospitio, causasque innecte morandi:
 Dum pelago desævit hyems, et aquosus Orion,
 Quassatæque rates, dum non tractabile cælum.
 His dictis incensum animum inflammavit amore,
 Spemque dedit dubiæ menti, solvitque pudorem. 55

qualia regna crescere, tali connubio! quantis factis eriget se Penorum gloria, adjuvantibus armis Trojanorum. Tantummodo tu pete a Diis favorem, et sacrificiis perfectis protrahe tempus hospitii, et suggere iis causas manendi: dum hyems et pluvius Orion furet mari; et naves fractæ erunt, et ær erit intolerabilis. His verbis incendit amore animum jam ardentem, et spem attulit menti incertæ, et

—48. et T. Dorvill.—49. attollit vel adtollit tres.—50. Deum plures Pieriani; sed omnes Burmann. Deos.—51. causamque Hamb. pr. D. ed. Junt.—52. desævit Exc. Burm. Orio Medic. a m. pr., ut *Agamemno, Jaso, et similia.*—53. dum non Heins. cum vetustioribus, etiam fragm. Vatic. Vulgo et non.—54. impense olim lectum Servius notat; et sane fragm. Vatic. *impensum. flammavit* plures Pier. Heins. et Burm. cum eodem fragm. Vatic.—55. men-

NOTE

50 *Veniam*] Vel reipsa *veniam*, quia conjugii desiderium vocavit *culpam*, 19. Vel *favorem*, quem sæpe *venia* significat. *Æn.* i. 523.

Sacris litatis] Non factis tantum, sed feliciter factis: hoc enim est *litare*, ut diximus, *Æn.* ii. 116. Et jam addo locum e Cicerone de *Divin.* ii. 38. 'Quid? cum pluribus Diis immolatur: qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?' Dictum est autem *litare sacra*, ut a *Propert.* l. iv. l. 24. *Litare exta*; a *Suetonio litare victimas*.

52 *Desævit*] Duo significat: et valde *ævit*, et *ævere cessat*. Cerdanus affirmat semper cessationem significare; nullumque exemplum esse, quod non explicet hunc in modum. Hoc ergo explicet, ex *Æn.* x. 569. 'Sic toto *Æneas* desævit in æquore victor, Ut semel intepuit mucro:' ubi certe affirmat augetque, non mi-

nuit. At minuit et cessationem notat apud *Lucanum* v. 303. 'nec, dum desæviat ira, Expectat.' Hic affirmat, siquidem affirmant cetera: 'Quassatæque rates, et non tractabile cælum.' Porro certissimum puto, tempus præsens hic positum esse pro futuro: *desævit*, pro *desæviat*: hoc sensu: 'detine hic *Æneas* quamdiu sæviet hyems.' Patet enim ex 6. hoc institutum inter *Annam Dido* nemque colloquium, postridie quam *Æneas* advenerat: tunc autem ætas fuit, ut probavimus *Æn.* i. 539. de *Orione*. Firmabit interpretationem meam geminus versus, alter ex hoc eodem libro 121. 'Dum trepidant alæ,' id est, *trepidabunt*: alter e *Ge.* iv. 84. 'dum gravis aut *hoas*, Aut *hos* versa fuga victor dare terga cõgig,' id est, *dum cogat, donec coigerit.* De *Orione*, *Æn.* iii. 517. *Æn.* i. 539.

Principio delubra adeunt, pacemque per aras.
 Exquirunt; mactant lectas de more bidentes
 Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo;
 Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.
 Ipsa, tenens dextra pateram, pulcherrima Dido, 60
 Candentis vaccæ media inter cornua fundit:
 Aut ante ora Deum pingues spatiat̃ur ad aras,

abstulit verecundiam. Primo petunt templa, et ad altaria petunt fœverum Deorum: immolant juxta ritum oves selectas Cereri legum incentrici, et Phœbo, et Baccho patri: prae omnibus Junoni, cui curæ sunt nexu conjugales. Ipsa formosissima Dido tenens manu dextera pateram, fundit vinum inter media cornua vaccæ candide: aut incedit circa pingua altaria ante imagines Deorum, et renovat sacrificia

tis Gud. cum Rom.—56. a delubra Leid. pro ad. v. Burm.—57. Exposcunt Ven., ex interpretatione. bidentis rescripsit Heins. cum codd. et Prisciano, pro bidentes. mactat apud Macrob. III, 12. mactat lectas ap. Arusian. Messium. lectas etiam Menag. pr. lentas Goth. pr.—58. Frugifera Romanus et alii Pierii ac Heinsli, cum fragm. Vatic. a pr. m. et nostro Goth. tert. Sed alterum doctius. cf. Heins. et P. alter Hamb. Phæbo patrique Ven.—59. ante alios Puget. v. ad II, 40. legalia Goth. tert., pessime. vincla jugalia sunt conjugalia.—61. judit quatuor Burm. cum plerisque Pierianis.—62.

NOTÆ

56 *Delubra*] Templa; de iis, Æn. II. 225.

57 *Bidentes*] Oves Gellius disputat ita dici, quasi *biennes*, duorum annorum. Festus, quod inferiores ac superiores haberent dentes, unde et *ambidentes* etiam vocabantur, quasi utrimque dentatæ. Isidorus, quod inter dentes octo *binas* haberent ceteris eminentiores. Tales autem oves exigebantur ad sacrificia.

58 *Legifera Cereri*] Ceres Saturni et Opis filia, Proserpinæ mater ex Jove: quæ fruges et culturam agrorum invenit; ideoque jura et leges, quæ de agrorum divisione natæ sunt: unde sacra ejus apud Athenienses *θεσποφία* appellabantur, a *θεσπος* lex et *φειν* fero. De *Phæbo*, Ecl. III. 62. De *Lyæo*, Baccho, Ge. II. 229.

59 *Junoni, &c.*] Hæc Saturni et Opis filia, Jovis et soror et conjux: quia nuptiis præerat; ideo Græcis dicebatur *Zoryia*, Romanis *Juga*, a

jugo, sive a *jungendis* conjugibus: nam in nuptiis, si Servio et Isidoro fides est, in symbolum conjunctionis, jugum reipsa imponebatur contrahentibus; si aliis credimus, vitta tantum sive tænia simul ambo ligabantur.

61 *Candentis vaccæ*] Allusum putat Nascimbænus ad legem Numæ Romanorum regis, quam refert Plutarchus: ne mulieres ab obitu conjugis ad usque menses decem nuptias repeterent: quæ autem infra id tempus vellent repetere, vaccam prægnantem sacrificarent. Illa porro vini effusio, *libatio* est, Æn. I. 740.

62 *Spatiat̃ur ad aras*] Etiam more Romano, matronæ ante aras, faculas tenentes, et gestu gravi, saltationemque severam imitantes, movebantur et ferebantur: quod Horatium intellexisse puto, cum in Arte scribit: 'Ut festis matrona moveri jussa diebus.' Hæc Turnebus, I. XXIII. 3.

Instauratque diem donis, pecudumque reclusis
 Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
 Heu vatū ignaræ mentes! quid vota furentem, 65
 Quid delubra juvant? Est mollis flamma medullas
 Interea, et tacitum vivit sub pectore vulnus.
 Uritur infelix Dido, totaque vagatur
 Urbe furens: qualis conjecta cerva sagitta,
 Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit 70
 Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
 Nescius; illa fuga sylvas saltusque peragrat
 Dictæos; hæret lateri letalis arundo.
 Nunc media Æneam secum per mœnia ducit,
 Sidoniasque ostentat opes, urbemque paratam; 75
 Incipit effari, mediaque in voce resistit.

per diem, et intentā pectoribus victimarum apertis, consulit viscera earum pal-
 pitantia. Heu, ignaræ mentes vatū! quid vota, quid templa prorsus amanti?
 Interim gratus ignis absūmit medallas, et occulta plaga durat sub corde. Uritur
 misera Dido, et insana errat per totam urbem. Qualis cerva post conjectam
 sagittam, quam pastor persequens armis perfodit improvidam procul in sylvis Creti-
 cia, et reliquit ignarus volatile ferrum in vulnere; illa cerva percurrit fugiens
 sylvas et saltus Dictæos: mortifera sagitta hæret lateri. Dido nunc ducit Æneam
 secum per media munimenta: et ostentat Tyrias divitias, et urbem paratam.
 Incipit loqui, et hæret in media voce. Nunc die occidente repetit eandem epulas:

Atqui quatuor Burm. autque Exc. Burmann.—63. Varie tentabat J. Schra-
 derus: *Instauratque dapes votis*, l. *votas*, l. *Tyriis*, sed vid. Notam.—64. *sper-*
antia Sprot. *sperantia* fragm. Vatic.—65. *fatām* conj. Cuningh. cf. inf. VIII,
 627. *ignota* m. Witt. *quid vota furorem* Burm. ex Servio. *ferentem* Rom.—
 66. *mollis* alii, sed *mollis flamma* Burmannus tuetur. v. sup. II, 683.—67. et
 deest binis. *venit sub* Hamb. pr. a m. sec., male. v. Burm.—69. *ferens* tert.
 Mentel. *confecta* pr. Hamb., pro var. lect.—70. *Cresia* Heins. cum meliori-
 bus; etiam fragm. Vatic.; quippe *Κρης*, *Κρησος*. Vulgo *Cressia*. n. *inter*
frondes Hamb. sec.—71. *linguit* multi, jam apud Pierium, sed alterum doc-
 tius; item, *volatile telum* ex interpretatione. Sic quoque Goth. tert. a m.
 pr.—72. *pererrat* Hugen. et pr. Hamb. cum Goth. tert. v. sup. I, 384. *sal-*
tus sylvasque p. Dictæas aliquot Pier. cum fragm. Vatic.—73. *Dictæos* Sprot.
fatalis a. Hamb. pr.—75. *que abest* a binis. *opis* Gud. a m. pr.—76. *effari*
 Gud. a m. sec., antique. *affari* Zulich. in v. recessit Menag. alter, aberrat-

NOTÆ

63 *Instaurat*] Frequenter repetit
 ac renovat sacrificia. Verbum in ea
 re solenne.

64 *Spirantia consulit exta*] *Extispi-*
cium est: quo *exta*, id est victimarum
 interiora quæ maxime extant, cor,
 pulmo, lien, jecur, celeriter extra-

huntur; et adhuc spirantia ac palpi-
 tantia inspiciuntur, antequam frige-
 cant, habeturque inde futuri cogni-
 tio.

70 *Cresia*] Cretica, in Creta insu-
 la, *Candic*, de qua Æn. III. 104. cujus
 in parte orientali mons est *Dictæ*,

Nunc eadem, labente die, convivia quærit,
 Iliacosque iterum demens audire labores
 Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
 Post, ubi digressi, lumenque obscura vicissim 80
 Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos :
 Sola domo mœret vacua, stratisque relictis
 Incubat. Illum absens absentem auditque videtque.
 Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
 Detinet, infandum si fallere possit amorem. 85
 Non cœptæ assurgunt turres; non arma juvenus
 Exercet; portusve aut propugnacula bello
 Tuta parant: pendent opera interrupta, minæque

et inæna postulat rursus audire Trojano casus, et suspensa est rursus ab ore narrantis. Deinde, cum exierunt, et vicissim Luna obscurior subducit lucem suam, et stellæ decedentes cogunt ad somnum: sola dolet in domo vacua, et incumbit lecto relicto ab Ænea: aspicit auditque absens absentem illum: aut tenet in sinu Ascanium, capta similitudine patris ejus; ut videat an possit fallere amorem infandum. Turres incepta non attolluntur, juvenus non exercetur armis, nec præparat portus et tuta munimenta ad bellum: opera manent interrupta, et eminentiæ

tionem et alibi notata. v. Burm.—78. *que abest a Dorvill.*—80. *digressum alt. Mentel.*—81. *c. lumina Menag. pr.*—82. Burm. conj. *relicta Incubat vel relictis Excubat.* Hoc alterum quoque Jo. Schrader. nec felicius aliquis conjiciat *stratisque relictis*, sed v. Not.—85. *si pellere Goth. sec. si cellere tert. Goth. posset Franc. amantem aliquot Pier. cum fragm. Vatic. si f. p. imago Romanus e glossa inter lin.*—86. *incepta Witt., sed in litura. exsurgunt Leid. un. pro var. lect. arces Puget. arva Zulich. pro var. lect.*—87. 88. *Exercet alii et mox parat. Medic. parent. portusque—pendent—que*

NOTÆ

81 *Suadentque cadentia sidera somnos*] Non initium noctis ut vulgo putatur, sed exitum intellige, ut et Æn. II. 9. Dno enim hic distinguit tempora: unum, quo Dido repetit convivia, scilicet *labente die*; et hoc est initium noctis: alterum, quo mœret domo vacua, nempe cum *vicissim Luna premit lumen*; et hic exitus noctis. Nec te decipiat, quod dicantur tunc *suadere cadentia sidera somnos*, quod videtur in initia noctis aptius convenire: immo plane in exitum convenit, tunc enim proprie *cadunt sidera*, noctis initio *surgunt*: tunc etiam somnus mol-

lior et facilius, et iis qui noctu vigilare, omnino necessarius est.

82 *Vacua*] Silente, ceteris ad somnum digressis.

83 *Stratis relictis*] Lectis, non conjugaliis, nondum enim conjugium coaluerat; sed *epularibus*, qualis ille de quo Æn. II. 2. 'Inde toro pater Æneæ,' &c.

85 *Si fallere possit amorem*] Eadem forma, Æn. VI. 78. 'magnum si pectore possit Excussisse Deum.'

88 *Minæ murorum*] Contendunt cum Turnebo plerique omnes *minas* esse partes altissimas murorum, pin-

Murorum ingentes, æquataque machina cœlo.

Quam simul ac tali persensit peste teneri 90
 Cara Jovis conjux, nec famam obstare furori;
 Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:
 Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
 Tuque puerque tuus; magnum et memorabile numen,
 Una dolo Divum si fœmina victa duorum est. 95
 Nec me adeo fallit, veritam te mœnia nostra,

magnæ murorum, et machinæeductæ ad cœlum. Statim atque dilecta uxor Jovis cognovit hanc tali veneno imbutam esse, nec famam obsistere ejus inanimæ; Juno compellat Venerem talibus verbis: Nempe reportatis pulchram laudem, et magna spolia, et tu, et filius tuus; magnam et memorabilem gloriam: quod una mulier superata sit fraude duorum Deorum. Nec vero me latet, te timuisse nostros muros;

etiam nonnulli. *haut prop.* Goth. pr. *portas* conj. Jo. Schrader.—89. *Trap-
 pius* et *Cuninghamus* malebant *æquanda*; sed nll necesse. Etal imperfecti
 muri, tamen jam æquabant cœlum.—90. *a tali* Reg. et tert. Mentel. *in tali*
 Gud. *persentit* aliquot ap. Pier. et sic ap. Diomed. II. *præsensit* Ven. et
 Witt. v. inf. 297 et 448.—91. *Clara*, quæ solennis varietas est, hic a nemine
 enotatur. *furenti* Hugén. *pudori* pr. Hamb. et Ven. cum Romano, facillè
 lapsus. Sic inf. x, 398.—92. *alloquitur* alter Menag.—93. *ac sp.* Wall. *alta*
 Ven. *feretis* Leid. un. a m. sec.—94. *numen* sane habent veterrimi et præ-
 stantissimi Pieril, Heinsli et Burm., qui illud adeo tuentur. Accipiendum:
magnum vero et memorabile erit numen vestrum, vestra potestas, vis, h. e. vos,
 Dii, si circumveneritis duo unam fœminam. Paulo tamen contortius ita
 dictum videtur. Contra solennis formula, *memorable nomen* (cf. sup. II, 583),
 et hoc Ge. Fabricius præferebat, et est in aliquot Pierianis et in uno et
 altero scripto Heins. et Burm. nonnullisque editis. Exempla jam Burm.
 conguessit in alium usum. Ovid. Met. x, 608 *seu cinxer, habebis Hippomene*
victo magnum et memorabile nomen: præferremque adeo sine hæsitazione, nisi
 alterum, quod semel receptum, et ipsum poëta dignum, forte adeo magis
 epicum esset. Sed et in ipso Ovidio *Bacchi memorabile Thebis Numen erat*
 Met. iv, 416 occurrit. *venerabile nomen* Hugén. *mirabile nomen* Leid. un.
 —95. *si fœmina capta* Leid., quod egregie dolo convenit, sed v. Burm. *est*
 deest tribus.—96. *te numina nostra* Zulich. a m. pr. Hamb. pr.—97. *Suspec-*

NOTÆ

nas fenestratas; vel quia inde propugnatores hostibus minantur, juxta Turnebum; vel quia partes illæ maxime eminent, juxta Hortensium. Sed quia id auctoritatibus firmant sequioris sæculi scriptorum, Rufini, Ammiani: vix fidem habeo: suspicorque minas dici, non de muris tantum, sed etiam de celsis quibuslibet acervis ac molibus impositis, quæ ruinam videntur minari, aut certe ipso aspectu terrent. Juvant conjecturam hic, opera imper-

secta.

89 *Machina*] Sunt qui pro ædificiis sumant: ego pro machinis illis, quæ ad subvehendos lapides, attollendamque molem ædificii eriguntur.

91 *Nec famam obstare furori*] Nec famæ curam ac studium obstare amori ardentissimo, qui sæpe in furorem accenditur. *Saturnia*, Juno, Saturni et Opis filia. De *Venero*, Æn. I. 260. De ejus puero *Cupidine*, Æn. I. 661.

96 *Veritam te mœnia nostra*] Et vero Venus Æn. I. 675. ideo sub Asca-

Suspectas habuisse domos Carthaginiæ altæ.
 Sed quis erit modus? aut quo nunc certamina tanta?
 Quin potius pacem æternam pactosque hymenæos
 Exercemus? habes, tota quod mente petisti: 100
 Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
 Communem hunc ergo populum, paribusque regamus
 Auspiciis; liceat Phrygio servire marito,
 Dotalisque tuæ Tyrios permittere dextræ.
 Olli (sensit enim simulata mente locutam,
 Quo regnum Italiæ Libycas averteret oras) 105

et suspectas habuisse domos Carthaginiæ altæ. Sed quis erit finis? aut quo jam tendimus tanta contentione? Quin potius facinus pacem æternam et firmas nuptias? obtines quod quæsisisti toto animo: uritur amans Dido, et hausit per ossa amorem. Gubernemus igitur hanc gentem communem, et aequali potestate: liceat obedire Phrygio marito, et tradere in manum tuam Tyrios quasi dotem. Contra Venus sic cepit loqui illi: nam agnovit illam locutam esse flecto consilio, ut abduceret

itaque Ven., male.—98. erat Medic. a m. pr. v. Burm. ad Lucan. ix, 706. Vulgo: quo nunc certamine tanto, mirus codicum consensus in lectione vitiosa. Etai enim bene supplere possis uteris? vel opus est? tamen ea forma esset prosaica, et perpetuus loquendi usus elegantior fert quo nunc certamina tanta? Lapsus quoque librariorum manifestus fit ex antec. quo, h. e. quorsum, quod pro sexto casu acceperant; itaque emendarunt ita jam Heins. Marklandus post Harium et Burmannus. Inter Servianas interpretationes etiam est, quo nunc certamen tantum, et in Reg. glossa, habere, ut hoc aliquando in codi. fuisse vel hinc colligere possis. et quo Witt. Reg. discriminine tanto Parrhas. —99. que abest a tribus.—100. quod tota tres alii cum Goth. pr.—102. ergo hanc duo. populum hunc ergo duo alii.—104. Dotalis Tyriosque tua Witt.—105. a. voce Vratiss. et Hugon.—106. averteret vetustiores satis constanter; et is poetarum usus loquendi; alii Pierii et Heins. cum al. et D. adverteret. cf. Burm. Prætulit alteram lectionem jam Servius. Libycis oris pr. Rottend.

NOTE

nū habitu Cupidinem Didoni obtulit, qui eam in amorem Æneæ illiceret: ne Juno, Carthagini propitia, Trojanis infesta, hoc hospitio adversus eos abuteretur: 'vereor quo se Junonia vertant Hospitia.'

102 *Paribus auspiciis*] Translata dictio e comitiis, ubi creabantur consules captato pariter volatu avium, quod proprie *auspicium* est.

103 *Liceat Phrygio servire marito, &c.*] *Liceat*, me ac Didonem; Deam nempe, reginamque; servire *Phrygio*, id est exuli et servo: quod acer-

be ac maligne dictum est: erant enim Phryges Trojani tum exules, et universim tota gens nota servitutis aliqua infamis: ex ea enim servi ac mancipia vulgo petebantur, ut notat Athenæus, et passim apud scriptores videre est. De *Phrygia*, Æn. i. 385.

104 *Dotalisque*] *Dos* est patrimonium uxoris, et quicquid viro cum uxore datur.

106 *Quo regnum Italiæ, &c.*] Æn. i. 23. 'Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat, Tyrias ollæ'

Sic contra est ingressa Venus : Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.

Sed fatis incerta feror, si Jupiter unam

110

Esse velit Tyriis urbem Trojaque profectis,

Miscerive probet populos, aut foedera jungi.

Tu conjux; tibi fas animum tentare precando.

Perge; sequar. Tum sic exceptit regia Juno :

Mecum erit iste labor. Nunc qua ratione, quod instat,

Confieri possit, paucis, adverte, docebo.

116

Venatum Æneas unaque miserrima Dido

In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus

imperium ab Italia ad Africanam terram: Quis stultus recuset talia? aut malit tecum disceptare bello? dummodo sors promoveat consilium quod suggeris. Sed fatis rapior dubia: utrum Jupiter velit eandem urbem esse Tyriis, et iis qui venerunt Troja; aut approbet confundi nationes, aut nuptias sociari. Tu es ejus uxor, tibi facile est sollicitare precibus mentem ejus. Perge, sequar. Tum sic respondit Juno regina: Mea erit illa cura: jam attende, paucis verbis explicabo, quo modo id quod imminet, possit perfici. Æneas et miserrima Dido parant ire vena-

~~~~~

a m. sec. et Zulich.—107. *aggressa* Sprot. et alter Hamb.—108. *Abnegat* Ven.—109. *fatum* tres Burm. a m. pr. *pactum* malebat Vonk. Lect. Lat. p. 162, sed *factum*, ubi hoc factum, effectum fuerit, quod vis. Sunt enim duo aliquas in re: primo ut effectum habeat, alterum, ut ille effectus votis respondeat et talis sit qualem successu et eventu pro consiliis nostris esse volebamus.—110. *factis* Gud. a m. pr.—112. *Miscerique* tres Burm. *jubet* p. aliquot Pier., male. *foedere* jungi Ven. Franc. et Erf. quod suavius; sed alterum videtur doctius.—113. *mollire* Leid. un. pro var. lect. *roû tentare*.—114. *Perge modo* Witt., sed in marg. al. *sequar*.—115. *ille* un. Leid.—116. *Confieri* in Rom. et Longob. Pierii et quatuor Heinsii, qui copiose illustrat; reliqui fere corrupte *Quod fieri, Quo fieri, Hoc f. Quid f. An f.*, forte quod scriptum erat *Conferri*. Medic. a m. pr. *Quod f.*, et a sec. *Comf.*, Sprot. et pro div. lect. Rottend. pr. *Conferri*, Gud. *Quod f.* in litura. Ed. Ven. *An f. valeat*. Goth. sec. *Conpleri*.—118. *parent* Leid. *primus* Medic. et emendatum *primum*; etiam Rom. *pri-*

#### NOTE

quæ verteret arces: Hinc populum late regem.....venturum: nempe Romanum, Italum; cujus parentem Æneam ideo mari Juno insequeretur, ejeceratque vi tempestatis ad littus Africæ; ut eum a fundando in Italia regno averteret, ac debitum ejus fatis orbis imperium in Africa stabiliret.

110 *Fatis incerta feror, si]* Pro an: ita fere, 85. 'si fallere possit amantem;' id est, ut videat, an 'fallere possit amantem.'

116 *Confieri]* Baldus Ciceroni, in epist. ad Atticum, l. ix. 10. 'Ut per te res tota confieret.' Cæsar, de Bello Gall. l. vii. 'Posteaquam id difficilius confieri animadvertit.'

Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.  
 His ego nigrantem commixta grandine nimbum, 120  
 Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt,  
 Desuper infundam, et tonitru coelum omne ciebo.  
 Diffugient comites, et nocte tegentur opaca;  
 Speluncam Dido dux et Trojanus eandem  
 Devenient. Adero, et, tua si mihi certa voluntas, 125  
 Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.  
 Hic Hymenæus crit. Non adversata petenti

tum in sylcam, quando Sol crastinus primo extulerit se orientem, et luce detexerit mundum. Ego, dum equites current, et claudunt sylcas retibus, desuper immittam obscurum nubem mixta grandine, et commorebo fulmine totum aërem. Dispergentur comites, et occultabuntur densis tenebris. Dido et dux Trojanus pervenient ad idem antrum: præsens ero, et, si tuus consensus mihi certus est, sociabo illam firmo conjugio, et addicam Æneæ propriam. Hic erit Hymen. Non obsistens petenti

\*\*\*\*\*

mus. Dorvill. primos ubi.—119. intexerit Goth. sec.—120. Hic ego margo Nascimb. ingentem Zulich. a m. pr. cum mixta Wall. permixta Ven.—121. sylcasque Witt. In Goth. sec. hic versus post sequentem est collocatus.—122. morebo Gud. et duo alii ex interpr.—123. Defugient Sprot. Dum fugient Hugen.—125. Deveniunt Sprot. sit mihi Hamburg. alter; solenni errore.—126. Connubjo. Idem versus 1, 77.—127. atersatu olim lectum, testante Servio,

#### NOTE

119 *Titan*] Solis nomen: Refert Gyraldus ex antiquis fabularum auctoribus, *Titeam*, quæ Terra dicta etiam est, e *Cælo* genuisse *Titanas*, quorum unus fuit *Hyperion*, qui ex sorore *Baileas* suscepit *Solem* et *Lunam*. Unde Sol *Titan* dictus est gentili nomine. Omnia quippe incerta in fabulis.

121 *Trepidant alæ*] *Trepidant*: non semper est, *timent*, sed aliquando *festinant*, ut hic, et Æn. ix. 114. 'Ne trepidate meas, Tencri, defendere naves, Neve armate manus:' id est, *ne festinate*, prohibet enim defendi. *Alæ*] Idem sunt in equestri, quod in acie pedestri *cornua*: sic dictæ, quia equestres turmae pedestres copias quasi *alæ* tegunt. Et venatorum species quatuor profert Joannes Scoppa e veteri fragmento, *investigatores*, *indicatores*, *insidiatores*, et *alatos*, qui equo scerras in casses urgent.

*Delph. et Var. Clas.*

*Indagine cingunt*] *Indago*, juxta Servium, est ipsa ferarum inquisitio. Juxta Hortensium, sunt canes ferarum indagatores atque inquisitores. Juxta Budæum, quem sequuntur plerique omnes, est retium ac plagarum series in perticas sublata captandis feris. Facit pro Budæo quod *indago* ut plurimum jungitur cum verbis *cingendi*, *includendi*. Facit pro Hortensio, nomen ipsum, *indaginis*, quod in canes melius cadit: tum illud Ge. i. 140. 'canibus circumdare saltus:' tum istud e Livio l. vii. 'Cum præmissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret,' quod canibus longe convenientius est. Hinc suspensus hæreo de utroque quid statuam.

*Trepidant.....cingunt*] Certe hic tempus præsens est pro futuro: quod jam notavimus, 52.

127 *Hymenæus*] Vel *Hymen*, Deus

2 T

Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

Oceanum interea surgens Aurora relinquit.

It portis jubare exorto delecta juvenus.

130

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,

Massylique ruunt equites, et odora canum vis.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pœnorum expectant; ostroque insignis et auro

Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.

135

Tandem progreditur, magna stipante caterva,

*Venus annuit, et risit ob fraudem repertam a Janone. Interim Aurora surgens deseruit Oceanum. Luce orta juvenus electa exit e portis. Adsunt retia subtilia, plagæ, hastilia lata cuspidè, et equites Massyli, et virtus odoratrix canum, erumpunt. Primi Carthaginiensium expectant ad portas reginam tardantem in cubiculo: statque equus ornatus auro et purpura, et acer mandit frænum spumans. Denique procedit comitante magna turba, cincta versicolore instita circa Tyriam chlamydem:*

\*\*\*\*\*

et sic Romanus.—129. *Occasum* i. Hamb. pr. *fulgens Aurora* Oudart. similem diversitatem apud Ovid. 11 Fast. 500 notat Burm. *relinquit* Heins. prætolit e Medic. et Sprot. et Pierianis nonnullis, quibus adde Romanum. Vulgg. *relinquit*.—130. *jubare exorto* Hamburg. ater. *dilecta* i. tres Burm. *turbata* i. Excerpta Burm.—131. *et lato* Caris. i Inst. Gramm.—132. *Massylii, Massilii, Messali, Massali*, varie corrumpitur vox in codd.—133. *in thalamo* Goth. sec. in *limine* Montalb.—135. *Stant* Zulich. et fr. Witt., ac Nonius

#### NOTÆ

nuptiarum præses, Ge. III. 60. *Cytherea*, Venus, Æn. I. 261. *Aurora*, Ge. I. 249.

130 *Jubare exorto*] Primum diluculum notat: nam *Jubar*, juxta Varro-nem, lib. vi. de L. L. 'dicitur stella Lucifer, quæ in summo habet diffusum lumen, ut leo in capite jubam:' a quibusdam etiam pro Sole sumitur: et generatim pro rerum quarumlibet splendore: Stat. Theb. ix. 699. 'Et pictum gemmis galeæ jubar.'

131 *Retia, plagæ, &c.*] Venatoria instrumenta. *Retia rara*, casses minus denso filo contexti. *Plagæ*; vel majora retia, juxta Turnebum; vel, juxta Servium, funes quibus retia tenduntur circa imam summamque partem. *Venabula*; tela, sive hastæ breviores, ferro latiore.

132 *Odora canum vis*] *Odoratrix*:

nam *odora* proprie est, quæ odorem ex se emittit; *odoratrix* vero, quæ percipit.

*Canum vis*] Vel *copia et multitudo*: ut apud Cicer. de Harusp. Respons. 22. 'Vis innumerabilis servorum.' Vel *facultas odorandi*; ut apud eundem, de Divin. II. 35. 'vis cordis ad vivendum;' et 37. 'vis quædam sentiens.' Vel *canes ipsi*: Græco more, ut Homerus dixit Iliad. III. 105. Πυδύοιο βίην, Priami vim, pro ipso Priamo.

*Massyli*] Gens Africana, admodum incerti situs; a Virgilio ponitur ad occidentem Carthagini, nempe ad oceani fines, ut videbitur, 483.

*Cunctantem*] Scilicet placendi studio ex iis fuit mulieribus, de quibus Terent. Heaut. A. 2. S. 2. 11. 'Dum comuntur annus est.' De *ostro*, purpura, Ge. II. 506.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.  
 Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,  
 Aurea purpuream subnectit fibula vestem.  
 Necnon et Phrygii comites, et lætus Iulus, 140  
 Incedunt. Ipse ante alios pulcherrimus omnes  
 Infert se socium Æneas, atque agmina jungit:  
 Qualis, ubi hybernā Lyciam Xanthique fluenta  
 Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo,  
 Instauratque choro, mixtique altaria circum 145  
 Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;

*huic pharetra est aurea, capilli colliguntur in nodum aureum, aurca fibula cœrcet ceatē purpuream. Necnon et Trojani comites et lætus Ascanius eunt quoque: Æneas ipse formosissimus aliis omnibus addit se socium, et adjungit suas turmas. Qualis est Apollo, quando frigidam Lyciam flumenque Xanthum relinquit, ac petit Delum insulam matris, et renovat choreas, et mixti Cretenses Dryopesque pictique*

\*\*\*\*\*

*in ferus. mordet alter Hamb.—137. in picto sec. Moret.—138. ex humero mult. codd., sed meliores et Virgiliana ratio defendunt alterum ex auro. Sic Rom. et alii ap. Pier., quem vide, et Medic. et alii Heinsiani. nodantur et auro Sprot. ex interpolatione. Ingratum rō cui.—140. Tyris c. Rom. et nonnulli Pierii; forte ex v. 162. et pulcher Iulus Sprot. et pro var. lect. pr. Hamb., sed lætus accommodatus h. l., ut bene Burm. observat.—144. Delon alii, sed Virgilius enuntiationes latinas in his amat, ut Heins. docuit.—145. instaurant-que Leid. un.: ita res transferretur ad Cretes et Dr. Instruxitque Hugen. que post mixti deest alteri Menag.—146. Cretes Dryopesque pr. Hamb.,*

NOTE

137 *Sidoniam picto chlamydem limbo*] *Sidoniam*, explico purpuream, a Sidone, urbe Phœniciæ, vicina Tyro, unde purpura celebris, Ge. II. 506. *Picto*, interpretor, diversi a purpura coloris, fortasse aurei. *Limbo*, instita, in extrema ora chlamydis. *Chlamydem*, vestem militarem ac venatoriam, thoraci superpositam, casaque.

138 *In aurum*] Vel in reticulum aurei contextus implexi crines: vel crines ipsi flavi coloris in aurei nodi formam ligati. De *Phrygia*, Asiæ regione, unde Trojani erant, Æn. I. 385. De *Iulo*, Ascanio, ibid. 271.

143 *Qualis, ubi, &c.*] Comparaverat Virgilius, Æn. I. 502. Didonem cum Diana: nunc Æneam cum fratre Dianæ Apolline. Et aliquantum expressa res est ex duobus Apollonii

locis Argon. I. 1. Solennis autem erat opinio, Deos certis anni temporibus commutare sedes: atque Servius constare, sex hybernis mensibus Apollinem apud Pataram Lyciæ urbem oracula reddere; sex æstivis apud Delum Ægæi Maris insulam. *Lycia*, regio est Asiæ Minoris; ad meridiem maritima urbs ibi Patara fuit, nunc Patera, Apollinis templo quondam insignis, et Xanthus fluvius et urbs, nunc Santo.

144 *Delum maternam*] Quia in ea Ægæi Maris insula Dianam et Apollinem Latona e Jove peperit, Æn. III. 74. et 77.

146 *Cretesque Dryopesque, &c.*] Confluentes ad oraculum Delium undecumque populi. *Cretes* ex insula Creta, *Candie*; Æn. III. 104. *Dryopes*, ex



Ipse jugis Cynthi graditur, mollique fluentem  
 Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro;  
 Tela sonant humeris. Haud illo segnior ibat  
 Æneas; tantum egregio decus enitet ore. 150  
 Postquam altos ventum in montes, atque invia lustra,  
 Ecce feræ, saxi dejectæ vertice, capræ  
 Decurrere jugis; alia de parte patentes  
 Transmittunt cursu campos atque agmina cervi  
 Pulverulenta fuga glomerant, montesque relinquunt. 155  
 At puer Ascanius mediis in vallibus acri  
 Gaudet equo; jamque hos cursu, jam præterit illos,  
 Spumantemque dari pecora inter inertia votis  
 Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.  
 Interea magno misceri murmure cœlum 160

*Agathyrsi lætantur circa aras: ipse incedit in cacuminibus Cynthi, et componens effusos capillos cingit tenera corona, involvitque auro: sagittæ sonant ad humeros. Non deformior illo Æneus incedebat, tanta pulchritudo elucet in eximio vultu. Postquam perventum est ad altos montes et cubilia ferarum inaccessa: ecce capræ sylvestres emissæ e cacumine rupis decurrerunt per colles: ex alia parte cervi prætereunt cursu campos apertos, et fugiendo colligunt se in greges pulverulentos, ac deserunt montes. At juvenis Ascanius per medias valles exultat in equo generoso: et jam hos, jam illos anteit cursu, cupitque concedi totis suis aprum spumantem inter pigros illos greges, aut rufum leonem descendere e monte. Interim cœlum*

\*\*\*\*\*

memorabilis lectio; nisi quod ab interpolatore esse potest, qui metrum laborare putabat. *Curtesque Driopesque Regins. Cretes Dr.* alii. Fuit forte versus Græci poetæ: Κρήτες τε Δριόπες τ' ἡδὲ στυγροὶ Ἀγθύρσοι. *Agutirsi* scribunt fere librarii.—147. *Inde Exc.* Burm. a pr. m.—148. *Fronte Medic.* et Menag. pr. *fluens crines* Parrhas. *fugiens* Exc. Burm. a pr. m. *cingens* pr. Moret. *surgens aut Goth.* sec.—150. *emicat* pr. Hamburg. pro var. lect. *auro* Leid. et Ven.—151. i. *saxa* Parrhas.—152. a *vertice* Goth. tert.—153. *de rupe* Hugen.—154. *Transmutant* Zulich. *campos cursu* Menag. sec.—159. *discedere* Sprot.—160. *fulmine* a pr. m. Wall. *turbari* m. Goth. sec. et Erf.—

#### NOTÆ

Strabone l. ix. fuerunt in Peloponneso: eo transvecti, vel a Dryope Arcade, cum antea circa Sperchium Theasalix fluvium habitarent; vel ab Hercule ejecti e Doride, quæ est juxta Parnassum montem. *Agathyrsi*, gens Scythica, qui ex Mela l. ii. 1. 'Ora artusque pingebant, ut quisque majoribus præstabat, ita magis vel

minus.' Juxta alios, gens Sarmatica. *Cynthus*, mons in insula Delo. *Æn.* iii. 92.

151 *Lustra*] Ferarum cubilia: quare, Ge. ii. 471. De *Cervis*, quos esse in Africa multi negant, *Æn.* i. 188. Affirmant tamen Oppiani et Philostrati aliorumque testimonia apud Cerdanum.

Incipit. Insequitur commixta grandine nimbus.  
 Et Tyrii comites passim, et Trojana juvenus,  
 Dardaniusque nepos Veneris, diversa per agros  
 Tecta metu petiere. Ruunt de montibus amnes.  
 Speluncam Dido dux et Trojanus eandem  
 Deveniunt. Prima et Tellus et pronuba Juno  
 Dant signum: fulsere ignes, et conscius æther  
 Connubiis; summoque ulularunt vertice Nymphæ.  
 Ille dies primus leti primusque malorum

165

*incipit turbari magno tumultu: succedit nubes mixta grandine. Passim et comites Cæthaginienses, et juvenus Trojana, et Trojanus nepos Veneris, hinc inde per agros quasi verunt dispersas casas: torrentes cadunt e montibus. Dido et dux Trojanus deveniunt in idem antrum: et prima Tellus ac Juno pronuba dant signum: fulgura emicuerunt, et cælum particeps consilii de conjugio, et Nymphæ ulularunt ex alto cacumine. Ille dies primus auctor fuit exitii, et primus*

161. *comitata* g. aliquot Pier., male. *nimbus* Ven.—162. *At T.* pr. Hamb.—164. *Testa* pr. Moret., an *tesqua* rogat Burm.—166. *et ante Tellus* multis abest; itaque eleganter conj. Heins. *Primæ Tellus et pr. J.*—167. *Dat* Franc. Goth. pr. *ignis* Exc. Burm.—168. *Connubiis* Heins. e melioribus post Pierium, assentiente poetarum usu; alii *Connubii*. Rottend. *Conjugii* a m. pr. *Connubio* un. Pier. *Connubiis* esse metiendam, jam monitum fuit.—169. *laborum* pro div. lect. pr. Rottend. et pr. Hamb. et sic Jul. Philarg. ad 11 Ge. 168. Verum potest illa lectio ex Æn. vii, 481 huc revocata videri.—

## NOTÆ

163 *Dardanius nepos Veneris*] Ascaina, filius Æneæ, qui Anchisæ et Veneris filius: *Dardanius*, Trojaus, Æn. i. 239.

166 *Prima et Tellus, et pronuba Juno*] Constat ad singula gravioris momenti negotia solitos veteres captare auspicia atque omina; sed præsertim ad nuptias: ut diximus Æn. i. 350. Igitur omina quæ fuerint hic notandum est. i. Quidam aiunt *Tellurem* quoque e Diis fuisse nuptiarum præsidibus: *prima* autem dicitur ordine significandi, quia tunc prima omnium signa dedit: quæ autem? nisi terræ motum. ii. *Juno*, ut constat, nuptiis præfuit, hinc dicta *Pronuba*, *Γαμήλια* a *γάμος* nuptiæ. Hæc autem, cum pro aëre terræ proximo sæpe sumatur; signum dedit, *nimbus* et *commixta grandine*. iii. *Æther* superior, et ignea

mundi pars, quæ *Jupiter* aliquando dicitur, signa dedit fulguribus et fulmine; juxta eorum opinionem, qui fulmina putabant, non in media aëris regione fabricari, sed a Jove mitti ex igneo æthere. *Consci*us dicitur: quia nuptiarum illarum conscri et auctores Superi ipsi fuerant, Juno, Venus, ex ipse, quem suum in consilium adegerant, Jupiter, 110. et sequentibus.

167 *Fulsere ignes, &c.*] Mos erat in nuptiis, ut sponsæ ad sponsum eunti præferrentur faces; ut puellæ ad mediam noctem ante conjugum fores lætis carminibus perstreperent, quorum exemplum insigne superest apud Theocritum Idyllio xviii. Ideo Virgilius hic adhibet *fulgura* pro facibus; et *ululatum Nympharum*, pro carminibus.

168 *Nymphæ*] Vel fuere *Oreades*,

Causa fuit. Neque enim specie famave movetur, 170  
Nec jam furtivum Dido meditatur amorem :  
Conjugium vocat ; hoc prætexit nomine culpam.

Extemplo Libyæ magnas it Fama per urbes :  
Fama malum, quo non aliud velocius ullum ;  
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo ; 175  
Parva metu primo ; mox sese attollit in auras,

*calamitatum: nec enim Dido amplius terretur specie aut rumore, nec jam exercet amorem secretum ; hunc appellat conjugium, et velat crimen hac appellatione. Statim Fama currit per magnas urbes Africa: Fama, malum, quo nullum est celerius, præstat agilitate, et auget vires eundo: parva primum, ob timorem ; mox erigit se*

~~~~~

170. *famaque* duo. *fama* *spem* Goth. tert. *moretur* Sprot. *moratur* Dorvill.—171. *proxit* tres Burm., male.—173. *Libyes* aliquot Pier. et ed. Ven. *fit* Goth. sec. *magna fit* Gud. cum trinis aliis Burm.—174. *qua non* Romanus et Medic. adeoque libri vetustissimi ; acc. Rottend. pr. a m. pr. et sic Gudianum habere in Cortii Exc. notatum video. Etiam Servius ita legi testatur. Nec tamen Heins. recipere ausus, etsi impense placeret. Neque id a poëta profectum arbitror, sed a librarii errore. *violentius ullum* Hamburg. sec.—175. *adquirat* ex antiqua scriptura post Pier. emendavit Heins. Vulgo *acquirat*. Gud. a m. sec. *acquirat*.—176 *parva* *modi* vel *modo*, h. modulo, mensura ; ut Avien. 1351 *magnus uterque modi* ; conj. Jo. Schrader. in schedis : senserat forte *metu* haud satis aptum esse : sed v. Notam. *Parva ortu primo* conj. Gæs. in Agamemn. p. 42.

NOTÆ

Nymphæ montium, quia erant in speluncæ summo vertice. De iis Ecl. 11. 46. Vel, ut censet Cerdanus, *Diræ et Furæ*, quæ pro Nymphis ab amantibus acceptæ fuerint. De quo errore sic Dido apud Ovid. Heroid. vii, 73. 'Audieram voces: Nymphas ululasse putavi: Eumenides fati signa dedere meis.'

170 *Neque enim specie famave movetur*] Non specie, ac præsentī deformitate sceleris sui ; nec fama ac sermone absentium hominum.

174 *Fama malum, &c.*] Vapulat a Macrobio aliisque Virgilius, ob eam famæ descriptionem ; quam tamen subsequentes poëtæ imitari frustra conati sunt : et certe multum habet acuminis. *Mobilitate viget*, quia est incerta ac mutabilis. *Vires acquirit eundo*, quia vel una re monstrum videri potest, cum eundo cetera defi-

ciant. *Parva metu primo, mox, &c.* quia non nisi timide primo, quæ sunt tacenda, divulgantur. *Caput inter nubila condit* : quia licet sparsa sit ubique fama ; sæpe tamen ejus caput, atque anctor, et veritas, ignorantur. *Terra parens extremam progenit sororem* gigantibus : quia Fama turpia Deorum scelera evulgavit : qui videtur extremus Terræ conatus in Deos, post extincta Gigantum bella. *Huic pluma multæ* : quia unusquisque de suo aliquam quasi plumam famæ addit. *Vigiles oculi subter plumas* : quia videt omnia, videtur a nemine. *Nocte volat* : neque enim animadverti potest, qui fiat, ut tantillo tempore tam longe lateque pervagetur. *Luce sedet custos* : ut observet quæ tractantur inter homines ; præsertim in ædibus regum, magnisque urbibus. Ceterum tam est apta veris, quam falsis evulgandis.

Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.
 Illam Terra parens, ira irritata Deorum,
 Extremam, ut perhibent, Cæo Enceladoque sororem
 Progeniuit, pedibus celerem et pernicipibus alis. 180
 Monstrum horrendum, ingens : cui, quot sunt corpore plumæ,
 Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
 Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
 Nocte volat cœli medio terræque, per umbram
 Stridens, nec dukci declinat lumina somno. 185
 Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
 Turribus aut altis, et magnas territat urbes;
 Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.
 Hæc tum multiplici populos sermone replebat
 Gaudens, et pariter facta atque infecta canebat : 190
 Venisse Æneam, Trojano a sanguine cretum,

in aërem, inceditque per terram, et abscondit caput inter nubes. Terra mater irritata ob furorem Deorum produxit illam, ut narrant, ultimam sororem Cæo et Encelado, velocem pedibus et citis alis : monstrum horribile, ingens, cui quot sunt plumæ in corpore, tot oculi aperti vigilantes subter eas ; res mirabilis dictu, tot linguæ, tot ora loquuntur, tot arrigunt aures. Volat nocte per medium cœli, et per umbram terræ, stridens, nec permittit somnum oculis : die sedet speculatrix, aut in fastigio summi tecti, aut in altis turribus, et tremefacit magnas urbes : tam retinens mali et falsi, quam nuntia veri. Illa tunc læta implebat populos vario rumore, et narrabat perinde facta et non facta : Æneam venisse, ortum e Trojano sanguine,

—177. *Ingrediturque solum* Macrob. v Sat. 13, at c. 3 vulgata lect. cf. inf. x, 763. *polo* Erf. a m. sec.—178. *irritata* Heins. e Medic. et aliis scripsit. *irritata* volebat Pier. pro vulg. *irritata*. cf. Burm.—179. *Cæo al.*, male. Nam *Koios*. cf. ad Ge. 1, 279. *Cæo Celeoque* Exc. Burm. *Encelodoque* Menag. pr., ut al. *Enchelado. sorores* Parrhas. *sorore* tert. Mentel.—181. *quod* Rom. Mentel. pr. *sunt quot* Hugon. *pectore* Oudart. et Wall.—182. *Pervigiles* s. pr. Hamb. *subeunt* Franc. Parrhas. et plerique Pier. *subeunt* Ven. Wall. cum Goth. tert. *oculos subter* Schol. Lucani lib. 1, 472. *oculis subeunt* ed. Ven. *mirabile visu* Exc. Burmann. a m. pr., sed aliunde repetitum.—183. *ore* alter Menag. *auras* Gud. a m. pr.—184. *in medio* Goth. tert. *per umbras* aliquot Pier. et Burm.—185. *stridet oblongus* Vatic. Pierii et sec. Rottend. *declinant* Leid., ut int. se. *lumina* multi ap. Pier. et Burm. *lumine* pr. Moret. *cælo* alter Hamburg. a m. pr.—186. *Et nec pro Luce* Goth. sec. *summo* Hugon. et tert. Mentel. a m. pr. *vertice* pr. Hamb. pro var. lect.—188. *parvique* Goth. pr.—189. *dum, cum, tunc* in libb.—191. *a* deest Medic. et pluribus aliis, ut et alibi. v. ad 1,

NOTÆ

179 *Cæo Enceladoque sororem*] Gigantum præcipuis, Terræ ac Titanis filiis: qui bellum Jovi intulerunt ad ulciscendam patriæ injuriam, cui cœli reg-

num, ut fratri Saturni natu majori, debitum esse contendebant. Hi aggestis montibus, ut cælum ascenderent, iisdem oppressi sunt. Ge. 1. 279.

Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido;
 Nunc hyemem inter se luxu, quam longa, fovere
 Regnorum immemores, turpique cupidine captos.
 Hæc passim Dea foeda virum diffundit in ora. 195
 Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
 Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.
 Hic Hammone satus, rapta Garamantide Nympha,
 Templâ Jovi centum latis immania regnis,
 Centum aras posuit; vigilemque sacraverat ignem, 200

cui marito sociare se dignetur formosa Dido: nunc illos in luxu traducere inter se hyemem, quam longa est, oblitos regnorum, et correptos inhonesto amore. Turpis Dea spargit hæc passim per ora hominum. Confestim deflectit volatum ad regem Iarbam: inflammatque sermonibus animum ejus, et accumulât iras. Ille natus Jove Ammone, et Nympha Garamantide rapta, struxerat Jovi centum templa spatiosa vastis in regnis, et centum altaria: et dedicaverat ignem immortalem, per-

23 cf. Burmann.—192. *munere D. Menag. pr.*—195. *diffudit* aliquot Pier. et Burm.—196. *cursu detorquet* Gud. a m. pr. sc. se, non male, inquit Heins. Sed cf. Burmann. *Iarban* Heins. e Medic. et aliis; vulgo *Iarbam*, etiam *Hiarbam*, *Hiarban*, *Hiarba*.—198 *Ammone* duo Goth. puto et alii. *Agaramantide* Dor-

NOTÆ

198 *Hic Ammone satus*] *Jupiter Ammon*, Ægyptiis et Afriis celebre oraculum ac templum habuit in Libya, ad orientem Cyrenaicæ regionis, ad occidentem Ægypti, ad septentrionem Garamantum ac Nasamonum: in iriguo et palmifero loco, quamvis tota regio aridissima ac desertissima sit. Hujus origo varie refertur: tribuitur tamen maxime Libero, sive Baccho, cui per Libyæ deserta iter facienti, aries cornu fontem ibi monstravit; quem ille Jovem esse patrem arbitratus, templum ibidem erexit Jovi, cornuto et arietino capite, vocavitque *Ammon*, ab *arcna*, quæ Græcis est ἄμμος vel ψάμμος. Plutarchus tamen lib. de Iside, videtur negare nomen esse illud Græcæ originis, sed Ægyptiorum proprium. Unde aliqui putant *Ham*, sive *Cham*, Noë filium, primum Ægypti cultorem, sub eo coli nomine: alii *Solem*, qui, ut et *calor*, dicitur Hebræis *Hamma*; eique volunt, ut et Mosi, appicta esse cornua

pro radiis. Et vero ex Curtio l. iv. juxta illud templum fons erat quoque, *Solis* dictus, qui rigescebat interdiu, noctu fervebat; tepidus aut frigidus, pro vario *Solis* accessu aut recessu. Hoc adiit oraculum Alexander, cum esset in Ægypto: ab eoque se Jovis filium dici per sacerdotem curavit. Hujus hic *Iarbas* filius dicitur fuisse, et *Garamantidis* Nymphæ; sive *Garamantis* proprium, sive gentile nomen sit: non enim longe aberant populi *Garamantes*. De *Iarba*, 36.

199 *Templa Jovi centum, &c.*] Alii qui inde colligunt *Iarban* Ammonis templi conditorem dici: sed perperam: cum centum illa templa, *latis regnis*, id est, variis latissimi regni locis condita dicantur.

200 *Vigilem ignem*] Plutarchus, lib. de defectu oraculorum, testatur in Ammonis templo lucernam fuisse perpetuo ardentem, de quo more, Æn. ii. 297.

Excubias Divum æternas; pecudumque cruore
 Pingue solum, et variis florentia limina sertis.
 Isque amens animi, et rumore accensus amaro,
 Dicitur ante aras, media inter numina Divum,
 Multa Jovem manibus supplex orasse supinis: 205
 Jupiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
 Gens epulata toris Lenæum libat honorem,
 Aspicias hæc? An te, genitor, cum fulmina torques,
 Nequicquam horremus? cæcique in nubibus ignes
 Terrificant animos, et inania murmura miscent? 210
 Fœmina, quæ nostris errans in finibus urbem
 Exiguam pretio posuit, cui littus arandum,
 Cuique loci leges dedimus, connubia nostra
 Repulit, ac dominum Ænean in regna recepit.

petas excubias Deorum; et dedicaverat terram pinguem sanguine victimarum, et portas ornatas sertis versicoloribus. Ille autem impos mentis et inflammatus rumore acerbo, dicitur ante altaria, inter media simulacra Deorum, supplex elatis manibus plurimum orasse Jovem: O Jupiter omnipotens, cui gens Maurica epulans in versicoloribus lectis nunc effundit Bacchicum liquorem, videsne hæc? an vero frustra timeamus te, o pater, cum vibras fulmina? an fulgura vana in nubibus terrent mentes, et edunt inutiles sonos? Mulier, quæ raga in regione nostra condidit parvam urbem emtione, cui dedimus littus colendum, cui imposuimus conditiones loci: rejecit nuptias nostras, et admisit in regnum Æneam maritum. Et nunc

vill.—199. *Joris* Montalb. et Wall.—201. *Excubiasque Deum* aliquot ap. Pier. *externas* Hugen. *pecurumque* Leid.—203. *incensus* Exc. Burm. *amore* Gud. a m. pr.—204 *munera olim lectum* Servio teste: qui addit: "hoc est, in media precatone Deorum." Immo vero: inter sacra. Et hactenus hæc lectio valde aridet.—205 *supinis* scrib. in binis ap. Burmann.—206. *Juppiter* mss. et viri docti. Antiquiorem tamen scripturam una p fuisse non dubito; nam, ut scriptura pronuntiationem metri respectu in his sequeretur, serius factum. *Maurisia* al. ap. Pier.—207. *choris* Leid. *odorem* Dorvill. *amorem* alter Hamb. *perperam*. *Honor de libatione in Deorum honorem facta*, frequens ap. poëtas.—208. *Respicias* h. Franc. *Aspicias* hoc Dorvill. *hæc genitor, an cum tua* Venet. *an hæc vel hæc* mss. Pier. *torquens* Medic. et Leid.—209. *oremus* Dorvill.—210. *inmania* m. Dorvill.—212. *Exiguam* Medic. a m. pr. *posuit pretio* pr. Hamburg.—213. *Cui leges dedimusque loci* Leid. et Hugen. *locis* Wall.—214. *De-*

NOTÆ

205 *Supinis*] Notetur mos orandi veterum, non expassis, non porrectis; sed supinis manibus, ita ut palmæ celo obversæ essent.

206 *Cui gens Maurusia, &c.*] *Maurusi* sive *Mauri*, partem Africa occidentalem obtinebant, ab usque Cathagine aut Numidia, ad fretum Gadiitanum; varias in gentes distributi.

207 *Gens epulata toris, &c.*] Post sacrificia solebant e victimarum extis epulari, inque epulis vina in honorem Deorum libare et effundere. De *epulis* illis, Æn. vii. 175. De *libatione*, Æn. i. 740. De *toris*, lectis vulgo gramineis, Æn. iii. 224. De *Lenæo*, sive Bacchico honore, pro vino, Ge. ii. 4,

Et nunc ille Paris, cum semiviro comitatu,
Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem,

215

ille Paris cum comitatu effæminato, subligatus mitra Lydia circa mentum et capillos delibutos, fruitur præda: nos scilicet inferimus dona tuis templis, et sustentamus famam inanem. Omnipotens audiit eum precantem talibus verbis, et hærentem ad aras: et

.....

pulit Leid. pro var. lect., sed alterum voc. proprium. v. Burm. at Steph. et codd. Servil. *Æneam* aliquot, hinc Parrhas. *Æneam in sua regna r.*—215. *At nunc* Hamb. pr., male. v. Burm.—216. *M. m. barba* Nonius in *subnixus*. *Mæonia* male vulgo scribitur.—217. *Subnexus* Leid. un., et sic jam Gevart. et Salmas. maluerant. Adde Ruzæum, Cuninghamum. Pugnans contra Heina. h. l. et Gronov. Diatr. in Stat. c. 54. *Subnexus* in Statio etiam Marklandus probabat, Sylv. v. 3, 115, et multa pro hac lectione afferri possunt. cf. inf. x, 137 et 138, aliaque loca in Indice. Potest tamen *Subnixus* exquisitius dictum videri. vid. Not.; quodcumque enim subligatam sibi habet aliquam rem, illud *subnixum* ea re videri potest. *raptum* ms. Georg. Fabric. et pr. Rottend. a m. sec. Certe *raptum* hoc sensu accipiendum. *raptâ* Zulich. id est, stuprata. cf. Burm.—218. *flammas* conj. Voss., sed v. Burm. *movemus* pr. Hamburg. —219. Hic versus deerat alteri Menag. et poterat, Burmanno iudice, abesse; sed tuetur eum Macrobius. III Sat. 2 et inf. vi, 124 idem fere versus. *arasque*

NOTE

215 *Paris, &c.*] *Æneam* vocat Paridem, id est, mollem: de eo *Æn.* i. 31. Proptereaque Athenæus l. i. notat Homerum nemini heroum usum unguentorum, præterquam Paridi, tribuisse: erat autem usus ille præciue in capillis: unde mox addit, *crinemque madentem*. *Semiviro comitatu.*] Alludit ad morem Phrygum, apud quos insignis erat cultus Deæ Cybeles, cujus sacerdotes exsecabantur, unde molles et effæminati evadebant, vocabanturque Galli.

216 *Mæonia mitra, &c.*] Lydi ex Strabone, l. xiii. Priami tempore vocabantur *Mæones*, *Meones*, vel *Maloves* *Mæones*: paulo post *Lydi*, a Lydo rege, Herculis nepote. *Æn.* ii. 781. *Lydia* porro, Asiæ Minoris mediterranea regio est, quæ a poetis solet Phrygiæ annumerari, ex eodem Strabone l. xiv. Ad orientem ac septen-

trionem habet Phrygiam Majorem; ab occidente *Æolidem*: flumina *Pæctolum* et *Hecmum*, aureis arenis insignia: montem *Tmolum*, vino et croco celebrem: unde regio tota divitiis deliciisque nobilis fuit. Illic in usu erat *mitra*, pileum muliebre, incurvum: baccis insigne, ac redimiculis vinculisque, quibus mento subligabatur.

217 *Subnixus*] Servius interpretatur, *crinem unguentatum subnixum habens*, vel, *fiducia elatus*. Turnebus explicat, *sub mitra crinem ac mentum subjectum habens*.

218 *Famam inanem*] Qua dicor filius tuus, rex Libyæ, conjux Didonis futurus.

219 *Arasque tenentem*] Mos supplicantium ac sacrificantium: unde Varro apud Macrobius l. iii. 2. ait *aras* dictas olim esse *asas*, quasi *asas*, qui-

Audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit
 Regia, et oblitos famæ melioris amantes.
 Tum sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat :
 Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis ;
 Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
 Expectat, fatisque datas non respicit urbes, 225
 Alloquere, et celeres defer mea dicta per auras.
 Non illum nobis genetrix pulcherrima talem
 Promisit, Graiumque ideo bis vindicat armis :
 Sed fore, qui gravidam imperiis belloque frementem
 Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucrici 230

fleat oculos ad urbem regiam, et ad amantes negligentes famæ honestæ. Tunc sic loquitur ad Mercurium, et imperat talia : Vade age, fili, advoca Zephyros, et descende ads ; et alloquere Trojanum ducem, qui nunc moratur in Tyria Carthagine, nec considerat urbes a fatis sibi concessas : et porta per lecem aërem mandata mea. Mater ejus formosissima non cum nobis pollicita fuerat talem, nec eam ob rem bis eripuit eum e Græcorum armis : sed pollicita fuerat hunc futurum qui possideret Italiam plenam regnis, et belli cupidam : qui probaret originem suam esse e nobili sanguine

~~~~~

Witt. et ed. Ven. cum Goth. sec.—220. *audIt* Franc., ut inf. 672. *cultusque* pr. Hamb. pro var. lect. *ad devia* sec. Hamb.—221. *orantes* Leid.—222. *Tum* Heins. e codd. post Pier. alii *Tunc*. *cui talia* sec. Moret.—223. *Zephyros, elabere* Franc. *pinnis* Medic. et Gud.—225. *datas* pr. Rottend. vide lib. 1, 382, porro *perspicit, prospicit, aspicit* passim in codd. Pier. Heins. et Burmann. et nostris. cf. mox v. 236.—226. *refer* alter Hamburg. *mea jussa* Ven. *mandata* edd. aliquot vulgg.—227. *genetrix nobis* Wall. Goth. sec. Erf.—229. *bellicosæ* Parrhas. *furentem* Wall.—230. *deest a* in multis Pier. et Heins. et al.

#### NOTÆ

bus vasa teneri solent; quemadmodum *Valerii* et *Furii*, prius dicebantur *Valensii* et *Fusii*.

222 *Mercurium*] De eo, infra 238, &c. *Æn.* i. 301. De *Zephyris*, ventis occidentalibus, *Ecl.* v. 4. De *Dardaniis*, Trojanis, *Æn.* i. 239. De *Tyria Carthagine*, supra in argumento.

228 *Bis vindicat armis*] *Æneam* *Venus* bis e Græcorum armis eripuerat. Primo quando *Diomedes*, in Trojana obsidione, *Æneam* saxo ita percussit, ut is in genua prolapsus haud dubie occidendus fuisset, nisi *Venus* eum populo circumfusum eripuisset morti, *Iliad.* v. 315. Secundo quando *Æneas*,

matris consilio et auxilio, e Trojano incendio ereptus et ad fugam incitatus est, *Æn.* ii. 619. Neque enim iis assentior, qui explicant de ejus congressu cum *Achille*, ubi a *Neptuno* morti ereptus est, *Iliad.* xx. 290. Namque hanc ei opem non *Venus*, sed *Neptunus* contulit.

229 *Gravidam imperiis*] Variis regibusque distinctam ac plenam : qua forma dixit, *Ge.* ii. 5. ‘pampineo gravidus autumno Floret ager.’ De sanguine *Teucrici*, Trojanorum parentis, *Æn.* i. 239. De orbis imperio Trojanis Romanisque promisso, *Æn.* i. 282.



Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.  
 Si nulla accendit tantarum gloria rerum,  
 Nec super ipse sua molitur laude laborem :  
 Ascanione pater Romanas invidet arces ?  
 Quid struit ? aut qua spe inimica in gente moratur ? 235  
 Nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva ?  
 Naviget. Hæc summa est ; hic nostri nuntius esto.  
 Dixerat. Ille patris magni parere parabat  
 Imperio : et primum pedibus talaria nectit  
 Aurea : quæ sublimem alis, sive æquora supra, 240  
 Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.  
 Tum virgam capit : hac animas ille evocat Orco

*Teucris, et subjiceret imperio suo totum orbem. Si nullus splendor tantorum factorum hunc movet, nec suscipit ipse laborem ad suam laudem : an pater invidet Ascantio Romanam urbem ? Quid parat ? aut qua spe manet apud gentem inimicam ? nec cogitat posteritatem Italicam, et campos Lavinios ? Navim conscendat : hæc est summa, hic sit illi nuntius a nobis. Sic locutus erat. Mercurius parabat se ad obediendum jussis magni patris : et primo subligat talaria aurea ; quæ, seu supra mare, seu supra terram, ferunt pennis eum volentem pariter cum rapido vento. Deinde accipit virgam : per hanc ille educit ex Inferis animas pallidas, alias dejicit*

v. sup. v. 191. ab s. Nonius. cf. Heins.—232. *Quod si nulla movet* Witt. ex v. 272.—233. *ille Wall. sua deest* Dorvill. *suum Arusian. Mess., sed mendose. laborum Medic. a m. pr. et Gud., et v. 278 Parrhas. dolorem Goth. tert.—234. indicet arces Goth. tert.—235. in abest in nonnullis. v. Burm. : in tert. Goth. expunctum a m. sec.—236. Hæc pr. Goth. sec. conspiciit Hugen. vide ad v. 225. Lavinique Sprot. et Exc. Burm. v. ad 1, 2. et pro nec. v. Burmann. ad Ovid. Met. III, 492.—237. hoc summa est emendabat Heumannus, docte quidem, sed frustra. v. Burm. idem hic nostri nuntius esto, ut ab alia manu adjecta recidebat, adversante et hic Burmanno. Sed neuter videt, nuntium h. l. esse non narrantem, sed id quod nuntiatur. hæc summaque Dorvill. heic Commelin. hinc n. Oudart. et Zullich.—238. volebat sec. Moret. v. inf. 390.—239. et abest ab Hamb. sec. primo Goth. tert. Imperiis, primum Hamb. pr. Leid. a m. sec.—240. æquora juxta mas. ap. Macrobr. v. 6, ex v. 255 puto.—241. flumine tert. Rottend. fulmine alter Hamb. portant Medic. a m. pr. et alii duo Heins.—242. rapit Menag. pr. ille vocat una*

## NOTÆ

234 *Ascanione, &c.*] De eo, Æn. i. 271. Albam condidit, unde prodiit Roma per Romulum, Albanorum regum sobolem. Æn. i. 273. 278. De Ausonia, Italia, Æn. III. 171. De Lavinio, ab Ænea condita urbe, Æn. i. 6.

239 *Talaria*] Calceamenta alata Mercurii : quæ Valerius Flaccus vo-

cat *plantaria* ; Statius *alas plantares*.

242 *Virgam*] Qnam dono vicissim accepit ab Apolline Mercurius, cum ei lyram dedisset. Hac instructus cum abiret in Arcadiam, incidit in serpentes duos ad pugnam comparatos, projectaque virga statim compescuit. Unde pacis symbolum evasit virga illa duobus implexa serpen-

Pallentes ; alias sub Tartara tristia mittit ;  
 Dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.  
 Illa fretus agit ventos, et turbida tranat 245  
 Nubila. Jamque volans apicem et latera ardua cernit  
 Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit ;  
 Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris

*ad tristes Inferos, præbet aufertque somnos, et ex morte aperit oculos. Hac instructus pellit ventos et trajicit turbidas nubes. Jamque volans videt cacumen et excelsa latera duri Atlantis, qui capite sustinet cœlum : Atlantis, cui caput piniferum, sem-*

vocali elisa Longob. Pierii, et Mentel. pr.—243. *sub Tartara tristia.* Ordinem Burm. e codd. Pier. Heins. et suis restituit. Adde fragm. Vatic. Alii *sub tristia T.*—244. *limina* Gud. et Rottend. pr., quod Burm. arripit et probat, ut Mercurius defunctorum animabus resignet et aperiat limina Inferorum. Verum ita nec diversum hoc ab illis : *sub Tartara tristia mittit* ; nec *limina absolute ita de inferis locis dici posse videntur.* cf. Not. Nec quicquam proficis, si *nocte resignat* legeris ; nam et hoc ipsum esset otiosum post *dat adimitque.* In fragm. Vatic. totus versus ad calcem pagellæ erat ascriptus. Equidem malim hemistichium abesse : *et lumina morte resignat* : quocumque te interpretatione veritas, sententia est a loco aliena.—245. *transnat* Zulich. et Wall. cum nonnullis Pier.—247. *fulsit* aliquot Burm.—248. *Atlanti* Ven. et Goth. tert. a m. sec. *qui nubibus* Montalb., sed cui Prudentii quoque imitatione

## NOTÆ

tibus : quam Græci legatis suis dabant, ad pacem et securitatem ; vocabantque *κρηπίδων*, quia legati *κρηπίδες* ; ex qua voce Latini virgam ipsam appellaverunt, cum aliqua literarum deformatione, *Caduceum*. De Orco qui pro Inferis sumitur, Ge. I. 277. De Tartaro, profundissimo Inferorum loco, Ge. I. 36.

244 *Lumina morte resignat*] I. Explicat Servius, *claudit* : male : cum opponantur *resigno* et *signo*, id est, *sigillis munio, claudio*. II. Explicat Turnebus, *aperit in busto* : idque haurit e Plinio I. XI. 37. ' Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patetefacere, Quiritum magno ritu sacrum est : ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit ; et cœlo non ostendi, nefas.' Hoc igitur officium tribuit Mercurio : sed quia solebat id fieri a cognatis, antequam busto cadaver imponerent :

ideo III. Explico, *aperit oculos ex morte* ; id est, *revocat e morte corpora* : quod quintum officium a primo distinguitur : primum enim est, *quod animas ex Orco evocet*, sive ut Jovi sistat, sive ad alia ministeria : quintum est, *quod corpora ipsa revocet a morte, oculosque corporis aperiat*.

247 *Atlantis*] *Atlas* mons Africæ maximus, nivoso semper cacumine, Mauritaniam a Libya interiore dividens ; et ad oceanum occidentalem desinens : hujus longa series dicitur ab Hispanis *Montes Claros*. In hunc dicitur *Atlas* rex Mauritanicæ commutatus a Perseo, aspectu Medusæ capitis, quod is eum excipere hospitio nolisset : cum antem esset idem *Atlas* astrologiæ peritissimus, cœlum dictus est humeris sustinere. Hic a Virgilio describitur, quasi hominis figuram adhuc retinens.

Piniferum caput et vento pulsatur et imbri ;  
 Nix humeros infusa tegit ; tum flumina mento 250  
 Præcipitant senis, et glacie riget horrida barba.  
 Hic primum paribus nitens Cyllenius alis  
 Constitit : hinc toto præceps se corpore ad undas  
 Misit ; avi similis, quæ circum littora, circum  
 Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta. 255  
 \* Haud aliter terras inter cœlumque volabat ;  
 \* Littus arenosum Libyæ ventosque secabat  
 \* Materno veniens ab avo Cyllenia proles.

*per circumdatum nigris nubibus, tunditur ventis et pluviis: nix superjecta tegit humeros: præterea fluvii devolvuntur e mento senis, et barba horrida concrevit glacie. Hic primo stetit Mercurius contendens alis aequalibus; hinc delapsus toto corpore se impulit ad undas: similis volucris, quæ circa littora, circa rupes piscosas volat demisse prope mare. Non aliter proles Cyllenia veniens ab Atlante avo materno, volabat inter cælum et terram, scindebat aërem et littus arenosum Libyæ.*

\*\*\*\*\*

firmat Heins. cum n. Beda ap. eund.—249. *Pinniferum* Gud. et dno Leid. *Penniferum* tert. Rottend. et *cælo* Parrhas. a m. pr. *quassatur* apud Bedam et in binis Moret. ac Donato. Hinc et emendatio Heinsiana in Silio 1, 206 loco hinc expresso firmari poterat, aut, si firmata satis esset, eandem lectionem in Virgilio stabilire. *imbre* Beda et Goth. sec. *igni* Goth. pr.—250. *flamina* Goth. pr.—251. *regit* Gud. *rigat* tert. Rottend.—252. *Sic et Cyllenius heros* Wall. *Nec paribus primum* Dorvill. *quamvis hic vertice cæli* Latat. ad Statium, sed ex lib. 1, 225, uti Burm. vidit.—253. *hic t.* duo Burm. tanto Goth. pr. *pectore* Ven.—254. *circum quæ* Parrhas. et sic Cuningh. e codd. Markland.—255. *contra juxta* Dorvill. et omisum *humilis*. vid. Burmann.—256. 257. Ingrati versus, et sono in voce extrema eodem bis redeunte, et impedita verborum structura. Haud facile fuit qui Maronem legeret, quin ad hos versus offenderet. De structura v. Not. In codd. Medic. et multis aliis Heinsii et Burm.: *ac Libyæ*, vel *et L.*, at Gud. a m. pr. cum aliis *ad Libyæ*, quod Brunckium prætulisse video. *ventoque* Ven. Sed hæc parum juvant. Heins. conj. *cælumque volatu*, vel *rolando*. Elegantior est Bentleii emendatio ad Horat. 1 Od. 34 *legebat*. Tan. Faber versus alterum: *Littus arenosum* jugulabat, qui et Zulich. deest: verum, si hunc solum sustuleris, sententia manca relinquitur. Debet enim Mercurii volatus juxta mare ac littus declarari. Sunt tandem codd. Pierii et Heinsii et bini Gothani, cum Erf. a m. sec., in quibus versus *Materno veniens* præponitur alteri: *Littus arenosum*; hoc arridebat Heinsio, cum sic ingratus sonus tollatur. At Burm., qui docte de hoc loco egit, vulgatum ordinem (cujus etiam in fragm. Vatic.

#### NOTÆ

252 *Cyllenius*] Atlas hic septem Pleiadum pater fuit, Ge. 1. 138. Haurum una *Maia* Mercurium peperit ex Jove, in vertice *Cyllenes*, Arcadiæ montis. Unde Atlas dicitur Mercurii *avus maternus*, id est, avus Mercurii ex parte matris.

254 *Ari similis*] Comparatio illa habitusque Mercurii est ex Homero, *Odys.* v. 43. Avem vocat *Homerus Larom*, quæ vel est fulica, *soulique*, vel ciconia, vel alia; de ea enim varie disputatur.

Ut primum alatis tetigit magalia plantis :  
 Æneam fundantem arces ac tecta novantem 260  
 Conspicit ; atque illi stellatus iaspide fulva  
 Ensis erat, Tyrioque ardebat murice læna,  
 Demissa ex humeris : dives quæ munera Dido  
 Fecerat, et tenui telas discreverat auro ;  
 Continuo invadit : Tu nunc Carthaginis altæ 265

*Statim atque alatis pedibus attigit casas ; vidit Æneam fundantem arces, et repa-  
 rantem tecta : illi autem erat ensis interpunctus iaspide fulva, et toga rubescebat ex  
 Tyria purpura pendens ex humeris : quæ ornamenta fecerat opulenta Dido, et dis-  
 tinxerat telas subtili auro. Statim aggreditur eum his verbis : Tu nunc statuis*

~~~~~

vestigia visuntur) tuetur similium versuum exemplo, inprimis lib. x, 213, 214. Ita maneret saltem hoc : esse versus similes in Virgilio, non minus male cosos. Præstat dicere, esse versus Virgilii, sed manum ultimam eos haud esse expertos. At nec minus probabilitatem habet illud, non modo unum vel alterum, sed omnes tres versus : *Haud aliter. Littus a. Materno v.* deberi inepto interpolatori, qui desiderabat comparationis apodosin, quæ illa ad Mercurium transferretur. Sunt autem versus tam jejuni et salebrosi, ut vix de fraude facta dubitare liceat. Habeo quoque assentientem hac in re sagaciss. virum Jac. Bryant : nec vereor, quin idem sensuri mecum sint viri docti, qui hæc legunt.—258. In nonnullis desiderari hunc versum, notavit Ge. Fabric.—259. *allatis* duo Burm., item *magalia*.—260. *tela* n. ed. D. Heins. operarum vitio.—261. *ac illi* Goth. tert. ; an *ecce illi* ? fulco Erf. In reliquis libri nil mutant. Sed defuit, arbitror, et his manus secunda poetæ ; et Tucca cum Varro versus inchoatos coagmentarunt ; finierat forte poetæ alterum locum in *Conspicit*. tum alter ascriptus erat : *illi stellatus i. f.*—262. *lana, lana, leca* aberrant in *læna*.—263. *Dimissa* multi, ut solent. cf. Burm.—265.

NOTÆ

259 *Magalia*] Casas pastorum Li-
 byæ, de quibus Ge. III. 340.

261 *Stellatus iaspide fulva*] Capulus gladii cum vagina, gemmis, quasi stellis interpunctus. De *iaspidis* pretiosi lapilli coloribus multa Plinius l. xxxvii. 9. Nulla tamen fulva tota agnoscitur : sed, aureo tantum distincta quasi pulvere. *Fulvus* autem color mixtus est ex rufo et viridi, qualis est in leonibus.

262 *Tyrio murice læna*] *Læna* : Non-
 mio vestimentum est militare, quod supra omnia vestimenta assumitur ; sed facile errare potuit, et *lænam* cum chlamyde confundere : si quidem Varroni, Festo, atque aliis *læna*, ves-
 timentum est duplex, instar duarum

togarum ; atque adeo oblongum, et bello parum commodum. Sacerdo-
 talis fuit vestis : unde Popilius *Lænas* appellatus est, quod ea indutus exis-
 set e sacrificio ad seditionem sedan-
 dam. Hyberna etiam videtur fuisse ob densitatem : quare tum conve-
 niens erat Æneæ, qui in hyeme ver-
 sabatur, infra 309. 'hyberno mo-
 liris sidere classem : ' nomen vel a
lana multa, juxta Varronem ; vel jux-
 ta Plutarchum, a Græca voce *χλαῖνα*,
 quæ vestis erat ejusdem usus, *χλαῖνα*
 enim est *calefacio*. De *Tyrio murice*,
 purpura, Ge. II. 506. De *Olympo*,
 Thessaliæ monte, qui pro cælo sumi-
 tur, Ecl. v. 56.

Fundamenta locas, pulchramque uxori urbem
 Exstruis? heu regni rerumque oblite tuarum!
 Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo
 Regnator, coelum et terras qui numine torquet;
 Ipse hæc ferre jubet celeres mandata per auras: 270
 Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
 Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse tua moliris laude laborem;
 Ascanium surgentem, et spes heredis Iuli
 Respice; cui regnum Italiæ Romanæque tellus 275
 Debentur. Tali Cyllenius ore locutus
 Mortales visus medio sermone reliquit,
 Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
 At vero Æneas aspectu obmutuit amens,
 Arrectæque horrore comæ, et vox faucibus hæsit. 280
 Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras,

fundamenta altæ Carthaginis, et condis pulchram urbem uxori serviens, heu! immemor regni tui et rerum tuarum. Ipse rex Dcorum, qui potestate sua vertit cælum et terras, misit me tibi e cælo splendido: ipse imperat me portare hæc sua mandata per levem ærem: quid paras? aut qua spe perdis otia in Libyca regione? Si nullus splendor tantarum rerum te movet; nec suscipis ipse laborem ad tuam laudem; attende ad Ascanium crescentem, et ad spes heredis Iuli: cui imperium Italiæ et Romana terra debentur. Talibus verbis locutus Mercurius fugit aspectum humanum in medio sermone, et procul abiit ex oculis in levem ærem. At vero Æneas stupefactus visu, obmutuit, et capilli præ horrore arrecti sunt, et vox stetit in gutture. Cupit exire fugiendo et deserere gratum regionem,

radit tert. Rottend. a m. pr.—267. Construis Zulich.—268. claro tibi me Menag. pr. dimittit multi et hic.—269. ac terram, et terram alii ap. Heins. qui fulmine Parrhas.—270. celoas sec. Rottend.—271. Quis Gud. t. omniu ed. Ven., male.—273. Ne s. Exc. Burm. sua Mentel. pr. Totus versus abest a Medic., cum quo convenit Goth. tert., in nonnullis manu secunda insertus aut margini ascriptus. Apud Pompon. Sab. legitur: “Nec super secundum Apronianum.” Videtur aliquid excidisse. Nam corrector ille Virgiliani operis (v. Tom. i. post præf. de cod. Mediceo) versum hunc resciderat, ut ex Medicei codicis lectione apparet. Vss. 271—275 facti ad vss. 232—236. Pierius nil de suis monuit; qui adeo nihil novasse videntur.—274. spes surgentis pr. Hamb. Dorvill. ex lib. x, 524, aut potius ex anteced. verbis.—276. Debetur Hngen. et pr. Rottend. a m. pr. v. ix, 619. voce locutus Dorvill. C. o. l. Mortalis Ge. Fabric. in ms. junctum viderat. in sermone aliquot Burm. relinquat Exc. Burm.—278. invanuit Hugen. umbram Ven.—279. obm. uno alter Menag.—280. Erectæque pr. Hamb. pro var. lect. v. inf.

NOTE

275 *Regnum Italiæ Romanæque tellus*] Tellus, Romana olim dicenda; supra 234.

Attonitus tanto monitu imperioque Deorum.
 Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furem
 Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?
 * Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, 285
 * In partesque rapit varias, perque omnia versat.
 Hæc alternanti potior sententia visa est:
 Mnesthea Sergestumque vocat, fortemque Cloanthum;
 Classem aptent taciti, socios ad litora cogant;
 Arma parent, et, quæ sit rebus causa novandis, 290
 Dissimulent; sese interea, quando optima Dido
 Nesciat, et tantos rumpi non speret amores,
 Tentaturum aditus, et quæ mollissima fandi
 Tempora, quis rebus dexter modus. Ocyus omnes
 Imperio læti parent, ac jussa facessunt. 295
 At regina dolos (quis fallere possit amantem!)

territus tanto monito et jussu Deorum. Heu! quid faciat? quo alloquio audeat circumvenire reginam amantem? unde capiat primum initium? et nunc huc, nunc illuc distrahit animum, et trahit in diversas partes, et veloit per omnia. Hoc consilium visum est melius ponderanti. Vocat Mnestheum, et Sergestum, et fortem Cloanthum: jubetque ut instruant classem secreto, et congregent socios ad litus, et præparent arma; et celent, quæ sit causa mutandarum rerum: interim, dum bona Dido ignorat, et non suspicatur abrumpi tantos amores, se questiturum aditus, et quæ tempora loquendi erunt commodissima; quæ via negotii conficiendi tutissima. Celeriter omnes obediunt læti mandato, et exaquantur jussa. Sed regina præsensit fraudem (quis possit decipere amantem!) et cognovit prima

~~~~~

v, 138.—282. imperio monituque ap. Priscian. lib. xi.—283. agit sec. Rottend. quoniam tres Burm. et ita Nonius. quoniam Leid.—284. affatum Exc. Burm. et quæ alii, sed sustulit rō et Heins., Pierianorum et suorum librorum auctoritate.—285. Atque omnes codd. et Schol. Cruqu. Horatii ii Od. 16. Importunum tamen et forte ex lib. viii, 20 illatum, ubi duo hi versus repetuntur. Placet Heinsii conj. *Utque animum.* Brunck. utrumque versum omisit, suo periculo.—286. deest Gud. a m. pr., item fragm. Vatic. a m. pr.—288. fortemque Sergestum optimi libri Medic. Gud. et alii ap. Pier. et Heins. et fragm. Vatic. ac duo Goth., et potest vulgata ex lib. i, 510 repetita videri; unde etiam Anthea in nonnullos venit. *Mestea, Cloanta* al.—289. aptant—parant Goth. sec. et tert. sociosque vulgg., sed rō quæ sustulit Heins. post Pier. secundum codd. ad limina Exc. Burm.—290. parant alter Hamb. et abest ab ed. Junt. et quæ rebus sit Gud. cum fragm. Vatic. et binis aliis. Totum versum omittit alter Gudianus.—294. quis Heins. e libris, ut Virgilii mos fert. Vulg. qui.—295. et j. fragm. Vatic. facessunt Franc. capessunt pr. Hamb. pro var. lect.—296. dolo Ven. a m. sec., scilicet ut jungatur dolo fallere; qui Mentel. tert., ut sit quomodo.

#### NOTE

288 *Mnesthea*, &c.] Accusativus eo, de quo *Sergesto*, et *Cloantho*, *Æn.* Græcus, pro Latino *Mnestheum*] De v. 116.

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

2 U

Præsensit, motusque exceptit prima futuros;  
Omnia tuta timens. Eadem impia Fama furenti  
Detulit armari classem, cursumque parari.

Sevit inops animi, totamque incensa per urbem

300

Bacchatur; qualis commotis excita sacris  
Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho  
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Tandem his Æneam compellat vocibus ultro:

Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum

305

*tumultum futurum, metuens omnia vel tutissima. Eadem Fama nuntiavit amanti, classem instrui, et parari discessum. Furit inopis mentis, et inflammata bacchatur per totam urbem: qualis Baccha incitata quassatis simulacris, quando orgia triennalia stimulant eam audito Baccho, et Cithæron incitat eam nocturno tumultu. Denique ultro alloquitur Æneam his verbis: Etiamne, o perfide, sperasti posse celare tan-*

~~~~~

Verum sic sententia jugulatur. possent aliquot Burm.—297. accepit aliquot Pier.—298. fata Goth. tert. a m. pr. et Menag. pr. furentis Medic. a m. pr. et hoc illustrat Pompon. Sab. "Apronianus ait, furentis, sicque intelligit: eandem Fama furentis Didonis detulit armari classem." Etsi hic Apronianus illam lectionem non probasse, sed damnassee, videtur.—302. Thyias c. Brunck. recepi astipulante Medic. Pierii, fragm. Vatic. a m. pr. Gud. et Mentel. pr., et sic ex Velio Grammatico reponere volebat Pierius, recte puto; etsi prior in *Θέω* natura longa est. cf. Burm. h. l. et Benth. ad Horat. II Od. 19, 9. Est *Θέω*, ut *Θεοῖς ἀπορίτοις ἱεροῖς*. Apollon. Rh. I, 636. Thyas vulgo, ut pleurumque; sic et *Harpyia* male pro *Harpyia*. *Thias*, *Thias* alii vitiose, uti mox *trietrica*, *trietricha*. stimulat Dorvill. a m. sec. *trepidant* tr. Velius Longus ap. Heins. *Bacchi* fragm. Vatic., sed o ascripta.—303. nocturnusque Burm. e Lutatio. nocturnusque Gud. nocturnusque Erf., quod ferri posset. *Cithære*

NOTÆ

301 *Bacchatur*, &c.] Didonem comparat Bacchi comitibus feminis: quæ ipsum ex India victorem temulentæ sequebantur, lynces ac tigres ejus curru subligatas commovebant, coronatæ pampino, thyrsis armatæ sive hastis pampino atque hedera implicatis. Hinc I. *Bacchæ* vocatæ sunt, et *Thyades*, a *Θέω* curro, vel a *Θέω* sacrifico, impetu feror. II. Harum exemplo, sacra sibi a mulieribus fieri deinceps voluit, quæ dicta sunt *ὄργια*, *Orgia* ab *ὄργη* ira, quia cum furore peragebantur. III. *Cithæron* sacris illis celebris, mons Bæotiæ, pars Parnassi, ut quibusdam videtur: et vero pars aliqua Parnassi dicata fuit Baccho, Ecl. VII.

25. IV. Sacra illa inprimis tertio quoque fiebant anno; et Athenienses ante institutas Olympiadas, per Dionysia sive Bacchica festa solebant tempora distinguere: vocabantque festa illa *τρετηνιαχά*, *trietrica*, id est *triennalia*, a *τρία*, et *ἔτος* annus. V. Noctu fiebant: unde dicebantur *νυκτῆλια*, *nyctelia*, a *νύξ*, *nyctis*nox. VI. *Commotis sacris*: id est, vel quassatis thyrsis, sacris Baccho hastis, de quibus Ecl. V. 29. vel commoto, quod circumferebant, Bacchi simulacro: unde Horatius Od. I. I. 18. 11. 'non ego te, candide Bassaren, Invitum quatiām.'

305 *Dissimulare*, &c.] Tres habet partes hæc oratio. PROPOSITIONEM,

Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?
 Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
 Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
 Quin etiam hyberno moliris sidere classem,
 Et mediis properas Aquilonibus ire per altum, 310
 Crudelis? Quid? si non arva aliena domosque
 Ignotas peteres? et Troja antiqua maneret?
 Troja per undosum peteretur classibus æquor?
 Mene fugis? Per ego has lacrymas, dextramque tuam te,
 (Quando aliud mihi jam miseræ nihil ipsa reliqui) 315
 Per connubia nostra, per inceptos hymenæos;
 Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
 Dulce meum: miserere domus labentis, et istam,

tum crimen; et tacitus abire e mea regione? Nec te amor noster, nec te dextra olim data, nec Dido retinet peritura crudeli morte? Imo etiam struis classem hyemali tempore, et properas navigare per mare inter medios Aquilones, crudelis! Quid? si non quæreres regionem externam et sedes incognitas, sed si vetus Troja staret: an classe peteretur a te Troja per mare procellosum? An fugis me? ego oro te per has lacrymas et dextram tuam (siquidem ipsa nihil aliud reservavi mihi jam miseræ) per conjugium nostrum, per nuptias inchoatus; si bene merui quicquam de te, aut si quicquam meum fuit gratum tibi: miserere domus meæ cadentis; et, si quis adhuc

Wall.—306. *discedere* multi ap. Burm. et duo Goth.—308. *vulnere* Exc. Burm.—309. *moliri* Medic. cum aliis Heins., ut jungatur cum *properas*; non male.—310. *In mediis* pr. Hamb. *per Austrum* Goth. sec.—311. *arma* Goth. sec. a m. pr. cf. ad 1, 554. *domusque* aliquot Pier.—312. *si Troja* Goth. tert., satis bene.—314. *tuamque* multi ap. Burm. sed haud dubie vitiose. *te* Aproniani lectionem esse, Pompon. Sab. monuit.—315. *relinqui* Franc. Versus deerat Par. rhas., at Venetus ei præponit alterum: *Per connubia n.*—316. *inceptosque* ali.

NOTÆ

qua constituit non esse Ænæ clam fugiendum, idque per interrogatorem duobus primis comprehendit. CONFIRMATIONEM per quinque rationes 1. est *Amor*. 2. *data dextera* et *fides*. 3. *Pietas* in morituram *crudeli funere*. 4. *Incommoda itineris, hyberno sidere*. 5. *Comparatio a majori ad minus*: Non peteres Trojam hac tempestate, ergo multo minus *arva aliena* et *domos ignotas*. PERORATIONEM, sive affectuum commotionem, in qua maxima vis est. Nam, 1. *Obsecrationes* adhibet per *sacratissima* et *carissima* quæque. 2. *Com-*

memorat beneficia, odium exterorum et suorum, extinctum pudorem, famam amissam. 3. *Exponit solitudinem suam et pericula, quibus ad mortem certissime adigetur*. 4. *Videtur aliquid Ænæ concedere, ut vicissim aliquid obtineat; precaturque saltem ut expectet, dum aliqua sibi supersit ex eo soboles*.

310 *Aquilonibus*] De iis septentrionalibus ventis, Ecl. vii. 51. De *Hymenæis*, Ge. iii. 60. De *Nomadibus*, qui et *Nuvidæ* dicuntur, supra 40. De *Pygmatione*, 44. De *Iarba*, 36.

Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
 Te propter Libycæ gentes Nomadumque tyranni 320
 Odere; infensi Tyrii; te propter eundem
 Extinctus pudor, et, qua sola sidera adibam,
 Fama prior; cui me moribundam deseris, hospes?
 Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.
 Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater 325
 Destruat, aut captam ducat Gætulus Iarbas?
 Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
 Ante fugam soboles; si quis mihi parvulus aula
 Luderet Æneas, qui te tamen ore referret;
 Non equidem omnino capta ac deserta viderer. 330
 Dixerat. Ille Jovis monitis immota tenebat
 Lumina, et obfixus curam sub corde premebat.
 Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando

aditus est precibus, prece deponere hoc consilium. Propter te populi Libycæ et reges Numidarum oderunt me, et Tyrii infensi sunt mihi: propter eundem te pudor perit, et prima fama, per quam unicam attingebam astra: cui relinquo me morituram, o hospes? siquidem hoc unum nomen superest de conjuge. Quid exspecto? an ut Pygmalion frater diruat muros meos? aut Iarbas Gætulus trahat me captivam? Saltem si ante fugam aliqua proles mihi suscepta fuisset de te, si parvulus aliquis Æneas mihi luderet in aula, qui te tantummodo cultu repræsentaret: equidem non plane viderer decepta aut derelicta. Sic locuta fuerat. Ille jussu Jovis tenebat immotos oculos, et obstinatus exercebat curam in animo. Tandem reposuit hæc pauca:

quot Burm.—320. *Libycæ* pr. Moret. et sic Arasian. Messius ap. Heins. *Libie* Dorvill. *Numadumque* multi et *Numidumque*. Hoc jam Pierius præferebat. Sed Græcum poëtæ hand dubie placuit. *Numidæque* sec. Moret. cf. inf. 635 et al.—321. *et te* pr. Hamb.—323. *Cur me* duo Burm., male. *morituram* legitur ap. Priscian. lib. XIII, aliter scripti.—326. *Destruit* pr. Moret. et Exc. Burm. *an captam* sec. Moret.—328. *parvus in aula* tres Heins., sed vulgatam tuetur Juvenalis imitatio Sat. v, 138 *nullus tibi parvulus aula Luserit Æneas*; et Catulli exemplum LVIII, 216.—329. *qui te tamen* e Medic. et aliis præstantioribus etiam Pier., et Arasiano Messio, Heinsius, post Bened. Vulgo: *qui te tantum*, alii *qui tantum te*.—330. *aut alii* codd. et edd. ante Heins. *ac destructa* Puget. *videret* Menag. alter.—331. *inventa* Goth. tert., non inficete.—332. *te*.

NOTÆ

333 *Ego te, quæ, &c.*] Tres habet partes Æneæ responsio. CONFESSIO-
 NEM acceptorum beneficiorum, pro
 quibus gratum animum pollicetur: id-
 que locum habet exordii. NEGATIO-
 NEM furtivæ fugæ: immo et conjugii,
 quod legitimum non fuit, et sine so-

lennibus ceremoniis, supra v. 166.
 EXCUSATIONEM. 1. Quia primum ip-
 sius consilium fuit Trojam instaurare
 in Phrygia: quo in flexu rerum, con-
 jux Didonis esse non poterat. 2. Quia
 Dii in Italiam ipsum etiam repugnan-
 tem miserant; quod alterum fuit con-

Enumerare vales, nunquam, regina, negabo
 Promeritam; nec me meminisse pigebit Eliisæ; 335
 Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
 Pro re pauca loquar. Neque ego hanc abscondere furto
 Speravi, ne finge, fugam; nec conjugis unquam
 Prætendi tædas, aut hæc in foedera veni.
 Me si fata meis paterentur ducere vitam 340
 Auspiciis, et sponte mea componere curas:
 Urbem Trojanam primum dulcesque meorum
 Reliquias colerem; Priami tecta alta manerent;
 Et recidiva manu posuissem Pergama victis.

Ego, o regina, nunquam negabo te meruisse de me multa, quæ loquendo potes enumerare: nec me pigebit recordari Eliisæ; quamdiu ipse recordabor mei, dum anima movebit ista membra. Dicam pauca pro statu rei. Nec ego speravi tegere silentio hanc fugam, ne fingas id tibi; sed etiam nunquam prætexui faces maritales, aut veni huc ad has nuptias. Si fata permitterent me transigere vitam mea voluntate, et constituere negotia meo arbitratu: primo venerarero Trojanam urbem et dulces reliquias meorum, et starent alta palatia Priami, et manu condidissem victis Pergama

nebat alter Hamb., sed v. lib. 1, 211.—335. nec te Serv. ad 1 Æn. 74. Eliisæ Heins. cum Mediceo et melioribus; et sic Græcis Ἐλισσα. Vulgg. Elisa.—336. Dum meminisse Wall. regit Heins. e Medic. et aliis. Vulgo reget, alii regat. tert. Moret. regis.—337. Pro te ed. Dan. Heinsii, male. v. Burm. loquor sec. Rottend. et tres Burm. ego deest ibidem in nonnullis. furtim pr. Moret., ut alibi. cf. Burm.—338. nec finge tres Burm. cum Goth. tert. ne conj. Exc. Burm.—339. haud hæc Goth. pr.—340. voluissent d. unus Pierii.—341. aut sponte Hamb. alt. meas idem cum aliquot aliis. deponere Vratisl.—343. et ante Priami secundum codd. Pierii et suos sustulit Heins.—344. Si Aut r. legas, sententias aliter jungere licet: Priami t. a. manerent, Aut r. ad mei animi votum, aut superesset Troja, aut a me restitueretur. recidiva ali-

NOTÆ

jugii obstaculum. 3. Comparatione a pari; quia si Dūs ipsa paruit, et eorum jussu Carthagine detinetur, quidni ipse sequatur Deos in Italiam? 4. Quia cogitur iis obsequi, et paternæ umbræ et ipsius Mercurii admonita. 5. Quia fati jubetur Ascanio regum parere, quo careret in Libya, ubi regnum ad suam ex Didone sobolem pertineret. Fatendum tamen orationem illam, si Deorum jussa excipiam, sane esse subfrigidam.

340 *Meis Auspiciis*] Mea voluntate atque sponte, meo arbitratu. Mos enim erat veterum, ut gravius nihil

nisi prius captatis auspiciis susciperent. Atque ita non suis auspiciis rem gerere, est non sua voluntate.

344 *Recidiva*] Alii explicant *restituta*, et post excidium redeuntia: quomodo *recidivæ febres* dicuntur. Sed puto *recidivas febres* ideo dici, quia in eas *recidimus*; atque ita semper casum significare. Igitur *recidiva* simpliciter interpretor *caduca* sive *cadentia*. Quod si *recidiva* casum iteratum notant; puto allusum ad geminam Trojæ expugnationem, primam ab Heroule, alteram a Græcis. Æn. III. 476.

Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, 345
 Italiam Lyciæ jussere capessere sortes.
 Hic amor, hæc patria est. Si te Carthaginis arces
 Phoenissam, Libycæque aspectus detinet urbis:
 Quæ tandem, Ausonia Teucros considerare terra,
 Invidia est? Et nos fas extera quærere regna. 350
 Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris
 Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
 Admonet in somnis et turbida terret imago.
 Me puer Ascanius, capitisque injuria cari,
 Quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis. 355

caduca. Sed jam Gryneus Apollo magnam Italiam, Lycia oracula Italiam imperaverunt me quærere: hic est amor, hæc patria. Si munimenta Carthaginis, et visus Libycæ urbis retinet te Phoenissam: quæ demum est tibi invidia, quod Trojani sedent in Italica terra? licet nos quoque quærere regna externa. Umbra aspera Anchisæ sollicitat me in somnis, quoties nox tegit terras humidis tenebris, quoties lucida sidera oriuntur. Sollicitat me puer Ascanius, et injuria facta dilecto capiti ejus, quem privo regno Italiae et terris fatalibus. Nunc etiam nuntius

quot Pier., solenni varietate.—345. *Gryneus, Crineus, Cryneus*, passim scribitur vitiose. Est enim *Γρυνεος*. *Cirrheus* pr. Hamb. pro var. lect., quod per se non malum esset, a Cirrha prope Delphos ductum. *crinitus* un. Guelpherb. in Exc. Sax.—346. *visere capess.* Goth. sec., inscitia librarii.—347. *hic patria est* tres Heins. *Carth. alta* Ven. et Gud. pro var. lect.—348. *Libya* Dorvill. *affectus* Hamb. alt. *demeret* Servius in *notis* (bonis) et *emendatis libris* legi testatur; quod J. Fr. Gronovio Obs. iv, 9. p. 130 et Heinsio arridebat. Sed illud dictum recte per se, alienum tamen a loci sententia, bene refellit Burm., et *detinet* tuetur tanquam quod proprium hac in re sit.—349. *Teucro* Hugén. *Troas* Ven. *consistere* duo Burm., perpetua variet. v. ad vi, 67.—353. *insomnis* una voce Franc. et Reg. v. ad ii, 220. *noctis imago* Hugén., lapsu librarii.—354. *capitisque injuria sacri* Ven. et Vratisl.—355. et

NOTE

345 *Gryneus*, &c.] *Gryniun*, in Æolide, Asiæ Minoris maritima regione, ad occidentem Lydiæ: ubi vetus oraculum, et templum Apollinis sumtuosum. Sic Strabo, l. xiii. De eo, Ecl. vi. 72. *Lycia*, ejusdem Asiæ Minoris regio ad meridiem, urbem habuit *Patareum*, ubi celebre etiam oraculum Apollinis, de quo supra 143. Hinc Apollo *Gryneus* et *Patareus* dictus est; et quanquam Æneas Phœbi monita de quærenda Italia, neque Pataræ accepiasset; sed in insula Delo, apud Anium regem, Æn. iii. 97. et in Epiro, apud Helenum regem, Æn. iii.

381. per hæc tamen communia nomina *Grynei* et *Lycii*, nunc idemque Apollo, ejusque oraculum, non locum significatur. Sic in ipso Delio templo, Apollinem nuncupat *Thymbræum*, cum *Thymbra* sit in Troade, Æn. iii. 85.

346 *Sortes*] *Oracula*, quæ consulentibus, modo prospera, modo adversa, prout *ars*, sive fatum ferebat.

348 *Phenissam*] Cum e Phœnicia oriunda sis. Æn. i. 460. De *Libya*, supra 36. De *Ausonia*, Italia, Æn. iii. 171. De *Hesperia*, Italia, Æn. i. 534. De *Italia Ascanio promissa*, Æn. i. 270.

Nunc etiam Interpres Divum, Jove missus ab ipso,
 (Testor utrumque caput) celeres mandata per auras
 Detulit. Ipse Deum manifesto in lumine vidi
 Intransentem muros, vocemque his auribus hausi.
 Desine meque tuis incendere teque querelis;
 Italiam non sponte sequor.

360

Talia dicentem jamdudum aversa tuetur,
 Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
 Luminibus tacitis, et sic accensa profatur:
 Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor,
 Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens

365

*Deorum, missus ab ipso Jove (attestor utrumque Deum) portavit ejus jussa per levem aërem: ipse vidi Deum in luce perspicua ingredientem muros, et ex-
 cepi his auribus vocem ejus. Cessa commovere et me et te his questibus:
 non sponte peto Italiam. Talia loquentem Dido jamdiu infensa intuetur, rotans
 hac illuc oculos: et totum Æneam circumspicit oculis tacitis, et sic irata loquitur:
 Nec tibi mater est Dea, nec Dardanus auctor familiæ est, o perfide; sed Caucasus*

deest Zulich., non male.—366. *Huc etiam* Hugon. *turnus* ab Goth. tert., impe-
 ritia librarii. *ab alto* aliquot codd. ap. Heins. et Burmannus, quem vide.—
 367. *utrumque* Goth. pr.—368. *in* deest Witt. Wäl. Erf. *limine* tres, ut
 al.—369. *Dum sine* Goth. tert. *meque teque* vid. Burm. ad Lucan. ix, 985.
incessere pr. Hamb. pro var. lect. *querelis* vetustiores libri Pier. et Heins.
 —361. *quero* Dorvill. indocte ex interpretamento: cf. mox ad 381.—362. multi
adversa, pessime; etsi Burmanno non displiceat. *versa* Dorvill.—364. *pre-*
catur ed. Cerdæ; nescio an et aliæ, obvio lapsu.—366. *sen* d. Schol.

NOTE

356 *Interpres Divum*] Mercurius, qui Græce *Ἑρμῆς* dicitur, quasi *ἑρμηνεύς* *interpres*.

360 *Incendere querelis*] Sic Æn. x. 996. 'Clamore incendunt cælum.' Et Æn. ii. 147. 'mœstam incendunt clamoribus urbem.'

362 *Aversa*] Vel *oculis aversa*, id est, torvis ac retortis oculis intuens: vel *aversa animo*.

365 *Nec tibi Diva parens, &c.*] Erumpit Didonis furor in hanc supremam orationem, qua i. Negat ea quæ jactaverat, 12. de divino Æneæ genere. ii. Æneam incusat; quod nec gemitu, nec aspectu, nec fletu dignatus et flentem et amantem fuerit. iii. Deos incusat ipsos, quod hæc impune sinant abire. iv. In Æneam iterum,

ut in ingratum invehitur: commemoratione beneficiorum quinque. v. Ut in mendacem; qui oracula, Deorumque jussa fugæ prætexat: quod refutat, negando curam rerum mortalium Diis inesse. vi. Per correctionem, negat se velle mendacia illius refellere: tum addit concessionem delusoriam, et comminationem futuri naufragii, perpetuarumque post mortem inimicitarum. Ubi notandum, eam ex animi perturbatione Deos modo iniquos dicere, modo rerum humanarum negligentes incusare, modo pios appellare, a quibus justam perfidiæ ultionem speret. vii. Denique sequitur ex furore deliquium.

Dardanus] Auctor Trojanorum, Æn. i. 239.

Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.
 Nam quid dissimulo? aut quæ me ad majora reservo?
 Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
 Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est? 370
 Quæ quibus anteferam? Jam, jam, nec maxima Juno,
 Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
 Nusquam tuta fides. Ejectum littore, egentem
 Excepi, et regni demens in parte locavi;
 Amissam classem, socios, a morte reduxi. 375

horribilis duris rupibus peperit te, et Hyrcana tigres præbuerunt tibi ubera. Quid enim dissimulo? aut quæ graviora expecto? An genuit ob fletum meum: an obvertit oculos? an emolitus fudit lacrymas, aut misertus est amantis? Quæ quibus præferam? Nunc nunc neque maxima Juno, nec pater Saturnius videt hæc justis oculis. Nullibi certa est fides. Excepi Æneam expulsum e littore, egentem; et stulta constitui eum in parte regni: servavi naves amissas et socios a morte. Heu! rapior

Horat. 1 Od. 21. *durus Oud. cotibus Wall.*—367. *Hyrcanæque* Goth. tert., ut ap. Dionys. Perieg. 690. 699, sed est librarii vitium.—368. *quod* Rottend. tert., unde Heins. *quo dissimulo aut quo me.* Porro quatuor Burm. *aut quid me*, quod Burmanno non displicebat. *qui me* Dorvill., quod et ipsum esse possit *quæ*, quomodo. Gravius tamen ad sensum illud alterum: *quæ me ad majora reservo?* Inest enim, *quid ino reservo ad majora?* et alterum: *ad quæ majora?* et convenit: *quæ quibus anteferam?* Jo. Schraderus, qui et ipse impeditum se senserat, emendabat in schedis: *quæ me ad meliora reservo?*—369. *Non, non, Non* ter pro num aliquot ap. Burm. Alii modo num modo non, ex more. *Nunc fluctu* Medic. *l. traxit* Hamb. pr. a m. pr. *textit* Mentel. pr., an pro *finxit?*—370. *haud mis.* duo Burm. *miseretur* duo alii. *est* omitunt multi, male hoc quidem loco.—371. *ante feram* divisim multi. *non et neque* tres Burm.—372. *inspicit* Menag. pr., etiam bene.—373. *Nusquam est* t. aliquot Pier., male ad sententiæ brevitatem. *littore egentem* olim junxerunt Serv. et Prisc., merito improbatum a viris doctis. *littore*, est, in littore. vid. Burm. vel in littus.—374. *Suscepi* Priscian. et Codex ap. Pier., sed vulgatam etiam Seneca habet lib. vii de Benef. 24. *et regem in p.* Goth. sec.—375. *Ejectam* cl. Prisc. lib. vii et sup. versu. *classim* duo Heins. v. sup. ad III, 5. *sociosque* vel, et s. multi, ut solet copula male intrudi. Potest hic versus post superiorem languidior videri: itaque Jac. Bryant v. c. eum de-

NOTE

367 *Caucasus, Hyrcanæque, &c.*] *Caucasus*, mons Asiæ, præ ceteris altus et scopulosus, inter mare Euxinum et Caspium: *Hyrcania*, olim Parthiæ pars ad meridiem Caspii Maris, nunc *Tabarestan*, sub ditione Persarum: regio pantheris ac tigribus infesta.

371 *Quæ quibus anteferam, &c.*] Inter quæ omnia immanitatis signa, quænam aliis majora dicam?

Jam, jam, nec, &c.] Sed quid mirum si est in me iniquus Æneas: cum ne Juno quidem Carthaginis et conjugii perinde tutrix; ne Jupiter quidem ipse Saturni filius et Junonis conjux, æquis oculis hæc in me ab illo commissa scelera aspiciant.

373 *Nusquam tuta fides*] Nec apud homines, qui eam temere violant; nec apud Deos, qui eam impune violari sinunt.

Heu Furis incensa feror! Nunc augur Apollo,
 Nunc Lyciæ sortes, nunc et Jove missus ab ipso
 Interpres Divum fert horrida jussa per auras.
 Scilicet is Superis labor est: ea cura quietos
 Solicitudat. Neque te teneo, neque dicta refello. 380
 I, sequere Italiam ventis; pete regna per undas.
 Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
 Supplicia hausurum scopulis, et nomine Dido
 Sæpe vocaturum. Sequar atris ignibus absens;
 Et, cum frigida mors anima seduxerit artus, 385

inflammata a Furis. Nunc Apollo rates, nunc oracula Lyciæ, nunc nuntius Deorum missus ab ipso Jove portat per aërem dura mandata. Quasi vero is esset labor Deorum, et ea cura vexaret eos tranquillos. Neque te retineo, neque refuto quæ dixisti. I, pete ventis Italiam, quare regna per mare. Equidem, si justis Dii possunt aliquid, spero te luiturum pœnas in mediis scopulis, et sæpe nomine appellaturum Didonem. Persequar te nigris ignibus licet absens: et postquam frigida

lendum esse censebat.—376. auctor A. Hugen.—377. et abest a Franc. ab alto alt. Hamb. cum Exc. Burm. v. sup. 356.—378. durum fert Goth. sec. h. dicta Medic. et Colot. Ursini. Eadem varietas sup. v. 226.—379. his S. vulg. ante Pier. et sic aliquot codd. ap. Heins. hic Probus et Schol. Statii ap. eund.—380. Solicitudat alter Hamb.—381. Post Italiam distinguunt codd. multi, at alii cum Lutatius et Rufiniano ap. Burm. alteram rationem servant. Insequere Zulich. et Leid. un. a m. pr. cum binis Goth. ex interpretatione rōi sequere, quod h. l. est pete, quare, ut adeas, ut paulo ante 361. Italiam non sponte sequor. Unde v. 628. dum per mare magnum Italiam sequimur fugientem, ut ævia cursum Dum sequor: II, 736. per auras Wall. ex 378 cum Goth. tert. a m. pr.—382. in mediis Parrhas. possint alter Hamb. possunt Medic. a m. pr.—383. Supplicio hausurum fuere olim, qui emendarent, propter insolentiam voc. hausurus. In Witt. erat hausturum, vulgatiore ratione. haurire pœnas, vel exhaustire, est pro accipere, adeoque luere, dare pœnas: modo v. 359 vocem haurire vidimus, h. e. accipere, audire; uti alias est excipere, recipere, uti et bibere. Hæsero in verbi usu viri docti. nomina Wall. munine al. ap. Burm. Didum alicubi lectum Pierius narrat.—384. Sequor alter Hamb. a. i. ardens Sprot.—385. seduxerit aliquot Pier. alter Voss. Leid. et Wall. cum Goth. pr.

NOTÆ

380 *Neque dicta refello, &c.*] Sensus est, Oracula quidem et jussa illa, a te ficta sunt: possem fraudem tuam eaque refellere: sed nec refello, nec te hic ultra retineo: 'I, sequere Italiam,' &c.

383 *Supplicia hausurum*] Pro hausturum: id est, fluctibus submergendum, suffocandum aquis, quibuscum mortem hauriat. Dido] In accusativo Græco.

384 *Sequar atris ignibus absens*] In-

star Furis tibi adhærebit absentis et derelictæ Didonis memoria.

385 *Anima, &c.*] Tribuuntur Ovidio quatuor hi versus:

'Bis duo sunt homini: manes, caro, spiritus, umbra:

Quatuor ista, loci bis duo suscipiunt.

Terra tegit carnem, tumulum circumvolat umbra,

Orcus habet manes, spiritus astra petit.'

Omnibus Umbra locis adero. Dabis, improbe, poenas.
 Audiam; et hæc Manes veniet mihi fama sub imos.
 His medium dictis sermonem abruptit, et auras
 Ægra fugit, seque ex oculis avertit et aufert;
 Linquens multa metu cunctantem, et multa parantem 390
 Dicere. Suscipiunt famulæ, collapsaque membra
 Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.
 At pius Æneas, quanquam lenire dolentem
 Solando cupit, et dictis avertere curas;
 Multa gemens, magnoque animum labefactus amore; 395
 Jussa tamen Divum exequitur, classemque revisit.
 Tum vero Teucri incumbunt, et littore celsas
 Deducunt toto naves. Natat uncta carina;
 Frondentesque ferunt remos et robora sylvis

mors separaverit corpus ab anima, adero umbra cunctis locis: soltes mihi poenas, o improbe: audiam, et hæc fama poenarum tuarum veniet ad me apud Inferos profundos. His prolatis interrupt medium sermonem, et afflicta fugit lucem, et se abducit et aufert ex aspectu, relinquens Æneam metu tardantem dicere multa, et parantem dicere multa. Sustinet eam famulæ: et reportant in marmoreum cubiculum membra defecta, locantque ea in lecto. At pius Æneas quamvis optet consolando placare marientem, et pellere curas sermonibus, multum gemens, et concussus animo propter amorem: tamen obsecrat jussa Deorum, et repetit classem. Tunc autem Trojanum incumbunt operi, et detrakunt alias naves e toto littore: natant unctæ naves: et nautæ portant remos vircescentes, et ligna e sylvis adhuc informia, desiderio fugiendi.

~~~~~

Sed seducere, pro abducere, separare, amant passim poëtæ, ut vel Indices docent. *secluserit* Leid. et ed. Ven., quæ varietas et sup. l. 566 occurrebat. *eduxerit* Servius legisse videri potest. *animæ* Pierius perperam Servio obtrudebat.—388. *abruptit* aliquot Burm. et Goth. tert. *obrupit* Sprot.—390. *cuncta metu* Exc. Burm. *sectantem* Wall. a m. pr. *volentem* Medic. cum Heins. et Pierianis ac multis aliis, solita variatione. Qui apud Serv. *Linquens* pro delinquens, deficiens, accipere, in seqq. debuere jungere: *multa—dicere suscipiunt* f.—392. *Marmoreum thalamum* pro in, nec hoc indocte, Moret. pr. et Exc. Burm.—393. *dolorem* tres Burm.—396. *Deerat* versus Parrhas.—396. *sequitur* tres Burm. *classisque* Sprot.—398. *tuto* Vratisl.—399. *remos* multi Heins. et Burm., facili lapsu. Sed et *Frondentes remi* exquisitis quid,

#### NOTÆ

Ex quibus erui potestis hujus loci sensus: Cum mihi mors carnem a spiritu, corpus ab anima separaverit: umbra mea te semper insequetur; et fama supplicii tui sub terras perveniet ad manes meos. Hæc fusius, Æn. vi. 748.

398 *Uncta carina*] Pice aliaque pingui materia perlittæ naves, quarum trabs infima carina est.

399 *Frondentes remos*] Non elaboratos aut siccos; sed adhuc recentes ex arbore, immo et frondibus vestitos: hyems enim tunc deflebat in ver: quam tamen hyemem simpliciter vocat Dido, Æneæ deterrendi causa, 809. ‘hyberno moliris sidere classem.’ Ver autem optime congruit cum illis quæ dicuntur, Æn. v. 46.

Infabricata, fugæ studio.

400

Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes,

Ac, veluti ingentem formicæ farris acervum

Cum populant, hyemis memores, tectoque reponunt :

It nigrum campis agmen, prædamque per herbas

Convectant calle angusto ; pars grandia trudunt

405

Obnixæ frumenta humeris : pars agmina cogunt,

Castigantque moras ; opere omnis semita fervet.

Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus !

Quosve dabas gemitus, cum littora fervere late

Prospiceres arce ex summa, totumque videres

410

*Videas eos exeuntes, et erumpentes ex urbe tota. Et quemadmodum formicæ, quando deprædantur magnum cumulum frumenti, providæ in hyemem, et seponunt in latebris : nigra turba incedit per agros, et subvehunt prædam angusto tramite inter herbas : partim obnixæ humeris propellunt magna grana : partim colligunt turmas, et accelerant morantes : omnis semita fervet labore. Quis tunc sensus erat tibi, o Dido, spectanti talia ? aut quos emittebas gemitus ? cum ex alta arce spectares littora undique æstuaræ, et aspiceres coram oculis totum mare turbari tantis clamori-*

~~~~~

quam f. ramus ; etsi alias ramus, truncus, trabs, eleganter pro remo dici possit. —400. fugæ studio. Desunt hæc pr. Rottend. a m. sec.—402. velut Medic. cum aliis. Sic et inf. v. 441. Sed junctura versuum omnino nondum satis elaborata est. Deficit comparationis apodosis : Ac veluti.—Sic. Interea suppl. ac sic ruentes videas, veluti formicæ, cum pop. acervom Gud. ex more suo. —403. Comportant Lactant. de Ira Dei c. 7, memoriæ vitio.—404. Et Sprot. nigris campum Exc. Burm. a m. pr. per herbam Nonius, et sic Leid. un. et Goth. tert.—405. Convectat Witt. collo Leid.—406. Obnixæ al.—407. moras operæ : omnis Heins. laudat ex Medic. et Junt. ed. Sed in illis ut et in aliis edd. est : morus : operæ omnis ; et est correctum opere in Medic. ferret ; mox 409 fervere : tamen nunc in fervet consensus est.—408. Quis tibi nunc Burmanni emendationi debere videtur, secundum poëtici orationis usum. Heinsius ediderat : tunc ; et vulgo libri habent : tunc vel tum, vel dum. D. Heinsii editio habebat : Quæ tibi.—410. Aspiceres Parrhas. et pro ex a pr. m. Me-

NOTÆ

Robora] Duriora grandioraque ligna, ad malos conficiendos. De robore, quod aliquando pro specie glandiferæ arboris sumitur, sæpius pro duriori quovis ligno, Ge. i. 162.

402 *Ac, veluti*] Trojanorum laborem cum formicarum sedulitate comparat : ‘Parvula nam exemplo est magni formica laboris,’ inquit Horat. Sat. l. i. 1. Expressa est ista comparatio ex parænesi Phocylidis, quæ legitur apud Hortensium. *Far*] plur. *farræ*, frumenti species est purissimi.

Callis] est semita quæ callo pedum induruit. *Semita*] Angusta via, quasi semi iter.

407 *Castigantque moras*] Accelerant, ac veluti increpant morantes.

409 *Littora fervere*] *Æstuaræ*, nautis, Trojanis, aliis referta esse. Utraque translatio petitur ab æstu, et aquis ferventibus, quæ dum ebulliunt, confertim ac tumultuoso impetu miscentur inter se, multiplicantur, intamescunt.

Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor!
 Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis!
 Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
 Cogitur; et supplex animos submittere amanti:
 Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. 415.

Anna, vides toto properari littore; circum
 Undique convenere; vocat jam carbasus auras;
 Puppibus et læti nautæ imposuere coronas.
 Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

*bus. Improbe amor, quid non cogis facere animos hominum? Cogitur rursus descendere ad lacrymas: rursus oppugnare Æneam precando, et supplicando sub-
 jicere animum amanti: ne omittat quicquam intentatum, antequam frustra moriatur.
 Anna, inquit, cernis circum properari toto littore: undique collecti sunt: jam vela
 iritant ventos, et nautæ hilares addiderunt puppibus coronas. Ego si potuissem
 præsentire tantam calamitatem, possem etiam eam sustinere. Tamen, o Anna, fac*

~~~~~

dic. *vastumque* v. Wall. 411. *vastis clamoribus* Wall.—412. *corpora* Wall. a  
 m. pr.—414. *animum* multi passim ap. Pier. et Burm. et al., sed poëticus est  
 pluralis numerus.—415. *Nec quid* Wall. Forte placet interpungere: *ne quid  
 inexpertum (frustra!) moritura, relinquat*, h. e. frustra! cum moritura esset; ut  
 poëta de suo interponat; sed est nimis subtile hoc.—416. *littore; circum Undique  
 convenere* utique distinguendum cum Marklando ad Stat. II Sylv. 5, 13 idque  
 recepi pro: *pr. littore circum: Undique c.* De interpunctione codices frustra  
 consulas. *littore cursu* Parrhas.—418. *posuere* Wall. Idem versus sup.  
 I Ge. 304.—419. *tantum potui* aliquot ap. Burm. *spectare* d. emendabat Ste-  
 phan. de Latin. Lipsii p. 469, quod Burmannus Secundus ad Anthol. p. 721

#### NOTÆ

416 *Anna, vides, &c.*] Dido jam Æ-  
 neæ dirissima quæque conminata at-  
 que imprecata fuerat, §81. Nunc  
 suadet Annæ ut eum supplex adeat  
 pro se: more amantium, qui nunc  
 minis, nunc precibus agunt; jam fu-  
 riosi, mox dejecti, nusquam sibi simi-  
 les. Oratio tres habet partes. I. Ex-  
 ponit præsens profectionis pericu-  
 lum. II. Rogat Annam ut Æneam  
 adeat: tum quia colitur ab Ænea,  
 tum quia novit ipsa pertentare ejus  
 animum. III. Docet eam argumenta,  
 quibus eum a profectione deterreat,  
 eaque tria. 1. Quod nihil in eum hos-  
 tile Dido commiserat. 2. Quod non-  
 dum commoda sit navigationi tempe-  
 tas. 3. Quod non jam conjugium;  
 sed breve tantum tempus petat, ut

dolori assuescat suo, ejusque absentiae.

417 *Carbasus*] Plur. *Carbasus*. Lini  
 genus: quo, et vela, et vestes etiam  
 fiunt: in Hispania inventus est circa  
 Tarraconem, ex Plin. l. XIX. 1.

418 *Coronas*] Mos nautarum cum  
 solverent, et appellerent, in signum  
 lætitiæ. Ge. I. 303. 'Ceu pressæ  
 cum jam portum tetigere carinæ, Pup-  
 pibus et læti nautæ imposuere coro-  
 nas.' Imponebant autem præcipue  
 puppibus, quia in ea navis parte sa-  
 crarium erat.

419 *Hunc ego si potui, &c.*] *Si potui-  
 issem*: mutatio temporis, ut supra 27.  
 'Ante pudor quam te violò;' id est  
 violam. Et sensus est: Quamvis non  
 possim perferre, tamen hoc mihi sola-  
 tium qualecumque exhibe, 'I, soror,

**Et perferre, soror, potero. Miserae hoc tamen unum** 420

**Exequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille**

**Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;**

**Sola viri molles aditus, et tempora noras.**

**I, soror, atque hostem supplex affare superbam:**

**Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem** 425

**Aulide juravi, classemve ad Pergama misi;**

**Nec patris Anchisæ cinerem Manesve revelli:**

**Cur mea dicta negat duras demittere in aures?**

**Quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:**

**Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes.** 430

**Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro;**

**Nec pulchro ut Latio careat, regnumque relinquat:**

*istud solum mihi miserae: nam perfidus ille solebat te solum revereri, etiam tibi committere secretos sensus; sola cognoscebas tempora et commodos aditus ad illum. I, soror, et supplex alloquere hostem ferocem. Non ego juravi cum Græcis in Aulide excutere Trojanam gentem, aut misi naves adversus Trojam: nec effodi cineres et umbram patris Anchisæ. Cur abnuat excipere rigidis auribus meos sermones? Quo vadit? Concedat ultimum hoc munus miserae amanti: expectet commodam fugam, et ventos opportunos. Non jam peto antiquum conjugium, quod violavit: nec ut abs-*

extr. probare videtur. Sed v. Not.—421. Nam solum Dorvill. s. jam Goth. pr.—422. arcanas—mentes Parrhas.—423. ut t. Witt.—425. excidere aliquot ap. Heins. et Burm., perpetua variatione. *excindere, incendere, excingere* aberrant alii.—426. classemve e codd. edidit Heins. Vulgo *que. classimve* Sprot. et h. l. v. ad III, 5.—427. *revulsi* obl. Vatic. apud Pierium; sed damnat hanc formam Servius. *cinerem* Heins. cum melioribus; vulgo *cineres*.—428. *neget* Medic. a m. pr. et tert. Rottend. Ita legisse debent ii, qui apud Servium jungebant: *revelli, cur* (ut propterea) *mea dicta n.—dimittere* alii, ex more. *immittere* Wall. cum glossa. *admittere ad aures* alter Hamb.—429. *Quo struit* alter Hamb.—431. *Non ego c.* Rottend. a m. sec. cf. inf. v, 194. *connubium* tert. Rottend. Erf. *quod prodidit* Sprot. et Puget., ut jam apud Servium interpretati sunt nonnulli.—432. *aut L.* duo Burm. *regnumve* Gud. a m. sec.—

# NOTE

atque hostem affare, &c.

426 *Aulide juravi*] Aulis, Tanagræorum pagus est, in ora Bæotiae, loco saxoso, ad Euripum Eubææ appositus, non longe a Chalcide: portum habet duplicem; quo convenit Græcorum classis navium mille, ad Trojanam expeditionem proficiscens. Hic cum in illo Græcorum conventu Agamemnon rex Mycenarum cervam, Dianæ Aulidensi sacram, inter ve-

nandum occidisset, ventis adversis detenta classis fuit, donec admonitus a Calchante Agamemnon Iphigeniam filiam suam Dianæ immolaret, Æn. II. 116. De *Danais*, Græcis, Æn. I. 34. De *Pergamis*, arce Trojæ, Æn. I. 470.

427 *Anchisæ cinerem Manesve*] Grave crimen apud veteres, violare mortuorum sepulcra. De *Manibus* supra 385. De *Latio*, Italiæ parte, Æn. I. 10.

Tempus inane peto, requiem spatiumque furori;

Dum mea me victam doceat fortuna dolere.

Extremam hanc oro veniam (miserere sororis):

436

Quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam.

Talibus orabat, talesque miserrima fletus.

*tineat pulchro Latio, et deserat regnum. Peto tempus leve, quietem et morum ad amorem extinguendum: donec sors mea me domitam assuefaciat huic dolori. Hoc precor ab illo beneficium ultimum, miserere sororis: cum mihi hoc dederit dimittam illum expletum etiam morte mea. Talibus verbis precabatur, et soror miserrima*

~~~~~

433. furoris alter Mentel. a m. pr.—434. dolore Medic. cum majore fere codd. parte. Male tamen.—435. ora alicubi legi video in vulgg.—436. Virorum doctorum in hoc loco interpungendo, interpretando, et, etsi nihil sanius esse potest (v. Not.), emendando, æstum vide ap. Burm.; nam singula repetere longum et inutile esset. Si ingenio utendum esset, saltem metaphoræ immanendum erat, et *cumulata sorte remittam* erat conjectandum: ut beneficium cum fœnore reddituram se spondeat. Proxime accessit in schedis Jo. Schraderus, qui cum alia tentat, tum hoc: *Quam mihi si dederit, cumulatam sorte, relinquat*; quod non satis intelligo. Discrepantias codicum primo loco videamus. *mihi tu d. Zulich. a m. sec. cum dederit cumulatam morte r. Medic.*, quod Heins. præstare putabat, etsi, sensus qui sit verborum commodus, non subjecit. Eadem lectio in Parrhas. et Puget. et, *cumulata*, etiam alter Menag. et Moret. tert. In pr. Moret. *cumulatam* cum glossa, *quod mihi cum dederis cumulatam*. Porro *remittam* Heins. reposuit e melioribus suis et Pierianis; vulgo *relinquam*; sed est prius illud exquisite pro *referam* dictum. *remissum* Parrhas. et Puget. Jam olim super hujus versus lectione dubitatum fuisse, ex Servio et Pomponio Sab. patet; lectionem quidem *dederis* Tuccam et Varium probasse, uterque tradit; at Medicei codicis scripturam *dederit* Aproniano deberi, ex Pomponio discitur, cujus tamen verba si recte intelligo, *cumulatam* Apronianus et ipse tenuisse videtur, non *cumulata*; etsi interpretatio ad ipsum refertur: *cumulando morte*. Ascribam Pomponii locum: *extremam hanc veniam, oro, ut impetres ab Ænea, id est beneficium. id est, ut protrahat discessum suum, donec discam dolere. Si concesserit, nunquam ero immemor talis beneficii. Sic legit Apronianus. Tucca et Varius, referente Sergio (Servio), dederis legunt*: cum dederis veniam, cumulatam morte remittam (i. relinquam), *id est, relinquam acceptum ab eo beneficium, morte cumulando. ita intelligit Apronianus. hanc opinionem Sergius (Servius) damnat*; et recte utique, nam interpretatio ista nullum bonum sensum exhibet; non enim morte Didonis quicquam grati ac jucundi in Annam redire poterat; etsi Servius nihil melioris notæ afferat. Manet igitur hoc: Tuccam et Varium probasse *dederis* et ad Annam retulisse; quod nunc verum propter illa: *miserere sororis*; quæ verba tollenda erant, si alterum locum habere debebat, ut *dederit* legeretur, oratione de Ænea instituta; quanquam ne sic quidem æque commode illa Æneæ, in longinquas terras profecto, per totam vitam gratiam referre velle videretur. Interpunctio prava totius versus sententia erat jugulata: *Quam mihi cum dederis cumulatam, m. r.* Eam itaque, ut dudum monueramus faciendum esse, mutavimus:

NOTÆ

435 Veniam] Favorem ac beneficium. Æn. 1. 523.

Miserere sororis] Extremum hoc

ab illo beneficium peto: miserere igitur sororis, et fac ut illud obtineam.

Fortque refertque soror. Sed nullis ille movetur
 Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit;
 Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit aures. 440
 Ac velut, annoso validam cum robore quercum
 Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
 Eruere inter se certant: it stridor; et alte
 Consternunt terram concusso stipite frondes;
 Ipsa hæret scopulis; et, quantum vertice ad auras 445
 Ætherias, tantum radice in Tartara tendit:
 Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
 Tunditur, et magno persentit pectore curas.
 Mens immota manet; lacrymæ volvuntur inanes.

fert ac refert Æneæ tales fletus: sed ille nullis fletibus movetur, et nulla verba audit exorabilis. Fata obstant, et occludit Æneæ benignas aures. Et veluti quando Boreæ Alpini nunc hinc, nunc illinc, conantur inter se evertere flatibus quercum validam annoso robore; tunc stridor auditur, et trunco profunde commoto folia tegunt terram: ipsa quercus hæret rupibus: et tantum radice progreditur ad Inferos, quantum cucurbita in caelestem aërem. Non aliter heros verberatur hinc atque hinc continuis sermonibus, et magno animo sentit dolores: animus tamen perstat immutabilis, inutiles lacrymæ defluunt. Tunc autem misera Dido territa fatis rogat mortem:

Quam mihi c. dederis, cumulatam morte remittam. v. Not.—438. ipse m. Dorvill.—439. *haud v. Goth. pr. nullas Goth. tert. illas Menag. pr. ullas voces Parrhas.*—440. *obruit Goth. sec. et subjicit versum inficetum: Ne sint ammotæ neque sistant gaudia mente (f. menti).*—441. *veluti nonnulli et hic. cf. ad v. 402. annoso validam Heins. cum melioribus, etiam Pierianis; vulgo annosam valido; et cum corpore Exc. Burm., vulgari lapsu. Ne in robore hæreas, cum quercus addita sit: quercum robore validam, tenendum, robur esse de trunco accipiendum.*—442. *huc et illuc Sprot.*—443. *et altæ Medic. cum præstantiore quoque, etiam fragm. Vatic. et Pier. parum referre, ait Burm.; recte utique, quoad sensum; sed altera prosaica forma est, altera, quis dubitet? poetica. Igitur, qui textum novat, altæ reponet. (Miror itaque a Brunckio v. c. id non factum esse).*—444. *terras Goth. pr. cum ed. Hortensii; quod præferrem, si idonea auctoritas esset; est enim magis poeticum et majus aliquid sonat. percusso Hamb. pr. vertice Menag. pr. frondes sec. Rottend.*—446. *Duplex lectio et hic, ut Ge. II, 292, ubi idem versus: Esculus—quæ quantum vertice ad auras Ætherias, tantum radice ad Tartara tendit. radice, quam codicum secum fragm. Vatic. ducit, et radicem Medicus cum multis aliis Heins. et Pier. radicem in t. tendit Oblong. Pier. cum Puget. et Exc. Burm.*—448. *persentit multi Pier. et Heins. ac Burm. cum binis Goth., alii præsentit. v. sup. v. 297.*

NOTÆ

442 *Alpini Boreæ*] De Boreæ, vento septentrionali, Ecl. vii. 51. Hic numero plurali, ut passim *Aquilones* et *Austri*. Dicantur *Alpini*, quia flant a septentrione: ager autem Mantua-

nus, unde Virgilius erat, et magna pars Italiæ, Alpibus a septentrione et occidente cingitur. De *Alpibus*, Æn. x. 47.

Tum vero infelix fatis exterrita Dido 450
 Mortem orat; tædet cœli convexa tueri.
 Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat,
 Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,
 (Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
 Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem. 455
 Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
 Præterea fuit in tectis de marmore templum
 Conjugis antiqui, miro quod honore colebat,
 Velleribus niveis et festa fronde revinctum:

tædet eam aspicere concava cœli. Ut magis perficiat consilium, et abiciat vitam: vidit, cum imponeret munera altari ubi thus crematur, rem horribilem dictu, sacrum liquorem nigrescere, et vinum effusum mutare se in sædum sanguinem. Nulli elocuta est hoc prodigium, ne ipsi quidem sorori. Præterea fuit in ædibus sacrarium primi mariti e marmore, quod venerabatur mirabili cultu, cinctum vittis albis et festi-

—450. Cum Wall. Mox fatis exercita Dido emendabat Marklandus in Epist. Crit. p. 117. Fatis aliquem exerceri eleganter dici non neget; sic v. 725 *nate Iliacis exercite fatis*; et bene aliquis adversis casibus vexatus et exercitus *vita* capiat *tædia tot mala perpessa*, ut apud Tibullum est, III, 2, 7. Enimvero nec tam diuturna mala experta erat Dido, et *exterrita* imaginem rei affert multo aptiorem ad faciendam mirationem et *ἐκπληξιν*. Dicuntur scilicet et illi *exterriti*, qui consternati subito metu vel quovis casu mente dejecti et alienati insaniunt, vel qui, dum insaniunt, monstris ac furis terrentur. Proprie de armentis vidimus Ge. III, 149, adde ibid. v. 434 et Not. ad e. l. De Medea furentis Valer. Fl. VIII, 450 *fugit arduos exterrita tauris*, quos videre sibi videbatur. Etiam proxime ad præsentem Virgil. locum inf. XII, 660 *Amata—dextra Occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit*. Ita etiam *malis attonita mens, malis perousa*, passim dicitur.—451. *conneza* Franc.—452. *lumenque* tert. Rottend., quod et ipsum de *cælo* ac *die* tandemque de *vita* dici solet.—454. dicto Gud. a m. pr. v. Burmann. dictum fragm. Vatic.—455. *corgere* Zulich. a m. pr.—456. *non ipsa* Wall. *ipse* Franc. *affata* Ven. *fata* Moret. pr. a m. pr. *sorori est* fragm. Vatic. aliquot Pier. et Dorvill., quod et ipse h. l. desiderem, aure iudice.—458. *misero quod* fragm. Vatic. a m. pr. *multo quod* pr. Hamb., solenni variatione. v. Burm. ad Ovid. II Am. 15, 14.—459. *niveis vel*

NOTÆ

451 *Convexa, &c.*] *Tædet cœlum videre*, id est, *vivere*. *Convexa* dixit, id est, *concava*: concavam enim cœli superficiem duntaxat videmus, non convexam. Æn. I. 314.

454 *Latices nigrescere, &c.*] *Per latices*, lac et aquam intelligit, quæ cum alba vulgo slut, novo prodigio nigrescebant: tum vina in cruorem vertebantur. Hæc enim offereban-

tur in sacrificiis, vina præsertim, ad libationem, de qua Æn. I. 740.

457 *Templum*] *Sacrarium*, locus in privata domo, ubi statuam servabat Sychæi, primi conjugis: ornatam frondibus, et velleribus niveis, iisque laneis, quæ *vittæ* dicebantur; ornamenta non sacerdotum tantum, sed et statuarum et victimarum. Ecl. VIII. 64. Æn. II. 133.

Hinc exandiri voces et verba vocantis
 Visa viri, nox cum terras obscura teneret;
 Solaque culminibus ferali carmine bubo
 Sæpe queri, et longas in fletum ducere voces.
 Multaque præterea vaturn prædicta piorum
 Terribili monitu horrificant. Agit ipse furentem 465
 In somnis ferus Æneas; semperque relinqui
 Sola sibi, semper longam incomitata videtur
 Ire viam, et Tyrios deserta quærere terra.
 Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,

visfoliis. Verba et voces mariti appellantis visa sunt hinc audiri, cum opaca nox obtegeret terras: et bubo solus visus est e tectis sæpe queri funesto cantu, et protrahere longas voces in modum fletus. Et præterea vaticinia veterum vaturn terrent eam monitiis horrendis. Ipse crudelis Æneas turbat furentem per somnia: et ipsa sibi videtur semper deseri sola, semper ire per longum iter incomitata, et quærere Carthaginienses in locis desertis. Quemadmodum Pentheus insaniens videt turmas

nigris pr. Hamb. cf. Burm.—460. gemitus et verba Serv. ad XII Æn. 638, sed voces et verba usus fert. Illustrat Burm. ad h. l.—462. Sæpeque Nonius in bubo; quod epitheton alias in simili re occurrit. feralia carmina Gud. a m. pr.—463. fundere voces Goth. alter.—464. piorum e Medic. aliisque suis et Pier. prætulit Heins. et Aproniani illam lectionem esse, testatur Pompon. Sab. Alteram codd. familiam, qui priorum habent, ducit fragm. Vatic. Equidem non perpetuum aliquod et ornans h. l. epitheton requirerem, sed priorum; misera regina in animum revocabat prisca vaticinia, de rerum suarum ac vitæ decursu jam olim accepta, quæ nunc quidem exitum suum habere videbat.—467. longam sola i. pr. Hamburg.—468. Tyriam—Tyrias—desertas q. terras, aberrationes librarr. ap. Heins. et Burm. Teucros conj. Jo. Schraderus in schedis; ingeniose. Nam et hoc poterat per somnum obijci.—469. demens veluti lectum ex Pier. patet. Apud Pompon. Sab. nota est: "Urbanus legit anguina serpentum." Sectatus est Grammaticus antiquam formam, anguen

NOTÆ

462 Sola bubo] Hibou; vulgo masculini generis, hic fæminini: idque notat Nonnius Marcellus; idemque legit æra, non sola: utrumque apte; cum sero sub noctem canat, et loca sola plerumque incolat.

469 Eumenidum veluti, &c.] Furem Didonis comparat cum furore Penthei et Orestis. Pentheus, Echionis filius, Cadmi nepos ex Agave filia, rex Thebarum in Bæotia: cum cives a Bacchi veneratione averteret, ipsumque Bacchum, ad se sub Acætæ forma adductum a famulis, carcere includi jussisset: tum in Cithæronem, Bæotiæ montem, ad orgia disturban-

da cucurrisset, a matre et materteris orgia celebrantibus laceratus est. Ita Ovid. Metam. III. 700. Ita fere et Euripides in Bacchicis: ubi ait Pentheum, antequam in montem abiret, furore immisso vexatum a Baccho fuisse, v. 848. ipsumque inducit Pentheum ita loquentem, v. 915. Καὶ μὴν ὄραν μοι δύο μὲν ἡλίουσιν δοκῶ, δισσὰς δὲ Θήβας. 'Et vero videre mihi duos quidem Soles videor, duplicesque Thebas.' Addit Virgilius etiam agmina Eumenidum, sive Furiarum, quæ tres tantummodo sunt. De quibus Ge. I. 278.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

2 X

Et Solem geminum, et duplices se ostendero Thebas; 470
 Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes:
 Armatam facibus matrem et serpentibus atris.
 Cum fugit, ultricesque sedent in limino Diræ.

Furiarum, duosque Soles, et duas Thebas se offerre ipsi; vel quemadmodum Agamemnonis filius Orestes, tam sæpe jactatus in theatris: quando fugit matrem armatam facibus et nigris anguibus; et quando Furia vindices stant ad januam.

~~~~~

pro anguis, et legerat: *Eumenidum*—*videt anguina*.—470. *Per solem pr.* Moret. se abest ab edd. Ald. Junt. et deest Goth. tert.—471. *Agamemnoneis* Wall. *Furiis agitatus* aliquot codd. ap. Pler., quod ex interpretatione profectum et ex lib. iii, 381 repetitum facile intelligas. cf. Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. p. 170. Nobilissima in h. l. est emendatio Marklandi ad Statium et in Ep. Crit. p. 127 proposita et ornata: *Panis agitatus*, id est, a Furiis. Amplexar eam, certe tanquam elegantiores lectionem, et ipse, si declaratum videro, omnium librorum lectionem habere aliquid, quod poëta indignum sit: *Aut veluti in scena Orestes furit a Furiis exagitatus: cum etc.* Nam *scenis agitatus* jungere, et *omnibus tragædiis notus* accipere quid tandem cogit? Vera ratio est: *velut in scena Orestes furit* (quod ex antecedent. eliciendum), *cum fugit agitatus m.* Novum hoc fateor, quod ad fabulam tragicam in scena exhibitam provocat. Quod displicet, forte hoc est, quod in narratione ex prisco ævo interponitur aliquid moris serioris, quodque adeo mens ab illa illecebra, qua tenebatur, cum Ænæ et Didonis fati ipsa quasi præsens interesset, revocatur nunc subito, ut delusam se sentiat. Nec tamen hæc in ipsa narratione, sed in *comparatione* interposita sunt. Quidni autem poëta hoc vel ad variandam rerum faciem ausit, qui toties comparationes in hunc modum instituit, ut ex vita communi et usu hominum aliquid repetat et hac formula utatur: *ut sæpe videmus etc.* Nec hoc adeo idem plane cum eo, quod toties oratores habent: *quemadmodum ille in scena, in fabula etc.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 67 *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui aliquid tempe sceleratque commiserint, agitari et perterri Furiarum tædis ardentibus.* cf. Æschin. in Timarch. sub f., unde hæc adumbrata. Adde Cic. de Legg. i, 14. Scilicet orator excitat locum e tragædia; at poëta scenico apparatu ac theatri spectaculo ad comparisonem nititur. Equidem nihil definire videri volo, sed tantum dubitare, an Virgilius oratoriam formam retinere maluerit? id quod in multis, imprimis posterioribus Æneidis libris, fecisse eum sæpe declarabimus; tum alterum est, rectene hoc fecerit? Valerii Fl. locum vii, 147 sqq. ex Enripide, non ex nostro, esse expressum manifestum est. *agitatur* Rottend. alter. Donatum in his consulere non licet; est enim in lib. iv lacuna in ejus Commentariis.—478. *Cum videt Parrhas.* *Confugit* Hamb. pr. et

#### NOTE

471 *Orestes*] Agamemnonis filius, propter occisam matrem Clytæmnestram agitatus ab ejus umbra et Furiis, quæ semper ei cum facibus imminere videbantur, Delphos adiit ad consulendum Apollinem: a quo cum audisset se Athenis in templo Minervæ expiandum, Furiis templi limen obsidentibus ne exiret, exiit tamen; et Athenas profectus, Minervæ judicio

causam adversus Furias obtinuit. Hinc dixit Virgilius *in limine*. Ita fere Æschylus in *Eumenidum* tragædia; qua de re cum aliæ ab Enripide aliisque poëtis tragædiæ scriptæ sint; ideo dicitur '*scenis agitatus Orestes.*' Cetera de eo, Æn. iii. 381. De *Scena*, parte theatri, Ge. ii. 381. et iii. 24. De *Diris*, Furiis, Æn. iii. 211. Ge. i. 278. Ge. iii. 562.

Ergo, ubi concepit Furiæ evicta dolore,  
 Decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque 475  
 Exigit, et, moestam dictis aggressa sororem,  
 Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat:  
 Inveni, germana, viam (gratulare sorori),  
 Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.  
 Oceani finem juxta, Solemque cadentem, 480

*Igitur postquam Dido succumbens dolori suscepit animo Furiæ, et statuit mori: ac cum ipsa meditatur tempus et modum, et compellans verbis tristem sororem, celat consilium sub vultu, et exhilarat frontem spe simulata: O soror, inquit, gratulare sorori: reperi artem, qua restituet illum mihi, vel me amantem liberabis ab illo. Prope terminos Oceani et Solem occidentem, extrema est regio Æthiopum: ubi magnus Atlas*

\*\*\*\*\*

Rottend. alter. *tum* f. Erf. *Divæ* Gud. a m. pr., quod non displicebat Heinsio.—476. *ac m. Medic. fictis aggressa* Gud. a m. pr. et Menag. pr. pro var. lect. cum Exc. Burn. d. *affata* alter Menag. et pr. Hamb. a m. sec.—477. *et spem* Parrhas. *fronte serena* conj. Heins. Sed v. Notam.—479. *reddet—solvet* oblongus Vatic. Pierii; *reddat—solvet* Longob. ejusdem. *solvit* Wall. a m. pr. *reddet et absolvit* alter Menag. et Witt. *et quæ me solvit* Franc. et Goth. tert. Sed vulgatam etiam Donatus et Lutatius ag-

#### NOTÆ

480 *Oceani finem juxta, &c.*] *Hesperides* tres, *Ægle*, *Arethusa*, *Hesperethusa*: patrem habuerunt, vel Hesperum Atlantis fratrem; vel Atlantem ipsum, ex Hesperide. Is hortos filibus attribuit, ubi mala fuere aurea: eosque custodiendos dedit pervigili draconi: inde Hercules, ab Eurystheo jussus, occiso dracone mala diripuit. Præter draconem addit Virgilius *sacerdotem* et *templum*, fortasse *Veneris*, cui mala dicata erant. Situs hortorum a Virgilio describitur juxta communiorē opinionem, in Mauritania Tingitana, extrema Africæ parte ad occidentem: circa Lixum oppidum: vel in continenti, juxta aliquos; vel in insula, juxta alios. Hic locus, ad orientem habet *Massylos* sive *Masætylas*; ad meridiem, *Æthiops* occidentales, et *Atlantem* montem, de quo 247. qui mons cum variis nominibus ad Ægyptum usque pertineat, et Africam universam dividat in septentrionalem et meridionalem; ideo ve-

teres poëtæ quicquid erat fere gentium ad meridiem Atlantis, Æthiopum nomine comprehendebant, dividebantque in orientales et occidentales. De *Æthiopia* proprie dicta diximus Ecl. x. 68. Alii Hesperidum hortos collocant in parte Africæ plane opposita, nempe ad orientem, in orientali ora Syrtis Majoris: quorum errorem refellit Salmasius ad Solinum. *Mala* porro hortorum, alii *oces* pretiosissimi velleris aiunt fuisse, quæ, ut et *mala*, Græcis dicuntur *μήλα*: alii *mala* illa existimant, quæ vel *citrea* vel *aurantia* appellamus; inde ab Hercule exportata in Græciam. Hortos vero putant insulas esse *Fortunatas*, nunc *Camaris*, infra Lixum quidem, sed Atlanti proximas, et a littore non admodum dissitas. Alii volunt eas esse, quæ ab antiquis *Hesperides* et *Gorgades* appellatæ sunt, namque *Ioles du Cap Verd*: sed illæ multo ad meridiem accedunt magis, et ab Atlante recedunt, ad ostia Nigri fluvij,





Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro;  
 Nocturnosque ciet Manes; mugire videbis 490  
 Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.  
 Testor, cara, Deos, et te, germana, tuumque  
 Dulce caput, magicas invitam accingier artes.  
 Tu secreta pyram tecto interiore sub auras  
 Erige, et arma viri, thalamo quæ fixa reliquit 495  
 Impius, exuviasque omnes, lectumque jugalem,

*nere aquam in fluviis, et retro agere sidera; et evocat infernas umbras. Videbis terram reboare sub pedibus, et ornos delabi e montibus. O dilecta soror, attestor Deos, et te, tuumque jucundum caput, me coactam præparari ad magicas artes. Tu tacita, sub aëre, in interiore domo, exstrue rogam: et superpone arma Æneæ, quæ scelertus reliquit suspensæ in cubiculo, et omnes vestes, et lectum conjugalem in quo perii.*

poëta variet orationem!—489. *convertere sidera* alter Hamburg.—490. *movet Manes* multi ap. Pier. et Burm. ex glossemate. *vetet* Exc. Burm. a m. pr. *morit* cum altera lectione, a correctrice manu Fragm. Vatic.—493. *accingere* alter Hamb.—494. *Tunc*—locavit Carisius laudat. *Tu, Germana* Dorvill.—495. *in thalamo* Leid.—496. *que abest* ab aliquot Pier. et binis Burm. *exutiis*

# NOTÆ

493 *Accingier artes*] Pro *accingi ad artes*: suppressa præpositione, et voce trisyllaba in quadrisyllabam prolata, more Græcorum, qui infinitivis attexunt syllabas. *Accingi*, pro *parari*: morem eorum innuit, qui fluentem vestem colligunt et cingunt, ut sint ad opus expeditiores. Cur autem opus erat hoc apparatus? nonne sibi necem consciscere poterat Dido clam sorore? Poterat enimvero. Sed sperare etiam poterat, apparatus illius insolentia Æneam fore commovendum. Et pompam illam ex arte adhibuit Virgilius, ut historiæ aliquomodo serviret, quæ Didonem erecto rogo sibi vitam ademisse testatur, licet honestiorem ob causam, supra 36.

494 *Pyram*] Struem lignorum ad comburenda cadavera. *Rogus* dicitur, antequam ardeat: vel a *pyr* *flamma*, ex Marsilio; vel potius, a *rogandis* Diis, qui cadavere imposito rogabantur, ex Perotto. *Pyra* dici-

tur, cum jam ardere cæpit, a *πῦρ ignis*. *Bustum*, cum ardere desiit, vel quasi bene ustum ex Festo; vel potius, ex Vossio, ab antiquo *buro*, unde *comburo*, quod est a Græco *βυρῶ*.

*Tecto interiore sub auras*] Non quidem sub *tecto*, quod inde arsisset: sed in intimo regiæ recessu, aperto loco, *sub auras*. *Tectum* igitur hic pro domo sumitur, pars pro toto.

495 *Arma, thalamo, &c.*] Et infra 507. *ensem relictum*. Itaque immerito culpant nonnulli Virgilium, quod ensis ab Æneæ Didoni, a viro mulieri, dono datus sit. At non ait *datum*, sed casu relictum in cubiculo. Nec obstat, quod eum *munus* appellet, 647. Sic enim ait: 'non hos quæsitum munus in usus,' id est, non hos in *usus quæsitum et comparatum ab Æneæ*; cui, muneris loco, datus ab aliquo alio fuerat.

496 *Exuvias*] Spolia, vestes, ab *exuo*.

Quo perii, superimponas. Abolere nefandi  
 Cuncta viri monumenta jubet monstratque sacerdos.  
 Hæc effata silet; pallor simul occupat ora.  
 Non tamen Anna novis prætexere funera sacris  
 Germanam credit, nec tantos mente furores  
 Concipit, aut graviora timet, quam morte Sychæi.  
 Ergo jussa parat.

500

At regina, pyra penetrali in sede sub auras  
 Erecta ingenti, tædis atque ilice secta,  
 Intenditque locum sertis, et fronde coronat  
 Funerea; super, exuvias, enseque relictum,  
 Effigiemque toro locat, haud ignara futuri.

505

*Placet delere omnes reliquias pessimi hominis, et ita docet saga. Hæc locuta tacet: simul pallor intradit cultum. Tamen Anna non putat sororem celare mortem suam sub illis notis ceremoniis: nec suspicatur animo tantam rabiem; aut timet atrocius quicquam, quam in nece Sychæi. Igitur præparat, quæ mandata fuerant. Sed regina exstructo rogo, e tædis et ilicibus sectis, sub aëre, in interiore domo: cingitque locum sertis, et coronat funebribus foliis: superponit lecto vestes, et etiam relictum, et imaginem Æneæ, non inscia futuri casus. Altaria stant circum, et saga*

~~~~~

que Sprot.—497. *superimpones* Franc. *superimponant* Fragm. Vatic. Medic. a m. pr. cum aliis Pier. *superimpone* alii Pier. *nefanda* ed. Ven.—498. *monimenta* Ven. *monimenta* plerique. *jacet* magnus codd. numerus ap. Pier. et Heins., quibus adde fragm. Vatic.; itaque Burmannus recepit. Alii, nec minus multi, *jubet*, quæ Aproniana lectio esse videtur; nam in Mediceo in litura scriptum videas; quanquam ex pronuntiatione *jubat* orta esse videri potest. Dignitatem tamen majorem habet *jubet monstratque*. Utrumque de Diis et vatibus solenne. Itaque equidem cum Pierio *jubet* retinere malim; si poëta quidem ita scripasisse videri potest, ut scribere debuit. Nec Brunekium id facere audentem hac editione deserere volui.—499. *inflectit ora* nonnulli ap. Pierium, ex Horat. Epod. 7 putat Burm.—500. *Nec tamen* Zulich. *Hæc* Hugen. *prætexere* Medic. a m. pr. *munera* alter Menag.—502. *Concipere* Vir doctus (fuit is J. Jortin: v. *Tracts* Tom. II. p. 473) conj. ap. Burm., nec male; etsi eo carere possumus. *haud* vel *haut* aliquot ap. Pier. et Burm. et Goth. alter. *Sichæi* edd. sup., etiam Burm. cf. ad 1, 343.—503. *jussa implet* unus Guelph. *facit* alter in Exc. Sax.—505. *tectis atque* Goth. sec.—507. *funesta*

NOTE

505 *Tædis atque ilice*] *Tæda*, arbor pinguis, e *picæarum* genere, ex qua *facies* fiebant, quæ ideo *tæda* vocabantur. *Ilex*, arbor glandifera, e *quercuum* genere, de *Iscuse*.

506 *Intenditque locum sertis, &c.*] Vel pyram, vel parietes loci ubi stabat pyra. *Funerea fronde*, verberna ex funestis arboribus, cupresso, taxo,

&c. De *verbernis*, Ecl. VIII. 65.

506 *Effigiemque toro, &c.*] Ad amoris affectum, ut ne in morte quidem ab Ænea separetur: in speciem tamen, ad magica sacra; quibus adhibebantur effigies eorum, in quos illa parabantur, præsertim cereræ, Ecl. VIII. 75. De *toro*, lecto, Æn. III. 224.

Stant aræ circum, et crines effusa sacerdos
 Ter centum tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque, 510
 Tergeminamque Hecateu, tria virginis ora Dianæ.
 Sparserat et latices simulatos fontis Averni;

soluta crinibus tonat ore trecentos Deos, et Erebum, et Chaos, et Hecaten triplicem, tria capita virginis Dianæ. Affuderat quoque fictas aquas lacus Averni. Et con-

~~~~~

labens memoria citat Lutat. ad Stat. iv Theb. 460.—509. *crinis passa* pr. Hamb. e glossa.—510. *Ter centum*, divisim, ut sit *ter tonat centum Deos*, scribunt alii codd. et edd. ap. Burm. *sonat* Hamb. pr. Præferas facile vulgatum in utroque loco. Sunt trecenti Dii.—511. *que abest a tribus Burm. ter*

#### NOTE

509 *Sacerdos*] Massyla, de qua, 483. *De crimium in sacris effusione*, Æn. III. 370.

510 *Ter centum tonat ore Deos*] Vel juxta Hortensium, sonat *tercentum Deos*; id est, *innumeros*: certo numero, pro incerto. Vel juxta Servium, *Ter tonat centum Deos*, id est, centum numina Hecates, quæ sic dicta ab *icardv centum*: quia centum varias habere dicebatur potestates, et centum victimis placabatur, et centenarius numerus ipsi sacer erat.

*Erebum*] Vel Dens est Inferorum, ex Chao et Caligine prognatus, paterque Noctis, juxta Hyginum: vel profundissima inferorum sedes, ab *ἐπὶ τοῦ τεγο*.

*Chaos*] Vel antiquissimus Deorum est, unde ceteri propagati, juxta Hesiodum in Theog. v. 116. vel prima rerum omnium et confusa moles, unde orbis eductus est. Ge. iv. 347.

511 *Tergeminam Hecaten, &c.*] Sororem Apollinis, triplici nomine: quippe *Luna* in cælo, *Diana* in terris, *Proserpina* in Inferis appellabatur. At præterea *Hecate*. Ergo nomine quadruplici, non triplici? Immo *Hecate* nomen non fuit, sed cognomen, de

quo proxime diximus. Eadem quoque tribus capitibus pingebatur, dextro equino, sinistro canino; medio, vel humano, vel suillo, variant enim auctores. Tum colebatur in triviis. *Virgo* dicitur, quia virginitatis amans, ideoque sylvestres mores et venatum coluit. Igitur poëta per *Hecaten* et *Dianam*, idem dixit, diverse tamen expressit.

512 *Simulatos fontis Averni.*] *Lacus* proprie, non *fons* est, in Campania Italiæ, per quem descensus esse dicitur ad Inferos, Ge. II. 161. Cujus aquæ ad magica sacra celebres dicuntur apud Latinos: an item apud Barbaros et Græcos, non perinde liquet. Fortasse *Averna* generatim dicuntur lacus omnes, quorum halitus putris et gravior avibus infestus est: inde enim *Avernus* nomen habuit, quasi *ἄσπερος*, ab a privativo, et *ἄσπερος* avis, Æn. VI. 237. Conjecturam firmat Lucret. I. VI. 738. 'Nunc age Averna tibi quæ sint loca cumque, lacusque.' Aquam autem ejusmodi a magis ubique expetitam, quippe fœdam et graveolentem, verisimile est. Addit *simulatos*: quia communem aquam hoc nomine Dido appellabat, ad fallendam sororem.

Falcibus et messæ ad Lunam quæruntur ænīs

Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni;

Quæritur et nascentis equi de fronte revulsus,

515

Et matri præreptus, amor.

Ipsa, mola manibusque piis, altaria juxta,

Unum exuta pedem vinculis, in veste recincta,

*quiruntur lanuginosæ herbæ, succisæ falcibus æreis ad Lunam, cum succo nigri veneni. Conquiruntur etiam Hippomanes, amor equæ subductus, et exulsus e fronte pulli nascentis. Ipsa Dido moritura, exuta calceamentis circa unum pedem, in*

\*\*\*\*\*

*virginis sec.* Rottend., male.—513. *F. ad lunam et messe* Franc. *akeneis* scribunt codd. ap. Pier., male; nam et altera forma usitata: *ænus*.—516. *præruptus* aliquot libri ap. Burm. cum Schol. Lucani et Grammatico, auctore Medæ in Anthol. Lat. p. 180, ubi v. Burm. Sec. *præceptus* vel *perruptus* Hugen. Sed damnat eam lectionem ratio et Plinii locus in nota laudatus.—517. *molam* Medic., sed expuncta litera, et Montalb. *salibusque piis* conj. in schedis Jo. Schrader.—518. *et veste r.* aliquot Pier. Goth. pr. cum Hugen. cf.

#### NOTE

513 *Falcibus et, &c.*] *Ad Lunam*: quia putabatur in herbas despumare, et inservire rebus magicis; quippe eadem atque Hecate, Ecl. viii. 69. 'Pubentes herbæ:' vel villosæ et lanuginosæ; vel grandiores et adultæ, quibus vis insit major; non teneræ. *Ænīs falcibus*, id est æreis: quia id ea in arte solenne. Ovid. Met. vii. 228. de Medea: 'Partim succidit eurvamine falcis ænæ.'

514 *Nigri lacte veneni*] Vel lac dixit, pro quolibet succo: *nigrum venenum*, pro infausto, diro; ut Ge. ii. 130. 'Membris agit atra venena.' Vel, *lac nigri veneni*, pro succo nigri coloris.

515 *Nascentis equi, &c.*] Plin. l. viii. 42. 'Censent equis innasci amoris veneficium, hippomanes, appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu devorat fœta; aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat.' Eadem fere Aristoteles et Ælianus. Ideo Hippomanes *matris*

*amor* dicitur: quia primo expetitur ab equa, eique pullum cariorem reddit. Nomen ab *ἵππος equus*, et *μαρία furor*. Hoc autem hippomanes quæri jubet Dido: ut sorori persuadeat, sacra illa, ad conciliandum Æneam, non ad mortem sibi quærendam institui.

517 *Ipsa, mola manibusque, &c.*] Ipsa Dido, non sacerdos, Deos attestatur: *spargens molam*, sive placentam salisam super aras, easque *tenens manibus*. De *mola*, ejusque spargendæ consuetudine, Æn. viii. 82. De *tenendis aris* inter supplicandum, supra 219.

518 *Unum exuta pedem vinculis, &c.*] Sagarum habitus. Talis Medea apud Ovid. Met. vii. 182. 'Egreditur tectis, vestes induta recinctas, Nuda pedem, nudis humeris infusa capillos.' Sinistrum *pedem* fuisse existimat Cerdannus. *Vincula* explicat Pontanus, *calceamenta*: ex Tibul. l. i. 6. 30. 'Vinculaque de niveo detrahit ipse pede.'

*In veste recincta*] Explicant om-

Testatur moritura Deos, et conscia fati  
Sidera; tum, si quod non æquo foedere amantes 520  
Curæ numen habet justumque memorque, precatur.

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem  
Corpora per terras, sylvæque et sæva quierant  
Æquora: cum medio volvuntur sidera lapsu,  
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres, 525  
Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis  
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti.  
\*Lenibant curas, et corda oblita laborum.\*

*veste succincta, prope altaria, testatur mola et manibus piis Deos et astra concurrentia ad suum fatum: præterea, si aliquis Deus æquus et memor curam gerit amantem non æquali nexu junctorum, hunc implorat. Nox erat, et corpora fatigata somnum capiebant in terris, sylvæque et aspera maria quieverant: quando astra vertuntur in medio cursu: quando omnis campus silet, bestiae, et versicolores aves, et quæ incolunt late lacus liquidos, et quæ agros rubis horridos, jacentes sub nocte tacita mulcebant somno curas et corda oblita laborum. Non vero mulcebat curas*

\*\*\*\*\*

Burm.—520. *si quid* Leid. un. a m. pr. et duo Goth., male.—521. *sanctumque* m. Parrhas.—522. *placitum* alter Hamb. *placidam*—*quietem* alter Menag. *placidam c. membra quietem* ap. Serv. ad 1. Æn. 388. cf. ibid. 691.—523. *quieverant* tres ap. Burm.—526. *dumos* Montalb., unde Heins. *dumo*, Goth. sec. *dumi*; utrumque vitium scribentis.—527. *Rura tacent* Sprot.—528. Deficit versus in Medic. aliisque præstantioribus exemplaribus; ut vulgares taceam. Etiam Erf.; et sane melius eo caret sententia. Pendunt enim superiora a verbis *cum tacet ager*, et *cum tacent pecudes volucresque*—*sopita*. Conflatus videri potest versus ex lib. ix, 224. 225. Annotavit quoque Pompon. Sab.,

# NOTE

nes, *disinctam, solutam, ac fluentem* vestem: quia, inquit Nascimbænnus, nihil in sacrificiis non solutum esse oportebat. Ego *succinctam, et collectam*; ut pes nudus appareret, et commodior esset ad circummeandas aras habitus. Et vero tres poetarum principes reperio hæc tria in magico habitu descripsisse, nudos pedes, effusos capillos, et vestem recinctam. Virgilium quidem hoc loco de Didone. Ovidium Met. vii. 182. de Medea: 'Egreditur tectis, vestes induta recinctas, Nuda pedem, nudis humeris infusa capillos.' Horatium Sat. i. i. 8. 23. de Canidia: 'Vid egomet nigra succinctam vadere pal-

la Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo.' Tutius igitur puto Virgilii et Ovidii interpretem adhibere Horatium: et *recinctam*, explicare *succinctam, accinctam*: præsertim cum antea, 493. Dido dixerit: 'Magicas invitam accingier artes.' et in plerisque aliis verbis, *re*, non neget, sed augeat; ut in *recido, recipio*: in plerisque utramque vim habeat: ut in *recanto, et recino*, quæ significant incantationem et dissolvere et iterare; sic erit in *recingo* utraque vis.

520 *Non æquo federe amantes*] Amantes, non æquali affectu; non pari fide conjunctos: quales erant Dido et Æneas; illa multum, hic leviter amans,

At non infelix animi Phœnissa, neque unquam  
 Solvitur in somnos, oculisve aut pectore noctem  
 Accipit: ingeminant curæ; rursusque resurgens  
 Sævitur amor, magnoque irarum fluctuat æstu.  
 Sic adeo insistit, secumque ita corde volutat:  
 En, quid ago? rursusne procos irrisa priores  
 Experiar? Nomadamque petam connubia supplex,  
 Quos ego sim toties jam dedignata maritos?  
 Iliacas igitur classes, atque ultima Teucrum

*Phænissa animo misera, nec unquam resolvitur in somnum, aut admittit noctem oculis aut pectore: augescunt curæ, et iterum renascens amor furit, et agitur magno motu irarum. Sic adeo instat sibi, et sic apud se cogitat: Quid nunc faciam? an vicissim contemnenda tentabo primos amatores, et supplex flagitante nuptias Numidarum, quos ego jam toties dedignata sum accipere conjuges? An ergo sequar naves Trojanas, et suprema imperia Trojanorum? an quia mihi prodest*

hunc versum non legi ab Aproniano. Est autem ex ejus recensione lectio Codicis Medicei. Quam diversis simus omnes sensibus ac judiciis, et quam alienum ab his studiis, quæ quanta quantæ sunt in probabilitate versantur, sit, ex edicto et cum supercilio aliquid pronuntiare, vel hic locus docere potest, in quo nobis quidem in oculos incurrere videbatur, versum hunc jugulare sententiam, structuram evertere, et nervos orationis præcidere. At Brunckins, qui tam proclivi studio ad rescindendos versus fertur, miratur Heinsio additum eum videri potuisse: "Est profecto," pergit, "tam a Virgillii mann, quam quivis alius e laudatissimis. Absque eo manca et mutila videretur pulcherrima hæc noctis descriptio, quæ sic in participium posita desineret, sine verbo finito, et suspensio sensu." Sed tota nota digna est quæ inspicatur.—529. *Phænixa*, vel Dorvill.—530. *ve* abest a Ven. *que* duo Burm.—532. *magno curarum* qu. Moret. ex lib. VIII, 19, at v. inf. 564.—533. *voluptat* Dorvill. etiam alibi.—534. *Heu quid agam* Donatus videtur agnoscere ad Terent. v. Heins. et Burmann. *quid ego* Oudart. *agam* Servius cum codicum parte et edd. Junt. aliisque.—535. *Nomadum* v. sup. ad 320. *sequar* c. Dorvill. et plerique libri Pier.—536. *sim* Heins. post Pier. ex melioribus et meliori loquendi ratione (si modo poeta eam sequi voluit: cf. ad 485. i, 706): Est enim pro, cum ego sim. Vulgo sum.—537. *iterum* cl. sec. Rottend. et

## NOTE

529 *Phænissa*] Hic *Phænix*, hæc *Phænissa*: oriunda e Phœnicia, Æn. i. 450. *Infelix animi*] Græca locutio: ut Ge. iv. 491. 'Victusque animi.'

534 *En quid ago? &c.*] Deliberat noctu Dido, quid factura sit. Quinque sibi proponit consilia. i. Procos priores adire precibus, ut per eos læsum amorem ulciscatur. ii. Tro-

janorum navibus, et fidei se committere. iii. Solam Trojanos fugientes sequi. iv. Eos totius regni sui viribus persequi. v. Rejectis his omnibus: mori. Denique miseriarum causam in sororem refert: cnjus blanditiis impulsæ est, ut datam Sy-chæo falleret fidem. De *Nomadibus*, vel Numidiis, supra 41.

**J**ussa, sequar? quiane auxilio juvat ante levatos,  
**A**ut bene apud memores veteris stat gratia facti?  
**Q**uis me autem, fac velle, sinet? ratibusve superbis 540  
**I**nvisam accipiet? nescis heu, perditā, necdum  
**L**aomedontæ sentis perjuriam gentis?  
**Q**uid tum? sola fuga nautas comitabor ovantes?  
**A**n, Tyriis omnique manu stipata meorum,  
**I**nferar? et, quos Sidonia vix urbe revelli, 545  
**R**ursus agam pelago, et ventis dare vela jubebo?  
**Q**uin morere, ut merita es; ferroque averte dolorem.  
**T**u, lacrymis evicta meis, tu prima furentem

*eos prius a me recreatos esse subsidio, et quia gratia illius antiqui facti manet adhuc in bene gratis eorum animis? Fac autem me velle eos sequi, quis eorum mihi permittet? et nautas admittet irrisam? Heu! nescisne, misera, necdum sentis perjuriam Trojanæ gentis? Quid tum si hoc accidat? an sola fugiendo sequar nautas eorum triumphantes? an cincta Carthaginiensibus, et omni turba meorum persequar eos? et iterum traham in mare, et jubebo committere vela ventis, eos quos difficile extraxi ex urbe Tyro, Sidoniæ vicina? Morere potius, ut digna es, et expelle ense dolorem. Tu, o soror, commota meis lacrymis, tu prima oppressisti*

\*\*\*\*\*

*ego cl. pr. Hamb.—538. auxilium juvat conj. Heumann, quam refellit Burm. ad h. l. exilio aliquot ap. Pier.—539. Aut bene nonnulli Heins. et Burm. cum Goth. tert. Vulgo: Et bene. Est hoc inter sexcenta a Burmanno mutata, ubi nil referebat, hocne an altero modo legeretur. Malim utique intacta ea esse relicta. Nunc tamen ea iterum mutare velle, multo magis importunum esset et novas turbas inferret. at Sprot. et Dorvill., hoc non male. sit gratia Menag. pr., unde fit fecerat Heinsius.—540. sinat alter Hamb. ex Exc. Burm. a m. pr. ratibusque Goth. pr. et sic Medic. cum plerisque Heins. et Burm. ratibusque Parrhas., quod Brunck. recepit, tanquam unice verum; equidem et ne ferri posse video, et ne accommodatum esse; potest enim sententia versus et hoc et illo modo pronuntiari. superbus ed. Ven., non male. Sed alterum magis poeticum.—541. Invisam post Pierium Heins. revocavit e melioribus codd. et ratione idonea. Vulgo Irriam, quod præcesserat v. 534. Utrumque etiam Servius agnoscit.—542. Laom. vel Laomedontæ, Laomedontiadæ aberratio Codd. gentis p. sentis Dorvill.—543. Quid cum Dorvill. comitabar tert. Rottend. comitata pr. Hamb. nautas nonnulli Pier., sed ovantes est ornatus haud dubie. cf. sup. v. 418.—545. Inferar post Pier. e Codd. prætulit Heins., recte sane, tanquam quod exquisitius dictum esset. cf. inf. x, 576. 1, 439. Vulgo Insequar. Servius utrumque laudat. Inferor pr. Hamb. vix S. ab urbe Parrhas. reculsi Wall.—546. in ventis Sprö. videbo duo Burm. cum Goth. sec. ex more aberrantes.—547. abrupte d. pro div. lect. tert. Rottend., quod sane usitatus, idemque potentius; sed alterum a vulgari remotius.—548. Diversam hic Urbani Grammatici interpunctionem narrat Servius et ex eo Pompon. Sab., quæ*

#### NOTÆ

538 Quiane] An quia? Et ironia est, hoc sensus: An quia jam nihil prodest mihi quod eos olim juxerim; ideo eorum naves sequar, eorum imperio me subjiciam? De gente Laomedontæ, ejusque perjurii, Ge. I. 502.



His, germana, malis oneras, atque objicis hosti  
 Non licuit thalami expertem sine crimine vitam  
 Degere, more feræ, tales nec tangere curas!  
 Non servata fides, cineri promissa Sychæo!  
 Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

550

Æneas celsa in puppi, jam certus eundi,  
 Carpebat somnos, rebus jam rite paratis.

555

• Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem  
 Obtulit in somnis, rursusque ita visa monere est;  
 Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque,  
 Et crines flavos, et membra decora juventæ:

*amantem his miseriis et exponis me hosti. Nonne fas erat ducere vitam immunem nuptiarum, in modum feræ, nec tangi talibus curis? Non est servata a me fides iurata cineribus Sychæi. Illa emittebat e pectore tantas querelas. Æneas jam certus abeundi capiebat somnum in alta puppe, jam bene preparatis rebus. Species Dei redeuntis sub eadem figura obtulit se illi per somnum, et iterum visa est ita increpare illum; similis Mercurio per omnia, et vocem, et colorem, et flavos*

~~~~~

talis fuisse videtur, ut *Tu lacrymis evicta meis* sc. *es*, sententiam finiret.—549. *objicit* Reg.—550. *expertam* aliquot Pier. et Barm., solenni errore.—551. *fere* in multis; sensum probabilem inde elicere studet Barmannus; Idem conj. *more meo*. Waddel. apud eund. *more fero*; sed omnia frustra. v. Not. Agnoscit ac tuetur lectionem librorum Quintil. ix, 2, 64. Hoc illud est, quod toties in re critica bilem movet, cum magno conatu multa movent viri docti, ut sub finem subjiciendum sit: *sed sana vulgata*. Si tuo ipsius iudicio sana erat, cur operose tentabas? *feræ* Aproniani lectionem esse observat Pompon. Sab. *non tales* alter Mentel.—552. *Non cineri s. fides* Serv. sup. ad v. 52. *Sichæi* Medic. (hoc est, quod Pompon. Sab. habet: *Sic legit Apronianus*) cum aliis Pier. Heins. et uno Burm. Sed *Sychæo* est pro *Sychæio*, noto more poetarum, primitivum pro deducto: ut *Romula tellus*; et apud Tragicos Græcos infinita. Sic *laticem Lyæum* i, 690 vidimus; sic *Lenæum honorem* sup. v. 207. De scriptura *Sychæo* v. sup. ad i, 347.—553. *fundebat* pr. Hamb. pro var. lect., at recte *rumpebat* ut sup. ii, 129, h. e. emittebat; proprie cum vi et impetu. Post hunc versum in Vratisl. legebatur: *Thuræque magnorum longe dat jussa Deorum. Huic se forma viri v.* Idem versus insertus est Goth. sec., sed post v. 557 *rursusque ita visa monere est: Duraque m.*—554. *Æneas jam c. in p. c. e. Wall.*—556. *Hinc Ven.*—557. *jussa m. Franc.* ex more librariorum. *est* deest binis Burm. et Goth. tert. a m. pr. *'st Gud.*, ut solent veteriores codd.—558. *Mercurii* tert. Mentel. a m. pr. *que post colorem* abest a tribus Burm.—559. *juventa* nonnulli Pieriani, Medic. cum

NOTE

551 *More feræ, &c.*] Id est solitariam vitam degere, et minime sociabilem, et quasi feram. Frustra enim nonnulli ad *lynces* respexisse existimant, quas aiunt amisso conjugē nunquam deinceps alteri sociari.

Tangere curas] Dictum, pro *tangi curis*: ut *Æn. i. 13. rolcere casus*, pro *rolci casibus*.

552 *Cineri Sychæo*] Adjective pro *Sychæio*: nisi legatur, ut in antiquis plerisque cod. *Sychæi*.

Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos? 560
 Nec, quæ te circum stent deinde pericula, cernis?
 Demens! nec Zephyros audis spirare secundos?
 Illa dolos dirumque nefas in pectore versat,
 Certa mori, varioque irarum fluctuat æstu.
 Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas? 565
 Jam mare turbari trabibus, sævasque videbis
 Collucere faces, jam fervere littora flammis:
 Si te his attigerit terris Aurora morantem.
 Eia age, rumpe moras. Varium et mutabile semper
 Fœmina. Sic fatus nocti se immiscuit atræ. 570

capillos, et membra pulchra juventutis: Fili Veneris, inquit, potesne capere somnum in hoc casu? nec vides pericula quæ mox te circumstabunt? insane! nec audis ventos propitios flare? Illa Dido, certa moriendi, meditatur animo fraudes et æcsum crimen, et agitur variis motibus irarum. Nec fugis hinc festinus, quamdiu potestas est festinandi? Mox videbis mare agitari remis, et splendere fœnatis facibus; mox littora accendi flammis: si Aurora invenerit te tardantem in his regionibus. Age ergo, amputa moras: mulier res est semper varia et mutabilis. Ita locutus, confudit se cum nigris tenebris. Tunc autem Æneus territus subito

duobus aliis Heins. Adde fragm. Vatic. Sane membra decora juvenia communiorem formam habent.—560. *potis est sub c.* Oudart. *casu sub* alter Hanib.—561: *quæ te circum stent* Heins. e Medic. aliisque post Pierianos. Adde fragm. Vatic. At vulgg. *quæ circumstant* vel *stent te.* cf. ad 536. A multis abest *te.* cernas Leid. a m. pr.—563. *Deos tert.* Mentel. a m. pr. in pectora alter Menag. *sub pectore* Pieriani aliquot.—564. Lectio hæc Mediceï aliorumque est codd. elegantior haud dubie illa et poëtæ frequentata, cf. v. 532, quam altera, quam alii codd. ap. Heins. et Burm. (cujus Menag. alt. *ausilat* habet) cum uno Pier. et fragm. Vatic. *variosque irarum concitat æstus.* Forte ipse poëta meliorem lectionem alteri ascripserat.—565. Num tres Burm. in *præceps* fragm. Vatic. a m. pr.—567. *littora fervere* Dorvill.—569. *Heia* in fragm. Vatic. et in multis. *Ergo age* Pier. aliquot codd. ac mnd. Wall.—570. *fatis* Gud. a m. pr. *jam misc.* fragm. Vatic. a m. pr. *noc-*

NOTÆ

560 *Nate Dea*] Secunda Mercurii ad Eneam legatio: qua suadet, ut etiam noctu fugiat. Duplici ratione utitur. I. Petitur ab imminetibus periculis. II. A commoda tempestate. Pericula deinde exponit, in eo posita, quod nunc quidem Dido statuerit mori; sed cum sit *varium ac mutabile fœmina*, fieri possit, ut nolit inulta mori, et postera die fugientem armata classe persequatur.

562 *Zephyros*] Commodum quemlibet ventum: nam ex Africa in Italiam solventibus Austro meridionali, non Zephyro occidentali opus est, Ecl. v. 5.

566 *Jam mare turbari trabibus*] Carthaginensium navibus, a Didone immittendis. Sic Æn. III. 191. 'cava trabe currimus æquor.' De *Aurora*, Ge. I. 249.

Tum vero *Aeneas*, subitis exterritus umbris,
 Corripit e somno corpus, sociosque fatigat :
 Præcipites vigilate, viri, et considite transtris ;
 Solvite vela citi. *Deus*, æthere missus ab alto,
 Festinare fugam, tortosque incidere funes, 575
 Ecce iterum stimulat. Sequimur te, sancte *Deorum*,
 Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
 Adsis o, placidusque juves, et sidera coelo
 Dextra feras. Dixit ; vaginaque eripit ensem
 Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro. 580
 Idem omnes simul ardor habet ; rapiuntque, ruuntque ;
 Littora deseruere ; latet sub classibus æquor ;
 Adnixi torquent spumas, et coerula verrunt.
 Et jam prima novo spargebat lumine terras

simulacro, eripit corpus somno, et increpat socios: Expergiacimini celeriter, o socii, et sedete in scamnis: explicate vela cito: ecce Deus missus ex alto caelo rursus hortatur celerare fugam, et secare tortos funes. Sequimur te, o sancte Deus, quicumque es, et rursus lati obtemperamus mandatis. Adsis o, et nos benignus adjuves, et reddas et caelo sidera propitia. Dixit: et eripit e vagina gladium coruscantem, et stricta acie secat funes. Idem ardor occupat simul omnes: et rapiunt, et ruunt: reliquerunt littora: mare tegitur sub navibus: adnixi convolvunt fluctus spumosos, et trajiciunt coerulea spatia. Et jam prima Aurora, descensu

~~~~~

*tique imm.* Wall. *se miscuit* Leid. et Goth. tert.—571. *subitis* alter Menag.—572. *a somno* duo Burm. *e somnis* Leid. *e strato* aliquot Pier. et sup. iii, 176. *socios corpusque* Wall. 573. *Præcipitans*, v. c. emendabat Jo. Schrader. in schedis. Offendebat scilicet *præcipites* cum *vigilate* junctum, quod poeti-  
*cus sermo in festinatione bene fert. Prævigilate viri, moneo* sec. Rottend. ludibrium, puto, librarii. *et deest alteri* Hamb., non male.—574. *juvus* Oudart. pro Var. Lect.—575. *F. jubet* Venet. Mox *que* abest a duobus Burm.—576. *instimulat* aliquot Heinsiani ; quod numerosius videri potest ; sed v. Heins. et Burm.—577. *imperioque tuo* Parrhas. cum plerisque Pierianis.—578. *Adsis en* Ven. *Assis* Menag. alt. cum codd. Pierii, quem vide. *caeli* Dorvill.—579. *Inquit, v.* Parrhas. *liberat ensem* pr. Hamb. v. ad Ovid. vi Met. 551 et al.—582. *Littore* Mentel. pr. *sub claustris* Reg.—583. *Adnixi*

#### NOTÆ

573 *Transtis*] Scamnis nauticis, ubi remiges sedent.

576 *Sancte Deorum, Quisquis es*] Summisit ex Ennio : ' Respondit Juno Saturnia, sancta Dearum : ' qui forte ex Græcis, apud quos illa dicitur *δῖα θεῶν*. Alii sic interpungunt : ' se-  
 quimur te sancte, Deorum Quisquis

es.' *Quisquis es*] Non enim videtur iterum venisse Mercurius armatus caduceo et talaribus, ut 239. sed colore tantum et voce similia, 359.

577 *Ovantes*] Læti, Æn. iii. 189.

578 *Sidera Dextra*] Propitia. De usu vocis hujus ; et cur sæpe læta etiam prospera sint, Ecl. i. 16.

Tithoni croceum linqueas Aurora cubile: 585  
 Regina, e speculis ut primum albescere lucem  
 Vidit, et sequatis classem procedere velis,  
 Littoraque et vacuos sensit sine remige portus;  
 Terque quaterque manu pectus percussa decorum,  
 Flaventesque abscissa comas, Pro Jupiter! ibit 590  
 Hic, ait, et nostris illuserit advena regnis!  
 Non arma expediant, totaque ex urbe sequentur,

*croceum lectum Tithoni, illustrabat terras nova luce: statim atque regina vidit e specula dictum albescere, et classem progredi velis paribus; et animadvertit littora et portus vacuos absque remigibus: percussit ter et quater manu pulchram pectus, et collens flavos capillos: Proh Jupiter! inquit: abibit illa advena, et illuserit nostro regno? Clives non educent arma, nec eum insequentur ex urbe tota, nos*

~~~~~

et vertunt Goth. sec., vulgari lapsu.—584. *spargebant* Sprot.—586. *et sp. sec. Rottend. tum primum Ven. cum pr. aliquot codd. ap. Burm. et Goth. tert. primum Gud. a m. pr. et Mentel., eleganter, iudice Heinsio. De quo nemo dubitet. At Maro non minus frequentat ut primum pro cum primum Æn. I, 310. Ut primum lux alma data est. et sic multis locis: quorum ergo contenta codicum fide mutabimus!—587. producere sec. Moreti, solita varietate.—590. abscissas multi prstantiores. v. Heins., qui recipere debebat, si sibi constare volebat, et cf. II Ge. 23. flaventis abscissas Reg. fl. quo comas abscissas Wall. adscissas aliquot ap. Pier. pro J. inquit Montalb.—591. Hinc, ait Menag. Hamb. pr. Erf. i. a. terris Leid. un.—592. Nunc a. Montalb.*

NOTÆ

585 *Tithoni croceum, &c.*] Tithonus, Laomedontis Trojani regis filius, ex Strymone: ob formam raptus ab Aurora, ab eadem immortalitatem obtinuit: sed oblitus perpetuam juventutem etiam petere, cum demum consensisset, tædio affectus mortalitatem petiit; quæ restitui cum non posset, in cicadam ab Aurora mutatus est. De Aurora, Ge. I. 249. Crocus color, qui proprius est croci floris, *du safran*.

586 *E speculis*] Locis editioribus, unde speculari procul poterat abeuntes: in omnibus enim tota nocte, eo se Dido amoris impatientia centulerat.

590 *Pro Jupiter! &c.*] Erumpit in hanc orationem regina furor. Im-

precatoria est: habetque partes septem. i. Exclamationem abruptam, qua Jovem appellat, quasi violati hospitii vindicem: quemadmodum eum in excipiendo primum hospite appellaverat, Æn. I. 735. ii. Jussa aspera et concitata, quibus Carthaginienses in fugaces Trojanos commovet. iii. Correctionem amentiae suæ, qua se absentibus stulta imperare cognoscit: tum enim sola loquebatur e speculis. iv. Exprobrationem fictæ Æneæ pietatis, in Deos, in patrem. v. Dolorem amissæ nitentis, quam in Æneam, ejusque filium et gentem, exercere potuisset. vi. Obstinationem Deorum, tam superiorum, quam inferiorum; ut sibi adesse ultores velint. vii. Divam imprecationem, tam

Deripientque rates alii navalibus ? Ite,
 Ferte citi flammās, date vela, impellite remos.—
 Quid loquor ? aut ubi sum ? Quæ mentem insania mu-
 tat ?— 595

Infelix Dido ! nunc te facta impia tangunt ?
 Tum decuit, cum sceptrā dabas :—en dextra fidesque !
 Quem secum patrios aiunt portare Penates !
 Quem subiisse humeris confectum ætate parentem !—
 Non potui abreptum divellere corpus, et undis 600

alii extrahent naves e stationibus ? Ite celeres, injicite faces, immittite vela, agitate remos. Quid dico, aut ubi sum ? quæ amentia turbat mentem ? Misera Dido, nunc fata crudelia te urgent. Tunc decebat hæc facere, cum tradebas sceptrā tua Æneæ. En dextra data, et fides: en ille, quem ducit ferre secum patrios Penates, quem sustentasse humeris patrem annis effatum. Nonne potui lace-

~~~~~

Nonne Zulich. *expediam* ed. Ven.—593. *Diripiantque* Witt. Voss. alt. et Donat. de Schemat. Sed usus et ratio postulat *Deripientque*, uti jam Heins. emendabat, quem miror hoc non reposuisse, id quod nunc fecimus: expresserat jam Brunck. cf. sup. i, 211. Porro codd. distinguunt post *rates*, male.—594. *F. c. ferrum* Gud. pro div. lect. *date tela* Medic. cum aliis plerisque Heins. duobus ex Goth. Erf. Variant quoque Grammatici. v. Heins., qui recte nil movit. *impendite remos* Leid.—595. *loquar* Leid. un. *ubi sunt* Zulich., non invenuste, iudice Burm. Nihil tamen ad vulgatam: *ubi sum ?* Mox *quæ m. i. versat* tres ap. Burm., non male; ex glossa tamen.—596. *nunc te* Heins. tuetur e Medic. aliisque cum Pier. alii *num te*; etiam Grammatici ap. Heins. *nam* Clidionius. *jam te f.* Reg. et Parrhas. Porro *facta i. e* Medic. aliisque præstantioribus recepit: vulgo *fata*. cf. Not., quod bene poterat exponi: *fatu impia*, fatum crudele, iniquum, infaustum. Nunc fato tuo moveris? debebas tum moveri, adeoque de illo sollicita esse et de eo, quod futurum esset, cogitare, tum cum Æneam in regni societatem admitteres. Variant etiam Grammatici ap. Heins. item Gothani.—597. *Tunc* Gud. cum al. Heins. *Tunc licuit* Parrhas., sed in eo interpolationes plurimas observas.—598. Qui hoc et seq. v. pro *quem* olim fuit lectum, teste Servio. *portasse* Medic. et Dorvill.—600. *arreptum, areptum, abruptum, devellere*, librariorum ludibria. *avulsum* apud Donat. in Terent. Andr. iv, 3, 3, memo-

#### NOTÆ

in Æneam, quam in ejus posteros; quæ æterna Carthaginiensibus et Italis inter se odia portendit.

595 *Quæ mentem insania mutat*] Olim quippe servabas Æneam ejusque naves a Pœnorum furore, Æn. i. 566. nunc eos in illum immittis. Olim sceptrā dabas Æneæ, nunc ejus vitam petis.

597 *Tum decuit, cum, &c.*] Decuit

hæc, quæ nunc jubes, tum jubere; et Trojanos habere hostiliter: cum eos hospitio, eorum ducem in regni partem accepisti, cum ei sceptrā tua, teque adeo tradidisti.

598 *Penates*] De *Penatibus*, quos Trojano incendio Æneas eripuerat, deque *Anchise* sublato in humeros, Æn. ii. 717. et sequentibus.

600 *Abreptum divellere corpus*] Quem-

Spargere? *non socios, non ipsum absumere ferro*  
*Ascanium, patriisque epulandum ponere mensis?*—  
 Verum anceps pugnae fuerat fortuna.—Fuisset;  
 Quem metui moritura? Faces in castra tulissem,  
 Implessemque foros flammis, natumque patremque 605  
 Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.—  
 Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,  
 Tuque harum interpretres curarum et conscia Juno,  
 Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,  
 Et Diræ ultrices, et Di morientis Elisæ, 610

*rare correptum corpus, et spargere in aquas? nonne occidere gladio socios, nonne ipsum Ascanium, et offerre eum in mensa patri comedendum? At dubius fuisset exitus illius pugnae! fuisset. Quem timebam ego moritura? immisi-  
 sem faces in castra: et implevissem ignibus nares: extinxissem patrem et filium  
 cum gente: ipsa me precipitasset super illos. Sol, qui luce circumspectis omnia  
 terrarum opera: tuque Juno, conciliatrix et particeps nuptialium negotiorum: et tu  
 Hecate inclamata per urbes in triviis nocturnis: et Furia vindices, et Dii morientis*

*ris lapsu. corpus divellere* Menag. pr.—602. *patriisque* ed. Junt. Dorvill. et  
*Latat.* apud Burm. *ponere* Burmannus primus recepit, ut scripti fere omnes,  
 etiam duo Goth. habent, etiam Pierii, præter unum ejus Mediceum, qui  
 diversus a Foggiano est. In hoc ut in vulgg. edd. legebatur *apponere*; duo  
 ap. Burm. *opponere*, alter Hamb. *imponere*. Sed *ponere*, pro *apponere*, frequens  
 poetis.—603. *fuerat pugnae* Menag. pr.—604. *Quem timui* Goth. tert. Heins.  
 conj. in *transira*. Sed *castra* plus poeticae audaciae habet. v. Not.—605. *foras*,  
*foras, feros*, aberrationes librariorum.—606. *extinctum* pr. Moret. *extinguam*  
*Latat.* ad Stat. v Theb. 128. *extinxissem*, quod est interpretis. Burm. *ex-*  
*tinxi* duo Goth. et *memet quædam* edd. Servii sup. ad v. 508.—608. *et abest*  
 a pr. Hamb.—609. *per umbras* Leid. un. pro var. leet.—611. *æsertite multi*;

# NOTE

admodum Bacchæ Orpheum, Pen-  
 theum, discerpserunt: Ge. iv. 520.  
 et supra 469.

602 *Patriis epulandum, &c.*] Quem  
 admodum Atreus, Thyestæ fratris  
 filios, ipsi ad epulas coctos appose-  
 rat: Procne et Philomela Tereo Itym,  
 Ecl. vi. 78.

605 *Foros*] Vel spatia in navibus  
 aperta, ut tabulata in quibus incedi-  
 tur: vel concava navium latera, quas  
 onas ferunt. Ge. iv. 250.

606 *Extinxem*] Syncope, pro *extin-*  
*xissem*: infra, 682.

607 *Sol, qui, &c.*] Solem obtestatur,  
 vel quasi altorem vitæ, quam relin-

tura est; vel ut, qui lustrat omnia,  
 suæ mortis et alienæ perfidiæ testis  
 esse velit. *Junonem*, ut pronubam et  
 conciliatricem interpretemque nup-  
 tiarum, propter quas moritur, supra  
 59. *Hecaten* ut præsidem sacrorum  
 magicorum, quorum simulatione mo-  
 ritur, supra 511. *Diras*, seu *Furias*,  
 ut infestæ sint *Æneæ*, cujus scelere  
 moritur, *Æn.* iii. 212. Ge. iii. 552.  
*Deos* denique: vel tutelares urbis suæ,  
 ut inter illamque Itales odia æterna  
 nascitent; vel mortis prædes, ut fa-  
 cilem sibi mortem præbeant. De  
 voce *lustr*, pro *circum*, *Æn.* i. 612.

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

2 Y

Accipite hæc, meritumque malis advertite numen,  
 Et nostras audite preces. Si tangere portus  
 Infandum caput, ac terris adnare necesse est;  
 Et sic fata Jovis poscunt; hic terminus hæret:  
 At bello audacis populi vexatus et armis,  
 Finibus extorris, complexu avulsus Iuli,  
 Auxilium imploret, videatque indigna suorum  
 Funera; nec, cum se sub leges pacis iniquæ  
 Tradiderit, regno aut optata luce fruatur :

615

*Didonis: audite hæc, et applicate huc numen meritum a sceleratis, et excipite nostras preces. Si necesse est Æneam, sceleratum illud caput, attingere portus, et appellii terris; et sic voluntas Jovis id exigit, et hic terminus stat: saltem agitata et bello et armis fortis populi, exul e finibus suis, abstractus a complexu Ascanii, impleret auxilium, et cernat indignas mortes suorum: et, cum submisserit se conditionibus pacis onerosæ, non potitur regno aut vita desiderata; sed moriatur ante tempus,*

sed alienum a loci sententia. Accipite hæc: animumque malis excludite tantis ed. Ven. ab interpolatore.—613. I. corpus Menag. pr. e glossa. et t. Parrhas.—614. Et sic bene Heins. reposuit, optimis codd. etiam Pierianis auctoribus, etiam Nonio et Macrobio: vulgo *Et si*. Heins. conj. *Id si*. In pr. Rottend. pro var. lect. erat: *Et si fata petunt Jovis: hic et t.*—615. *Et bello* Medic. a m. pr.—616. *externis* Hugen. *conspetu avolsus* codd. ap. Nonium Marcellum. *que post complexu duo* Burm. *avolsus* scriptum cum Medic. et Gud.—617. *que abest a Mentel.* pr. et sic bona codd. pars ap. Pierium eo caret.—618. *leges*

## NOTE

611 *Meritum malis, &c.*] Advertite et applicate huc numen vestrum, id est, potestatem illam et vim ulciscendi ac puniendi, qua mali coerceri atque opprimi meruerunt. De *fatis*, eorumque dispensatore Jove, *Æn.* i. 243.

615 *At bello, &c.*] Volunt interpretes hanc imprecationem aliquatenus exitum habuisse. Nam Æneas i. Appulsus in Italiam, vexatus est armis Turni regis. ii. Avulsus est ab Iuli complexu, cum ab eo discessit, ut apud Evandrum quæreret auxilium, *Æn.* viii. 80. iii. Vidit indigna suorum funera variis in præliis, *Æn.* x. xi. xii. Præsertim cædem Pallantis, *Æn.* x. 489. iv. Pacem, aiunt, iniquis conditionibus cum Latino rege sancivit; quia propriæ gentis amisit nomen, et commune Latinorum nomen accepit, *Æn.* i. 10. v. Cecidit ante

diem, et inhumatus jacuit: quia dicitur, tertio imperii anno cum Mezentio pugnans, in Numici fluminis ripa, nusquam comparuisse: alii tamen aliter, *Æn.* i. 270. vi. Nullus amor populis, nec fœdera fuerunt: siquidem tria Romanos inter et Carthaginienses orta sunt Punica bella; ex Pœnorum perfidia, qui nulla fœderum religione coerceri poterant. vii. Exortus ex ipsis gente Hannibal, novem annos natus ab Hamilcare patre ad aras Deorum jurejurando adactus est, ut, quam primum posset, hostis Romanorum foret. Idem bellum Punicum secundum Romanis intulit, in ipsum Italiæ atrox; illudque octodecim annis grassit. Victus demum a Scipione Africano majore, in Africa; apud Prusiæ Bithyniæ regem veneno se ipse interemit, ne in manus Flamini Romæ legati traderetur.

Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena. 620  
 Hæc precor; hanc vocem extremam cum sanguine fundo.  
 Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum  
 Exercete odiis; cinerique hæc mittite nostro  
 Munera. Nullus amor populis, nec fœdera sunt. ♣  
 Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, 625  
 Qui face Dardanios ferroque sequare colonos,  
 Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.  
 Littora littoribus contraria, fluctibus undas  
 Imprecor, arma armis; pugnent ipsique nepotesque.

*et sit insepultus in media arena. Hæc imprecor: emitto hæc ultima verba cum sanguine. Vos etiam, o Carthaginienses, persequimini odiis stirpem ejus et omnem gentem futuram; et offerte hæc dona meis cineribus: nullus amor, nulla concordia sit inter hos populos. Nascere, o vindex aliquis, e nostris ossibus; qui persequaris ferro et flamma colonias Trojanas. Nunc, et olim, et quocumque tempore offerent se circo, imprecor littora inimica littoribus, maria maribus, arma armis: certent etiam*

*sub p. Hamb. pr.—619. fruetur Goth. sec.—622. et deest Zulich. a m. pr—626. sequere alter Hamb.—627. quæcumque Parrhas.—629. Jam precor duo Burm. arma viris pr. Hamb. p. ipsique nepotesque Heins. reposuit e Medic. aliaque potioribus codd. Vulgo leg. ipsique nepotes; et sic Grammatici passim laudant; sic quoque omnes Goth. (ipsi pugnentque nepotes Moret. qu. ex interpolatione). In quo facile intelligi possit, alterum que librarii culpa extritum esse. Videtur tamen mihi que illud in clausula totius sententiæ et orationis redundans vix locum tueri posse, vel aurium judicio. Tum ipsique non habet, quod commode huc advoces. Nam debent esse aut ipsi Tyrii: tum vero languet post superiora multo graviora: pugnent ipsi et nepotes; aut populi: atqui quinam sunt populorum nepotes? Heumannus et Trappius et Jo. Schrader. in schedis, totum hemistichium esse judicabant, tanquam assutum; scilicet viris doctis non succurrebat, qui illi Carthaginiensium nepotes esse possent. Holdsworthus Jubam huc vocabat, et laudabat Lucani locum lib. viii, 283 sqq. Dicas potuisse poetam latius ipsum Bocchum ac Jugurtham, Afros certe, etsi non proprie Carthaginiensi stirpe oriundos, intelligere. Parum tamen hoc quoque satisfacit. Alterutrum tenendum esse arbitror: aut, quod malim, ne clausula tenuior sit reliqua oratione, in suspicionem adducendum hemistichium; aut, si malis, cum excusatione poetæ, retinere, simpliciter nepotes sunt posteri, sera posteritas, sc. respectu eorum, qui tum*

## NOTÆ

620 *Cadat ante diem, &c.*] Cadere dicuntur ante diem, qui non præfixo juxta communem naturæ ordinem tempore; sed violenta, aut fortuita, aut immatura morte pereunt. De Tyriis, Carthaginiensibus Tyro oriundis, *Æn.* i. 16. De Dardaniis, Trojanis, *Æn.* i. 239.

623 *Cinerique hæc mittite, &c.*] Allu-

dit ad munera, quæ sepulcris mortuorum imponebant, infundebantque; lac, vinum, sanguinem, *Æn.* iii. 62. Quorum loco petit, odia, et inimicitias cum Trojana stirpe.

628 *Littora littoribus, &c.*] Nam Carthaginis littus Italici littori situ oppositum est. *Æn.* i. 17. 'Carthago Italiam contra.' Sic odiis quoque.



Hæc ait, et partes animum versabat in omnes;  
 Invisam quærens quam primum abrumpere lucem.  
 Tum breviter Barcen nutricem affata Sychæi:  
 Namque suam patria antiqua cinis ater habebat:  
 Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem;  
 Dic, corpus properet fluviali spargere lympha,  
 Et pecudes secum et monstrata piacula ducat.  
 Sic veniat; tuque ipsa pia tege tempora vitta.  
 Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta paravi,  
 Perficere est animus, finemque imponere curis;

630

635

*ipsi posterî. Dixit hæc, et convertēbat animum in varias partes, quærens quam citissime abrumpere vitam odiosam. Tunc breviter allocuta est Barcen nutricem Sychæi, nam nigra humus tenebat suam nutricem in ceteri patriæ: O nutrix dilecta, acceræ huc mihi Annam sororem. Mone ut festinet aspergere corpus aqua flumineæ, et secum adducat pecudes ac piacula præscripta. Sic veniat, et tu ipsa cinge caput sacra vitta. Mens est mihi absolvere sacrificia, quæ inchoata destinari Jovi inferno: et ponere terminum miseriis: et dare igni bustum Trojani ducis. Sic locuta est. Illa*

\*\*\*\*\*

erant, et tollendum importunum quæ.—632. Cum br. Wall. Hinc B. breviter Hamb. alter. Porro Barcem, Bachem, Bachen, Braocen, Barchen aberrationes. Sychæi est duo Burm. cum Goth. sec.—633. Hunc versum suspectum Britanno docto ac vindicatum vide in Miscell. Obs. vol. 1, p. 13. Suspectum haberi video et aliis, ut Jac. Bryant., et Jo. Schradero, acutis viris. Sane si vitio datur poëta, quod rem tam parvi aut nullius momenti interposuit, excusandi facultas esset: cum fidem faciant narratis hoc ipso poëtæ, quod certis nominibus, rebus, locis, res definiunt; sed sunt in ipso versus plura, quæ displiceant: suam pro ejus: cinis in patria nutricem habebant. Est itaque haud dubie ab interpolatore profectus.—635. aspergere Ven., quod est commune. mergere alter Menag.—636. ducet Mentel. pr.—637. Sic veniet nonnulli e Pierianis. tuæque sec. Rottend. a m. pr. tege corpora Sprot.—638. parabat

## NOTE

635 *Fluviali spargere lympha*] De ablutione veterum, ante sacrificia, pura et fluviali in aqua, *Æn.* ii. 719. Notant autem interpretes; ad sacra superiorum Deorum ablutionem adhibitam; ad sacra inferiorum, solam aspersionem. Sic *Æn.* vi. 636. *Æneas* ramum Proserpinæ figens apud Inferos: 'corpusque recenti spargit aqua.' At idem *Æn.* ii. 720. Penates attingere non audens ait: 'donec me flumine vivo Abluero.'

636 *Monstrata piacula*] Res ad expiandos Deos necessarias. Cur autem? quia fidem juratam Sychæo, nove et

fatali conjugio violaverat. Quæ autem illa piacula? Nempe nigræ victimæ, quæ Diis inferis immolabantur. *Æn.* vi. 153. 'Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunt.' Et multa mandat vetulæ nutrici; ut ea diutius absente, se ipsam facilius interimat: astantibus paucis duntaxat, iisque inferioris ordinis mulierculis, de quibus 664. 'Collapsam aspiciunt comites:' non ausæ nimirum ad eam propius accedere. De vittis et teniis e capite pendentibus ad sacra mysteria, *Æn.* ii. 133.

638 *Jovi Stygio*] Plutoni, Saturni

Dardanique rogam capitis permittere flammæ. 640

Sic ait. Illa gradum studio celerabat anili.

At trepida et cœptis immanibus effera Dido,  
Sanguineam volvens aciem, maculisque tremantes

Interfusa genas, et pallida morte futura,  
Interiora domus irrumpit limina, et altos 645

Conscendit furibunda rogos, ensemque recludit  
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.

Hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile  
Conspexit, paulum lacrymis et mente morata,  
Incubuitque toro, dixitque novissima verba: 650

Dulces exuviæ, dum fata Deusque sinebant,

*urgebat gressum senili affectu. At Dido tremens, et efferata horridis consiliis, rotans oculos sanguineos, et infecta maculis circa malas tremantes, et pallens ob mortem imminentem, ingreditur interiorem partem domus, et furens conscendit altum pyram, et educit gladium Trojanum, munus non comparatum in hos usus. Postquam vidit vestes Trojanas et lectum sibi cognitum, paululum illic morata flendo et cogitando, abiecit se in lectum, et protulit hæc ultima verba: Reliquiæ dulces, dum fata et*

~~~~~

vet. cod. apud Macrob. III Sat. 3.—640. Dardanidique Wall. pro Dardanidæ, subjicit Burm. præmittere Ven. flammis Medic.—641. Dixerat, illa Parrhas. celebrabat a pr. m. Medic. cum aliis, frequenti lapsu. accelerabat Goth. sec. anilem Burmanno invito in contextum venisse suspicor. Nam Heinsianæ edd. anili retinent, et Burmannus ita rectius legi pronuntiat. Atque ita Medicus cum præstantissimis aliis; item Goth. pr. et sec. a m. sec. Non male sane dictam alteram quoque: expuli tamen codicum jussu, quod fors intulerat.—642. Et tr. Montalb. et ante captis abest a pr. Moret. At rapidi c. Exc. Burm.—643. involens alter Voss.—645. irrumpit, perumpit, prorumpit, abrumpt, aberrant codd. ap. Burm.—646. moribunda Ven. thoros Parrhas. reclinat Gud. a m. pr. Dorvill. et Donatus ad Terent. Adelph. II, 1. restringit un. Heins.—647. non hocce relictum ex v. 507. emend. Tan. Faber. Sed v. Burmann. et Not.—649. parum duo e glossa. lacrimas Goth. pr. mente remota Sprot.—651. si fata alter Hamb. sinebat Medic. cum codd. parte, etiam Pierianorum, doctus; ut mirer id a viris doctis dimissum manibus esse. At sinebant tuetur

NOTÆ

tילו, Jovis fratri: cui, in divisione universi imperii, sorte Inferi obtigerunt. Dictus a Styge, Inferorum fluvio, Æn. VI. 223.

640 Dardanique rogam capitis] Rogum extractum ad abolenda monumenta omnia exuviisque Æneæ Trojanæ, ejusque amorem extinguendum: ut a saga sibi prescriptum esse fingebat, 495. De rogo, busto, 494.

646 Ensem... non hos, &c.] De ense

illo, supra 495. De toro, lecto, Æn. III. 224.

651 Dulces exuviæ, &c.] In hac suprema Didonis oratione tres elucet præcipue causas: Amoris, gloriæ, ultionis. I. AMORIS: cum Æneæ imagini, jugalique lecto vitam suam animamque committit: et in iis exuviis non tam præsentem intnetur acerbitatem, quam præteritæ dulcedinis recordatur; dulces, dum fata, &c. II.

Accipite hanc animam, meque his exsolvite curis.
 Vixi, et, quem dederat cursum Fortuna, peregi;
 Et nunc magna mei sub terras ibit Imago.
 Urbem præclaram statui; mea moenia vidi; 655
 Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi:
 Felix, heu nimium felix, si littora tantum
 Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ!
 Dixit; et, os impressa toro, Moriemur inultæ!
 Sed moriamur, ait. Sic, sic juvat ire sub umbras. 660
 Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
 Dardanus, et nostræ secum ferat omina mortis.
 Dixerat. Atque illam media inter talia ferro

Dii permittebant, excipite hanc animam, et liberate me his curis. Vixi, et perfecti cursum quem fortuna mihi dederat: et nunc simulacrum meum descendet illustre sub terras. Condidit urbem egregiam, vidi meos muros, vindicavi maritum, exegi poenas ab inimico fratre. Fortunata, heu nimis fortunata! si tantummodo Trojanae naves non attigissent nostra littora. Dixit hæc, et ore incumbens in lectum: An moriemur inultæ? sed tamen moriamur, inquit: sic, sic dulce est descendere ad umbras. Crudelis Trojanus e mari videat oculis has flammæ, et auferat secum signa nostræ mortis. Dixerat: et in medio talium verborum famulæ vident eam collapsam, et

inter alios fragm. Vatic.—652. *absolvite* tres cum Servio apud Burmann. *his* deest Zulich. *exs. poenis* ed. Ven.—654. *mea* tert. Rottend. Quod vulgare esset, etiamsi metrum ferret.—656. *a* abest a multis Pier. et Heins., male. *e fratre* Hugen. Porro Burm. conj. *Pœnos inimico a fratre recepi*, ingeniose quidem; sed nimis forte. vid. Not. Tandem tres ap. Burm. v. 656. antecedenti præponunt.—660. *Sed moriemur* quatuor ap. Burm. *Si sic* Gud. a m. pr. *Sic?* sic j. Fabric. legebat. Sed recte Burm. docet esse, *vel sic quoque*.—661 *ignem oculis* alter Hamburg.—662. *et miseræ* Leid. un. *omnia*, male multi.—663. *medio* Dorvill. a m. sec. *mediam* legi testatur Taubm., ex Pompon. Sab. puto. Etsi enim e Mediceo Foggini nihil occurrit, ait tamen ille: “*me-*

NOTE

GLORIÆ: cum se sperat illustrem fore, tam apud Inferos, magna mei sub terras, &c. quam inter homines; apud quos, et præclaram urbem fundavit munivitque, et Sychæum ulta est, raptis Pygmalionis opibus, illustrior ac felicius futura, si nunquam Æneas Carthaginem appulsus esset. III. ULTIONIS: cum os lecto imprimens rabie quadam furoris, inultam se mori dolet: mox perpensis quasi rerum momentis, et secum existimans, duo esse quæ morte querere possit, ultionem, et miseriarum finem; sta-

tnit sibi esse moriendum, saltem ut finem illum et quietem consequatur: sic, sic juvat, &c. maxime cum aspectus incensi rogi permovere Æneæ animum possit, et ultionem inchoare. De exuviis, spoliis, 495.

654 *Imago*] Umbra, Manes, Æn. v. 81.

656 *Ulta virum*] Quia opes Pygmalioni, tum suas, tum eas propter quas Sychæum occiderat, fugiens eripuit. Æn. i. 368. 363. De Dardano et Dardanis, Trojanis, Æn. i. 239.

Collapsam aspiciunt comites, ensemque cruore
 Spumantem, sparsasque manus. It clamor ad alta 665
 Atria; concussam bacchatur Fama per urbem.
 Lamentis, gemituque, et foemineo ululatu
 Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus æther:
 Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
 Carthago, aut antiqua Tyros; flammæque furentes 670
 Culmina perque hominum volvantur perque Deorum.
 Audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu,
 Unguibus ora soror foedans, et pectora pugnīs,
 Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
 Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas? 675
 Hoc rogos iste mihi, hoc ignes aræque parabant?
 Quid primum deserta querar? comitemne sororem

gladium spumantem sanguine, et manus eodem tinctas. Clamor spargitur in profundam arcem: fama furit per urbem commotam, domus fremunt gemitu et ululatu foeminarum, aer sonat magnis planctibus: non aliter ac si tota Carthago, aut Tyros antiqua, subvertatur irruentibus hostibus; et si flammæ furentes spargantur per tecta, et Deorum et hominum. Audiit hoc soror exanimata; et pavor facta festino cursu, lacerans cultum unguibus et pectus pugnīs, irrumpit inter medios, et inclamat morientem nomine: Hoc ipsum fuit, o soror? fallebas me hoc dolo? hoc parabat mihi pyra ista, hoc ignes et altaria? Qua de re primum conquerar ego de-

diam legit Apronianns; nam, qui se transfodit, medius videtur esse gladii." Silins 1, 307. *Concidit exacti medius per viscera teli.* Recepit Brunck. correctionem Aproniani. *media inter ilia* ed. Ven. Æn. xii, 318 *media inter talia* verba, h. e. in medio horum dictorum; inter hæc dicta.—664. *accipiunt duo* Burmann. *cruorem* Dorvill. cum aliquot Pier.—665 *et alta* alter Menag.—668 *tremunt* fragm. Vatic. *clangoribus* pr. Menag. et Montalb. *clamoribus* Witt. et Wall. cum parte codd. Pierianorum, Goth. duobus. Erf. Aberrationes solennes.—669. *missis* aliquot Pier. et ed. Mediol. Sed bene *immissis* defendit Pierius.—670. *Tyros* multi Pier. et Heins. et amat latina enuntiationes Maro. Vid. Heins., qui tot alias aliis locis reduxit. *flammæque ruentes* Zulich.—671. *voluntur* duo Burm. *volitantur* Exc. Burm. *volentur* Goth. sec.—672. *casu* eadem Exc.—673 *ac. p.* alter Hamb.—675. *hocc'* ed. Brunck. *quod fr. p.* Bigot.—676. *hæc ignes* Parrhas. *igneæque* Leid. un. *ignis* Exc. Burm.—677. *Quod pr.* Hugen. *germana querar* Menag. pr. *comitemque* Gud.

NOTÆ

666 *Atria*] Proprie atrium est area subdiakis ante ædes, quasi ἀθροῖον, unde etiam ad primam ædium ipsarum partem significandam tractum est. Ab eo non longe aberat culina: in eoque cœnabant veteres, et majorum imagines disponebant; quæ cum a fumo calinæ non longe abessent, ideo ap-

pellabantur fumosæ; ipsumque atrium, ut frigide argutatur Servius, dictum etiam inde volunt quasi atrum. De voce *bacchatur*, pro furit a furiosis Bacchi comitibus foeminis deducta, supra 301. De Carthagine, in argumento. De *Tyro*, Æn. i. 16.

Sprevisti moriens? Eadem me ad fata vocasses:
 Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora, tulisset.
 His etiam struxi manibus, patriosque vocavi
 Voce Deos, sic te ut posita crudelis abessem?
 Extincti me teque, soror, populumque, patresque
 Sidonios, urbemque tuam. Date vulnera lymphis,
 Abluam, et, extremus si quis super halitus errat,

680

relicta? an moriens aspernata es sororem te comitari? si me invitasses ad eandem funera, idem dolor atque eadem hora sustulisset utramque gladio. Erexi etiam his manibus meis, et voce appellari patrios Deos; ut ego inhumana abessem a te sic jacente? Perdidisti, o soror, et me, et te, et populum, et senes Phœnicias, et tuam urbem. Date, abluam aquis plagas; et, si aliquis ultimus spiritus adhuc vagatur,

a m. pr. *oe* Menag. pr.—678. *facta* Mentel. pr. a m. pr. *eadem me facta vocassent* alt. Hamb.—679. *ferret* Oudart. *eadem* abest a Witt. ora Gud. ed. Junt. *fuisse* aliquot Pier.—680. *manibus struxi* Parrhas. *exstruxi* Goth. tert.—681. *positum* Medic. a m. pr. *abessem* Wall. possis scribere *sic te ut posita, crudelis! abessem*: ut ad Didonem referatur. Si ad Annam: retrahes; ego *crudelis struxi*. Nec tamen male: ut *crudelis abessem*, crudeliter sejungerer.—682. *Extincti* scripturam ex Pieriano exemplari retinuisse videtur Heinsius; vulgaris eademque mollior scribendi ratio est *extincti*. Hoc etiam Probus Art. Grammat. producit ex Marone et Diomedes Grammat. pro *extincti*, ut *extinxem* sup. v. 606 pro *extinxissem*. Atqui durior pronuntiandi morem in aliis prætulisse creditur poëta, tanquam epica gravitate digniorem. *Extincti*, *extitri*, eo alludunt, illud in Witt., hoc in binis Heins. cum glossa *extincti*. *Extincti* etiam in fragm. Vatic. diserte legitur, item in Donato. v. Bened. At est Aldd. pr. lectio: *extintri*, vel *extinri*, quam in omnibus fere exemplaribus repererat Pierius, et sic Moret. Dorvill. Puget. Erf. cum tribus Goth. Ita ipsa Anna se accusat, sua opera factum, sua culpa commissam esse, ut communi clade ruant omnia. Grave et hoc; et difficile est alteram lectionem præferre. Quomodo in Mediceo legatur, ex Foggiano exemplari vix assequare. Videtur tamen *extincti* in *extinri* esse refectum; et ex sensu et judicio animi si pronuntiandum est, *Extincti* de Didone est præferendum; nam si soror Anna se accusabat: satis erant illa: *Extinri me teque, soror*. At reliqua: *populumque patresque Sidonios urbemque*, nimii acuminis, nisi de Didone ipsa pronuntientur. *te meque* quatuor apud Burmann. et Erf. Sed amant Veteres se priori loco memorare. Burm.—683. *data* Menag. pr.—684. *erret* quatuor Heins. et Erf. *esset* duo alii. *extat* Wall.

NOTÆ

681 *Sic te ut posita*] *Sic deposita*, sic jacente: vox funebris, de qua Æn. II. 644. Et sensus loci est: *Hanc vero struxi hunc rogem meis manibus, et ad hæc sacra Deos vocavi: ut eorum particeps non essem; ut abessem, dum tu te occidisti?*

682 *Extincti*, &c.] Pro *extincti*, syncope; ut supra, 606. *Extinxem*,

pro *extinxissem*: et Æn. I. 205. *Accessis*, pro *accessis*. Ita legunt Valerius Probus, Carisius, &c. Veteres tamen plurimi codices habent *Extinri*, prima persona: ita ut culpam omnem damnumque commune Anna in se unam conferat. De *Sidonii*, unde oriundi Carthaginienses, Æn. I. 450,

Ore legam. Sic fata gradus evaserat altos, 685
 Semianimemque sinu germanam amplexa fovebat
 Cum gemitu, atque atro siccabat veste cruores.
 Illa, graves oculos conata attollere, rursus
 Deficit. Infixum stridit sub pectore vulnus.
 Ter sese attollens cubitoque annixa levavit : 690
 Ter revoluta toro est, ocalisque errantibus alto
 Quæsivit coelo lucem, ingemuitque reperta.
 Tum Juno omnipotens, longum miserata dolorem
 Difficilesque obitus, Irim demisit Olympo,
 Quæ luctantem animam nexosque resolveret artus. 695
 Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,

illum ore colligam. Sic locuta pervenerat ad altissimos gradus, et gremio complexa sororem semimortuam, fovebat eam cum gemitu, et abstergebat veste nigrum sanguinem. Illa conata erigere tardos oculos, deficit iterum : stridet sub pectore plaga infixæ. Ter crexit se efferens et innitens cubito, ter relapsa est in lectum : et vagis oculis quæsivit lucem ex alto coelo, et ingemuit post lucem repertam. Tunc Juno omnipotens, miserans longi doloris et difficultis mortis, misit Irim e coelo, quæ separaret animam pugnantem et membra eidem conjuncta. Nam, quia nec moriebatur ex natura, neque morte merita ; sed misera ante tempus, et inflammata subito fu-

—686. S. suam ed. Ven. germana Wall.—687. s. v. furores Menag. pr. colles Goth. pr.—688. rursum Dorvill.—689. stridit Heins. e Medic. et melioribus, etiam Pierianis, forma exquisitiore. Vulgo stridet. stridens pr. Rottend.—690. cubituque multi ap. Pier. et Burm. adnixa castigationi Heinsianæ debetur, e codd. etiam Pier. Vulgo innixa. Sed innititur, etiam qui jacet, innititur, qui tentat exsurgere. vid. Heins.—691. est deest Gud. que abest ab ed. Ven.—692. Quærebat alter Hamb. repertam multi codd. ap. Pier. et Burm. cum Servio : quod et ipsum ferri possit : et recepit Brunck. tanquam exquisitius : verum sensum habet paulo diversum : quasi propter lucem repertam ingenuisset. In Medic. reperta in litura est, ut adeo hæc Apronianæ lectio videri debeat ; doctior utique illa et commodior.—693. long. mis. laborem Montalb. alter Hamb. et tert. Rottend. pro var. lect. voce magis poetica et h. l. accommodatiore.—694. Difficilemque obitum Zulich. dimisit vulgo scriptum. dimittit Franc. remittit Parrhas. ab alto quinque ap. Burmann.—695. animum tert. Rottend. resolverat Sprot. et Wall. absolvet Leid. et

NOTE

685 Ore legam] Mos Romanorum veterum, ut amici et cognati, admoto ad os morientis ore, extremum ejus spiritum quasi excipere et haurire vellè viderentur. Moris etiam illius apud Græcos aliquā reperit vestigia Cerdanus in hunc locum.

696 Nec fato, merita, &c.] Triplex distinguit genus mortis : quæ fato,

quæ merito, quæ casu contingit. Contingit fato, quæ naturalis est ; merito, quæ propter scelera, aut intemperantiam accidit ; casu, quæ nec natura, nec merito. In primis duabus fatalem crinem secari definit Virgilius, in tertia negat : quasi fato tantum, hominumque merita, sub Deorum providentiam caderent ; casus eam fal-

Sed misera ante diem, subitoque accensa furore,
 Nondum illi flavam Proserpina vertice crinem
 Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.
 Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
 Mille trahens varios adverso Sole colores,
 Devolat, et supra caput astitit: Hunc ego Diti
 Sacrum jussa fero, teque isto corpore solvo.
 Sic ait, et dextra crinem secat. Omnis et una
 Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

700

705

rare: nondum Proserpina eripuerat illi flavum capillum, nec damnaverat ejus caput Stygio Orco. Igitur Iris rorifera, ducens ex opposito Sole mille colores varios, devolat per cœlum croceis alis, et astitit supra ejus caput: Ego jussa, offero Plutoni hunc crinem sacrum, et libero te isto corpore. Sic dixit et dextra abscindit crinem: et simul omnis calor effusus est, ac vita abiit in aerem.

Erf. dissolberet Franc.—698. Necdum Gud. cum quatuor aliis Heins. et Goth. sec.—700. ad roscida Bigot. rosida Franc. pinnis Medic. et Gud.—701. arceræ Bigot., ut semper variatur in his vocibus. adversa luce multi Pieriani, tres Burm. cum Hamb. sec., qui a m. sec. habet: percusso sole. Idem versus v, 89.—702. Adrolat Bigot. atque super alter Hamb. Huic et Hinc aberratt. librarr. Hunc ego Orco Exc. Burm.—704. crinem tulit Longob. Pierii.—705. Delapsus duo Burmann. color Sprot.

NOTE

leret. At Dido cadit ante diem, non fato et natura, supra 620. Cadit misera, non rea, nec merita. Igitur casu. Quare crinis ipsi non amputatur.

698 Flavam Proserpina crinem] Credebant Græci Romanique, mori neminem posse, nisi Proserpina morientis crinem abstulisset, quasi sacras sibi Inferisq[ue] primitias. Hujus opinionis multa sunt in posterioribus poëtis vestigia: nonnulla etiam in antiquioribus: in Euripidis Alceste, v. 74, *Θάνατος*, sive *Mors*, crinem illum sacrum Alcestei amputat, pro conjugē Admeto morituræ. Hic Iris officio illo fungitur. Mos forte repetitus et sacrificiis: ubi setas aliquot e media victimarum fronte decerpere, et in ignem conjicere solebant. Æn. vi. 245. Ita et in hominibus putabant fieri, quos Orco quasi victimas mors

demittebat. De Junone, custode Carthaginis Dea, Æn. i. 19. De Proserpina, Inferorum Dea, Plutonis conjugē, Ge. i. 39. De Styge, Inferorum fluvio, Æn. vi. 323. De Orco, Deo Inferorum, Ge. i. 277.

700 Iris croceis, &c.] Iris, Deorum, et Junonis præcipue nuntia, Thanmantis et Electræ dicitur filia: quia arcus est cœlestis, qui maximam colorum varietate admirationem facit; et admiror, Græce dicitur *θαυμάζω*. Est autem cœlestis arcus, Solaris lucis pictura, in adversa nube, eaque roscida, id est, mox in pluviam solvenda. Colores refert varios, pro majori minorique nubis densitate: præcipue purpureum, cœruleum, viridem, croceum, qui crocum florem refert, *le safran*. De Dite, Plutone, Inferorum Deo, Ge. iv. 467.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER V.

ARGUMENTUM.

ÆNEAS, e Libya in Italiam navigans, deflectere in Siciliam vi tempestatis cogitur: ubi ab Aceste Trojano benevole exceptus; patri, quem illic superiore anno mors abstulerat, anniversarium celebrat sacrum, ludosque quatuor, cursum navalem, ac pedestrem, cestuum pugnam, sagittarum ejaculationem, quibus addit Ascanius equestrem decursum. Interim Trojanæ mulieres, Junonis impulsu, hortatu Iridis, tædio navigationis, incendunt naves: quarum quatuor exuruntur, ceteræ immissa a Jove pluvia servantur. Quare suadet Æneæ Nautes, ut, avecto secum juvenum flore, senes ac mulieres in Sicilia relinquat. Firmat id consilium Anchises in somnis: idemque suadet Æneæ, ut appulsus in Italiam adeat Sibyllam; eaque duce descendat ad Inferos, ubi posterorum seriem et eventus docebitur. Paret Æneas patris monitis, et condita in Sicilia urbe Acesta, Neptuno per Venerem conciliato, solvit in Italiam: quo in cursu Palinurus navis gubernator dormiens in mare excutitur. Declineatus est hic liber ad exemplum libri Iliad. XXI. ubi ludi ab Achille ad tumulum Patrocli celebrantur.

INTEREA medium Æneas jam classe tenebat
 Certus iter, fluctusque atos Aquilone secabat,
 Moenia respiciens, quæ jam infelicis Elissæ
 Collucent flammis. Quæ tantum accenderit ignem,
 Causa latet: duri magno sed amore dolores
 Polluto, notumque, furens quid fœmina possit,
 Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
 Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla
 Occurrit tellus; maria undique, et undique cœlum:
 Olli cœruleus supra caput astitit imber,
 Noctem hyememque ferens; et inhorruit unda tenebris.

Interim Æneas jam tenebat navibus medium iter, certus eundi; et vento fidebat fluctus nigros: respectans ad urbem, quæ jam splendet ignibus misera Didonis. Ignoratur causa, quæ excitaverit tantum incendium: sed acerbi dolores, violato magno amore, et id quod furens mulier potest facere, cognitum Trojanis, deducunt animos Trojanorum in tristitia auguria. Postquam naves attigere altum mare, nec jam ulla terra amplius apparet, sed undique cœlum et undique mare: cœrulea pluvii incubuit illi in caput, invehens noctem ac tempestatem; et aqua inhorruit tenebris.

1. Æneas medium vett. ap. Pier. et Dorvill.—2. Lætus iter alter Voss. Burmannum mireris ferre nolle, tenebat iter, et jungere: Certus iter. Ad certus eliciendum est itineris.—3. jam felicitis aliquot Pier., male.—4. accenderat Leid. incenderit alius Leid.—5. diri Montalb. sub amore Wall. et Zulich. deleta priore scriptura: imperite. doloris Medic.—6. posset Moret. sec. et Goth. tert.—8...11 sup. III, 192...195 jam lecti versus. jam deest Moret.—9. Apparet un. Guelpherb. in Exc. Cort. Lectio maria u. et u. cœlum est ex Pier. et Heins. libris potioribus ab Heinsio reposita. Vulgaris lectio erat: cœlum u. et u. pontus, traducta forte ex lib. III, 193, unde et Quintil. XII proœm. petiisse videtur. et abest a Zulich.—10. Illi multi. exstitit Ven. et Montalb.—11. horruit Mentel. pr.—13. Hæc quo nam aliquot Pier. Hæc quidnam qui-

NOTE

1 Medium] Non præcise mediam itineris partem, Africam inter et Siciliam; hinc enim rogi flammæ videre non potuisset: sed medium, id est, plenum mare; quemadmodum Polyphemus Æn. III. 665. 'graditurque per æquor Jam medium; necdum fluctus latera ardua tinxit.'

2 Certus] Vel certus eundi, et ad petendam Italiam obstinatus; ut Æn. III. 554. 'celsa in puppi, jam certus eundi Carpebat somnos.' Vel certus et gnarus itineris, quod jam semel confecerat, Drepano in Italiam solvens,

indeque tempestate retro actus in Africam, Æn. I.

Aquilone] Vento generatim: neque enim Aquilone septentrionali vento impelli ex Africa in Italiam potuit, sed Austro potius, Aquiloni opposito: Ecl. VII. 51. De Eliana, altero Didonis nomine, in argumento lib. IV. De augurio, quod hic pro præsagio universim sumitur, Æn. II. 703. De Teucris, Trojanis, Æn. I. 239.

11 Noctem hyememque] Tempestatem cum nocte. Nocte enim hanc tempestatem contigisse hinc patet, quod as-

Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta :
 Heu! quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
 Quidve, pater Neptune, paras? Sic deinde locutus
 Colligere arma jubet, validisque incurabere remis; 15
 Obliquatque sinus in ventum, ac talia fatur:
 Magnanime Ænea, non, si mihi Jupiter auctor,
 Spondeat, hoc sperem Italiam contingere coelo.
 Mutati transversa fremunt, et vespere ab atro
 Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër. 20

Ipse gubernator Palinurus ex alta puppe exclamat: Hæu! quare tanti nimbi circumdederunt cælum? quidve præparas nobis, o pater Neptune? Sic locutus, deinde imperat eos sumere arma nautica, et incumbere fortibus remis; et tendit oblique vela ad ventum, et talia dicit: Generose Ænea, etiamsi auctor Jupiter mihi promitteret, non sperarem attingere Italiam hac cæli temperie. Venti mutati et transverso fremunt, et flant ab obscuro occidente; et aër densatur in nubes. Nec

~~~~~

dam ex iis alius, et tres ap. Burm. Jov. Pontanus malebat *quianam*; nec male. Sic Erf. Sed *quianam* codicum et Grammaticorum auctoritate firmat Pierius. Antiquum vocabulum sectatus est poeta. cf. Cerdæ. *æquora nimbi* alter Hamburg.—16. *sinum* Longob.—18. *conjugere* Franc. *hoc possum I. e. cento* Parrhas. Dorvill., interpolate.—19. *ab alto* Medic. a m. sec. Colot. alter Voss. et Rottend. sec. Sed vulgatum ornantius.—20. *æther* Sprot.,

# NOTE

tra tum observari poterant; infra, 26. 'Si modo rite memor servata remetior astra.' Porro *hyemem* sumi pro tempestate diximus Æn. i. 126. Habentur hæc duo carmina, etiam Æn. iii. 194, 195.

13 *Quianam*] Jovianus Pontanus rescribit: *quianam tanti*. Sed contra codices omnes, atque interpretes. Et vero vox Enniana est: 'Heu! quianam dictis nostris sententia flexa est?' quam antiquitatis causa affectatam a Virgilio ait Quintilianus. De *Neptuno*, Æn. i. 129. 134.

15 *Colligere arma, &c.*] *Arma*, cujuslibet artis instrumenta sunt, ut videmus, Æn. i. 181. Atque ita supellex omnis nautica, *vela, rudentes, remi*. Obnixè tamen contendit Cerdanus, *arma*, in re nautica, nihil ligneum significare; atque adeo non *remos*, sed *vela* tantum et his affinia. Quod

quanquam curiosius notatum puto: tamen favet ipsi vox *colligere*, quæ proprie de velis dicitur. Erit igitur hic sensus, juxta ipsum: *Jubet colligi et contrahi vela*; ne transversa venti e cursu dejiciant: *jubet incumbi remis*; ut, quantum eos e recto itinere ventorum vis amovebit, tantum labor atque industria provehat: *jubet vela, non omnino contrahi, sed obliquari*; ut aura venti saltem aliqua captetur, quæ remigantes adjuvet. De illa *obliquatione*, infra 830. De *Italia*, Æn. i. 534.

19 *Transversa*] Neutrum plurale, pro adverbio: Græco more. Sic Æn. ix. 126. *Annis rauca sonans*.

*Vespere*] *Occidente*. Causam habes Æn. i. 534. Et miror dici ab accuratis interpretibus, Taubmanno, Cerdano, cursum Æneæ tum ad occidentem fuisse: manifestum enim est, Cartha-

Nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
 Sufficimus. Superat quoniam Fortuna, sequamur,  
 Quoque vocat, vertamus iter. Nec littora longe  
 Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos :  
 Si modo rite memor servata remetior astra. 25  
 Tum pius Æneas : Equidem sic poscere ventos  
 Jamdudum, et frustra cerno te tendere contra.  
 Flecte viam velis. An sit mihi gravior ulla,  
 Quove magis fessas optem demittere naves,  
 Quam quæ Dardanium tellus mihi servat Acesten, 30

*nos possumus obluere contra, ac ne progredi quidem: obsequamur, siquidem fortuna vincit; et convertamus iter, quo nos vocat. Et puto non procul esse fida regna Erycis fratris tui, et portus Siculos; si modo bene memor remetior sidera jam observata. Tunc pius Æneas ait: Certe video ventos petere hoc jamdiu, et te incassum contra obniti. Detorque iter velis. An ulla terra potest esse mihi gravior, et ad quam potius cupiam appellere naves fessas: quam quæ servat mihi*

.....

sed v. Burm.—21. obniti plerique Pier. et Dorvill. neque t. aliquot Pier.—22. quo jam pr. Rottend. quoniam superat Ven.—23. Quaque Parrhas. Quove Goth. tert. vacat Medic. vertamus Parrhas. certemus Goth. alter. Non l. Ven.—24. fraterni conj. Heins.; duo scilicet epitheta offendeant.—26. cum p. pr. Moret. te poscere Wall., voce e sequ. versu prærepta.—27. te cerno duo Burmann. credo pr. Moret.—29. tibi Bigot. carior alter Hamb.—29. Quove Heins. cum potioribus etiam Pier. it. Goth. Vulgo Quoqus. Quave Oudart. optem fessas Leid. un. demittere Burm. ex septem libris recepit, suffragante ratione grammatica. Mare enim altum proprie dicitur et descenditur, decurritur, in litus. Vulgo dimittere, quod esset a se ablegare et alio mittere.—30. Acestem vulgo et Achestem.—32. ut vela malebat Heins.

#### NOTÆ

gine solventibus, Italiam, quo tunc Æneæ cursus erat, esse ad septentrionem. Itaque verba hæc, 'vespere ab atro Consurgunt venti; superiora explicant, mutati transversa fremunt: erat enim tum transversus Æneæ ventus occidentalis, et plane in Siciliam propellebat; unde concludit Palinurus, quoque vocat, vertamus iter, scilicet in Siciliam.

24 *Fraterna Erycis*] Eryx filius Butæ, communem creditus est cum Ænea matrem habere Venerem; re ipsa Lycasten Siculam meretricem, quæ ob formæ elegantiam, usitato veteribus sermone, Venus appellata

est. Avum habuit Amycum, regem Bebrycum circa Pontum, qui cestuum certamine occisus est a Polluce: quapropter fugiens Butes, regnum in Sicilia constituit: Eryx pariter ab Hercule cestibus occisus est, infra 411. Ex eo nomen datum Eryci monti atque urbi, circa Lilybæum occidentale Siciliæ promontorium, de quo Æn. III. 707. quo nunc iter Trojani deflectunt. De Sicanis, antiquis Siciliæ populis, Æn. III. 687.

26 *Remetior*] Nota enim erant jam inde mara illa Palinuro, ut modo diximus.

Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa ?  
Hæc ubi dicta, petunt portus, et vela secundi  
Intendunt Zephyri ; fertur cita gurgite classis ;  
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.

At procul excelso miratus vertice montis  
Adventum sociasque rates, occurrit Acestes,  
Horridus, in jaculis et pelle Libystidis ursæ :

35

*Trojanum Acesten, et continet sinu ossa patris Anchisæ? Postquam ea dicta sunt: tendunt ad portum, et Zephyri faventes inflant vela: classis velox mari provehitur, ac demum læti applicantur noto littori. At Acestes eminus ex alto cacumine montis admiratus adventum sociarum navium, venit obviam, terribilis ob jacula, et*

~~~~~

—35. Et procul aliquot Pier. et ex celso distinctis inter se dictionibus, e celso Wall. quod mavult Bentlei. ad Lucan. III, 88. Ed. Londin. miratur Zulich, Franc. Goth. pr.—37. in maculis Hamb. pr., et sic doctus Britannus conjecterat: laudato quoque Statio II Theb. 128. 129 tigris horruit in maculas. Sed hoc diversum; horrescit ipsa tigris pelle maculosa. Scilicet jungi solet

NOTÆ

36 *Acestes, &c.*] De hujus genere multa e Græcis afferunt admodum ambigua Hortensius et Cluverius. Ex iis ista colligo. Laomedon, rex Trojanus, offensus viro nobili, cujus fraude coactus erat Hesionen filiam suam marinæ belluæ exponere; vicissim tres ejus filias Siculis nautis tradidit, vel mari submergendas, vel quo lberet avehendas. His in Siciliam appulsis, una e Trojanis tribus puellis filium suscepit: vel ex adolescente Trojano, qui se illis præ amore comitem addixerat, juxta Dionysium Halicarnasseum; vel ex Crimiso amne in canem converso, juxta Lycophronem. Hic hujus filius, reversus Trojam Priami temporibus, inde iterum post Trojæ excidium in Siciliam regressus est, et secum Elymum advexit. Ibi recepti a Sicaniis, et agris donati, mox Æneam eodem appulsum exceperunt, et cum eo varias illic statuerunt urbes, ad occidentalem Siciiliæ partem, de quibus infra 755. Porro pater puellarum trium, a Lycophrone *Phænodamas*, a Servio et Pomponio *Hippotes* appel-

latur. Hujus filia Crimisi uxor, a Servio et Pomponio *Egesta*. Egestæ filius, de quo hic agitur, a Stephano *Egestus*, a Dionysio *Ægestus*, a Tzetzæ *Ægestes*, a Virgilio et Silio *Acestes*. Fluvius pater, ex Lycophrone *Crimissus*, ex Diodoro *Cremissus*, ex Plutarcho *Crimesus*, ex Cornelio Nepote *Crinissus*; ex Virgilio variis exemplaribus, *Crinissus*, *Crimissus*; et omnino emendatissime, ut contendit Cluverius in Sicilia I. II. 2. *Crimissus*. Hic modo, ut idem luculenter probat. non est brevis ille fluvius, ad Segestam urbem in mare Tyrrhenum influens, vulgo *Freddo*, ut multi putant; sed major alius, ex agro Panormitano et septentrionali Siciiliæ parte in meridionalem decurrens, qui cum *Hypsa* fluvio denique commixtus, cum eo in mare Libycum devolvitur, ad Selinuntem urbem, cum Hypsa communi dictus nomine *Belici*, aut *Belici destro*, quia in dextram Hypsæ ripam influit.

37 *Horridus in, &c.*] In præpositio, adhibetur hoc modo ad significandum habitum: Æn. IV. 518. 'In veste re-

Troia Criniso conceptum flumine mater
 Quem genuit. Veterum non immemor ille parentum
 Gratatur reduces, et gaza lætus agresti
 Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
 Postera cum primo stellas Oriente fugarat
 Clara dies; socios in cœtum littore ab omni
 Advocat Æneas, tumulique ex aggere fatur:

40

pellem ursæ Libycæ: hunc mater Trojana peperit conceptum e Criniso fluvio. Ille, non oblitus veterum patrum, gratulatur reversis, et lætus excipit juxta rusticam opulentiam, et reficit fatigatos amicis opibus. Cum postera dies clara pepulisset stellas e primo oriente; Æneas advocat socios in concionem e toto littore, et ex

Horridus in jaculis: quod an recte fiat, dubito adhuc. Quotquot enim exempla allata vidi, alio modo accipi possunt, de quo v. Notam. Itaque interpunxi post *Horridus*. Potest quidem pro altera interpretatione, ut sit *Horridus in jaculis*, laudari locus e nostro expressus Valerii Fl. i, 486. *agnoscit Acastum Horrentem jaculis et parvæ luce coruscum*; ubi nec minus in *jaculis* fuisse scriptum suspicatus jam est Heinsius; vel sic tamen non jungam cum viro doctissimo *Horrentem in jaculis*, sed *Horrentem, in jaculis*. Quoties enim Valerius hoc loquendi genus frequentat, absolute positum video. De reliquis v. Not. et *jaculis* alter Hamb. *Libystidis* defensum vide a Pierio contra eos, qui *Libyssidis* malebant: *Libysticis* et *Libystinis* vitia librariorum. Est *Αἰθυσ. Αἰθυστῆς*.—38. *Criniso* ubique edebatur; nec aliter codd., etiam Medic. In paucis *Criniso*, et *Crinasso*. De diversitate scripturæ passim viri docti ad Stephan. Byzant. Diodor. et al. v. Cluver. Sicil. ant., inprimis Heins. ad Claudian. ii R. P. 57, qui ob codicum consensum *Criniso* defendebat; add. Oberlin. ad Vibium Seq. p. 93. Si Servio ad i, 550 *fides* habenda, *Criniso* Virgilius scribere maluit. Verum nomen est *Κρίνουρος* vel *Κρίνουρος*. Hoc reposui assentiente Brunckio: in nominum græcorum scriptura audiendi sunt Græci. *Troica* Dorvill.—39. *genuit* Goth. pr. *cerum* non ed. Nic. Heins., operarum vitio.—40. *Gratatur* Goth. sec.—41. et f. aliquot Pier. *fessos—amicos* it. Parrhas. aliquot ap. eund. et tres Burm., sed *opibus amicis* haud dubie elegantius, inprimis in carmine, h. e. gratis et optatis, ut jam Pierius prætulit.—44. *Acocat* Ven., sed v. Burm. *cumalique*

NOTE

cincta.' *Pellium* antiquissimus usus est ad vestes, tamen post arborum folia. *Ursos* Plinius negavit nasci in Africa, ob calidiorē cœli temperiem: Cerdanus tamen multis defendit Virgilium, inprimis auctoritate Solini, c. 29. 'Numidici ursi forma ceteris præstant, villis profundioribus.' Lipsius *ursos* Numidicos et *Libyços* a Romanis dictos putat non veros *ursos*, sed *leones*; quemadmodum *elephantos*, ab iisdem *boves lucas*: ob insolitam formam, cui nomen ex

notiore animali imponebant. *Libystidis*, a *Libystis*, gentile nomen est, per pleonasmum formatum a proprio *Libys*. Legunt tamen aliqui *Libyssidis*: ut sit a *Libys*, *Libyssa*; a *Libyssa*, *Libyssis*, *Libyssidis*. De *gaza*, opibus, Æn. i. 123.

44 *Tumuli aggere*] *Agger*, aggestio est, vel lapidum, vel terræ, unum in locum. *Tumulus*, est terræ *tumor*, ex illa aggestione: unde tam pro *sepulchro*, quam pro *colle* usurpatur: hic pro *colle*.

Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Divum, 45
 Annus exactis completur mensibus orbis,
 Ex quo reliquias divinique ossa parentis
 Condidimus terra, moestasque sacravimus aras.
 Jamque dies, ni fallor, adest, quem semper acerbum,
 Semper honoratum (sic Di voluistis), habebō. 50
 Hunc ego, Gætulis agerem si Syrtibus exul,

summitate tumuli sic loquitur: Trojani magni, gens e nobili sanguine Deorum: completur annus circitus mensibus transactis, ex quo mandavimus terræ reliquias et ossa dicini patris, et dedicavimus altaria funebria. Et jam, nisi decipior, adest dies; quem semper existimabo mortuum, semper colendum, sic voluistis, o Di. Ego si hunc diem transigerem exul in syrtibus Gætulis, aut interceptus mari Argolkoo,

Menag. *ab aggere* Witt.—45. *a* deest multis Burm. *ab s.* duo Heins. *ex s.* duo alii. *a s. ductum* Wall. pro var. lect. *a s. Teucri* aliquot ap. Pier. Sed vulgatum generosius.—48. *terræ* tres Burmann. cum Goth. pr. Sane *condi terra et terræ* dici solet, ut Burm. ad Lucan. i. 607 et alii alibi docuerunt; hoc tamen exquisitius esse videtur.—49. *nisi f.* multi Pier. Heins.—51. *Nunc ego* refellitur a Burmann. *agerem* Hugen. Distinctionem post *Hunc ego* sustulit Burm., ut adeo sit: *Hunc ego agerem, si exul agerem.* Dubito, an sic poeta senserit; qui forte per *ἀνταπόδοτον* loqui maluit: *Hunc ego, si—et*

NOTÆ

45 Dardanidæ] A Dardano Jovis filio orti; ideo *a sanguine Divum*.

46 Annus exactis, &c.] Anniversarius recurrit dies, Anchisæ morte consignatus. Igitur Anchises vere incedente, hyeme exennte, obierat. Patet id quia i. Tempus hoc ipsum adhuc hybernū vocat Dido, Æn. iv. 309. 'hyberno moliris sidere classem.' ii. In ipsa profectione Trojani frondentes ferunt remos, Æn. iv. 399. Ex Africa autem in Siciliam cursus, vix duorum triumve dierum est. iii. Incerta tum erat cœli temperies, qualis primo vere: solvit Æneas ex Africa sudo cœlo, mox tempestas oritur, nunc dubitat utrum subsequens dies nona serena futura sit, 64. 'si nona diem,' &c. iv. Terra tum vestita erat gramine et floribus, 76. 'Purpureosque jacet flores.' 287. 'Tendit gramineum in campum.' Nec tamen

inde sequitur Æneidos opus annuum spatium prætergredi, ut notavimus in argumento Æneidos, pagina 398.

48 Condidimus terræ] Non totum ipsum cadaver, qui sepulturæ nostræ mos est: sed combusti corporis reliquias, ossa, cineres, quæ e busto collecta, tumulo deinde ac terræ mandaverit. Etsi enim apud veteres in usu fuerit, cadavera unguentis condita terræ mandare; usitatus tamen, comburere, præsertim virorum illustrium apud Græcos: sic Patroclus ab Achille comburitur, ac deinde tumulatur, Iliad. xxiii. Sic Misenus ab Æneæ, Æn. vi. De aris geminis ad sepulcra struendis, Æn. iii. 62. De Gætulis Africæ populis, qui ad Syrtis usque pertinent, Æn. iii. 40. De Syrtibus, importuosis littoris Africani sinibus, Æn. i. 115.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

2 Z

Argolicove mari deprensus, et urbe Mycenæ;
 Annua vota tamen solennesque ordine pompas
 Exequerer, strueremque suis altaria donis.
 Nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis,
 Haud equidem sine mente, reor, sine numine Divum,
 Adsumus, et portus delati intramus amicos.
 Ergo agite, et lætum cuncti celebremus honorem;
 Poscamus ventos; atque hæc me sacra quotannis

55

vel in urbe Mycenis: tamen celebrarem annua vota, et solennes ceremonias juxta ritum; et cumularem altaria congruis numeribus. Nunc libenter adsumus ante cineres et ossa ipsius patris, certe non sine consilio et sine voluntate Deorum, ut puto: et vento impulsus ingredimur portus amicos. Agite igitur, et omnes lætum sacrificium peragamus: petamus ventos ab eo, et ut patiatur me urbe condita sin-

nunc structura mutata: *annua*—*exequerer*.—52. *Argolicove* Franc. *depressum* Leid. un. et Goth. sec., ex more. cf. iv Ge. 421. *Mycenæ* Medic. Gud. cum aliis præstantioribus ap. Pier. et Heins. item Servius, ut *urbem Patavi* sup. i, 247. Alii, sed recentioris notæ, teste Heins., *Mycenæ*. Romanus et s pr. m. alii *Mycenis*, quod placebat Pierio, sed est vulgare. Tandem all-quot Pier. et Heins. cum Parrhas. et Ven. Goth. sec. *Mycenæ*, quod Heinsio probabatur, tanquam numerosius et ad poetæ morem græca latina terminatione efferendi propius. Sic inf. 718 *urbem Aecetam*. Ouwenus Noct. Hag. p. 368 hunc locum laudat tanquam retundentem impetus eorum, qui ubique *re* pro *que* inferant; nam esse Argolicove mari—et urbe. Recte: modo ne contendas *que* esse pro disjunctiva particula. Sed pro tribus poetæ duo membra ponere putandus: Syrtis Argolicumve mare, et cum altero hoc *conjungit* urbem Mycenæ.—53. *que* abest a binis Burm. *que* ex ordine Ven.—54. *strueremque* edd. ap. Burmann.—57. *delati* Sprot. ænos Goth. tert. a m. pr.—58. *et cuncti lætum* vulgg. codd. et edd. præter Pier. et Heins. *lætum cunctis* conj. Heins., sed v. Not. Non jucundum sed gratum sacrum significare vult.—59. *Poscamus veniam* emend. Waddel., sed v. Burmann., qui male refellit, quod alter bene excogitatum male interpretatus erat.

NOTE

52 *Argolico mari*] *Argolico sinu*, qui pars est Ægæi Maris ad orientem Peloponnesi. *Urbe Mycenæ*: ut Æn. i. 251. *Urtem Patavi*. Habent aliqui codices *Mycenæ*, *Mycenæ*, *Mycenis*. *Argos* et *Mycenæ*, urbes Peloponnesi. Æn. i. 288.

54 *Strueremque suis altaria donis*] *Struerem*, explicat Taubmannus *cumularem*: unde *structor* dicebatur in re coquinaria, qui fercula struebat, scite componebat, cumulabat. *Suis donis*, congruis; congrua autem erant mortuis dona, lac, vinum, mel, sanguis: ut

diximus Æn. iii. 63. et mox videbitur, 76.

56 *Sine mente, sine numine*] *Sine consilio, et voluntate Deorum*. De numine, hoc sensu, Æn. i. 137.

59 *Poscamus ventos*] Ab ipso Anchise, quem ut Deum colere instituit. 'Divinaque ossa parentis.' Hujus autem divini cultus notæ sunt *ara*, *sacra*, *ludi*, *templa dicata*, *vota* pro votis obtinendis. Quorum tamen aliqua in communibus mortuorum omnium funeribus usurpabantur.

Urbe velît posita templis sibi ferre dicatis.
 Bina boum vobis Troja generatus Acestes
 Dat numero capita in naves : adhibete Penates,
 Et patrios epulis, et quos colit hospes Acestes.
 Præterea, si nona diem mortaliſibus alnum
 Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,
 Prima citæ Teucris ponam certamina classis ;
 Quique pedum cursu valet, et qui viribus audax
 Aut jaculo incedit melior levibusque sagittis,
 Seu crudo fudit pugnam committere cestu :

65

gulis annis persolvere hæc sacrificia, in templis sibi dedicatis. Acestes oriundus Troja donat vobis corpora boum duo numero per naves singulas : invitate ad epulas Penates, et patrios, et eos quos hospes Acestes veneratur. Insuper, si nona Aurora protulerit hominibus diem serenum, et luce detexerit orbem, proponam Trojanis pugnam velocium navium ; et qui valet cursu pedum ; et qui incedit fidens viribus, aut solertior jaculo, vel levibus sagittis ; sive qui audet conserere pugnam duro cestu : hi

Nam, quod per aliquot dies a navigatione feriari volebat Æneas, hoc non intemptivus facit preces pro ventis secundis. Verum est aliud, quod illam emendationem commendat : v. Not. premit contra hoc, quod ingratum hiatum infert versui. *hæc mea* s. aliquot Pier. et Heins. et sic Lactant. 1, Instit. div. 15. perperam. Neminem conjicere video : *utque h.*—60. *velint* edd. aliquot. *velim* ap. Nonium. Sed *velit* sc. pater, constanter codd. et Lactant. —62. *Adhibere* sec. Moret.—63. *Et pateras epulis Parrhas.* colet sec. Rottend. —64. *alman* Parrhas.—66. *Prima ecce* T. Goth. sec. P. c. *classis p. c. Teucris* Goth. tert. cum Schol. Statii vi Theb. 296.—68. *excedit* Wall. *incendit* Gud. *intendit* Dorvill. a m. sec. notanda, inquit Burmann., lectio. An fortè dictum pro *Contendit jaculo ? levibusque* recte restituit Heins. e codd. ; nam est unum idemque certamen. Vulgo *ve.*—69. *Seu pugnam crudo fudit* in nonnullis

NOTÆ

62 *Adhibete Penates*] De *Penatibus*, Æn. II. 717. Quomodo *adhiberentur epulis*, Æn. III. 177.

64 *Si nona, &c.*] *Si*, aliis *dubitantis* esse videtur, qui ideo *alnum* interpretantur *serenum* : et sensus erit : *Ludi nona die celebrabuntur, si sudum erit ; sin minus, in aliam diem remittentur.* Aliis videtur esse *affirmantis* : et absolute sensus est ; *cum Aurora extulerit nonam diem* : sic explicimus Æn. I. 607. ‘*Si qua pios respectant numina.*’ Per *nonam diem*, alludit ad novemdialia Romanorum sacra pro mortuis : servabantur enim domi cadavera septem dies, octavo crema-

bantur, nono reliquæ sepulcro mandabantur.

66 *Ponam certamina*] Vox in ea re solennis, *ponere*. Sic apud Græcos, ludorum ejusmodi designator dicebatur *ἀγωνοθέτης*, ab *ἀγών* certamen, et *τίθημι* pono.

68 *Incedit*] Sic Æn. I. 50, ‘*Divum incedo regina.*’ Quæ quanquam ad majestatem incessus pertinere videri possunt ; occurrit tamen mihi, *incedo* a poëta dici pro *sum*. Sic usurpatur et *venio*, Ge. I. 29. ‘*An Deus imménsi venias maris.*’ De *cestu*, chirotheca et corio bubulo *crudo*, infra 405.

Cuncti adsint, meritæque expectent præmia palmæ.

70

Ore favete omnes, et tempora cingite ramis.

Sic fatus, velat materna tempora myrto.

Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes,

omnes adsint, et expectent præmia merita victoriae. Favete omnes linguis, et circumdate caput ramis. Sic locutus, tegit caput myrto matris suæ, Helymus idem facit, idem Acestes grandior natus, idem puer Ascanius: quos reliqua juvenus imitatur.

Pier.—70. *adsunt et expectant* alter Hamb. Alterum hoc et in aliis. *meritæque* Gud. a m. pr. *multæque* Bigot.—71. *tempora cingite* tacitus recepiſſe videtur Burm., quod Pier. e Romano et aliis notaverat; modis suavioribus. Vulgo *cingite tempora. c. t. myrto* Goth. tert.—72. *cingit sec.* Moret. *materna* Parrhas. Totus versus aberat a Goth. tert.—73. *Elimus, Elianus, Elenus, Hclimus, Hclimus, Helcnus* passim in scriptis. Sed est apud Dionys. Halic.

NOTE

71 *Ore favete omnes*] Passim apud alios auctores, *Favete linguis*. Quibus formulis dubium est, *silentium*, an *plausus* et acclamatio indicatur. Pro *silentio* facit locus Senecæ lib. de vita beata c. 27. 'Quoties mentio sacrarum literarum intervenierit favete linguis. Hoc verbum, non ut plerique existimant a favore trahitur; sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.' Pro *plausu* et acclamatione facit Ovid. Met. xv. 677. 'En Deus est, Deus est, animis linguisque favete. Quisquis adest visum veneratur numen, et omnes Verba sacerdotis referunt geminata, piamque Æneadæ præstant et mente et voce salutem.' Idem in Ibin, 96. 'Quisquis ades, sacris ore favete meis. Quisquis ades, sacris lugubria dicite verba.' Hæc ut concilium, existimo; non perpetuum *silentium* indici, neque perpetuam *acclamationem*; sed omnino *attentionem* ad sacra: ut ea tantum dicant, quæ sacrorum ritu dicenda sunt; a ceteris omnibus verbis abstineant. Interpretationem adjuvat Ovidius loco citato, cum dicit, *animis linguisque favete*; quibus eundem *animis* ac *linguis* exhiberi favorem

jubet. At non jubet, nihil omnino animis interim ac mente cogitari, sed ea duntaxat quæ ad Deos et sacra pertineant; ita nec omnino nihil dici, sed ea quæ eo etiam spectent. Et vero Seneca vocem tantum *malam* et *obstreperantem* arcet: Horatius Od. l. iii. 1. tantum *profanum vulgus*, id est, profanis sermonibus indulgens: Ovidius loquentes inducit ea solum, quæ sacrificio conveniant, ut patebit superiora exempla relegenti: Latini autem veteres, hujus auctores formulæ, cum eam vocibus ambiguis expresserunt; *favete ore, linguis*; non autem *favete verbis, sermone, silentio*: indicare videntur voluisse tempestivas illas loquendi ac tacendi vices.

72 *Materna myrto*] Veneri, Æneæ matri dicata arbore. Unde ad coronas assumi ab Æneâ decuit, ut deinde a Romanis in ovatione, Ecl. ii. 52.

73 *Helymus*] Hic, ex Strabone, Dionysio, Lycophronis interprete Isacio Tzetze, fuit Trojanus. Post excidium Trojæ in Siciliam ab Acestæ advectus fuit, ut diximus, 36. Addit Tzetzes, fuisse spurium Anchisæ filium. Testatur Dionysius, regio genere ortum esse: ideoque novos illos Siciliæ incolæ Trojanos, universim suo no-

Hoc puer Ascanius ; sequitur quos cetera pubes.
 Ille e concilio multis cum millibus ibat 75
 Ad tumulum, magna medius comitante caterva.
 Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
 Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro ;
 Purpureosque jacit flores, ac talia fatur :
 Salve, sancte parens, iterum ; salvete recepti 80
 Nequicquam cineres, animæque umbræque paternæ.
 Non licuit fines Italos, fataliaque arva,

Æneas cum multis millibus ibat e concione ad sepulcrum, medius in magna turba circumfusus. Illic juxta ritum effundit stillans in terram duo pocula puri vini, duo lactis recentis, duo sanguinis sacri: spargitque flores purpureos: et profert talia: Salve, sancte pater: salvete rursus, frustra recuperati cineres, et anima, et umbra paternæ. Non fas fuit querere tecum regionem Italiam, et agros fatales, nec

**Æneus*.—75. *consilio* tres Burm.—76. *secum comitante* Witt., male.—77. *meri* alter Hamburg., male. vid. Burm.—78. *fudit* Arusianus Messius, et sic Moret. pr.—79. *et t.* Witt.—80. *magne p.* Parrhas. *sancte pater* alter Hamb. *sancta* ed. N. Heina., vitiose; ita tamen quoque duo Gothani. *parens: iterum s.* distinguunt Zulich. et Leid. un. *receptæ* Leid. alius.—81. *umbræque penates*

NOTÆ

vine *Helymos* appellasse. Negare videtur Virgilius fuisse Trojanum, Anchisæ filium, et regio sanguine oriundum: siquidem eum conceptis verbis Siculum testatur, 300. 'Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus Panopesque.' Deinde nullam ei laudem ab Æneæ consanguinitate et regia origine tribuit: quod certe non omisisset, qui eodem loco, 297. Diorem commendat a stirpe Priami; et, 24. Erycem fratrem Æneæ appellavit. Itaque hoc unum fatetur, 391. Helymum fuisse comitem senioris Acestor: cui se comitem adjungere tam in ipsa Sicilia, quam in Troade potuit.

77 *Carchesia Baccho*] De *carchesiis* poculis, Ge. iv. 380. De *Baccho*, vino, Ecl. v. 69. De *sacris funebribus*, lacte, vino, sanguine, Æn. iii. 62.

79 *Purpuros flores*] Vel rosas intelligit, flores dicatos Veneri, Anchisæ amatrici; vel generatim flores quos-

cumque purpureos.

80 *Salve, sancte parens, iterum*] *Iterum*, inquit: quia jam anno superiore exequiis patrem honoraverat, salutaratque funebri more.

Recepti Nequicquam cineres] Per cineres, ait Servius, patrem intelligit, quem e Trojano excidio frustra liberaverat. Immo, cineres ipsos intelligit; quos anno superiore reliquerat in Sicilia, nunc autem recipit redditu suo, ac revisit; nequicquam tamen; quia non conferet redditus, ut cum eo adire Italiam liceat.

81 *Animaque umbræque*] Vel plurali numero usus est, pro singulari; ut passim poëtæ: vel reipsa plures putavit esse animas: de quibus commodius disseremus, Æn. vi. 724. et sequentibus.

82 *Fines Italos*] De *Italia*, Æn. i. 534. De *Ausonia*, Italiæ nomine, Æn. iii. 171. De *Tybri*, Italiæ fluvio, Æn.

Nec tecum Ausonium, quicumque est, quærere Tybrim.

Dixerat hæc : adytis cum lubricus anguis ab imis

Septem ingens gyros, septena volumina, traxit,

83

Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras :

Cœruleæ cui terga notæ maculosus et auro

Squamam incendebat fulgor : ceu nubibus arcus

Mille jacit varios adverso Sole colores.

Obstupuit visu Æneas. Ille agmine longo

90

Tandem inter pateras et levia pocula serpens

Libavitque dapes, rursusque innoxius imo

Successit tumulo, et depasta altaria liquit.

Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,

Ausonium Tybrim, quisquis ille sit. Hæc protulerat, cum serpens lubricus, ingens, eduxit ex intimis penetralibus sepulcri septem sinus, septem plexus; tranquille circumdans sepulcrum, et labens inter aras : cui maculæ cœruleæ illustrabant dorsum, et fulgor auro interpunctus squamas : quemadmodum arcus in nubibus concipit mille diversos colores, Sole opposito. Æneas videns stupefactus est : ille demum repens longo tractu inter pateras poculaque polita, et degustavit cibos, et innoxius rediit iterum in profundum sepulcrum, et reliquit aras degustatas. Tanto magis Æneas perficit sacra inchoata in honorem patris : dubitans, an gentium loci, an famulum

~~~~~

Menag.—83. est deest binis Heinsii, qui conj. quicumque is, q. 84. hoc Witt. —88. *Synancea* Sprot.—89. *Mille jacit* Medic. Colot. et alii præstantiores, quod diserte astruit Heins. auctoritate et ratione. trahit Romanus tenuisse videtur, ut adeo altera codd. familia ab hoc ducta sit. Potest tamen hæc revocatum videri alterum hoc ex iv, 701 *Mille trahens varios adverso Sole colores*. Novas mutationes in editiones inferre nolim, ubi utraque lectio bona est, nec ullum res fructum habet, nisi quod novæ turbæ fiunt; at quod h. l. me movit, ut *jacit* pro *trahit* reciperem, est, quod noster Virgilii contextus plerumque lectionem Apronianam ex Mediceo redhibet; ut igitur ea sibi constet, deserenda erat altera codicum secta.—91. *lenis* duo Burm. *repens* Parrhas. ex glossa.—93. *secessit* Exc. Burm. *Succedit* et *linguit* alter Hamb.

#### NOTE

1. 17. De *adytis*, locis intimis, Æn. 11. 297. De *squamis*, Ge. iv. 13. De *arcu*, seu *Iride*, Æn. iv. 700. De *agmine*, in serpentibus, Ge. iii. 423. De verbo *libavit*, degustavit, Æn. i. 740.

93 *Depasta altaria*] Non ab igne, victimas consumente, nondum enim cæse fuerant victimæ; sed ab ipso serpente, qui prima dona libaverat.

94 *Instaurat*] Renovat incepta sacrificia: jam enim fuderat vina, 78.

moxque iterum fundit, 98. Quid ita? an quia sacrificia serpentis occursu turbata esse putabat? At bono erat omni serpentis occursus. An quia cum prævia sacrificia e floribus et liquoribus, quasi mortuo homini obtulerit; nunc viso serpente, majora offerenda existimat, quasi heroi, inter Deos admissio? Certe non admodum diversa ab his sacrificia Plutoni, Proserpinæ, Diisque Inferorum aliis offert, Æn vi. 243.

Incertus, Geniumne loci, Famulumne parentis 95  
 Esse putet; cædit binas de more bidentes,  
 Totque sues, totidem nigrantes terga juvencos:  
 Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat  
 Anchisæ magni, Manesque Acheronte remissos.  
 Necnon et socii, quæ cuique est copia, læti 100  
 Dona ferunt; onerant aras, mactantque juvencos.

*patris existimet eum esse; mactat juxta consuetudinem quinque oves, et totidem sues, totidem juvencos nigras tergoribus: et effundebat vinum e pateris: et appellabat animam magni Anchisæ, et manes ejus emissos ex inferis. Pariter et socii offerunt læti munera secundum facultatem quæ est unicuique: et onerant altaria, et immolant juvencos. Alii disponunt ærea vasa per*

~~~~~

Succedit et linquit Medic. cum quatuor aliis.—95. Geniumne et famulumne quinque Burm. famuloane Oudart.—96. Legebatur quinas: cujus moris nec exempla nec rationes suppetunt; saltem septenæ esse deberent. mactat binas Serv. ad iv Æn. 200. binas Medic. et Rom. graves adeo auctoritates! in aliis Pierii ceditque binas; unde intelligi potest, quo errore quinas illatum sit. Scilicet, cum metrum aliquis repugnare videret, non sensit quæ esse extrudendum, sed reposuit quinas. bidentum alter Goth.—97. totidemque duo Burm.—98—101. aberant a Dorvill.—100. quæcunque est Gud. a m. pr. et Hagen. est abest ab sec. Rottend.—101. vulgg. onerantque. Sed quæ post

NOTÆ

95 *Geniumne loci, Famulumne, &c.]* Geni et custodes, loca, urbibus, domibus attribui solebant; ut et hominibus singulis attribui solitos diximus Ecl. iv. 63. *Famulos* item majoribus Diis suos assignabant: eosque e brutis animantibus plerumque assumptos. Sic Æn. vi. 190. columbæ ministræ sunt Veneris, ut Æneam ad auream arborem deducant. Sic ex Silio Italico, l. XIII. 124. apud Capuam: 'Numen erat jam cerva loci, famulamque Dianæ Credebant.' Sic aquila Jovi: sic ex Plutarcho in Cleomene, dracones heroibus sacri putabantur: unde hic *anguis* Anchisæ famulus.

96 *Cædit quinas de more bidentes]* Vel *cædit de more*, id est, non per se ipse, sed per famulos, more pontificum Romanorum. Vel *oves de more bidentes*, id est, *biennes*, aut *ambidentes*, de quibus Æn. iv. 57. Vel *quinas*, de more celestibus Diis adhibito; quibus numero impari victimæ cædebantur,

quia 'numero Deus impare gaudet.' Inferis autem numero pari, Æn. vi. 243. Igitur offert Æneas patri quinque pecudes, ut jam cælesti Divo; easque nigrantes, ut ex Inferis assumpto. Notatque Turnebus ejusmodi sacrificia Romanis *suovetaurilia* dicta esse; quæ *sue*, *ove*, et *tauro* fiebant.

98 *Animamque vocabat, &c.]* Non simpliciter inclamat, invitatque ad sepulcrales aras, ut sacrificiorum sanguine pascatur: quemadmodum pascuntur animæ mortuorum, inprimisque Tiresiæ apud Homer. Odyss. II. 95. quemadmodum Achilles tota nocte circa Patrocli rogam vina fundit, animam ejus vocans, Iliad. XXII. 221. non ita, inquam: sed *invocat*, ut sibi adsit propitius pater, cujus *Manes Acheronte remissos* putat, et inter Deos vitam degere. De *Acheronte*, Inferorum fluvio, Æn. vi. 242. De *Manibus*, Ge. iv. 469.

Ordine aëna locant alii, fusique per herbam
Subjiciunt veribus prunas, et viscera torrent.

Expectata dies aderat, nonamque serena
Auroram Phaëtonis equi jam luce vehebant; 105
Famaque finitimos et clari nomen Acestæ
Excierat: læto complerant littora cœtu
Visuri Æneadas; pars et certare parati.
Munera principio ante oculos circoque locantur
In medio: sacri tripodes, viridesque coronæ, 110
Et palmæ, pretium victoribus, armaque, et ostro

ordinem: et strati super herba, supponunt prunas veribus, et torrent viscera. Dies optata advenerat, et jam equi Phaëtonis adeohebant nonam Auroram sereno lumine: et fama ac nomen illustris Acestæ eduxerat vicinos: occupaverant littus hilari multitudinem, partim visuri Trojanos, partim etiam parati certare. Primo præmia statuuntur ob oculos et in medio circo: sacri tripodes, et virentes coronæ, et palmæ, dona victoribus destinata, et arma, et vestes intinctæ purpura, pondera argenti et

onerant a plurimis Pier. (inter quos Romanus est) et Heins. inque his a Medic. abest. auras Sprot. arasque onerant Wall.—103. veribus Heins. cum plerisque etiam Pier. Vulgo veribus. cf. II Ge. 396. I Æn. 246.—107. Excierant Ald., fortasse verius. Excierat Rom., ut duo Goth. Lato sec. Rottend. a m. pr. Latoque impleant l. cursu Sprot. complerunt tres Heins. complebant Medic. cum duobus aliis.—111. pretium palmæ Parrhas.—112. auri argenticque

NOTÆ

102 *Aëna*] Vasa ærea: vel ad lavanda corpora, vel ad elixandas carnes. Licet enim Homerus heroibus suis elixas carnes non paret, ut notat Plato de Republ. l. III. has tamen primis etiam illis temporibus in usu fuisse notavimus, Æn. I. 215. De epulis post sacrificia, plura vide, Æn. VIII. 180.

105 *Auroram Phaëtonis equi*] *Phaëton* hic: vel Solis est filius, qui cum a patre diurnum regimen currus extorsisset precibus, et equos inscite regeret, ex iis ab Jove in Eridanum Italiæ fluvium fulmine excussus est: Ovid. Met. II. Vel potius *Sol* ipse est, qui dicitur ab Homero Odyss. II. 320. *Ἡέλιος φαέθων*, *Sol Phaëthon*, id est *splendens*. Ejus equi quatuor, *Pyrois* a *πῦρ* ignis; *Eous*, ab *ἥως*, *Aurora*; *Æthon*, ab *αἰθήρ* uro; *Phlegon*, a *φλέγω*

inflammo. De *Aurora*, Ge. I. 249.

110 *Tripodes, &c.*] *Tripus* proprie sellæ mensæque species, tribus nixæ pedibus; cui quandoque insidebatur, sæpe imponebantur lebetes crateresque ad libamina, Æn. III. 359. *Sacer* dicitur, quia in templo Delphico, reque omni divina magni erat usus: tum viris fortibus donabatur in præmium, unde Horat. Od. I. IV. 8. 'Donarem tripodas præmia fortium Graiorum.'

111 *Et palmæ, pretium victoribus*] Id est, pretium solenne et vulgare victoribus omnibus. Quærit enim Plutarchus Sympos. I. VIII. quæst. 4. 'Cur sacrorum certaminum aliud aliam habeat coronam, palma sit communis omnibus.' Respondetque, hoc ideo usu venisse, quod viro forti palma persimilis, non deprimatur onere,

Perfusæ vestes, argenti auriq̃ue talenta ;
 Et tuba commissos medio canit aggerē ludos.
 Prima pares ineunt gravibus certamina remis
 Quatuor, ex omni delectæ classe, carinæ.
 Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin ;

115

auri : et medio e tumulo tuba canit indictos ludos. Quatuor naves, pares vastis remis, electæ e tota classe, incipiunt primum certamen. Mnestheus agit fortibus remigibus celerem Pristin ; Mnestheus, inquam, mox Italus, a quo nomine oritur

~~~~~

aliquot apud Pier., quem vide. *auoque* t. Rom. *talentum* Medic. Gnd. et alii, quod placet Heinsio ; non enim plura erant talenta, sed auri unum, unum itidem argenti. cf. inf. 248.—113. Nemo legit, quod malis : *Ut tuba—ludos : Prima.*—114. *pares* Gnd. a m. pr. *Primaque pars* Montalb.—115. *dilectæ* Goth. duo, et al.—116. *Pristin* Nonius et pars codd., recte, inquit Heins., nam Maroni sollemnis enuntiatio latina in nominibus græcis. *Pistria* et *Pistrium* alii et

## NOTÆ

sed contra magis obluctetur. De ostro, ostreo, sive conchylio, unde purpura exprimitur, Ge. II. 506.

112 *Talentā*] *Τάλαντον*, a *ταλάνω* *suffero* : quia primo libram significavit, quæ pondera appenduntur : tum quodvis magnum auri argentique pondus : denique certum determinatumque pondus, varium tamen apud varias gentes : celebratissimum Atticum talentum, quod sic describitur a Rhemnio Fannio :

‘Cecropium superest posthæc docuisse talentum,

Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas,

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.’

Porro *drachma* Attica, *denario* Romano, et *grosso* Francico æquiparatur. *Grossus* pars est *marcæ* sexagesima quarta. *Marca* signati argenti hoc anno 1675. Ludoviceos argenteos capit novem ; hoc est, libras nostras sive Francicos viginti septem. *Grossus* igitur valet octo solidos cum denariolis paulo minus sex : qui grossi sexies milles repetiti Francicos conficiunt 2550. Et hic valor est *argentei talenti* Attici ad modum nostrum revocati. *Aurei* au-

tem *talenti* valorem conjicies, habita auri cum argento comparatione : aurum enim Græcum Romanumque duodecies argenti valorem ; Francicum sexies etiam ac decies et amplius nunc superat. *Cetera*, infra 248.

114 *Prima pares*, &c.] 1. *Ludus, navium decursus*. Cujus exemplum in Homero non habuit Virgilius : nec vero voluit cursum illius equestrem imitari, quia Homerus in eo plus operæ studiiq̃ue posuerat ; ludos alios imitatus est, quos ille minus diligenter scripserat, Iliad. xxiii.

116 *Pristin*, &c.] Naves quatuor, æquales magnitudine ac robore, suis insignit nominibus, quæ e pictis in puppi monstribus repetit. Primæ *Pristis* appicta erat, marina bellua, e bulenarum genere, de qua Æn. III. 427. Secundæ *Chimæra*, ignivomum ac triforme monstrum : quod, ex Ovid. Metam. IX. 649. ‘mediis in partibus hircum, Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat.’ De ea, Æn. VI. 286. Tertiam ornabat *Centauri* pictura, ex equina et humana specie conflata, de quo genere Ge. II. 456. Quartam *Scyllæ*, marini in freto Siculo monstri, effigies, quam explicuimus Æn. III. 427.

Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi;  
 Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram,  
 Urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu.  
 Impellunt, terno consurgunt ordine remi;  
 Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,

120

*familia Memmii: et Gyas magnam Chimæram, magna mole, opus instar urbis; quam juvenes Trojani triplici versu impellant, cui remi surgunt triplici ordina. Et Sergestus, a quo familia Sergia trahit nomen, vehitur Centauro magna: et Cloas-*

hic et in seqq. cf. ad III, 427.—117. Expectabam mox, post adventum in Italiam, nomen Mnesthei aliter fuisse inflexum. Nunc, ut est, accipiendum: Mnestheus, mox Italus futurus, et gentem sui nominis constituturus. *Halos* Goth. sec. a quo sanguine Parrhas. *Memmi* doctius pro nominativo plurali habetur, pro vulgari Memmiorum, quam ut sit *genus Memmii*, h. e. Mnesthei. *Memnum* Zulich., unde Heins. faciebat *Memmium*.—118. *Gias* scribunt alii.—119. *quem* Menag. pr. *quam pubes* Ven.—120. *Impellit* codex apud Pier. et

## NOTÆ

117 *Mox Italus Mnestheus, &c.*] Ut nobilibus Romanorum familiis gratificetur: eas a Trojanis deducit: a Mnestheo *Memmios*, a Sergesto *Sergios*, a Cloanthe *Cluentios*. Addunt alii etiam a Gya, *Geganios*: quod tamen Virgillii testimonio caret.

119 *Urbis opus*] *Urbis instar*; in qua tantum operis fuerat, quantum in urbe positum. Sic apud Cicer. Ac. in Verr. v. 88. 'Erat illa navis constrata; et ita magna, ut si in prædonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur.'

*Triplici versu, &c.*] *Trirremem* significat navem: qualem tamen Trojanis temporibus nondum fuisse probabile est; sed poetæ ut multa alia, sic et illud per anticipationem dicere licuit. Quid sit autem in navibus *versus* et *ordo* remorum duplex, triplex, quadruplex; unde *biremes*, *triremes*, *quadriremes*, &c. appellantur; valde ambiguum est. Quia tamen ex Virgilio, 'triplici consurgunt ordine remi' constat, in utroque navis latere remigum ordines surrexisse alios

aliis superpositos: non ita tamen, ut superiorum remigum pedes inferiorum capitibus impenderent, perpendiculari, ut aiunt, rectaque linea; sic enim latera navium extruenda altius fuissent: sed ita, ut scamnis, quæ et *juga* et *transtra* dicuntur, oblique a summo ad imum instar graduum dispositis insisterent remiges; quorum superior ordo ibi figebat pedes, ubi ordo inferior insidebat. Porro series illæ remigum, a summo latere ad imam carinam oblique numeratæ, *ordines* dicebantur; et pro multiplici ordine, navis erat *biremis*, *triremis*, *quadriremis*, a Ptolemæo Philopatore extracta etiam *quadraginta* ordinum: at eædem series, a prora ad puppim numeratæ, dicebantur *versus*; et sic in singulis lateribus, *versus* aliquando viginti quinque, aliquando plures; et in Ptolemæi navi, quæ *quadraginta* ordinum fuit, et quater mille remigum, *versus* quinquaginta fuere. Igitur Chimæra hæc Virgiliana, quæ *triplici versu*, *triplici ordine* instructa erat; remiges in singulis lateribus navem, tota nave octodecim capiebat.

Centauro invehitur magna; Scyllaque Cloanthus  
Cœrulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.

Est procul in pelago saxum spumantia contra  
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim 125.  
Fluctibus, hyberni condunt ubi sidera Cori;  
Tranquillo silet, immotaque attollitur unda  
Campus, et apricis statio gratissima mergis.  
Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam  
Constituit signum nautis pater: unde reverti 180  
Scirent, et longos ubi circumflectere cursus.  
Tunc loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro  
Ductores longe effulgent ostroque decori;  
Cœtera populea velatur fronde juvenus,

thus, unde tibi origo est, o Cluenti Romane, vehitur Scylla cœrulea. Procul in mari, aduersus spumans littus, est rupes; quæ aliquando mersa verberatur fluctibus, quando hyemales Cori abscondunt astra: at tranquillo tempore silet, et erigitur ex immotis aquis, veluti campus et perfrugium gratissimum mergis apricantibus. Illic pater Æneam ponit metam e frondosa ilice, quæ esset signum nautis: a qua sciens redire, et circa quam flectere longos circuitus. Deinde sorte capiunt loca: et ipsi duces e puppibus procul resplendent, insignes auro et purpura: reliqui iuvenes

tres apud Burm., quod vulgare esset.—123. vehitur duo Burm. magno est apud Nonium, et sic aliquot ap. Pier., sed alterum doctius, ad navem revocatum.—123. Cloanthi, Chloanthi, Choanti, Cloenti, Cloanti, Cloante alii aberrant.—124. Ast Wall. Et Ven.—125. tenditur tres Burm. conditur Ven., sed id verbum sequitur.—126. ubi nubila Bigot. chori Gothani aberrant.—128. statio est Goth. sec.—130. nautis signum patet, emendat J. Foster Essay on Accent and Quantity p. 138. Relinquamus poetæ suum aurium iudicium.—131. ibi Hamb. sec. sic Goth. pr.—132. Cum pr. Moret.—133. fulgent Leid.—136.

# NOTÆ

125 Olim] Aliquando, indefinite. Sic Ge. 203. 'cum frigidus olim Jam cadit.'

126 Hyberni Cori, &c.] Corus ventus, fiat ab occasu æstivo. Hybernus dicitur, seu frigidus, quia situ proxime ad septentrionales ventos accedit. Condit sidera nimbis inductis. Scribitur etiam Caurus.

128 Apricis mergis] Avibus aquaticis, plongeons, quæ cum frequenter se aquis immergant, amant ad Solem siccare se, in locis apricis, id est, Soli expositis. De voce apricis, Ecl. lx. 49.

129 Metam] Meta, est extremitas, terminus: sive in agris, sive in circo: vulgo e lapidibus oblongis, in acumen ac pyramidem erectis. Talis erat Romano in circo figura metamum, quas in extremo decursu septies quadrigæ circumflectebant: eo alludit Virgilius; et quanquam illicis ramus hanc figuram non refert; refert tamen quomodocunque ipsa rupes, cui ramus infigitur. De ostro, purpura, Ge. ii. 566. De popule, pauplier, Ge. ii. 13. De illice, yeuse, Ecl. i. 18.



Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. 135  
 Considunt transtris; intentaque brachia remis;  
 Intenti expectant signum, exultantiaque haurit  
 Corda pavor pulsans, laudumque arrecta cupido.  
 Inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,  
 Haud mora, prosiluere suis: ferit æthera clamor 140  
 Nauticus; adductis spumant freta versa lacertis.  
 Infundunt pariter sulcos, totumque dehiscit  
 Convulsum remis rostrisque tridentibus æquor.

*coronantur populeis foliis, et reident uncti oleo per nudos humeros: sedent in transtris, et expectant signum obnixi secundum brachia remis intenta: et metus pulsans, atque arrectum desiderium gloriæ, fatigat corda subsultantia. Deinde quando clara tuba emisit sonum; non est mora, omnes e terminis suis proruperunt: nauticus clamor pulsat cælum, fluctus turbati adductis brachiis spumant: pari impetu imprimunt sulcos in aquis: et totum mare erutum remis et rostris tridentibus*

~~~~~

137. Offendit *intenta brachia remis* et statim *Intenti expectant*. (Nec v. 118 *Ingentem ingens* et similia a Burmanno huc vocari debebant.) Utroque tamen propria est vox (*remis intenti* Heins. junxerat; quod tamen ipsi mox displicuit); et agnoscunt lectionem Servius ac Priscianus cum antiquiss. codd. Medic. Rom. et fragm. Vatic. Itaque poeta proprietatem orationis quam elegantiam servare maluisse videtur. Alias *injecta, immissa*, ac simile quid dicere potuisset.—136. *Considunt* Hamb. sec. cf. sup. III, 289. *nudataque brachia* aliquot Pier., quod parum juvat. *intextaque* et a m. sec. *extenta* in Leid. uno erat. Heumannus olim *intentaque b. remis* recidi malebat; sed hiantes versus vix occurrunt in media propositione.—137. *Attenti* Exc. Burm. a glossatore. *expectent* Menag. alter: alterum hemistichium occurrit Ge. III, 105. 106.—138. *erecta* Hugen., et multi *arrepta*, solita variatione. Admodum probabile fit, versus 137. 138 *Intenti. Corda.* aut esse ab alia manu insertos, confictos ex vss. alibi occurrentibus, aut ab ipso poeta inter experimenta ingenii apposita, ut mox reliqua accommodaret. Jac. Bryant. delendum censebat versus 136 *Considunt*.—139. *Unde* pr. Moret.—141. *abductis* tres Burmann. *adjunctis* Oudart.—142. *Infundunt* multi, vitiose. *sulcos pariter* pr. Hamb. *dehiscunt* Ven.—143. *rostrisque tridentibus* Heinsius recte reposuit. Laudat ille Rottend. sec. Adde ipsum Medic. (certe in exemplari Foggin., etsi Pierius Aproniani lectionem dicat esse *stridentibus*; sed falso. Nam et Pompon. Sab. tridentibus, id est, acutis, legit Apronianus, ab Ennio tractum est) cum fragm. Vatic. a pr. m. Etiam sic Mss. Palatini apud Gru-

NOTE

135 *Oleo*] Ad membra roboranda: unde etiam eo luctaturi ungebantur, Æn. III. 280. De *transtris*, scammis remigum, supra 119.

137 *Haurit Corda pavor, &c.*] Versum jam explicuimus, Ge. III. 105.

143 *Rostrisque tridentibus*] Passim legebatur olim *stridentibus*; sed obstat mensura primæ syllabæ, quæ ubique

longa est. Sed a viris doctis academiæ Neapolitanæ profecta est superiore sæculo illa correctio, qua usi sumus; utpote cum antiqua navium specie veteribusque numis ac picturis convenientissima, quarum in prora rostrum trifidum ex ære bifidumve addebatur, ad hostiles naves in incursum vulnerandas.

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus ; 145
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere jugis, pronique in verbera pendent.
Tum plausu fremituque virum studiisque faventum
Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
Littora ; pulsati colles clamore resultant. 150
Effugit ante alios, primisque elabitur undis
Turbam inter fremitumque Gyas ; quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis : sed pondere pinus
Tarda tenet. Post hos æquo discrimine Pristis
Centaurusque locum tendunt superare priorem ; 155

aperitur. Non tam celeres currus invadunt campum in certamine bigarum, et erumpunt emissi e carcere ; nec ita aurigæ immissis jugis quantiunt habenas sinuosas, et proni extendunt se ad verberandum equos. Tunc omnis sylva resonat plausu et fremitu hominum et acclamationibus facientium, et littora volunt murmur inclusum : colles icti clamoribus, eos remittunt. Gyas prius abijt ante alios, et cecidit per undas inter fremitum multitudinis : quem deinde Cloanthus sequitur, melius instructus remis, sed navis gravior mole ipsum retinet. Post illos æquali intervallo Pristis et Centaurus conantur attingere priorem locum : et nunc Pristis præit

ter. Firmatur Valerii Fl. imitatione lib. 1, 688 volat immissis cava pinus habenis Infunditque solum et spumas vomit ære tridenti, et rostro trifido apud Silium vi, 358 ; et talia rostra sæpe in numis et aliis vett. monum. occurrunt. Frequentata tamen olim a Grammaticis, necnon a scriptis et editis, lectio erat : rostrisque stridentibus, etsi in metrum peccans. Sed in aliis modo que premissum, modo s in stridentibus erasum. Hinc interpolatum, ab aliis apud Pier. r. sonantibus, ab aliis, ruentibus, in Oblongo rudentibus, ut et in Sprot. erat pro var. lect. Ab academia Neapolitana profectam lectionem tridentibus Ang. Colotii fide narrat Pierius.—144. certamine currus, versu seq. intercepto, Goth. tert.—145. a carcere Bigot.—146. Non sic edd. vett. et Goth. pr. cum codd. Pier.—147. jubis conj. Heins., nec id absonum. sed juga pro equis dixit poeta. v. Burm. que abest a Franc.—148. Cum p. Moret, pr. plausus alter Mentel. gemituque Hugen.—149. inclusa erasum in Exc. Burm. et in marg. per amplā ex Æn. 1, 729. Jo. Schraderus in schedis tentabat ; inlata, iacusa, impulsa, et æquora.—151. alias alter Menag. primisque Heins. cum melioribus ; adde fragm. Vatic. et codd. Pier. Vulgo primusque, quod vulgaris. illabatur Wall. undas Gud. a m. pr.—152. strepitumque Dorvill. gemitumque Zulich.—153. Insequitur Parrhas. sub pondere Schol. Stat. apud Heins. cf. ad v. 5.—154. post tarda distinguebat pr. Moret. tardo discrim-

NOTÆ

[144 Bijugo certamine, &c.] Cursu vero, juxta aliquos, pro ipsis jugalibus bigarum et quadrigarum: de quibus Ge. 1. 512. De carceribus, infra 288. Juga, ligna transversa quibus equi temoni currus alligabantur: hic

equis usurpantur.

149 Vocemque inclusa volutant Littora] Commutatio est: pro, vocemque inclusam volutant.

Et nunc Pristis habet, nunc victam præterit ingetis
Centaurus; nunc una ambæ junctisque feruntur
Frontibus, et longa sulcant vada salsa carina.

Jamque propinquabant scopulo, metamque tenebant:

Cum princeps medioque Gyas in gurgite victor

160

Rectorem navis compellat voce Menœten:

Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige gressum;

Littus ama, et lævas stringat, sine, palmula cautes;

Altum alii teneant. Dixit. Sed cæca Menœtes

Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.

165

Quo diversus abis? iterum: pete saxa, Menœte,

nunc magnus Centaurus præcedit eam victam; nunc ambæ currunt simul æquatis proris, et longis carinis secant saltes fluctus. Et jam appropinquabant scopulo, et attingebant terminum; cum Gyas, qui primus erat, et victor, medio in mari incriptis his verbis Menœtem gubernatorem navis suæ: Quo tantum recedis mihi ad dextram? huc flecte cursum, adhære littori rupis, et permissa ut remi radant sinistra saxa: alii currant plenioris mari. Sic dixit: sed Menœtes metuens occulta saxa, detorquet proram ad undas maris. Quo recedis diversus? iterum revocabat

mine Menag. pr.—156. habet Heins. secundum potiores, et Heins. et Pier., adde fragm. Vatic., supple. priorem locum, quod præcesserat. Alii abis. habet metam, nunc præterit Wall., male.—158. longa carina Heins. secundum plures et meliores, inter quos et Romanus, fragm. Vatic. cum Medic. Vulg. longa carinæ, vel longe c. In Ald. pr. erat longe—carina, in altera longæ, at in tertia Nangerius longæ—carinæ intulit. Est tamen longa carina prorsus otiosa vox, facitque, ut totum hemistichium abesse malim, tanquam male suppletum; ita ut vulgatam olim lectionem præferam: nunc una ambæ junctisque feruntur Frontibus et longæ sulcant vada salsa carinæ: hoc est: nunc carinæ longæ una feruntur et sulcant vada. Jo. Schrader. conj. in schedis: juncta vel socia sulcant vada salsa carina.—159. propinquabat Medic. a m. pr. metasque sec. Rottend., ut v. 171.—160. Tam aliquot Pier.—161. Menaten. Merops est.—162. dexter mihi tantus abis Ven. gressum Heins. omnium meliorum auctoritate post Pierium. Vulgo cursum, ex interpretatione, forte Aproniano emendante. Nam in Medic. gressum in cursum est mutatum. cursu Ven.—163. amet ex am'et Longob. lævas Medic. Hamb. pr. et Gud. a m. pr. cum Goth. sec. a m. pr. Sed lævas cautes doctius dictum puta; hoc nomine lectionem tuere.—164. tendant Dorvill. Menatis Medic. Menatas pr. Rottend. a m. pr. In Goth. tert. Menetes, modo Menete, modo Menestheus, modo Menestem peccatum.—166. iterum sc. revocabat. Distinctio ab aliis varie fit.—

NOTE

162 *Mihi dexter abis*] *Mihi abis*: Abundat hic *mihi*; ut alibi sæpe, et Ge. III. 16. 'In medio mihi Cæsar erit.'

163 *Littus ama*] *Accedo propius ad littus*. Sic Horat. Od. I. I. 25. 3. 'amatque Janua limen.' Jubet igitur ut navem admoveat propius littori;

non Siciliæ quidem, sed rupis et mæ: ne latiore cursu eam circumeundo, ab aliis insequentibus superetur.

Palmula] Pars extrema reipi planior, et in modum humanæ palmæ protensa. Catull. in Phælo. 4. 'sive palmulis Opus foret volare, sive lintheo.'

Cum clamore Gyas.revocabat; et ecce Cloanthum
 Respicit instantem tergo, et propiora tenentem.
 Ille inter navemque Gyæ scopulosque sonantes
 Radit iter lævum interior, subitoque priorem 170
 Præterit, et metis tenet æquora tuta relictis.
 Tum vero exarsit juveni dolor ossibus ingens;
 Nec lacrymis caruere genæ; segnemque Menœten,
 Oblitus decorisque sui sociumque salutis,
 In mare præcipitem puppi deturbat ab alta; 175
 Ipse gubernaculo rector subit, ipse magister,

eum Gyas repetens cum clamore; pete saxa, o Menæte: et interim videt Cloanthum imminentem dorso, et tenentem proxima spatia. Ille Cloanthus interior radit sinistram viam, inter navem Gyæ et saxa sonantia, et repentinus prætergreditur Gyam qui modo fuerat prior, et tenet securum mare metis præteritis. Tunc autem ingens dolor accensus est in medullis juvenis, et genæ non caruerunt lacrymis, et immemor dignitatis suæ et vitæ sociorum, dejecit tardum Menætem ex alta puppe prorum in mare. Ipse succedit gubernaculo moderator, ipse magister navis: et

~~~~~

167. *renovabat* Montalb. et in multis, Romano quoque, abest, et deletum a multis, sed repugnantibus Musonio et Pierio; inter eos, qui ejiciant *et*, tanquam ad fulciendum verum insertum, video esse Benedictum in ed. Junt. 1520; provocat ille ad Martianum Capellam, qui literam T in fine ad libitum poni ait. Versus sane similes, producta in quarta regione ultima syllaba, quæ brevis erat, occurrunt plures. Sed, quid de iis statuendum sit, mihi nondum satis liquet.—168. *terga* Menag. pr. et Dorvill. a m. sec. cf. Heins. ad lib. xii, 748. a *tergo* Gud. a m. pr.—170. *subitoque* videtur a Burm. receptum, ut sane præstantissimus quisque exhibet Heins. et Pier., adde Cort. ad Plin. iv, Ep. 15. Magis tamen poeticum *subitusque*.—172. *juvenis* alter Menag.—173. *Non* l. Hamb. sec.—174. *Oblitusque sui decoris* Bigot.—175. *detrudit* duo Burm., ex interpr. *detraxit* aliquot Pier., simili a causa.—176. *guber-*

#### NOTÆ

170 *Interior*] Quicquid sit de hujus vocis significatione in hominum consensu et incessu, *dextram* an *sinistram* partem notet: certam est in decursu circensi, interiorē partē *sinistram* esse: quia, cum in circo *meta* ad sinistram curruum esset; brevior circa eam flexus *sinister* erat, isque *metæ* propior atque *interior*; *dexter* autem, *exterior* atque a *meta* remotior. Igitur, cum navalis hic ludus circensem imitetur; hic *interior* est *sinister*. De circo et *metis*, infra 288.

171 *Tuta*] Nempe a periculo saxorum, quæ *metam* circumstabant: nondum tamen omnino *tuta*, quia non-

dum victoria parta erat: post *metam* quippe superatam, et aliqua ex parte circuitam, in portum sinistro cursu redeundum erat, ut dicemus infra 225.

174 *Decoris sui sociumque, &c.*] *Decoris sui*, quia indignum est principem virum ab alio pœnam suis manibus exigere. *Socium salutis*: id est *salutis sociorum*, quæ amisso gubernatore periclitabatur. Nec placet Cerdanus, qui *socium* agnoscit accusativo casu; tum quia mutatur verbi regimen, *oblitus decoris, sociumque*: tum quia non video qui dici possit Menœtes, *socius salutis*.

Hortaturque viros, clavumque ad littora torquet.  
 At gravis, ut fundo vix tandem redditus imo est  
 Jam senior, madidaque fluens in veste, Menœtes,  
 Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit. 180  
 Illum et labentem Teucris, et risere natantem,  
 \* Et salsos rident revomentem pectore fluctus.\*  
 Hic læta extremis spes est accensa duobus,  
 Sergesto Mnestheique, Gyan superare morantem.  
 Sergestus capit ante locum, scopuloque propinquat : 185  
 Nec tota tamen ille prior præeunte carina ;  
 Parte prior ; partim rostro premit æmula Pristis.  
 At media socios incedens nave per ipsos

*hortatur nautas, et vertit clavum ad littora metæ. Sed Menœtes, postquam gravatus undis ægre tandem emissus est ex imo fundo, jam senior, fluens humida in veste, consensit summitatem rupis, et sedit in arido saxo. Trojani riserunt illum, et cadentem, et enatantem : et rident revomentem e pectore salis aquam. Tunc bona spes superandi Gyan tardantem orta est ultimis duobus, Sergesto et Mnestheo. Sergestus anticipat spatium, et appropinquat rupi : nec tamen ille prior est tota navi præcedente : prior est ex parte, et æmula Pristis urget rostro aliam partem. Sed Mnestheus ambulans media in nave inter ipsos socios, eos hortatur : Nunc, nunc insur-*

\*\*\*\*\*

nando alter Hamb. inde magister idem a m. sec.—178. Ast qn. Moret. e fondo Oudart. infando alter Hamb. reddiſ ab imo pr. Moret.—180. scopulis Rom. summaque in r. duo Burm.—181, et deest Franc. risere vomentem malebat Vossius ; quod non intelligo quorsum factum voluerit. risere et rident, ut toties præteritum perfectum et præsens tempus juncta videas : sed ingratum h. l. in eadem voce. Fuit qui conjiceret, et videre. Mibi probabile fit versum alterum *Et salsos* non bene relictum fuisse a Tucca.—182. *revomentem* aberratum in multis.—184. *Mnestheique* Heins. reposuerat, cum Pierianis et cum Medic. ac Gud. a m. pr., in quibus quidem erat *Mnesthi*, ex *Μνηθεῖ*. Ita alibi *Mnesthea* dixit. Tuetur hoc quoque Pompon. Sab. *Sergestum Mnestique* Rom. Sed tacite revocata erat a Burm. vulgata lectio *Mnestheo*.—185. *scopuloque p.* Menag. pr. *scopuloque* sec. Moret., quam structuram, ut exquisitiorem, illustrat Heinsius.—186. *Nec tamen ille prior tota pr.* plerique codd. ap. Pier. ex interpolatione, cum in vulgata syllabarum similium concursus offenderet. *Ille prius* Gud. *perente* duo Burm. *cætera* Sprot.—187. *partim*. iterum in Burm. edit. discessum video ab Heinsio, qui cum majore codd. parte etiam Pierianorum legebat, *partim*, quæ antiquior forma pro, *partem*.—188. *incedens* aliquot Heins., unde ille conj. *intendens*, perperam.—

#### NOTÆ

177 *Clavumque*] Pars in summo gubernaculo transversa, instar capuli, qua gubernaculum regitur. *Gubernaculum* vero, remus erat longior latiorque, ad puppim religatus, quo cursum navis gubernator moderabatur. De *Teucris*, Trojanis, Æn. i. 239.

186 *Carina*] Ima trabs est, navis totius fabricam fulciens, et instar spinæ a prora ad puppim decurrens. De rostro, 143. De *Catulis*, Æn. iv. 40. De *Syrtribus*, Æn. i. 115. De *Ionio Mari*, Æn. iii. 210.

Hortatur Mnestheus : nunc, nunc insurgite remis,  
 Hectorei socii, Trojæ quos sorte suprema 190  
 Delegi comites; nunc illas promite vires,  
 Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus usi,  
 Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis.  
 Non jam prima peto Mnestheus, neque vincere certo;  
 Quanquam o! sed superent, quibus hoc, Neptune, dedisti;  
 Extremos pudeat rediisse: hoc vincite, cives, 196  
 Et prohibete nefas. Olli certamine summo  
 Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis,  
 Subtrahiturque solum; tum creber anhelitus artus  
 Aridaque ora quatit; sudor fluit undique rivis. 200

*gite in remos, o Trojani socii, quos in extremo exitio Trojæ elegi comites: nunc exerite illud robur, illam fortitudinem, qua usi estis in Syrtibus Gætulis, et mari Ionio, et infestis aquis Maleæ. Non jam peto prima loca, ego Mnestheus modo victor; neque contendere vincere. Tamen o utinam possem! Sed vincant quibus hoc concessisti, o Neptune. Pudeat nos ultimos reverti: hoc superate, o cives, et impedit hoc dedecus. Illi summa contentione incumbunt in remos: navis ærata tremit magno succursu, et æquor subducitur: tunc frequens anhelitus concutit membra et sicca ora remigum: sudor fluit undique in rivis. Ipsa fortuna attulit viris gloriam cupitam.*

\*\*\*\*\*

190. *incumbite* Serv. ad VIII, 108, sed hoc petatum ex lib. x, 294.—190. *Hortor vos socii* Rufinian. de figg. p. 29. *forte* Menag. pr.—191. *Delegi* Hugen. *vestras Parrhas. promittite* Dorvill. *promitte, promittere* Goth. alt. et tert.—192. *animas* Zulich.—194. *Non jam* Heins., ex scriptis. *Volgo Non tam.*—195. *Quanquam*, sed interpolate, aliquot Pier., et *Quanquam utinam* Dorvill., et hoc ex interpretatione. *Q. ah* Goth. tert. *sed vincant* sec. Moret. *si superant* alter Hamb. *quibus hæc* Ven.—196. *Extremos* alter Hamb. *ho v.* Leid. unde Heins. *malebat o vincite.* Sed hoc, hactenus saltem.—197. *cert. primo* Montalb. a m. pr.—198. *gemit vel fremit* tentabat Jo. Schraderus. *aurea* Medic. a m. pr. *puppis* Romanus: ut olim scribi mos erat. cf. Pier. *classis* Bigot.—200. *ossa* Leid. un. *sudor* ruit

#### NOTÆ

193 *Maleæque sequacibus undis*] *Maleæ* promontorium est Peloponnesi, si-  
 num inter Argolicum et Laconicum,  
 nunc *Capo Malio di S. Angelo*: pro-  
 cellis infestum; unde *sequaces* ejus  
 dicuntur undæ; quasi nautas inse-  
 querentur. *Superatum* autem ab *Æ-*  
*nea* fuit, cum e *Sporadibus* et *Cycl-*  
*adibus* insulis ad *Strophades* iter fecit,  
 Æn. III.

195 *Quanquam o! sed, &c.*] Duplex  
*Delph. et Var. Clas.*

affectus. I. *Victoriæ optatio*: *Non*  
*vincere certo: quanquam o! velim, si*  
*liceat, vincere.* II. *Correctio.* *Sed tu-*  
*men vincant illi, quibus hoc, Neptune,*  
*dedisti.* De *Neptuno*, Æn. I. 129.

199 *Subtrahiturque solum*] *Substrata*  
*maris aqua, non secari, sed quasi per*  
*vim subtrahi videtur retro, tanto im-*  
*petu navis porro impellitur: solum*  
*enim est quicquid alteri subternitur,*  
*ut ostendimus Ecl. VI. 25.*

*Virg.*

3 A

Attulit ipse viris optatum casus honorem.  
 Namque, furens animi, dum proram ad saxa suburget  
 Interior, spatioque subit Sergestus iniquo:  
 Infelix saxis in procurrentibus hæsit.  
 Concussæ cautes, et acuto in murice remi 205  
 Obnixi crepuere, illisaque prora pependit.  
 Consurgunt nautæ, et magno clamore morantur;  
 Ferratasque trudes et acuta cuspidem contos  
 Expediunt, fractosque legunt in gurgite remos.  
 At lætus Mnestheus, successuque acrior ipso, 210  
 Agmine remorum celeri, ventisque vocatis,  
 Prona petit maria, et pelago decurrit aperto.

*Nam dum Sergestus ardens animi impellit proram ad scopulos, inter scopulos et Mnestheum, et elabitur spatio angusto; miser adhæsit scopulis protensis sub aqua. Rupes commotæ sunt, et remi impacti in acutum saxum crepuerunt, et prora allisa stetit suspensa in scopulis. Consurgunt nautæ, et magno cum clamore sistunt: et adhibent ferratas trudes, ac perticas acuminata cuspidem: et colligunt e mari remos fractos. At Mnestheus gaudens et ardentior ex illo successu, veloci impulsu remorum, et invocatis ventis, secat undas faciles, et navigat patenti mari. Qualis colum-*

~~~~~

duo, sed vide Burm. *ruit u. membris* Dorvill.—201. *optatus* Wall.—202. *furens animis* aliquot Pier. Sic inf. lib. viii, 228. Sed *animi* codd. agnoscunt et Arusian. Mess. et sermonis elegantia. *animo* Gud. a m. pr. *dum prora ad s. suburget Interior* legerat Pompon. Sab. h. e. suburget se, suburgetur, impellitur. Quod doctius dictum est. *perurget* sec. Rottend. et a pr. m. Erf.—204. *procumbentibus* Leid. et Goth. sec., ut inf. xi, 624 variatum; nec displicet Burmanno. Mihi tamen paulo coactius et temere a librario erratum esse videtur.—205. *in* abest a Zulich. Goth. sec. et Erf.—208. *trudes* Heins. sec. suos et Pierianos. Sunt *trudes* conti acuta cuspidem, a trudendo, etsi sic syllaba longa in brevem abierit necesse est. At *sudes* servat Medic. Hamb. sec. et a m. sec. Montalb.—210. *Et* Medic. a m. pr. *Aut* alter Hamb. *illo* Leid.

NOTÆ

203 *Interior*] *Inter* Mnestheum et metam, flexum breviorē et sinistram captans: supra 170.

205 *Murice*] Saxo acuto aspero ac prominente: sic dicto a *murice*, ostreo, unde purpureus liquor exprimitur, cujus conchylium fastigiatum et acutum est.

208 *Trudes* ... *contos*, &c.] *Perticas*, quibus vado inhærens impellitur navis, aut iners alia moles promovetur. Monetque Isidorus *cuspidem conti*, ferro

non armatam esse, sed tantum ex ipso ligno acuminatam.

211 *Agmine remorum*] Acta motuque remorum ordinato, et per quandam successionem continuo. De illa voce, Ge. iii. 423.

212 *Prona maria*] Secunda, facilia, sine ullo jam obstaculo; cursu tam facili, ut non in plano æquore, sed in declivi loco pronus ac præceps currere videatur. Plinius l. ii. 70. 'In alia adverso, in alia prono mari.'

Qualis spelunca subito commota columba,
 Cui domus et dulces latebroso in pumice nidi,
 Fertur in arva volans, plausumque exterrita pennis 215
 Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
 Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas:
 Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis
 Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
 Et primum in scopulo luctantem deserit alto 220
 Sergestum brevibusque vadis, frustra que vocantem
 Auxilia, et fractis discentem currere remis.
 Inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimæram
 Consequitur; cedit, quoniam spoliata magistro est.
 Solus jamque ipso superest in fine Cloanthus: 225

be, cui domus et nidi sunt in cavo saxo, repente excita e spelunca fugit in campos volans, et territa dat alis ictum ingentem domui suæ: mox elapsa in aërem tranquillum, secat viam tenuem, nec movet celeres alas. Sic Mnestheus, sic ipsa ejus Pristis findit fugiens extremum spatium assignati maris; sic ipse impetus provehit illam volantem. Et primo præterit Sergestum, commitentem adversus rupem altam et vada hæcilia; frustra que implorantem auxilium, et tentantem enatare fractis remis. Deinde consequitur Gyan, et ipsam ejus Chimæram vastâ magnitudinis: vincitur illa, quia orbata est gubernatore. Et jam unus Cloanthus restat vincendus prope ipsum

et alter Goth.—214. in deest alteri Hamb. in gurgite a m. sec. Zulich.—215. *plausumque* ed. Commel. *pinnis* Rom. Medic. et Gud.—216. *Dat tergo* aliquot Pier. *Volgatam* habet Non. et Schol. Statii ap. Borm.—217. Jo. Schrader. in schedis conj. *Carpit*; nam *radere* inferre vicinitatem; sic Jan. Barth. ad Stat. Achill. ii, 3 monuisse. Non meminerant etiam mare remis, aërem alis radi, verri, verti. *liquidum et c.* Rom. nec Dorvill.—219. *volentem* Montalb. *ire volentem* Sprot. *Elegantem* usum verbi illustrat Heins. h. l. cf. ad ii Ge. 41. Nec hoc tamen loco alienum *volare*.—220. *At et Ac* variat scriptura in Pier. et Heins. in abest a Medic.—221. *et frustra* multi ap. Borm., vitiose.—222. *Auxilium* Bigot. *incurrere* Gud. a m. pr.—224. *cedunt* Sprot. a m. sec. *est* deest Wall.—225. *namque* Dorvill. *super ipso* est Franc.

NOTÆ

214 *Pumice*] *Pumex* lapis est levis, spongiosus, ad scabra leviganda aptissimus: hic pro cavernosa rupe sumitur, per tapinosim; ut 209. *gurgēs*, pro mari, quemadmodum diximus, Æn. i. 122. Est autem hæc, navim inter et columbam, scite instituta comparatio; cum *navium* et *volatus* magna cognatio sit, ut diximus Æn. i. 228. et mox Mnesthei navem appellet *volantem*, 219.

218 *Ultima æquora*] *Ultimam* assig-

nati maris partem, ultra metam. De *brevibus vadis*, Æn. i. 115.

225 *Superest in fine Cloanthus*] Mnestheus de victoria contendit cum Cloantho. At Cloanthus tamen jam a versu 171. *metis tenet æquora tuta relictis*. Hæc ut conciliem: existimo præmium ei propositum fuisse, non qui duntaxat metam attingeret primus; sed qui præterea circumita, meta, primus sinistro cursu rediret in portum, unde dextro cursu nave-

Quem petit, et summis annexus viribus urget.
 Tum vero ingeminat clamor, cunctique sequentem
 Instigant studiis, resonatque fragoribus æther.
 Hi, proprium decus et partum, indignantur, honorem
 Ni teneant; vitamque volunt pro laude pacisci. 230
 Hos successus alit; possunt, quia posse videntur.
 Et fors æquatīs cepissent præmia rostris:
 Ni, palmas ponto tendens utrasque, Cloanthus
 Fudissetque preces, Divosque in vota vocasset:
 Di, quibus imperium est pelagi, quorum æquora curro, 235
 Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
 Constituam ante aras, voti reus, extaque salsos

terminum: hunc Mnestheus sequitur, et premit contendens totis viribus. Tunc vero incalescit clamor, et omnes favore incitant insequentem, et æc̃ sonat fragoribus. Illi indignantur, nisi conseruent gloriam propriam, et honorem jam comparatum; et vel- lent pacto mutare vitam cum victoria. Hi animantur successu: possunt vincere, quia videntur sibi posse. Et fortasse meruissent paria præmia, navibus ex æquo victricibus: nisi Cloanthus tendens ad mare ambas palmas manuum, emisisset preces, et Deos invocasset per vota: O Dii, quibus est regnum maris, quorum decurro spatia; ego vobis offeram lætus in hoc littore ante altaria candidum taurum, voto obligatus, et projiciam viscera in salsos fluctus, et effundam vina pura. Dixit:

—226. *petat* alter Hamb.—227. *cunctisque* Goth. tert. cum alt. Mentel.—228. *resonatque fragoribus*. Ita Heins. cum præstantiore quoque. Vulgo *clamoribus*, nonnulli sublato *que*. Voss. *clangoribus*.—231. *agit* pr. Hamb. *quia possunt*, p. Sprot. *possunt quæ* p. alter Hamb. *videtur* Medic. a m. pr.—233. *ponto palmas* duo Burm.—234. *Effunditque* p. sec. Rottend.—235. *imperium est* p. cum Medic. et aliis Heins. Alii cūm Rom. *pelagi est*. In aliis *est* plane abest, quod Pier. recte sequebatur. *æquora* Rom. aliquot Pier. et Burm., quod jejenum esset. *æquora curæ* laudat Burm. e Medic., sed in hoc nihil varietatis.—236. *hoc* ex uno Medic. Pierius laudavit; abest tantum ab duobus Heinsianis. *in* deest Rom. Goth. sec.—237. *rotis* Montalb.—238. *Per-*

NOTE

exierant. Idque manifestum est.
 I. Quia hæc tria proponit Æneas certaturis, 130. 'Constituit signum nautis pater, unde reverti Scirent, et longos ubi circumflectere cursus.'
 II. Quia mox, 243. navis Cloanthi tum victoriam obtinet, cum 'Ad terram fugit, et portu se condidit alto.' At in rupe, quæ metæ loco fuit, portus, isque altus fuisse non potest; cum esset objecta portui, et tantum 'statio gratissima mergis.' Hic igitur jam et Mnestheus et Cloanthus metam

prætergressi putandi sunt: Cloanthus quidem, quia *metis tenet æquora tuta relictis*; Mnestheus vero, quia *fuga secat ultima æquora*. Cloanthus autem *solus ipso superest in fine*: id est in extremo cursu, reditu a meta ad portum: quo in reditu eum superare, aut saltem æquare Mnestheus contendit.

228 *Fragoribus*] Ita ex manuscriptis cum N. Heinsio emendamus. Olim *clamoribus*: sed parum exacte, cum superiore versu dixerit, *Ingeminat clamor*.

237 *Voti reus*] Voto obligatus: sic

Porriciam in fluctus, et vina liquentia fundam.
 Dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis
 Nereidum Phorcique chorus Panopeaque virgo: 240
 Et pater ipse manu magna Portunus euntem
 Impulit. Illa Noto citius volucrique sagitta
 Ad terram fugit, et portu se condidit alto.
 Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis,

at ex intimis fluctibus audiit eum omnis turba Nereidum, et Phorci, et virgo Panopea; et ipse pater Portunus magna manu impulit navem currentem: illa celerius vento et pennata sagitta currit ad terram, et immittit se in portum intimum. Tunc filius Anchisæ, vocatis omnibus juxta consuetudinem, declarat

~~~~~

*riciam* defendit Macrob. iii. Sat. 2, qui locus est classicus de hoc sacrorum verbo; etsi in nonnullis arguitur, ut et Serv. h. l. Omnes tamen codd. Pier. et Heins. et al. *Projiciam* vel *Proiciam*, nisi quod in Medic., a m. sec. emendatum, *Poriciam*, ut et Parrhas. At Franc. *Prociam*. Fuere quoque qui *Prosciam* mallet. v. Guell. Etiam Ursinus *Porriciam* in omnibus, quæ viderat, bonæ notæ exemplaribus fuisse testatur. Benedictus (in ed. Junt.) defendebat *projiciam*, sic enim omnes codices habere, et Homericam imitationem esse; quam tamen equidem non memini. *liquentia* alter Hamb. et pr. Rot. tend. a m. pr., forte ut metro consuleretur. Sed duo fuerunt verba, alterum, *liquens*, es, alterum, *liquo*, is; hujus prior longa, illius brevis, esse debuit; fere ut in græcis: φίλος, φίλος. μαρτύρω, μαρτυρώ and sic porro.—239. in β. Sprot. —240. *Sporcique* Romi. Vestigia græci versus subsunt: Νηρηὸς Φόρκου τε χορὸς Παρόπειά τε κόρη; sed *Nerei* tribus syllabis dicere non poterat: at sunt Νηρηίδες, ut Νηρηίδες. *Panopeia* virgo tres apud Burm. cum binis Goth., nec male. conf. sup. Ge. i, 437. Ceterum vide an opportunius distinguas: *eumque i. s. f. audiit omnis N. P. chorus; Panopeaque virgo, Et pater ipse manu magna Portunus, euntem Impulit.* Sic sup. lib. i, 148 *Cymothoe, simul et Triton annexus, ante Detrudunt naves scopulo.*—241. *Neptunus* tres apud Burm. cum Erf., ex interpretatione. v. Not. *Portunus* alii scribunt. Male. Sed *Portunus*, ut *Neptunus*; etiam *Vertunus* malunt quam *Vertumnus*. Videinr tamen altera esse antiquior, altera mollior pronuntiandi ratio. *eundem* ed. Ven.—244. At

#### NOTÆ

Ecl. v. 80. ‘damnabis tu quoque votis:’ ubi verba hæc explicuimus.

238. *Porriciam in fluctus, &c.*] Porro et procul jaciā in fluctus. Verbum est in sacrificiis solenne. Sic apud Livium l. xxix. 27. Scipio e Sicilia in Africam navigaturus, ‘cruda exta, cæsa victima, uti mos est, in mare porricit: tubaque signum dedit proficiscendi.’ *Libationis* vero par exemplum habemus apud Thucyd. lib. vi. ubi Nicias, Lamachus, et Alcibiades, e Piræo Atheniensi portu solventes, aureis argenteisque pateris vinum in

mare fudisse dicuntur.

240 *Nereidum Phorcique chorus, &c.*] *Phorcus* sive *Phorcys*, marinum numen, Ponti ac Terræ filius; filias habuit Gorgonas tres, Medusam, Euryalen, et Sthenyo. *Chorus* ejus, marina alia numina. *Nereides*, Nymphæ maris, *Nerei* et *Doridis* ejus sororis filiæ. *Panopea*, *Nereidum* una, de qua Ge. i. 437. ubi de *Portuno* quoque diximus, cui a *portu* vel *portandis* navibus nomen est. De *Noto*, vento meridionali, Ecl. ii. 58.

Victorem magna præconis voce Cloanthum 245  
 Declarat, viridique advelat tempora lauro;  
 Muneraque in naves ternos optare iuencos  
 Vinaque, et argenti magnum dat ferre talentum.  
 Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:  
 Victori chlamydem auratam, quam plurima circum 250  
 Purpura Meandro duplici Melibœa cucurrit;  
 Intextusque puer frondosa regius Ida

*magna voce præconis Cloanthum victorem, et coronat ejus caput viridi lauro: datque ipsi eligendos tres iuencos, et vina, et magnum talentum argenti possidentium, quæ erant munera pro navibus. Ipsis vero ducibus tribuit singularia dona. Victori Cloantho chlamydem auro intextam, circa quam Melibœa purpura densa excurrit gemino flexu, et regius puer Ganymedes in ea intextus, ardens, similis*

~~~~~

satus Bigot. *Anchise* alter Menag. et cunctis Wall. e more sec. Rottend.—247. *ternosque* ed. Ven. *optare* cum Medic. Rom. aliisque optimis suis et *Pierianis* Heinsius legi maluit; maluerat idem Benedictus. Vulgo (et sic unus Goth.) *optare*. conf. sup. ad lib. i. 556. Schrader. conj. *portare*.—249. *præcipue* Colot. et pr. Hamb. cum Medic. auctoribus Sprot. *victoribus*, duo Burm., et *uctoribus*, erasa d, Exc. Burm. Omnia temere.—251. *Purpurea* Dorvill.

NOTÆ

245 *Præconis*] *Præco*, non *tubicen*, quia apud Lævium l. xxxiii. 18. 'Romani ad spectaculum conseruerunt: et præco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam processit.' *Præco* igitur: qui voce, non cantu, populum, vel ad ludum, vel ad alia *præciabat*: ut enim inquit Vossius, *concio* est populus, qui per præconem *conciatur* et convocatur; ita *præco*, qui *præciat* et ante conventum excitat populum ut veniat.

248 *Talentum*] Constat ex comparatione cum aliis præmiis instituta, *talentum*, neque hic, neque 112. sumi posse pro *talento Attico*. Constat idem ex Homero, qui Il. xxiii. præmium statuit equestris curriculum, primum quidem, fœminam cum lebebe; secundum, equam prægnantem; tertium, lebetem; quartum, duo auri talenta. Igitur vel *talentum*, pro quolibet auri argentique pondere hic sumendum est, ut diximus 112.; vel pro *talento Siculo* veteri, quod minimum quid valuisse ait Pollux l. ix.

Et ex ipsius verbis colligit Budæus fuisse *sex drachmarum*, hoc est, solidorum nostrorum Francicorum vixdum unius et quinquaginta. Homerus autem, si non Siculo talento, simili saltem aliquo usus est.

251 *Purpura Meandro, &c.*] De *chlamyde*, *casaque*, Æn. iv. 137. Fuit hæc aureo textu, *aurata*: sed extrema in ora geminum habuit sinuosum flexuosumque limbum, *plurima purpura*, id est, densiore, distinctum. *Meander*, fluvius minoris Asiæ maximus, e Phrygia Majore nascens, tum inter Cariam et Ioniam in mare Myrtoum, quæ pars est Ægæi, ad Heracleam urbem influens, nunc *Madre* appellatur: tot flexibus in se quasi recurrens, ut pro quibuscumque flexibus metaphorice sumatur. *Melibœa*, Thessaliæ urbs ad radices montis Ossa, purpurei ostrei piscatu ac tinctura celebris. De *purpura* densiore ac *dibapha*, Ge. ii. 506.

252 *Puer regius Ida*] In *chlamyde*, textus acu *Ganymedes*, *Trois regis*

Veloces jaculo cervos cursuque fatigat
 Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida
 Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis. 255
 Longævi palmas nequicquam ad sidera tendunt
 Custodes; sævitque canum latratus in auras.
 At qui deinde locum tenuit virtute secundum,
 Levibus huic hamis consertam auroque trilicem
 Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse 260
 Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto,
 Donat habere viro, decus et tutamen in armis.

anhelanti, persequitur cursu et jaculo cervos celeres in Ida sylvestra; quem volans armiger Jovis pedibus uncis rapuit ab Ida in sublimem. Frustra senes custodes tendunt palmas ad astra, et latratus canum videtur furere in aërem. At postea huic Mnestheo, qui viribus obtinuit locum secundum, donat habendam loricam, compactam hamis et ornatam triplici licio auri, ut sit ipsi decus et armatura in bello: Æneas ipse victor hanc abstulerat Demoleo juxta rapidum Simoënta et prope altam

Melebea duo apud Burm. *Melibeia* currit Hugen.—253. *Veloci* Witt. *jugulo* alter Hamb., qui et *cursusque*.—254. Non inducta est P. Burmanni Secundi emendatio *ab alto*. Nam offendit *Ida* bis in fine versus positum. Vide ad Anthol. Lat. poet. pag. 272. Schrader. Emendatt. pag. 154 conj. *ab æthra*: Valer. Fl. 1, 156 *Talia constant lætum Jovis armiger æthra Advenit*. Inf. XII, 247 *volans rubra fulvus Jovis ales in æthra*. add. Claudian. b. Gild. 467 sqq. Receptum hoc video a Bruncchio. Præfero equidem *ab alto*: inf. XI, 721 *Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto Consequitur pennis sublimem in nube columbam*. Cum itaque evidentis veritatis nota neutri emendationi insit, non sane consultum est in contextum alterutram inferre; facere enim hoc non licet, nisi ubi, aut sic aut nullo alio modo, auctorem scribere potuisse, in confesso sit.—256. *tolant* Sprot. et alter Hamb. cum Goth. sec. perpetua variat.—257. *ad auras* duo Burm., ut alibi quoque.—259. Versus idem sup. III, 467. *hinc* Franc.—260. *detraxerit* Gud.—261. *ναὶ ὅχθονος ὑπερβροτῶν*. *Simeonta*, *Simounta* aberrant. *alta* tres Heins., non ineleganter. v. Heins. ad Ovid. Epist. 1, 48. *sub Ilium alto* quatuor apud Burm. *sub Ilium altum* Wall. *sub Ilium altum* Parrhas. *sub Ilium alta* Goth. sec. Sed vulgatam Grammaticorum auctori-

NOTE

filius, de quo Æn. 1. 32. De *Ida* Troadis monte, Æn. 11. 801. Et divisam quidem hanc picturam fuisse necesse est, duas velut in partes: quarum altera venantem Ganymedem exprimeret; altera raptum ejus et comitum stuporem.

255 *Jovis armiger*] Ex Plinio l. 11. 55. Fulmen non percutit e volucris aquilam, quæ ideo ministra fulminis Jovisque a poetis fingitur. De

hamis et lorica auro triline, Æn. 11. 467.

260 *Demoleo*] Demoleus, Græcorum dux aliquis ab Ænea occisus. *Simois*, fluvius Troadis, Æn. 1. 104. *Ilio alto*, Græco more corripit vocalem longam ante aliam, absque vocalium elisione, ut Ge. 1. 281. 'imponere Pelio Ossam.' De *Ilio*, Troja, Æn. 1. 5. De *lebetibus* dono datis, Æn. 11. 466. De *Cymbis*, vasculis, Æn. 11. 66.

Vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant
 Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
 Demoleos cursu palantes Troas agebat. 265
 Tertia dona facit geminos ex ære lebetas;
 Cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.
 Jamque adeo donati omnes, opibusque superbi,
 Puniceis ibant evincti tempora tænis:
 Cum sævo e scopulo multa vix arte revulsus, 270
 Amissis remis, atque ordine debilis uno,
 Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
 Qualis sæpe viæ depressus in aggere serpens,
 Ærea quem obliquum rota transiit; aut gravis ictu
 Seminecem liquit saxo lacerumque viator; 275

Trojam. Vix ministri Phegeus et Sagaris obniri humeris portabant illam multiplici textu densam; Demoleus autem illa olim armatus agitabat fuga Trojanos vagos. Tertia præmia dat Gyx, duos lebetas ex ære, et pocula conflata argento atque scabra figuris. Jamque adco omnes remunerati, et gloriantes opibus, incedebant coronati rubris vittis circa caput: cum Sergestus multo labore vix extractus e scopulo, remis amissis, et spoliatus uno remorum ordine, procehebat navem irrisam sine gloria. Qualis sæpe interceptus in eminentia viæ anguis, quem rota ærea obliquum trajecit, vel quem viator graviter feriens reliquit semimortuum et laceratum

tate firmavit Heinsius.—263. *Mox illam Hamb. alter. Phygeus, Flegens. Sagaris, Sacaris aberrant.* Sed est Φηγεὺς, Σάγας.—265. *Demoleos* Burm. prætulit codicum et Quintiliani viii, 4, 24 auctoritate, grati soni causa; vulgo *Demoleus*, ex Δημόλεως, pro Δημόλαος. *pallentes* Ondart. cum Goth. sec.—266. *lebetes* duo Burm.—269. *et tincti* Hamb. pr. *evictis* Gud. *tenis* plerique Pier. et tres Goth., hinc *tegnis, temis, thenis, theniis* aberratum. In Zulich. superscr. *galeis*. Vratisl. *ramis*. Hugen. *remis*, et a m. sec. *ramis*. unus Pierii *vittis*, omnia ex interpolatione.—270. *e* abest ab aliquot Burm. *ex æ.* Rom. et Witt. *revulsam* Rom. et Oblongus Pierii et duo Burm., sed alienum hoc; nam sequitur, *debilis*.—272. *inrisam* jam Pierius e codd. induxit in contextum. Alii, *illisam* vel *inlisam* ex v. 206, quam lectionem etiam Pompon. Sab. interpretatur. *habebat* Menag. Sed *inrisam* et *agebat* codd. et Donatus ad Terent. Andr. iv, 2 agnoscunt. vid. Burm.—273. *sæpe* Heinsium a *serpes* duxisse Burmannus narrat. *sæpe* frequens poëtis est in comparatione: et Gr. poëtis πολλὰ. *depressus* multi etiam hic, ut plerumque alias. *ab aggere* Serv. apud Burmannum.—274. *Ænea* duo cum Servio apud Burmann. *transiit* Sprot. *transiit rota* Dorvill.—275. *saxi*, ut ab ictu pendeat, pr. Moret. quo

NOTÆ

260 *Puniceis tænis*] Vittis laneis, seu lemniscis e laurea corona pendentibus, quæ coronæ *lemniscatæ* dicebantur. *Tænis*, per contractionem, pro *tæniis*. De *puniceo* sive rubicun-

do et roseo colore, Ecl. v. 17.

273 *Viæ in aggere*] *Agger*, viæ publicæ pars media, eminentior et lapidibus strata atque exaggerata, ut pluviae defluant.

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
 Parte ferox, ardensque oculis, et sibila colla
 Arduus attollens; pars vulnere clauda retentat
 Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.
 Tali remigio navis se tarda movebat;
 Vela facit tamen, et velis subit ostia plenis.
 Sergestum Æneas promisso munere donat,
 Servatam ob navem lætus sociosque reductos.

280

saxo: frustra fugiens movet corpore longos flexus; parte sui ferox, et micans oculis, et sublimis erigens colla sibilantia; pars debilis vulnere retardat eum torquentem nodos, et involentem se in sua membra. Navis tarda movebat se talibus remis; tamen velis utitur, et intrat portum velis tumentibus. Æneas, gaudens propter navem et socios reductos, donat Sergestum promisso præmio. Datur illi serva, haud in-

vulgarioris usus structura prodit: *seminecem ictu gravis saxi. linquit duo* Burm. *saxo liquit* Wall.—276. *N. fugiens longos dat pectore* Goth. tert. *dat c. tractus* Oudart.—277. *pars sibila* Rom., male. *collo ex collom* Rottend. tert. —278. *Arduos* Rom. v. Pier. v. *tarda* Ven. *vulnera clauda* Gud. a m. pr. *retorquet* pr. Hamb.—279. *Nexantem nodos* vulgg. edd. habent, pars codd. Pier. et recentiores Venetus Heinsii et Dorvill., haud dubie ab indocto interpolatore. *Nixantem nodis* verbo Lucretiano alii iique veterrimi Medic. a m. pr. (nam emendatum in *nitentem*; et hoc interpretatur Pompon. Sab., quem vide) Gud. e simili exemplo descriptus, et Mentel. pr. cum parte codd. Pier., inter quos Romanus fuisse videtur, ut sit quasi subnixus nodis suis serpens: sic erit eadem exquisitior ratio, quam deprehendimus v. c. in illo: *mentum crimenque Meonia mitra subnixus* iv, 216. 217, ubi idem, qui *subnexus* est, doctius dicitur *subnixus*. Tandem legitur: *Nexantem nodis* h. e. nexantem se in nodos, docte et rei convenienter, sed in paucissimis libris; Medicæum suum laudat Pierius. Heinsius tantum de *nodis* affirmat, de altero silet; sed firmant lectionem Grammatici, Priscianus et Eutyches. Itaque relinquantur lectionem, quæ et ipsa poëta digna est; teneamusque illud: quoties nihil potest ita definiri, ut in alterutram partem probabilitas major in sensus incurrat, nec mutandæ lectioni vulgatæ locum et causam, nec mutationis fructum et utilitatem esse; contra vero lectoribus, imprimis elegantioribus, qui criticam subtilitatem non curant, molestias creari; imprimis si tibi constare, et in paribus causis parem rationem sequi velis: tum enim innumera erunt mutanda, cum modo casus, modo genus sermonis, imprimis poëti, modo aberratio, binas trinasque lectiones suppeditet, quarum nulla aut sperni possit aut destituta sit auctoritate: quod itaque ego substituo, eodem jure mutabit alter.—280. *sic tarda* Franc. *se tarda ferebat* Gud. a m. pr. et Bigot. v. lib. iiii, 268.—281. Ordo verborum secundum Pier. et Heins. codd. Alii *plenis s. o. velis*. Ven. *velis subit ostia porta*, ex glossa. Jac. Bryant versum deletum malit; nam partim repugnare dicta superioribus, partim *vela velis* parum placere, partim jugulari comparationem appositam. Sane hæc v. 280 jam erat absoluta; et ratio erat reddenda, qua arte vel fortuna, deteris remis, tamen in portum se recipere poterit navigium; factum id esse vento suborto secundo, quem velis exceperant. Videndum est, an in his aliquid sit, quod rei nauticæ haud satis conveniat.—282. *permisso* Hugen. p. *donat honore* Dorvill.—283. *navim* aliquot Pier. et pr. Morel. cum Erf., sed vid. Pier. s. *que receptos* Sprot., ut

Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ,
Cressa genus Pholoë, geminique sub ubere nati.

285

Hoc pius Æneas misso certamine tendit
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis
Cingebant sylvæ: mediaque in valle theatri

scia artis Minervæ, Cressa secundum genus, nomine Pholoë, et bini filii ad ejus ubera. Pius Æneas dimisso hoc ludo, procedit in campum virentem: quem sylvæ in collibus curvatis positæ clauderant undequaque; et in ima valle erat circuitus

~~~~~

lib. I, 587.—284. s. *operum datur haud nonnulli* Pier., ex interpolatione Indoc-ta, metri causa.—285. *Thressa* Schol. Horatii Cruqu. ad III Od. 9, quod defendit Burmannus, hactenus non male, quod Thraciæ commercia cum Trojanis intercessere. At in Pholoë argutatur. Enimvero ex Lib. III, 131 sqq. facile memineris, Trojanos in Creta insula plus quam annuum spatium exegisse, non minus igitur *Cressa* locum habet: quorsum igitur mutamus quod rationem habet? *Cressa* scribitur et h. l. more antiquo, ut alibi dictum; est tamen etiam *Κρησα*. *sub ubera* Rom. et Gud., minus bene: etsi ferri potest.—

#### NOTÆ

284 *Operum Minervæ*] Quæ cum artibus aliis, tum præcipue lanificio, ac texturæ præesse dicitur, Æn. II. 31. *Cressa*, Cretæ, *Cressa*, e Creta *Candle*, Æn. III. 104.

288 *Theatri Circus erat, &c.*] De *theatri* forma, Ge. II. 381. De *circo*, cujus aliquam similitudinem vallis hæc Sicula referebat; hæc accipe. I. *Circus* locus fuit a Tarquinio Prisco Romæ exstructus, montes inter Aventinum ac Palatinum, ludis celebrandis ad imitationem Olympicorum; sed præcipue decursionibus equestribus; quas jam Romulus in campo Martio ad Tybris ripam instituerat, et nuncupaverat *equivia*. Nomen inde habuit quod *circularis* seu orbicularis esset figuræ, longior tamen quam lator, quippe longitudine pedes circiter bis mille, latitudine mille tantum complexus. II. *Cavea*, fuit ambitus circi, ubi populi sedes, in *cuneos* distinctæ, ut de theatro diximus. III. *Arena*, spatium fuit circi medium, in quo aurigæ decurrebant: comminutis albis lapidibus, aliquando etiam minio et chrysocolla constratum. IV.

*Euripus*, fuit lacuna, altitudine ac latitudine pedum decem, arenæ circumdata, eamque a cavea dividens: in eam derivabantur aquæ: unde ab Euripo nomen habuit, Euboici freti angustissimo loco, in quo septies aquæ singulis diebus reciprocant. V. *Carceres*, loca fuerunt fornicata, ubi currus ante pugnam coercerantur, et unde dato signo sublatisque repagulis erumpebant, ducto per sortem ordine. Dicebantur *ostia* etiam et *limina*: eorumque medium erat *ostium*, quo ascende-batur ad locum ubi erat ludorum editoris præsidiumque sessio. VI. *Metæ*, moles erant lapideæ, rotundæ, in acumen desinentes, tres simul junctæ, quarum acuminibus ova erant imposita: hæ in utraque arenæ parte fere extrema positæ erant, relicto tamen circumdique spatio, quo circa metas aurigæ currum facile flecterent. VII. *Spina*, fuit septum, secundum longitudinem circi, a meta ad metam, instar spinæ dorsi productum: circi arenam duas in partes, dextram sinistramque, disternens. In ea *columnæ*, *obelisci*, *delphini*, *Deo-*

Circus erat, quo se multis cum millibus heros  
 Consessu medium tulit exstructoque resedit. 290  
 Hic, qui forte velint rapido contendere cursu,  
 Invitat pretiis animos, et præmia ponit.  
 Undique conveniunt Teucris, mixtique Sicani;  
 Nisus et Euryalus primi:  
 Euryalus forma insignis viridique juvena, 295  
 Nisus amore pio pueri; quos deinde secutus  
 Regius egregia Priami de stirpe Diore;  
 Hunc Salius, simul et Patron: quorum alter Acarnan,  
 Alter ab Arcadio Tegeææ sanguine gentis;

*theatri: quo heros intulit se medium inter multa millia, et composito in cartu resedit. Illic invitat valore præmiorum animos, qui forte velint certare cursu, et statuit præmia. Undique congregantur Trojani, et Sicani cum iis mixti: primi Nisus et Euryalus. Euryalus insignis pulchritudine, et robusta juventute; Nisus, honesto amore pueri: quos deinde sequitur Diore regius juvenis e præclara stirpe Priami. Hinc sequantur simul Salius et Patron: quorum alter est Acarnan; alter ex Ar-*

290. *Consessu, concessu, consensu*, aberrant nonnulli hic et inf. v. 340 et 577. in medium duo Burm.—291. *Huc pr. Moret. a m. sec., et Hac Hugen. itidem a m. sec. velit ed. Ven.*—292. *ponunt Goth. pr. Putes leniora fuisse: invitat pretiis, animis et præmia ponit.* Sed in vulgato oratio habet gravitatem epicam: *qui forte velint*, si qui, *invitat pretiis* eos, pro hoc: animos eorum, et nude nunc, *animos*.—293. *concurrunt Leid. Sicani prima nunc correpta, ut et alibi; contra quam Sicania I, 561. VIII, 416. III, 692. Jam monitum ad lib. I, 347. Unde etiam apud Silium factum:—gens Sicina votis.*—296. *quem Gud. a m. pr. et quos duo Burm.*—297. *Driones Goth. pr.—298. alius Rom. et Mentel. pr. a m. pr. quorum unus Dorvill. Acarna tres Burm. recentes. Acharnia Witt. Acharnem Goth. tert.—299. ab Arcadia multi codd., et edd., quod mi-*

## NOTE

rum statua, delubra etiam et sacraia disposita ad ornatum. VIII. *Cursus* a carceribus incipiebat, secundum latus dexterum circi; ita ut metæ ultime ad sinistram curruum sitæ essent. Ad eas qui pervenerant, circuibant eas septies, in sinistram interioremque partem deflectendo: inde per sinistrum circi latus redibant ad metas *Murcias*, carceribus propiora, ubi e curru descendebant. De *sectionibus* aurigarum, et *missibus*, Ge. III. 18.

291 *Hic, qui forte velint, &c.] II. Lodus. Pedestris cursus.* Imitatur Homerum Virgilius, qui Iliad. XXIII.

740. tres inducit cursores apud Patrocli tumultum, *Ajacem Oilei, Ulysssem, et Antilochum*: et Ajacem quidem Minervæ dolo fingit bovino in fimo lapsurum esse: id unum ex eo mutuatus est Virgilius, reliqua longo intervallo superavit.

292 *Pretiis... præmia]* Diversa sunt: *præmia*, munera ipsa; *pretia*, valor, dignitasque præmiorum. De *Teucris*, Æn. I. 239. De *Sicanis*, Æn. III. 687. De *Niso et Euryalo*, Æn. IX. 176. De *Priamo*, Æn. III. 476.

298 *Acarnan]* *Salius*, ex Acarnania, Epiri parte, de qua Æn. III. 292.

299 *Arcadio Tegeææ, &c.] Patron,*



Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus Panopesque, 360  
 Assueti sylvis, comites senioris Aestæ;  
 Multi præterea, quos fama obscura recondit.  
 Æneas quibus in mediis sic deinde locutus:  
 Accipite hæc animis, lætasque advertite mentes.  
 Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. 305  
 Gnosia bina dabo levato lucida ferro  
 Spicula cœlatamque argento ferre bipennem:  
 Omnibus hic erit unus honos. Tres præmia primi  
 Accipient, flavaque caput nectentur oliva:

*codia, e sanguine Tegeæ populi. Postea duo juvenes Siculi, Helymus et Panopes, assueti sylvis, comites senioris Aestæ. Insuper multi quos fama obscura celat. Quos inter medios Æneas deinde ita locutus est: Percipite hæc animo et huc applicate lætas mentes. Nullus ex hoc numero recedet non remuneratus a me. Dabo repositanda duo tela Gnosia rutilantia levigato ferro, et securim tectam cœlato argento: hoc præmium erit simile omnibus. Tres primi referent munera alia, et coronabun-*

reris Pierio castius visum. Arcadio Rom. Medic. et al. *Tegeæ sanguine gentis* Heins. prætulit ex nonnullis Pierianis et binis suis, in quibus, *Tegeæ sanguine*, quo alludent duo alii. Manifestum sit, omissionem syllabæ locum dedisse interpolationi *Tegeæ de sanguine*, quæ Romanum, Medicæum, et majorem partem codicum insecit. Alias *Tegeus* ut *Nemeus*, *Tégeos*, *Néueos*, adjectiva forma dictum esse posset. cf. Heins. hic et sup. i Ge. 18. Burmannus quidem ibi et ad Ovidium satis sibi non constat, et modo *Tegeæus* modo *Tegeus* scribit. Enimvero *Τεγεαῖος*, ut *Νεμεαῖος*, rationem et usum habet: At *Νεμέειος* nondum inveni, nec *Τεγέειος*. Apud Pindar. N. 8, 27 male expressum *Νεμέειος ἔργαλμα*.—300. *Helimus*, *Helenus*, *Helimus*, *Helinus* corrupte al. *Helymusque* P. Rom. Ἑλυμος. Πανόπης.—301. *Acesti* pr. Voss. v. ad lib. i, 124. *Achestes* Wall.—304. *que abest* a Wall.—306. *Gnosia* et *Cnosia* variant et hic libri. Mox pro *levato* Sprot. *limato*, Ven. *polito*, pr. Moret. *levigato* pro *levigato*, *lunato* Vratisl. Omnia ex interpretamentis.—307. *fronde* pro *ferre* Medic. a pr. m.—308. *is erit* Ven. *prima* Goth. tert.—309. *Accipiunt* Hamb. sec. *fulcaq.* est ap. Serv. ad iv, 261. De colore dubitari et *alba*, *tonsa*, *pulchra*, tentari video; sunt enim alias epitheta olivæ, ut *sit alba*, *pulla*, *viridis*, *glauca*. Scilicet sunt varia olearum genera, ut mutat oliva colorem ipsa maturitate. Laudatur quoque *ἁρώδης ἀλάας καρπὸς* ex Persis Æschyli. *rec-*

## NOTÆ

*Tegeæus*, vel *Tegeates*, ex Tegea, urbe Arcadiæ, novem pagis constante juxta Strab. l. viii. De Arcadiâ, Ecl. iv. 58. De Trinacriâ, Sicilia, Æn. iii. 687. De *Helymo*, supra, 73. De *Acesta*, 36.

306 *Gnosia*, &c.] *Gnosus*, urbs Cretæ insulæ, sive Candie, Æn. iii. 104. unde *spicula* laudatissima: *spiculum* autem, non sagitta, sed missile telum

fuit, pedum quinque, triangulo ferro: *pilum* aliter dictum. De *bipenni*, securi utrimque acuta, Ge. iv. 331.

309 *Flava oliva*] Arbore dicata *Miservæ*, Ge. i. 14. *Flava*; quia folii pars posterior subpallida, et coloris veluti porracei est: ea coronabantur victores Olympicis ludis, Ge. iii. 20.

Primus equum phaleris insignem victor habeto; 310  
 Alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis  
 Threiciis, lato quam circumplectitur auro  
 Balteus, et tereti subnectit fibula gemma;  
 Tertius Argolica hac galea contentus abito.  
 Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoque repente 315  
 Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt,  
 Effusi nimbo similes; simul ultima signant.  
 Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus  
 Emicat, et ventis et fulminis ocyor alis.  
 Proximus huic, longo sed proximus intervallo, 320  
 Insequitur Salius: spatio post deinde relicto  
 Tertius Euryalus.

*tur pallida olea circa caput. Primus victor habeat equum decoratum phaleris. Secundus pharetram Amazoniam, et repletam sagittis Thraciis; quam latus balteus ex auro circumambit, et fibula nectit gemma tereti. Tertius abeat contentus hac casside Argolica. Postquam hæc dicta sunt, sumunt locum: et audito signo statim aggrediuntur curriculum: et relinquunt limen elapsi, similes nimbo: simul attendunt ad terminum. Primus currit Nisus, et exilit longe ante omnes socios, velocior et ventis et alis fulminis. Proximus ab eo, sed post longum intervallum proximus, sequitur Salius. Tum spatio post Salium relicto Euryalus tertius.*

*tantur Rufinian. et Serv. ap. Burm. nectantur Goth. tert. nectetur Goth. sec.—310. equum Medic. a m. pr.—312. Thraciis, Traicis, male al. est Ὀψήκιος. qua alter Menag. circumplectitur, quod Mediceus, bini Moret. et Ven. binique Goth. cum Erf. a pr. m. firmant, illustrat Heins. Major pars et omnes Pieriani tuentur vulgg. circumamplēctitur.—315. accipiunt duo Burm. spatio Gud. a m. pr., ut et in proletaria editione Gottingæ excusa expressum video.—317. Et fusi Medic. nimbi alter Hamb.—320. huic longe, sed Wall.—321. sp. et deinde Goth. tert. inde duo Burmann.—322. Deest hemistichium Goth. tert.*

## NOTE

310 *Phaleris*] *Phalææ*, equorum ornamenta, præsertim in capite, τὰ φάλαρα, quod est a φάος luceo: harnackæ, caparasson. Æn. vii. 278.

311 *Amazoniam pharetram, &c.*] Qualem ferebant *Amazones*, quas in *Thracia* proprie dicta aliqui veterum collocabant. De vera earum sede dicemus Æn. xi. 659. De *Amazonum* nomine, Æn. i. 494. De *Thracia*, Æn. iii. 14.

313 *Tereti*] Quæ rotunda, et in longum porrecta est.

314 *Argolica galea*] Vel quam Ar-

givo alicui eripuerat; vel *Argolica* figura: ut enim vidimus Æn. iii. 637. clypeos *Argolicos* singularis fuisse formæ; ita et *galeæ* fuerunt: nam in *Græcorum* cæde Æn. ii. 392. *Trojani* cum occisorum arma sibi aptassent, *galeæ* et 'Graiarum errore jubarum,' tantum non a suis occisi sunt. De *Argis*, urbe *Peloponnesi* Æn. i. 288.

316 *Limen*] Lineam aliquam descriptam in campo, quæ *carceres* et *ostia* circi suppleret: supra, 288. De *alis* fulmini appingi solitis, Æn. ii. 649.

Euryalumque Helymus sequitur : quo deinde sub ipso  
 Ecce volat, calcemque terit jam calce Diore,  
 Incumbens humero : spatia et si plura supersint, 325  
 Transeat elapsus prior, ambiguumve relinquat.  
 Jamque fere spatio extremo, fessique, sub ipsam  
 Finem adventabant : levi cum sanguine Nisus  
 Labitur infelix ; cæsis ut forte juvencis  
 Fusus humum viridesque super madefecerat herbas. 330  
 Hic juvenis jam victor ovans vestigia presso  
 Haud tenuit titubata solo ; sed pronus in ipso  
 Concidit immundoque fimo sacroque cruore.  
 Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum :

*Helymusque sequitur Euryalum. Deinde juxta hunc ipsum statim currit Diore, et jam fricat ejus calcem calce, imminens alteri ejus humero : et si longius restaret spatium, præteriret eum elapsus prior, aut relinqueret dubium. Jamque pæne in ultimo curriculo positi, et fatigati accedebant ad ipsum terminum : cum miser Nisus cecidit humido in sanguine, quippe mactatis juvencis, forte sanguis superfusus madefecerat terram et virides herbas. Illic juvenis, jam exultans, ut victor, non firmavit pedem compressa terra vacillantem : sed pronus cecidit in ipsum fimumque obscenum sanguinemque sacrum. Non tamen ille oblitus est Euryali, neque amo-*

—————

—323. *Euryalum sequitur Helymus* Erf., non male. quem Parrhas. quod Medic. qui tert. Rottend. a m. sec. Sed est : *sub quo ipso volat* h. e. ei subvolat, eum subit, succedit.—324. *Ipsæ volat* ap. Diomedem Grammat.—325. *humeris* pars codd., sed et singularis minus vulgaris, et alteri tantum humero imminabat.—326. *ambiguumque* Heins. consensu librorum recepit, quod et pars Pierianorum habebat ; ratio tamen ac res respuit. Nam, si transiisset socium, res non ambigua jam fuisset, uter prior esset. Verius alii editi et scripti : *ambiguumve* : ductum enim est ex v. 382 Iliad. ὦ. καὶ τὸ κεν ἢ παρὲλασθ' ἢ ἐμφύριον ἔθηκεν (sc. αἰὲν, non πρῶγμα, quod vulgare esset, et Virgilii imitatione refellitur ; *ambiguum* sc. socium *reliquisset*). Est alter locus similis l. c. v. 526. 527, sed ejus sententia minus accommodata est nostro poetæ. *relinquit* Zulich.—327. *ipsam* tuentur Pier. et Heins. e codd. cf. ad lib. III, 145. *ipsum* Medic. a m. sec., tres alii et Goth. unus. Sed ea vulgarior est ratio.—328. *leni* et tum aberrat.—330. *humi* duo Pier. et alii recentiores.—333. *crasque* Parrh., male ex v. 469.—334. *amorem* est Witt. et sic plerique Pier.

#### NOTÆ

324 *Calcem terit jam calce*] Arguitur hic a quibusdam Virgilius : quod calcem præcurrentis, insequentis calce tritam dixerit ; cum teri non possit ab insequente nisi summis pedum articulis. Temere : neque enim Diore Helymum æqua directaque linea insequabatur, alioqui nunquam ipsum anteire potuisset ; at paulum ad

latus : ita ut pene incumberet, non ejus humeris, sed alteri tantum humero ; et pedes utriusque secundum latera se interdum stringerent, atque ita calcem calce tererent.

329 *Cæsis juvencis*] Ad sacrificia Anchisæ persolvenda.

332 *Titubata*] Passive, cum titube neutram vim vulgo habeat. Et hic

Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens; 335  
 Ille autem spissa jacuit revolutus arena.  
 Emicat Euryalus, et munere victor amici  
 Prima tenet, plausuque volat fremituque secundo.  
 Post Helymus subit, et nunc tertia palma Diores.  
 Hic totum caveæ consessum ingentis, et ora 340  
 Prima patrum, magnis Salius clamoribus implet,  
 Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.  
 Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ,  
 Grator et pulchro veniens in corpore virtus.  
 Adjuvat, et magna proclamat voce Diores, 345  
 Qui subiit palmæ, frustra ad præmia venit  
 Ultima, si primi Salio redduntur honores.

*ris: nam surgens in lubrico loco opposuit se Salius; ille autem jacuit supinus in densa arena. Exiit Euryalus, et victor beneficio amici occupat primum locum, rolatque plausu et acclamatione favente. Postea succedit Helymus, et mox Diores tertius victor. Tunc Salius implet magnis clamoribus cœtum omnem sedentem in magno theatro, et conspectum primorum procerum: et postulat sibi restitui gloriam fraude ereptam. Favor et decens fletus, et virtus grator apparens in formoso corpore, protegit Euryalum. Juvat eum, et magna voce clamat Diores: qui successit tertius victoria; et frustra accessit ad ultimum præmium, si prima gloria restitui-*

Alii amoris. at vid. Notam.—335. *Et sese ap. Serv. objecit Parrhas.*—336. *tenasi jacuit* Servius legit, et sic pr. Rottend. a m. sec. et Regius pro glossa, quam forte aliquis decori male providus intulerat. *resupinus Ven.* *resupinus* alter Voss.—337. *munera* alter Menag. amico Medic. a m. pr., quod Heins. astruere laborat.—339. *et tunc aliquot Burm. subiit et t. Parrhas.*—340. *consensum* et *concessum* multi Pier. Heins. et nostri. vid. sup. v. 290.—344. Plerique codd. poet *virtus Adjuvat* distinguunt, quomodo et Nonius agnoscit; sed male. vid. Heins. *Grator est* Seneca Ep. 66 et passim alii, ut sententiæ locum teneat. *G. et populo v. Witt. veniens e corpore* Seneca l. c., et sic passim versus laudatur. *pectore* Bigot. Exc. Burm. et a m. pr. Erf.—346. *palmæ subiit* Dorvill. *pugnare subiit* Parrhas.—347. *redduntur* Heins. prætulit, ex codicum parte, et ex Pierii emendationibus. Vulgo *reddantur*,

## NOTE

Nisi casus est expressus ex Homero, *Illad. xxiii. 774.* ut jam notavimus, 291.

339 *Nunc tertia palma Diores*] *Pal-* *nam* hic, non solum pro *victoria*, sed pro ipso *victore* usurpat: nt *Ge. i. 59.* *palmas equarum*, pro *victoribus inter equas*. Porro quia Diores quintum duntaxat ordinem obtinebat; nec nisi casu Nisi, et fraude Salio facta, tertium in locum proventus est: ideo

dixit, *nunc: nunc*, inquam, primis duobus casu ac fraude sublati. De *cavea*, parte circi, supra, 288.

340 *Ora Prima patrum*] Seniores ac iudices, quorum in conspectu atque ante ora vociferatur.

344 *Veniens in corpore virtus*] *Apparens, crescens*; melius, *existens*: nam *venio* significat sæpe *sum, existo*: *Ge. i. 29.* ‘An Deus immensi venias maris.’

Tum pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis  
 Certa manent, pueri; et palmam movet ordine nemo :  
 Me liceat casus miserari insontis amici. 350  
 Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis  
 Dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.  
 Hic Nisus, Si tanta, inquit, sunt præmia victis,  
 Et te lapsorum miseret; quæ munera Niso  
 Digna dabis? primam merui qui laude coronam; 355  
 Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.  
 Et simul his dictis faciem ostentabat, et udo  
 Turpia membra fimo. Risit pater optimus olli,  
 Et clypeum offerri jussit, Didymaonis artes,  
 Neptuni sacro Danaïs de poste refixum. 360

*tur Salio. Tunc pater Æneas: Vestra præmia vobis stant certa, o juvenes, et nemo mutabit ordine victoriam. Liceat me misereri casus amici insontis. Sic locutus, dat Salio magnam pellem Gætuli leonis, gravem villis et auratam unguibus. Tunc Nisus ait: Si tanta munera dantur victis, et te miseret eorum qui ceciderunt; quæ dabis digna dona mihi Niso, qui meruissem virtute primam coronam; nisi adversa eadem fortuna, quæ obstitit Salio, mihi quoque obstitisset? Ac simul hæc dicendo ostendebat vultum, et membra sedata humido fimo. Pater optimus Æneas arrisit illi: et imperavit clypeum offerri, opus Didymaonis, ereptum a Græcis e portis Neptuno dicatis. Donat egregium juvenem hoc insigni præmio. Deinde*

\*\*\*\*\*

quod tamen et Romanus et Medic. habent, nam in hoc u a recenti manu superscriptum. Nil refert; hoc tamen malim: nam epica dignitas respuit illos subjunctivos.—348. Cum pr. Moret. pius Æ. Ven. et Goth. pr.—349. *Certa* movet Wall. p. covet tert. Rottend. a m. pr.—350. Mi Goth. pr. *casus* Heins. revocavit, cum nullus codex *casum*, quod vulgg. edd. obsidet et vulgaris est, exhibeat, si primum ex Gothanis excipias cum Dorvill. *misereri* etiam nonnulli, inter quos Rom. Omnino *casus miserari* plenius sonat.—354. *quæ præmia* Medic. Moret. sec. et Colot., ex versu anter.—355. *meruit* duo ap. Burm., perpetuo fere lapsu in simili verborum positu.—356. *et S.* nonnullæ edd. et codd.—357. *ostendebat* nonnulli ap. Burm. et Goth. sec. *monstrabat* Moret. sec.—358. *illi* Medic. a m. pr. Quodnam aurium judicium in hoc secutus sit, vel post Quintil. locum VIII, 3. 25, nos latet.—359. *offerri* aliquot Pier. et duo Burm. *offerri* ed. Genev. ferri Leid., perperam. *Didymaonis*, *Didamaonis*, *Didiomaonis*, et apud Pier. *Didymaonis*, apud Benedic-

#### NOTÆ

351 *Gætuli leonis*, &c.] Africa tota leonibus, ferisque aliis infesta: in primis *Gætulia* ejus pars, de qua Æn. IV. 40. Pellis autem hujus unguis ad splendorem deaurati fuerant: 'unguibus aureis.'

353 *Si tanta*, &c.] Vis Nisi verborum hæc est: Ego et Salius ambo

cecidimus: at ego primus, hic secundus ad metam subibat: si ergo hic donatus munere, car ego indonatus?

359 *Didymaonis*] Fictum est nomen, et insignem artificem hic notat.

360 *Neptuni sacro*, &c.] Censet Donatus, hunc clypeum, ex aliquo in Græcia Neptuni templo erutum ab

Hoc juvenem egregium præstanti munere donat.

Post, ubi confecti cursus, et dona peregit :

Nunc, si cui virtus, animusque in pectore præsens,

Adsit, et evinctis attollat brachia palmis.

Sic ait, et geminum pugnae proponit honorem :

365

Victori velatum auro vittisque juvencum;

Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.

Nec mora; continuo vastis cum viribus effert

Ora Dares, magnoque virum se murmure tollit :

*postquam absoluti sunt cursus, et perfecit remunerationem : Nunc, ait, si virtus est alicui, et animus præsens in pectore; accedat, et erigat brachia ligatis manibus. Sic dixit, et proponit geminum præmium certaminis: victori juvenem tectum auro et tæniis; victo gladium et pulchram cassidem, ad solatium. Nec mora est: statim Dares erigit vultum inmani cum robore, et attollit se magno cum fremitu homi-*

tem Pal. *Didymæonis*, corruptelæ; nam est *Διδυμωρος*. arte tres Burm. *artem* Romanus, et ap. Burm. Dorvill., sed exquisitias plurali numero *artes*: h. e. opus.—363. *Huc* si cod. Ge. Fabric. *animisque* Sprot. Post *præsens* interpungendum ex Burmanni quoque sententia. Si tamen jungas: *præsens Adsit*, ut si sit optantis, utinam: nec id importune fieri videtur, jejune tamen.—365. *proponit* aliquot ap. Burm., male.—368. *cum* erasum in Dorvill. *effert* Hugon. *effert* Oudart. Vide modo v. 359. Sed ora, se, effert, ingens viri corpus melius declarat; ut mox se tollit.—369. se munere t. bini Goth.—

## NOTÆ

ipso Ænea, cum per Græcas insulas atque urbes navigaret: quemadmodum clypeum alium postibus Actiaci Apollinis fixerat, Æn. III. 288. atque ita ad contemptum Græcorum illic ærum, hic restum clypeum fuisse. Sed non decuit pium Æneam in spoliandis Deorum templis sacrilegium admittere. Quare Servium libentius audio: qui putat cetera inter munera, quæ Helenus Æneæ ex Epiro solventi dederat, Æn. III. 464. hunc fuisse clypeum, olim a Pyrrho refixum e Neptunii templi postibus, in excidio Trojæ. De Neptuno, Æn. I. 129. De postibus, parte jannæ, Æn. II. 442. De Denais, Æn. I. 34.

362 Post, ubi, &c.] III. LUDUS. Pugilatus, sive certamen. Expressus ex Homero Iliad. XXIII. 653. ubi contendunt inter se Epeus et Eudolph. et Var. Claq.

ryalus: sed vix ullo eventu memorabili: unde Virgilius Homero plane hic superior est. Epeus sibi nimium confidentem imitatur Virgilii Dares, Euryalum Entellus senex. De pugilatu, infra 401.

366 Velatum auro vittisque juvencum] Boves cornibus deauratis vittisque ac tæniis insignes erant, et cum statuebantur mactandi ad aras, et sæpe cum in præmium dabantur. De primo more, Æn. IX. 627. 'Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.' De altero, Livius l. VII. 37, 'Consul advocata concione P. Decii cumulat nova virtute laudes peragit: et præter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bobus, eximioque uno albo, opimo, auratis cornibus, donat.'

Virg.

3 B

Solus qui Paridem solitus contendere contra; 370  
 Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,  
 Victorem Buten immani corpore, qui se  
 Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,  
 Perculit, et fulva moribundum extendit arena.  
 Talis prima Dares caput altum in praelia tollit, 375  
 Ostenditque humeros latos, alternaque jactat  
 Brachia protendens, et verberat ictibus auras.  
 Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto  
 Audet adire virum, manibusque inducere cestus.  
 Ergo alacris, cunctosque putans excedere palma, 380

*num: qui solus solebat certare cum Paride: et qui idem ad sepulorum, ubi maximus Hector recumbit, percussit Buten illustrem victoriis, qui jactabat se ortum ex familia Bebrycia Amyci, et prostravit eum morientem in arena fulva. Talis Dares erigit caput altum in prima certamina, et ostentat humeros latos, et porrigens jactat brachia alternatim, et verberat ictibus aërem. Quæritur alter certaturus cum eo: nec ullus ex tanta turba audet se offerre huic viro, et alligare cestus manibus. Ergo lætus, et sperans superare omnes victoria, stetit ad pedes Æneæ: nec diutius tardans,*

\*\*\*\*\*

370. *extendere* Montalb.—371. *occubat* Parrhas. et aliquot Pier. *occubat* h. l. pro *cubat*, jacet.—372. *Butem* tres Burm., et unus *Buten*. Hamb. sec. i. *qui c. aesc.* At hoc ex eo tenebimus, ut interpungamus: *Victorem Buten, immani corpore qui se—ferebat.* ut inf. viii, 199. *magna se mole ferebat.*—374. *Perculit* unus Pier. qui est Romanus. *Pertulit* duo, vitiose ut sæpe.—375. *in præmia* Vratisl.—377. *protendens* duo Burm., unus *portendens.*—378. *hinc* tres Burm. *hic* Medic. a m. pr. *agmine toto* pr. Rottend.—379. *que* abest a binis Burm. *ve* Zulich. *cestus* ubique scribitur, etiam in Mediceo: etymologia à *νῶδ τοῦ κερροῦ* postulat *cestus*. Sed in omni sermone, etiam nostro, usus sæpe etymologiæ adversatur.—380. *alacer* Bigot. *cunctisque* pr. Menag. *palma* post Pierium Heinsius tnetur omnium vetustiorum codd. et Grammaticorum auctoritate. Adde Markland. ad Stat. Sylv. p. 305. Recentiores et edd. *pugna*, quod vulgare esset. Ante alios victoriam obtinere, est poetæ,

#### NOTÆ

370 *Paridem*] Hunc enim Priami filium, etsi moribus mollem, viribus tamen robustum fuisse, et cestuum certamine victoriam ex ipso Hectore fratre retulisse diximus Ecl. ii. 61. De eo multa, Æn. i. 31.

371 *Quo maximus occubat Hector*] Hector, Priami filius, de quo Æn. i. 103. occisus ab Achille, redemptus a Priamo in Sigeo promontorio tumulatus est: factis, ut habet Dares Phrygius, inter utrumque exercitum duorum mensium induciis: ludique ad

tumulum singulari pompa celebrati sunt; in quibus Dares hic Virgilianus inter alios dicitur decertasse.

372 *Victorem Buten, &c.*] Hic *Butes*, non ille fuit Amyci filius, pater Erycis, de quo supra 24. quippe Eryx multo ante Trojanum bellum ab Hercule occisus fuit, ut mox videbimus, 411. Quomodo igitur Butes, Erycis pater, sub ultimam Trojanæ obsidionis tempus occisus fuisset a juvene Darete? Itaque hic *Butes*, de quo hic sermo, alter aliquis fuit, e primi Butæ

Æneæ stetit ante pedes; nec plura moratus,  
 Tum læva taurum cornu tenet, atque ita fatur :  
 Nate Dea, si nemo audet se credere pugnae,  
 Quæ finis standi? quo me decet usque teneri ?  
 Ducere dona jube. Cuncti simul ore fremebant . 385  
 Dardanidæ, reddique viro promissa jubebant.  
 Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,  
 Proximus ut viridante toro consederat herbæ :  
 Entelle, heroum quondam fortissime frustra,  
 Tantane tam patiens nullo certamine tolli 390  
 Dona sines? ubi nunc nobis Deus ille, magister  
 Nequicquam memoratus, Eryx ? ubi fama per omnem  
 Trinacriam, et spolia illa tuis pendentia tectis ?  
 Ille sub hæc : Non laudis amor, nec gloria cessit  
 Pulsa metu; sed enim gelidus tardante senecta 395

*tunc apprehendit sinistra manu taurum cornu, et sic loquitur : Quis erit finis expectandi? quousque oportet me retineri? impera me abducere præmium. Simul omnes Trojani fremebant, et volebant præmia reddi viro. Tunc Acestes graviter increpat verbis Entellum, quippe sederat proximus in viridi lecto herbarum: Entelle qui frustra fuisti olim fortissimus heroum: an permittes tam patiens tanta præmia auferri sine pugna? ubi nunc est Deus ille Eryx, frustra dictus nobis a te magister tuus? ubi est fama sparsa per totam Siciliam, et illa spolia suspensa e tuis tectis? Ille ad hæc ait: Non abiit amor laudis, nec gloria fugata per timorem: at vero*

\*\*\*\*\*

*excedere eos palma; debebat proprie esse, virtute. Aliquot pugna et pugnam, frustra.—381. moratur Goth. sec., sed mox: fatur.—382. Jam equidem malim; et sic pr. Hamb. tauri cornu Goth. sec., quod communis esset. At Erf., si auctoritatem haberet, sequi malim: Nec plura moratur. Tum læva taurum tenet, versus inexpleto.—384. Qui f. tres, et Quis totidem alii ap. Burm. cum Erf. cf. sup. ad II, 554. stanti Mentel. pr. stando tert. a m. pr. quo me tedet ante t. Goth. tert., corrupte. usque morari aliquot Pier. et Ven., ex interpr.—385. fremebant Znllich.—386. jubebat ex Donato ad Terent. Burm.—387. Hentellus et Antellus hic et in sqq. vitiose scribunt Gothani, uti mox Herix pro Eryx.—388. considerat tres ap. Burm. herba unus Pier. cum Erf.—390. discrimine Dorvill.—391. sinis nn. Burm. cum binis Heinsii, quod huic quidem elegantius videbatur.—394. Nec l. a. aliquot Pier. non gloria duo Burm. laudis honor duo ibidem. cessat vitium edd. Heins. et Burm.—396. habet vi-*

#### NOTÆ

posteris : quod innuunt Virgilli verba, 'se veniens Amyci de gente ferebat': quæ sane remotiorem aliquem, quam filii, gradum notant. De *Bebrycibus*, et *Amyco* eorum rege, occiso a Poluce, supra, 24.

384 *Qua finis*] Amat Virgilius hoc nomen fœminino genere: *Æn.* II. 554. 'Hæc finis Priami fatorum.' De *Dardanidis*, *Æn.* I. 239. De *toro*, lecto, *Æn.* III. 224.



Sanguis hebet, frigentque effectæ in corpore vires.  
 Si mihi, quæ quondam fuerat, quaque improbus iste  
 Exultat fidens, si nunc foret illa Juventas :  
 Haud equidem pretio inductus pulchroque juvenco  
 Venissem ; nec dona moror. Sic deinde locutus, 400  
 In medium geminos immani pondere cestus  
 Projecit ; quibus acer Eryx in prælia suetus  
 Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.  
 Obstupere animi : tantorum ingentia septem

*sanguis frigidus stupet senectute turbante, et vires exhaustæ frigescunt in corpore. Si mihi, si nunc mihi adesset illa juventus, quæ adsuit olim, et qua improbus iste gaudet cum confidentia ; accessissem ad pugnam, non certe invitatus præmio et formoso juvenco : nec curo præmium. Sic locutus, postea projicit in medium duos cestus magni ponderis : cum quibus Eryx ardens solebat inferre manus in pugnam, et cingere brachia duro corio. Obstupuerunt animi spectatorum : tanti erant*

tiõe, etiam vetustissimi. v. Pier. *effactæ* Bigot. et Parrhas., quod est vulgare. *effractæ* Hamb. sec. a m. sec. *effectæ* Dorvill. ; saltem deberet esse *affectedæ*. —398. *Juventas* Heins. post Pier. ex Rom. Medic. et optimis aliis. Vulgo alii *Juventa*, nonnulli etiam *juvenus*, prosaica forma. Nam Deam Heben, a Juventatem, poëta pro ipsa ætate exquisitius ponit.—399. *inductis pretiis* Montalb. *pulchrote* idem cum aliis Burm. et Pier., male.—400. *nil d. m.* aliquot ap. Burm.—403. *manu* Parrhas. et Rom.—404. In *tantorum* hærent in ttp. Faber conj. *totorum* i. s., Burmannus et emendationem et Servii explicationem, *tantorum*, hoc est, *virorum fortium*, recte rejicit ; at idem amplecti mavult interpolatam Hamb. sec. et ed. Venetæ lectionem : *Obstupere animi Teucrorum. Ingentia septem Terga boum*. Parva est observatio grammatica, quam tamen tenere non pigebit. *Tantum et talis*, ut *roios* vel *robos*, ita ponuntur, ut causalem particulam intra se complectantur, reddendaque sint per : *nam magnus, nam multus*. Ita h. l. pro : *nam septem ingentia*

## NOTÆ

396 *Sanguis hebet, frigentque effactæ*, &c.] Sanguis in senibus minori copia, tardiores spiritus et crassiores emitit ; unde frigus et stupor. *Effactæ* proprie dicuntur fœminæ, quæ multos fœtus pepererunt.

401 *Cestus*] *Cestas*, chirothecæ species quædam est e loris bubulis, plumbo etiam ac ferro interdum inauto : his pugiles muniebant manus ; eosque cubito atque humero, ne excuterentur, alligabant. Nomen multi, inter quos Vossius, deducunt a *cædo*, ideoque scribunt *cæstas* : malim audire Festum et Scaligerum, Poët. l. 1. 22. qui deducunt a *κείρω* cingulum,

*lorum* : et hoc a *κείρω* pango, quia acu punctam et consutum erat. Sic apud Homer. Iliad. xlv. 214. *Venus* deponit in sinum Junonis cestum suum, seu *κείρω* ludra, punctum chirothecæ, cui amor, desiderium, blandiloquentia, omnesque ad captandas mentes inerant illecebræ. Et vero Virgilius iis cestum exprimit verbis quæ cingulo apprime congruunt : 364. 'evinctis attollat brachia palmis.' 408. 'vinculorum immensa volumina.' 425. 'paribus palmas hæxerunt armis.' *Ladus* autem ille inter antiquissimos fuit, vocabaturque *pugilatus* : in eo diversus a *lucta* ; quod in *pugilatus*,

Terga boum plumbo insuto ferroque rigeabant. 405  
 Ante omnes stupet ipse Dares, longeque recusat;  
 Magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa  
 Huc illuc vincloꝝ immensa volumina versat.  
 Tum senior tales referebat pectore voces:  
 Quid, si quis cestus ipsius et Herculis arma 410  
 Vidisset, tristemque hoc ipso in littore pugnam?  
 Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.  
 Sanguine cernis adhuc fractoque infecta cerebro.  
 His magnum Alciden contra stetit; his ego suetus:  
 Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum 415

*boves, quorum septem magna coria rigescebant plumbo et ferro insuto. Dares ipse obstupescit præ ceteris, et multum abnuat pugnare: et generosus filius Anchisæ cernit huc illuc et pondus et ipsa ingentia involucra ligaminum. Tunc senex Entellus emittebat e pectore talia verba: Quid, si aliquis vestrum vidisset cestus, et arma ipsius Herculis, et triste certamen in hoc ipso littore? Eryx frater tuus ferebat olim hæc arma. Vides adhuc ea sædata sanguine, et cerebro sparso. His pugnavit adversus magnum Herculem: ego iisdem solitus pugnare, dum sanguis*

*magnorum boum terga (coria) rigeabant (ornate pro erant). cf. ad Callim. in Del. 27.—407. qui ante Anchis. deest Parrhas. et ipsam duo Burmann.—413. fractoque, quod Heinsio forte rectius legi visum erat, et Burmannus, quantum video, in textum intulit, decem quidem codd. auctoritate defenditur. Vetustissimi tamen, ut ipse Rom. et Medicus, in altera lectione consentiunt: sparsoque, in quo nihil reprehendas; nam, quod versu quarto sparsa s. recurrit, nil obest. At, si in uno loco codicum auctoritatem vel adversus rationem sequimur, aliis certe locis non sine ratione eam deserere debebamus. Nunc iterum novare displicet. fractoque insperat Regius.—414. His præclare*

## NOTE

manuum pugnis se invicem caderent, ab adverbio *ubi pugno*; in *lucta*, complexu insertisque brachiis ac pedibus *laxarent* se ac prosternerent.

411 *Tristemque, &c.*] De Hercule Jovis ac Alcmæ filio, Æn. viii. 208. De Eryxe filio Veneris, atque ita Eryx germano fratre, supra 24. Causam porro cur ab Hercule in Sicilia Eryx occisus sit, hanc afferunt. Hercules, occiso Iberis sive Hispaniæ rege Geryone, boves ejus cum in Italiam adduxisset; eorum unus forma præcipua, transmissa freto in Siciliam evasit, ab Eryxe raptus est, et ab Hercule frustra repetitus. Hinc

gravis inter eos pugna ter cestibus commissæ, quarum ultima Eryx interfectus est.

414 *Alciden*] *Herculem*: qui licet Jovis et Alcmæ filius: tamen et *Amphitryoniades* et *Alcides* dictus est: ab *Amphitryone* Thebano Alcmæ marito, et ab *Alcæo* Amphitryonis patre. Aliqui derivant ab *ἄλκῃ robur*.

415 *Æmula senectus*] Vulgo *invictam* explicant, quæ vigorem juvenibus invidere solet: vel quæ frustra vigorem illum imitatur, *emulaturque*. Fortasse *emulam* dixit, quia in utraque temporibus canos spargentem: quasi utraque tempora cum festinatione

Temporibus geminis canebat sparsa senectus.  
 Sed, si nostra Dares hæc Troius arma recusat,  
 Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes :  
 Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto ;  
 Solve metus ; et tu Trojanos exue cestus. 420  
 Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum,  
 Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque,  
 Exiit, atque ingens media consistit arena.  
 Tum satus Anchisa cestus pater extulit æquos,  
 Et paribus palmas amborum innexuit armis. 425  
 Constitit in digitos extemplo arrectus uterque,

*calidior præbebat robur, et nondum senectus æmula albescerebat sparsa utrisque temporibus capitis. At si Dares Trojanus recusat arma hæc nostra, et si id placet pio Æneæ, idque probat Acestes auctor hujus pugna; æqualiter pugnemus. Depono tui causa coria Erycis, depono timorem: tu quoque aufer cestus Trojanos. Hæc locutus, deponit ex humeris geminum amictum: et nudat magnos artus membrorum, magna ossa, et lacertos; et arduus stat in medio campi. Tunc pater Æneas filius Anchisæ extulit cestus æquales, et ligavit utriusque manus paribus armis. Statim uterque stetit erectus in articulos pedum, et intrepidus crexit*

~~~~~

Heins. restituit e codd. et Prisciano. Vulgo male *Hic. Alcidem* Dorvill.—416. *cana s.* Hamb. pr.—417. *recuset* Exc. Burm.—418. *hoc probat* aliquot Pier., ab interpolatore.—421. *triplicem* Vratisl. *dejecit* aliquot Pier. et Witt., ab indocto Grammatico, qui primam in *rejecit*, seu rei pronuntiando, seu geminata tacite j litera, produci ignorabat.—422. *artus magnosque lacertos* unus Pier. et Dorvill. ac Witt., ab interpolatore, qui hypermetrum versum non ferebat; cui alli *sic* mederi volvere, ut *que* in fine tollerent; quanquam et casu exidere potuit. *magna ora l.* codex Pontani, *magna arma l.* Sprot. Sed *ossa* in athletico corpore imprimis notabilia erant; quis dubitet?—423. *Extulit* apud Macrob. vi, 1, sed Nonius et scripti servant vulgatam, et recurrit istud versum statim sequente. Scilicet *exiit artus* venuste dictum pro *valgari, exiit vestem* (sc. de artubus).—424. Cum pr. Moret., ut sæpe al.—425. *innexuit* Medic. a m. pr.; vitiose hoc idem in priore edit. a typographis fuerat exaratum. Sed est, *innexuit*: de quo verbo v. Benti. ad Horat. Epod. 17, 72. *nerxuit* Sprot.—426. *arrepus* Rom., solito errore.—428. *Adduxere*

NOTÆ

quadam et æmulatione certatim canescerent.

418 *Sedet*] Fixum est, sedet in animo. *Auctor Acestes*] Non auctor quidem editorque ludorum, quos Æneas unus indixit; sed hortator Entolli, ut cum Darete pugnaret, atque ita auctor: supra, 387.

421 *Duplicem amictum*] Vel geminam vestem, interiorem et exterior-

em: vel unicam, eamque suffultam et instar duplicis, qualis fuit *lena*, de qua Æn. iv. 262.

423 *Membrorum artus*] *Artus*, sunt compagine ac juncturae majorum corporis membrorum; ut *articuli* minorum, puta digitorum. *Lacertus*, os est inter manus vertebra et cubitum. *Brachium*, est os inter lacertum et humerum.

Brachiaque ad superas interritus extulit auras.
 Abduxere retro longe capita ardua ab ictu ;
 Immiscentque manus manibus, pugnamque lacesunt,
 Ille pedum melior motu, fretusque iuventa ; 430
 Hic membris et mole valens ; sed tarda trementi
 Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.
 Multa viri nequicquam inter se vulnera jactant,
 Multa cavo lateri ingeminant, et pectore vastos
 Dant sonitus ; erratque aures et tempora circum 435
 Crebra manus ; duro crepitant sub vulnere malæ.
 Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem
 Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

brachia in altum æræm. Retro averterunt ab ictu alta capita, et miscent manus manibus, et provocant certamen. Ille, fortior agilitate pedum, et defensus juven-tute: hic, robustus vastitate membrorum; sed genua pigra vacillant trementi, et diffieilis anhelitus agitât vasta membra. Illi viri frustra inter se minantur multas plagas, multas ingerunt cavis lateribus, et edunt magnos sonitus pectore: et frequens manus vagatur circa aures ac tempora, et malæ crepitant sub gravibus ictibus. Entellus consistit gravis, et immotus in eodem statu, tantummodo eludit ictus cor-

~~~~~

tres Heins. *Redduxere* Victorinus Art. Gramm. lib. I apud Heins., non male. Sed *Abduxere* retro eodem redit. longo Dorvill.—429. *pugnasy.* aliquot Pier., et hoc decebat poetam.—430. *pedum cursu melior* Sprot. p. *motu m.* Rottend. tert.—431. *Is membris* Ven.—432. *Genua* binis syllabis pronuntiatum esse, nota res est. *acer anhelitus* Probum olim cum aliis hic maluisse, ex Scholio Servii P. Danielis monet Heinsius. Quantum tamen ipse video, non h. l., sed sub f. libri noni, ita illi legere maluerunt. *Æger anhelitus*, qui ægre trahitur.—434. *pectora* alter Hamb., non male. *pectore vasto* ed. P. Danielis.—436. *Dant gemitus* sec Rottend. *errantque crebra manus* Ven., quod Heinsio placuisse facile suspiceris.—436. *dura* Zulich. a m. sec.—437. *nixuque* Ven. nixuq. Rom.—438. *Vulnera, tela, ictus*, o. v. Goth. alter, interpolate.—439.

#### NOTE

432 *Genua labant*] Proceleusmatis-cus est, quatuor breves pro dactylo: ut Ge. iv. 297. 'parietibusque pre-munt arctis.'

434 *Cavo lateri*] Vel *curro*, quia infra latera corpus flectitur et curva-tur: vel *reipsa cavo*, quia laterum epotis cavus pectoris thorax circum-cleditur.

438 *Tela...*] *Tela* vulgo a τῆλε lon-ge: unde significant *missilia* quæcum-que arma, quæ procul et eminus ja-ciantur. Tamen aliquando usurpan-

tur quoque pro armis quibus pugna-tur cominus. Pro ense, Æn. ix. 747. 'At non hoc telum, mea quod vi dextera versat, effugies... Sic ait, et sublatum alte consurgit in ensem.' Hic pro cestibus. Unde firmatur conjectura Vossii: qui deducit a *tego, tegulum, telum* priore producta ob contractionem, ut a *premo, premu-lum, prehum*: atque ita significabit id omne quo quis se tegit ac tuetur.

*Exit*] Active, pro *eludit, evolat*. Sic et Æn. xi. 760. 'vim viribus exit.'

Ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem,  
 Aut montana sedet circum castella sub armis, 440  
 Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat  
 Arte locum; et variis assultibus irritus urget.  
 Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte  
 Extulit: ille ictum venientem a vertice velox  
 Prævidit, celerique elapsus corpore cessit. 445  
 Entellus vires in ventum effudit; et ultro,  
 Ipse gravis, graviterque, ad terram pondere vasto  
 Concidit: ut quondam cava concidit aut Erymantho,  
 Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.  
 Consurgunt studiis Teucris et Trinacria pubes; 450  
 It clamor coelo, primusque accurrit Acestes,  
 Æquævumque ab humo miserans attollit amicum.  
 At, non tardatus casu neque territus, heros

*pore et oculis vigilantibus. Alter, sicut qui invadit urbem machinis, aut qui obidet in armis montana castella, sic pervestigat dolose nunc hos, nunc illos aditus, et omnem locum, et eum premit frustra variis impressionibus. Entellus insurgens ostendit dextram, et alte erexit: alter celer prævidit ictum immissum a capite, et levi corpore elapsus effugit. Entellus effudit impetum in auras, et ipse gravis et graviter procumbit ultro in terram magno pondere: ut aliquando pinus cariosa evulsa radicibus procumbit, in Erymantho, aut in magna Ida. Trojani et juvenes Siculi surgunt diversis animis: clamores mittuntur ad cælum: et Acestes prius accurrit, et miserans erigit e terra amicum æquævum. Sed heros non tardatus est,*

~~~~~

qui m. arcem Sprot.—441. Nunc illos, nunc hos Rom. nunc hos, nunc alias pr. Hamb.—442. assultibus tert. Rottend.—443. Protendit em. Wakefield Sylv. Crit. P. iv, p. 141, quod voc. proprium est: potestque adeo et ipsum ferri; non vero substitui exquisitori.—446. effudit aliquot Pier.—449. in abest Erf. radicitus Rom. et aliquot alii Pieriani, cum parte eodd. Heins. et Prisciano. Ornat hoc Heinsius. Sed radicitus haud dubie recte. Nec id tam Silli imitatione satis obscura llb. vi, 196, quam potius ratione poetica defenderem. Radicitus pedestri orationi est frequentatum, radicitus non æque. rad. e. quercus a pr. m. Oudart.—450. Teucris studiis Trinacria Exc. Burm.—451. que abest a Medic., quod præfert Heinsius. Ejusdem multi cum Oblongo Pierii, Goth. sec. et Erf. occurrunt. Witt. primus concurrunt.—452. Et duo Hamb.—454. ac vim Heins. cum scriptis. Al. et v. inde s. iraq

NOTE

Vox Lucretiana l. v. 1829. 'Nam transversa feros exhibant dentis adactus Jumenta.'

446 *Ultro*] Per se ipse, nullo impellente.

448 *Erymantho*] *Erymanthus* mons, sylva, et fluvius Arcadiæ in Pelopon-

neso: nunc *Dimizana*: locus sylvis asper, et apro quondam infestus, quem occidit Hercules. De *Ida*, Phrygiæ monte etiam sylvestri, Æn. ii. 801. De *Teucris*, Æn. i. 239. De *Trinacria*, Æn. iii. 687. De *æquore*, pro campo, Æn. ii. 780.

Acrior ad pugnam redit, ac vim suscitāt ira ;
 Tum pudor incendit vires, et conscia virtus ; 455
 Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto ;
 Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
 Nec mora, nec requies. Quam multa grandine nimbi
 Culminibus crepitant : sic densis ictibus heros
 Creber utraque manu pulsat versatque Dareta. 460
 Tum pater Æneas procedere longius iras,
 Et sævire animis Entellum haud passus acerbis,
 Sed finem imposuit pugnae, fessumque Dareta
 Eripuit, mulcens dictis ; ac talia fatur :
 Infelix, quæ tanta animum dementia cepit ? 465
 Non vires alias, conversa que numina sentis ?
 Cede Deo. Dixitque, et prælia voce diremit.
 Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,

nec territus illo casu : redit ardentior ad pugnam, et ira revocat robur : præterea pudor et fortitudo sibi cognita inflammat vires : et ardens urget toto campo currentem Dareta ; nunc dextera, nunc idem sinistra ingerens ictus. Nec est mora, nec requies : quem spissa grandine crepitant nimbi super tectis ; tam spissis ictibus heros utraque manu frequens verberat et agitat Dareta. Tunc pater Æneas non passus est iras progredi ulterius, et Entellum furere animo crudeli : sed indixit finem certaminis ; et subdixit lassum Dareta, solans eum verbis, et talia loquitur : Infelix ! quæ tanta insaniam occupavit mentem : nonne experiris aliud robur, et mutatos Deos ? Cede Deo. Sic dixit, et dicendo abruptis pugnam. At fideles socii

Goth. sec.—455. *intendit* Hugen., ex pedestri ratione. Versum hunc Tum pudor tanquam importune interjectum in suspensionem adducebat v. c. Jac. Bryant, etiam vim et vires non bene sibi succedere.—457. *geminans* Vratisl. nunc deinde Medic. Sprot. cum Colot. nunc atque Bigot. Notam illam elegantiam in repetito ille sperni potuisse mireris.—459. *crepitant* Sprot. nimbus crepitet tert. Rottend. *trepidant* pr. Hamb. sic densis poeta exquisitius pro tam densis.—461. Cum Moret. pr. *producere* fuerunt qui legerent apud Guelliam, sed idem alterum illustrat per græca : *προβαλὼν παραρτίψας τὰς ὀφθαλμοὺς*.—463. *imponit* Zulich.—464. *Corripuit, mulcens* Sprot.—465. *animi* Parrhas.—466. Non Oudart. Num qu. Moret. et Goth. tert. *commisatque* Ger. Vossius e codd. notavit. v. Burm.—467. *dixitque* et vereor ut fulcrum que ab poeta sit,

NOTE

455 *Vires alias*] *Maiores* illi, minus tibi vires esse, quam putaveras.

467 *Cede Deo*] Vel *Deo* illi cuius summa jam a te aversa sunt. Vel *Eryci heros*, Deæ filio, Entelli magistro ac protectori, quem Aecetes vocavit Deum, supra 291. cui mox

deinde tanquam Deo taurum Entellus immolat. v. 463. vel *rationi*, juxta mentem Plutarchi : qui auctor est hoc proverbium apud septem Græcæ sapientes fuisse *ἔνρον θεῷ, sequere Deum* : explicatque *obtempera rationi*, quæ quasi Dens oracula de rebus agendis semper dietat.

Jactantemque utroque caput, crassumque cruorem
 Ore ejectantem, mixtosque in sanguine dentes, 470
 Ducunt ad naves; galeamque ensemque vocati
 Accipiunt: palmam Entello taurumque relinquunt.
 Hic victor, superans animis, tauroque superbus:
 Nate Dea, vosque hæc, inquit, cognoscite, Teucri,
 Et mihi quæ fuerint juvenali in corpore vires, 475
 Et qua servetis revocatum a morte Dareta.
 Dixit, et adversi contra stetit ora juveni,
 Qui donum astabat pugnae; durosque reducta
 Libravit dextra media inter cornua cestus
 Arduus, effractoque illisit in ossa cerebro. 480
 Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.
 Ille super tales effundit pectore voces:

Daretis ducunt ad naves illum, trahentem genua infirma, et motantem utrinque caput, et eripientem ore spissum sanguinem ac dentes mixtos cum sanguine: et vocati ab Aenea accipiunt cassidem et gladium; et permittunt Entello taurum et palmam. Tunc victor, elatus animo, et superbiens tauro, ait: Fili Veneris, et vos o Trojani, hæc animadvertite: et quale robur mihi fuerit in corpore juvenali, et e quali morte eripiat liberatum Dareta. Sic locutus est, et stetit adversus caput oppositi tauri, qui stabat præmium certaminis: et sublimis, manu reducta, impexit duros cestus inter media cornua, et immisit eos in ossa perrupto cerebro. Sternitur bos, et tremens procidit in terram moribundus. Ille super bove profert e pectore talia

—469. *utroque* Goth. tert. *utroque* Parrhas. *Quassantemq. utroque* Macrob. iv Sat. i, ut Ecl. x, 25 Sylvanus *Florentes ferulas et grandia lilia quassans*; sed diversa in re: et de irato *quassanti capite* ex Plauto Asin. ii, 3, 23 landat Burm. *Nutantemq. utroque caput* conj. Heins., cui displicebat in binis *verss. Jactantem—ejectantem.*—470. *Ore ejectantem* Heinsius tnetur Macrobii auctoritate, lib. iv, 1, quam pars codd. firmat. Vulgo *rejectantem*, quod præferebat Pierius, quo alludit in tribus Burm. nonnullis Pierianis et Goth. sec. *rejectantem*. Orta hæc scriptura ex syllabæ continuatione, qualis in Mediceo est, *Orejactantem*, in Rom. *Ore jactantem*; Parrhas. vero interpolate, *Ore reluctantem. mixtoque* in s. Medic. a m. pr., quod etiam Heinsio ardebat.—471. *ad navem* Dorvill.—473. *Sic v. pr.* Moret. *taurisque superbis* Hugen.—474. *vos quoque hæc* Parrhas. *hæc vos inquit* Dorvill.—475. *fuerant* duo Burm. *fuerunt* Dorvill. *Juvenali* Heins. post Pier. e codd. et Grammaticis. cf. sup. ad lib. ii, 518. Etiam in abest a Witt.—476. *Daretam* Gud.—477. *aversi* Gud. *adversa* Montalb.—478. *pugnae adstabat* Parrhas.—480. *immisit* nonnulli Pier. in ejicit Erythr. in revocabat, cum Benedicto in ed. Junt. cf. sup. ad v. 167, et aberat a codd. Giphanii, Ind. Lucret. p. 468. cf. Pier., qui tamen non vidit abesse in etiam a Romano. in ora Parrhas. et Hugen., sed in ossa est exquisitius dictum pro *ossibus*, vulgari; ut apud Horat. *fragili quærens illidere*

NOTE

472 *Palmam*] Vel translatio est, qua diximus, v. 111. pro victoria; vel proprie palma, de

Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
Persolvo: hic victor cestus artemque repono.

Protinus Æneas celeri certare sagitta 485
Invitat, qui forte velint, et præmia ponit;
Ingentique manu malum de nave Seresti
Erigit; et volucrem trajecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Convenere viri, dejectamque ærea sortem 490
Accepit galea; et primus clamore secundo

verba: O Eryx, immolo tibi pro morte Daretis hanc vitam potiore: hic victor depono artem et cestus. Statim Æneas invitatur qui forte velint contendere sagittis, et preponit præmia: et magna manu attollit malum de nave Seresti: et suspendit ex alto malo columbam in fune trajecto volitantem, ad quam dirigant sagittas. Convenerunt viri, et ærea cassis excepit sortes coniectas: et favente clamore

~~~~~

*dentem.—482. effundit ex codd. ab Heinsio repositum. Vulgo effudit.—484. reponit Rom. cum aliis; manifesto mendose. Nam formula consecrationis solennis multo melius ex Entelli persona effertur.—486. præmia dicit Gud., quod copiose astruit Heinsius. Mihi potius aut casu aut interpolandi studio illatum esse videtur. Variandam esse orationem ratus poëta præmia non hic ante certamen, sed sub finem demum, v. 535 sqq. enumerat; ab initio tamen dixit: præmia ponit; quæ cum nulla subjicerentur, reposuit aliquis, dicit, destinat, constituit.—488. in quod si absit, non desiderem, soli deest Sprot. trajectum in Hogen.—489. tendat sc. ferrum, aliquot Pier. sed est, quo certantes intendant, dirigant, sagittam. tendunt alter Menag. ferrum tendant Parrhas.—490. dejectas—sortes malit Trappius. Non videbat alterum eodem sensu esse magis poëticum.—491. primum Rom., vulgari ratione.—492. Hyr-*

#### NOTÆ

483 *Hanc tibi, Eryx, meliorem animam]* *Meliorem:* vel quia villipendit a se victum Daretæ: vel quia Diis gratiores sunt victimæ ex brutis animalibus, quam humanæ: vel alludit ad succedaneas victimas; quæ, cum primæ fugerant, aut infaustæ fuerant, earum in locum substituebantur, dicebanturque *meliores*, inclamantibus sacerdotibus, *δευτέρας ἀμειωδους* secundis *melioribus*.

484 *Hic victor cestus, &c.]* Morem notat gladiatorum consequentis ætatis, qui cum per ætatem ab arte discedebant, virga donabantur, quam *rudem* appellabant; vocabanturque *rudarii*; et artis suæ arma suspendebant ad postes Herculis. Hic Entellus, non

Herculi, a quo Eryx occisus; sed ipsi Eryci sua consecrat, quem Dei loco videtur habere, ut jam diximus, 467.

485 *Celeri certare sagitta]* iv. Ludus. *Sagittarum jactus.* Expressus est ex Homeri Iliad. xxiii. 850. ubi *Teucer* columbæ funem secat; *Meriones* columbam ipsam evolantem ferit: Virgilius quatuor inducit certantes; *Hippocoonta*, *Mnestheum*, *Eurytiona*, *Acesten*. Et *Hippocoön* quidem malo sagittam infigit. *Mnestheus* funem secat. *Eurytion* columbam inter nubi-  
bila transfodit. *Acesta* sagitta in auras coniecta ignem concipit.

487 *Seresti]* De hoc Trojano duce, Æn. i. 615.

491 *Galea]* In *galeam*, quia apud



Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis;  
 Quem modo navali Mnestheus certamine victor  
 Consequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva.  
 Tertius Eurytion, tuus, o clarissime, frater, 493  
 Pandare, qui quondam, jussus confundere foedus,  
 In medios telum torsiisti primus Achivos.  
 Extremus galeaque ima subsidit Acestes;  
 Ausus et ipse manu juvenum tentare laborem.  
 Tum validis flexos incurvant viribus arcus 500

*primus ante ceteros extrahitur locus Hippocoontis Hyrtaci filii: hunc sequitur Mnestheus modo victor in nautica pugna, Mnestheus coronatus viridi olea. Tertius est Eurytion, tuus frater, o nobilissime Pandare: qui olim jussus turbare foedus, primus vibrasti jaculum in medium Græcorum. Ultimus et in profundo cassidia remansit Acestes, ausus etiam ipse aggredi manu laborem juvenum. Tunc viri illi, unusquisque pro se, curvant robustis viribus flexiles arcus,*

~~~~~

tacida juvenis Bigot. Ὑρτάκιδης, Hyrtaci filius, Asius, Homerum occurrebat Iliad. B. 837 sqq. nunc alter, Ἰπποκωντός. Occurrit et ipsum nomen Iliad. K. 518, sed ibi Rhesi Thracis avunculus est. exiit Parrhas. Hippocoonti, Hippocoontis, Ippoocoontis, Oppocoontis, librariorum fraudes.—493. Postmodo Parrhas, fere ut apud Jul. Pompon. Sab. Urbanus modo pro propemodum exponit. M. c. ductor emendabat Jo. Schrader. in schedis. conf. Not.—495. carissime Montalb.—496. jussus quondam Parrhas. ausus male conjecerat vir doctus, (Jortin. Tracts p. 474. Tom. II.) ap. Burm., qui non meminerat Homericæ.—498. galea atque ima Parrhas. succedit Wall. subcidit Menag. pr. consedit Exc. Burm. subscdit edd. vulgg. subscdit Burm. tacite reposuit propter communem poetarum usum et vulgarem errorem in hac voce.—500. Cum v. pr. Moret.

NOTE

milites: apud ceteros vulgo in urnam aut situlam, sortes conjiciebantur.

492 *Hyrtacide Hippocoontis*] Hortensius eum appellat Hyrtaciden filium Hippocoontis. Donatus melius Hippocoonta filiam Hyrtaci. Est quidem apud Homerum *Hyrtacides Asius* Il. XII. 96. sed *Asius* proprium est, *Hyrtacides* patronymicum, ut patet Il. XIII. 384. ubi *Asius* idem ille ab Idomeneo occiditur. Est etiam apud eundem, Iliad. x. 518. *Hippocoon* Thrax, consobrinus Rhesi: qui ea ipse nocte qua Rhesus ad Trojam cecus est, e somno excitatus est ab Apolline. Hic ex Æneæ sociis esse deinde potuit.

493 *Victor*] Non prime, sed secundo loco.

496 *Pandare, qui, &c.*] Convenerat Græcos inter se Trojanos, ad dirimendum bellum; ut Paris Helenam raptor, et Menelaus Helenam maritus, singulari certamine de Helena contenderent. At Paris, cum prope victus esset, a Venere e pugna subductus est, inducta caligine, Iliad. III. 380. Deinde Jupiter, adnitente Junone, Minervæ mandavit ut foedus turbaret: quod ut faceret, persuasit illa Pandaro, e Mysia, Lycaonis filio, ut sagittam in Menelaum evibraret; atque ita vulnerato Menelao rursus

Pro se quisque viri, et depromunt tela pharetris.
 Primaque per cœlum nerve stridente sagitta
 Hyrtacidæ juvenis volucris diverberat auras ;
 Et venit, adversique infigitur arbore mali.
 Intremuit malus, timuitque exterrita pennis 505
 Alas, et ingenti sonnerunt omnia plausu.
 Post acer Mnestheus adducto constitit arcu,
 Alta petens, pariterque oculos telamque tetendit.
 Ast ipsam miserandus avem contingere ferro
 Non valuit ; nodos et vincula linea rupit, 510
 Quis innexa pedem malo pendebat ab alto :
 Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.
 Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato
 Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit,

et educunt sagittas e pharetris. Et sagitta juvenis Hyrtaciden prima ferit locum alrem, nerve per cœlum sonante: et pervenit ad malum, et figitur arbore oppositi mali. Malus tremuit, et avis territa tremuit alas, et omnia loca sonnerunt magno plausu. Postea ardens Mnestheus stetit inflexo arcu, dirigens in altum, et simul intendit oculos ac sagittam: at miser non potuit attingere ferro ipsam avem; tantum occurit nodos et funes linceos, quibus pendebat ab alto malo constricta circa pedem. Illa avis fugit volans in ventos et nigras nubes. Deinde promptus Eurytion, tenens sagittam jamdudum intentam arcu parato, invocavit per vota fratrem Pandarum: et

Tum cum modo fletos Priscian. et Alcini. ap. Heins.—501. et abest apud Priscian. p. 1187.—503. diverberat aliquot apud Burm. alas (sc. columbæ) Donatus legit, et sic ed. Junt., quam Burm. memorat; sc. e senioribus aliqua: nam Junt. 1526 auras retinet, sed Benedictus alas cum Donato legendum esse contendit; minus suaviter, et sic plane otiosum: Et venit; nisi cum Bigot. legas: Ut venit.—504. adversaque—mali ap. Probum, sub f. lib. 1. Art. Grammat., sed v. Heins. infringitur Franc. infringitur Dorvill., errore non infelici.—506. Infrenuit m. Bigot., nec hoc male. males tert. Rottend. In timuitq. nulla variatio occurrit. pinis Medic. Gud. cum al., ut alibi.—508. que post pariter abest a qu. Moret.—509. arim Exc. Burmann. et 547. aurim.—510. Qui primus nodos Priscian., fallente memoria. linea vincula tres apud Burmann. rumpit aliquot Pier. et duo Heins.—511. pedem nodo Parrhas.—512. illa colans tert. Rottend. cum aliquot Pier., sed quæ alta, eadem exquisitius

NOTÆ

in bella itum est: Iliad. iv. 89. De Achivis, Æn. 1. 402.

512 Notes] Ventos quoslibet, proprie meridionales: Austri aliter dicuntur: Ecl. 11. 58.

514 Fratrem in vota vocavit] Pandarum, qui, inquit Servius, apud Lycios colitur quasi heros. At errat si cum

ideo Lycium fuisse patat, inductus in errorem his Homeri versibus Iliad. iv. 119. Εἰχέρο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγένει, &c. 'Supplicabat autem Apollini Lycio, inclyto jaculatori, agnorum primo genitorum sacrificatarum claram hecatomben, ubi domum reversus esset, claræ in urbem Zeliæ.' Est enim

Jam vacuo lætam cœlo speculatus ; et alis 515
 Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
 Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris
 Ætheriis, fixamque refert delapsa sagittam.
 Amissa solus palma superabat Acestes :
 Qui tamen aërias telum contendit in auras, 520
 Ostentans artemque pater arcumque sonantem.
 Hic oculis subitum objicitur magnoque futurum
 Augurio monstrum : docuit post exitus ingens ;

contuitus columbam jam gaudentem aëre libero et plaudentem alis, transfodit eam inter obscuras nubes. Cadit mortua, et amisit vitam in astris celestibus, et labens refert sagittam infixam. Acestes restabat solus amissa victoria: qui tamen eviravit sagittam in aërem sublimem, ostentans simul industriam et sonitum arcus sui. Tum occurrit oculis prodigium repentinum et futurum magno omni: ingens

~~~~~

*atra, nigra. atraque volans Ven.—515. Tum Franc. telo spec. Menag. pr. jaculo Erf.—516. nigram Parrhas. fixit duo Burm. Sed cum studio variavit tempora. Agit nigra Gud. 517. relinquit tres ap. Burm. finivit Wall., addito illo. in astris: portentose ad nostrum sensum. Aliter tamen veteres, et noster aliquoties: v. c. ix, 76. Schrader. Obs. 1, § em. in auris. 518. Aëriis alii passim v. Pier. et Heins. 520. aërias post Pier. hoc loco reduxit Heins. ex vetustiss. vulgo: aetherias. telum contendit Pierianorum suorumque optimorum auctoritate recepit Heinsius; vulgo alii contorsit; quod et Mediceo superscriptum.—521. Ostendens Hugen. artemque pater arcumque ex Medic. aliisque præstantioribus reposuit Heinsius, ut jam Pierius ex Romano aliisque suis. Idem Aspri Grammatici auctoritatem memorat, Heinsius vero Marii Victorini. At alii, sive de metro male solliciti, sive librarii errore, vel ut Aldd.: artem pariter arcumque, vel ex emend. Egnatii artem pariterque a. Inde lapsus alii post alios. Sic ed. Ven. Ostendens pariter artemque arcumque, Bigot. et Franc. artem paterque; Sprot. a. m. pr. artemque patris; Goth. tert. artemque paternam a.; Erf. artemque parans. Ceterum hæc ipsa varietas lectionis, tum versus et verborum structura, dubitationem facere potest, an versus e margine irrepserit: quærs quoque, quæ tanta ars apparere possit in sagitta temere emittenda? conf. tamen Notam. 522. Hinc duo Burm. subi-*

#### NOTÆ

*Zelia*, urbs Mysiæ, ad radices montis Idæ, et fluvium Æsepum, cujus accolæ populos in auxilium Priami adduxerat Pandarus, ut legitur ibid. 91. *Lycium* igitur Apollinem ab eo invocatum puto, non quod patria esset Lycius, sed propter Lycii templi atque oraculi celebritatem: de quo Æn. iv. 345. Fratrem vero invocat Eurytion, vel ut heros; vel ut summe jaculandi peritum, quippe qui Mene-

laum vulneraverat Iliad. iv. 139. Sic Maunius apud Livium l. xxxviii. 48. 'Te, L. Scipio appello: cujus ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque non frustra ab Diis immortalibus precatus sum.'

523 *Augurio monstrum: docuit post, &c.*] *Augurium* proprie quid sit, diximus Æn. ii. 703. Hic pro quolibet signo ac præsagio futurorum eventuum sumitur. *Monstrum* eat, quic-

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.  
 Namque volans liquidis in nubibus arsis arundo, 525  
 Signavitque viam flammis, tenuesque recessit  
 Consumta in ventos: cœlo ceu sæpe refixa  
 Transcurren crinemque volantia sidera ducunt.  
 Attonitis hæserè animis, Superosque precati  
 Trinacrii Teucrique viri: nec maximus omen 530  
 Abnuìt Æneas; sed lætum amplexus Acesten  
 Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:  
 Sume, pater: nam te voluit rex magnus Olympi  
 Talibus auspiciis exsortem ducere honores.

*caus hoc explicuit postea, et vates terrifici declaraverunt tardam prædictionem. Nam sagitta arundinea volans inflammata est inter aërias nubes, et igne notavit iter, et absorta evanuit in leves ventos: quemadmodum sæpe stellæ cadentes e cœlo transcunt, et volantes trahunt post se comam. Sicuti Trojanique viri steterunt stupefacti animo, et oraverunt Deos: et maximus Æneas non rejecit omen; sed amplexus Acesten ornat eum magnis donis, et talia dicit: Accipe, o pater; nam talibus prodigiis magnus rex cæli voluit te habere honorem extraordinarium. Habebis hoc munus ipsius*

*tum Heins. maluit ac reposuit consentiente Montalb. tert. Rottend. Scheffer. et Hamb. pr. a m. sec. pro vulgari subito.—524. fatidici Parrhas. omnia et hic corrupte libri. carmina tres apud Burm., sed omina etiam de interpretatione oraculorum et auguriorum.—526. lamnis Medic. a m. pr.—528. Concurrunt alter Hamb. Sed et ap. Aristotelem ἀορίων διαρροαί. v. Guell. Locum respicit Seneca I. N. Qn. 3. cineremque v. s. Witt. pro var. lect.—531. et lætum Rom., et hoc præferam lætus Longob.—532. magnis cumulat Witt.—533. Summe multi, vitiose. v. Burm., qui etiam id sumere illustrat.—534. auspiciis Wall. Mox vulg. honorem. honores*

## NOTE

quid contra rerum naturam, accidit et aliquid monstrat ac significat eventurum. Exitus qui hinc secutus est, incensio fuit navium Trojanarum, infra, 659.

524 *Seraque, &c.*] Explicat Servius *gravia*, Hortensius *futura*. Cerdanus *tarda*: hoc sensu: Ignorabant quid hoc monstro portenderetur: Id mox docuit exitus: tumque vates intellexerunt aperueruntque omina, sed serius ac tardius; cum nullus ultra esset remedio locus.

525 *In nubibus arsit arundo*] Prodigium in eo fuit, quod Id juxta rerum ordinem accidere non poterat: ut

sagitta ex arundine, quamlibet sicca, ignem inter nubila conciperet: quod de terræ exhalationibus in altum aërem eductis Aristoteles ait. De stellis, ut vulgus putat, cadentibus, quales et unde sint, diximus Ge. I. 365.

530 *Nec omen Abnuìt Æneas*] Cum debuisset aversari, accipit, atque ut sibi prosperum agnoscit: vel dissimulans ob Acestæ reverentiam, et licet infaustum sciret: vel potius deceptus recordatione lætæ illius flammæ, quæ in Ascanii capite effluerat, Æn. II. 680.

534 *Exsortem ducere honorem*] Extra

Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis, 596  
 Cratera impressum signis, quem Thracius olim  
 Anchisæ genitori in magno munere Cisseus  
 Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.  
 Sic fatus cingit viridanti tempora lauro,  
 Et primum ante omnes victorem appellat Acesten. 540  
 Nec bonus Eurytion prælato invidit honori;  
 Quamvis solus avem cœlo dejecit ab alto.  
 Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit;  
 Extremus, volucris qui fixit arundine malum.  
 At pater Æneas, nondum certamine misso, 545

*semis Anchisæ: poculum calatum figuris, quod olim Cisseus rex Thraciæ dederat habendum Anchisæ patri pro magno munere, et quasi pignus et monumentum sui amoris. Sic locutus, coronat caput ejus viridi lauro, et declarat Acesten primum victorem ante omnes. Et benignus Eurytion non invidit victoriæ sibi prælato; licet solus dejecisset volucrum ex alto aëre. Proximus est in distributione præmiorum, qui secuit funem: ultimus, qui levi sagitta perdidit malum. At pater Æneas, ludis nondum dimissis, vocat ad se Epytiden, custodem et comitem pueri As-*

Heina. reposuit tanquam concinnius et sonorius. Sic Rom. et Mediceus Pieril. At in Mediceo Heinsio inspecto et a Fogginio typis excuso *honores* secunda manus in *honorem* mutavit, ut adeo hæc Apronianâ habenda sit lectio. Gudianus a m. pr. *honore* seu *honore* lectionem Apronianam habuit, sed iterum mutata est in *honores* a m. sec. At Hamburg. alter a m. pr. *honores*, quod et Montalb. et Goth. sec. habet; item Palat., teste Benedicto.—535. *hoc* deest Exc. Burm.—536. *Crateram* Medic. a m. pr. et Bigot., sed Virgilius eo genere non est usus. v. Burm. *quam* Hugen. a m. pr.—537. *Cisseus* al., est *Κισσεύς*. in non delendum; est ut sæpe *ἐν*, in parte, pro munere, muneris loco.—538. *Esse* sui Parrhas. ex. v. 572. *δῶκε φέρεω, δῶκε δ' ἔγχεω, δῶκε φορῆσαι, ἐπαύσε κομίσαι*, sæpe Homer.—539. *cinxit* alter Hamb. *relat* Parrhas. t. *myrto* Wall. et Erf. a m. pr.—540. At p. Leid. un.—541. *prælato invidit honori* emend. Marklandus Epist. crit. pag. 106, h. e. Acestæ prælato sibi non invidit honorem seu præmium primo loco datum. Nescio tamen an alterum exquisitius sit dictum, ut transferatur a persona attributum ad ipsum honorem; et si quis est *prælatus*, etiam *honor* ejus dicatur *prælatus*. Sic *cedere alteri in honore*, et *cedere alterius honori*. Sed verum ne sic quidem videram; præferre poëta dixit exquisite pro præripere. Est *præreptus* honor, *prælatus* quem ille talit, abstulit, præ Eurytione.—542. *cælo ab alto*. Mireris ter ita versum clausum,

## NOTE

*sortem ordinemque propositorum præmiorum*. Et morem notat Græcorum: apud quos, antequam præda divideretur inter milites, selectissima quæque, iis qui se fortiter in prælio gesserant, non sorte, sed judicio dabantur. Sic Æn. ix. 271. Ascanius Niso:

‘clypeum cristasque rubentes Excipiam sorti, jam nunc tua præmia, Nise.’

537 *Cisseus*] Rex alienjuss Thraciæ partis, Hecubæ pater, quæ Priami conjux fuit, ab eoque dicta *Cissia*. De Thracia, Æn. iii. 14.

Custodem ad sese comitemque impubis Iuli  
Epytiden vocat, et fidam sic fatur ad aurem :  
Vade age, et, Ascanio, si jam puerile paratum  
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,  
Ducat avo turmas, et sese ostendat in armis, 550  
Dic, ait. Ipse omnem longo decedere circo  
Infusum populum, et campos jubet esse patentés.  
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum

omni; et sic loquitur in aurem fidelem : age, vade : et dic, inquit, Ascanio ; si jam habet secum instructum agmen puerorum, et si composuit cursus equorum ; huc deducat turmas in honorem avi sui, et monstret se in armis. Ipse imperat populum omnem apertum recedere e toto circo, et spatium fieri vacuum. Accedunt pueri, et in conspectu parentum emicant aequaliter super equis frænatís : omnis juvenus Si-

hic et v. 489 et 511. demisit ed. Ven., vulgari varietate.—546. Custodemque ab se c. Witt. comitem impubentis ed. Ven.—547. Epytidem Rom. et alii libri Pier., Epytidem, Epytidem al., vitiose. Est ap. Homer. Ἐπυτίδης. cf. Helms. ad aurum Gud. in aurem aliquot Helmsii libri, quod ipse monet comitis esse familiare ; quod tamen si est, epico sermone minus dignum videri debet. Bene etiam Burm. monet, in aurem esse alicujus auri arcani quid insinurrare, ad aurem vero fidam Epytidæ idem esse ac, ad fidum hominem.—549. cursumque Ven.—550. ostendet Serv. ad xi, 42.—551. Dic, ait, ex codd. et ratione armarum Pier. et Ge. Fabric. Alii Sic. In se omnem Menag. pr. longe duo Burm. et Erf. a m. pr. largo Oudart. descendere, deducere, discedere solenni modo variatur et hic. discedere catu quatuor ap. Burm.—552. et abest a Franc.—553. que deest Parrhas.—555. Trinacria emirata Montalb., qua lec-

# NOTÆ

547 Epytidem] Epytides, patronymicum ejus fuit nomen ; proprium, Peryphantes : qui Epyti filius, Anchisæ præco, Iliad. xvii. 324.

548 Ascanio, si jam, &c.] Non enim interfuerat ludis Ascanius : turmas interea suas ad ludum instruens. De eo, Æn. i. 271.

553 Incedunt pueri, &c.] v. LUDUS. Equestris decursio puerorum Trojano aere. Hanc ommissis ceteris Homeri ludis Iliad. xxiii. addidit Virgilius in gratiam Augusti, qui his temporibus ludum illum in usum revocaverat, ut diximus Æn. iii. 280. De Augusto sic Suetonius c. 43. 'Trojæ ludum edidit frequentissime, majorum minorumque puerorum delectu : prisci decorique moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere. In hoc

ludicro C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donavit : passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore graviter invideoque in curia questo Æsermini nepotis sui casum, qui et ipse crux effregerat.' In eoque Augustus ducem secutus erat Julium Cæsarem, de quo idem Suetonius c. 39. 'Trojam lussit turma duplex, majorum minorumque puerorum.' Tres hic turmas statuit Virgilius, singulas puerorum duodecim : cum vulgo in exercitu turma terdenos haberent equites quibus præerant tres decuriones. Tres, inquam, statuit turmas, licet Julius duas tantum : quia fortasse turmarum numerus ad arbitrium editoris mutabatur, et ab

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 C

Frænatis lucent in equis : quos omnis cunctes  
 Trinacriæ mirata fremit Trojæque juvenus.  
 Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.  
 Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro ;  
 Pars leves humero pharetras ; it pectore summo  
 Flexilis obtorti per collum circulus auri.  
 Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur  
 Ductores ; pueri bis seni quemque secuti

555

560

*cilia et Trojæ plaudit admirans eos equitantes. Omnibus capilli premuntur corona comata : gerunt duas hastas corneas armatas ferro, pars humero pharetras politas : flexibilis circulus torti auri per collum descendit in summum pectus. Turmæ equitum sunt tres numero, et tres duces oberrant : pueri duodecim secuti unumquemque*

tionem, seu vitio potius, Burmannus adversus Bentleii emendationem utitur i Carm. 5, 8 ap. Horat.—557 *gerunt* duo Heins. *præfixa h. ferro* Medic. Rom. et quicquid antiquiorum est codicum ap. Pier. et Heins. Sic quoque Erf. et nostri Goth., nisi quod tert. *pressa*. Tamen *præfixo* ex vulgg. edd. Hamb. pr. a m. pr. et Hugen. servarunt Heins. ac Burmannus, qui utramque lectionem ait habere, quo se tueatur. Recte quidem, sed *præfixa h. f.* est magis poeticum, auri vero magis consulitur, si *præfixo* legis.—558. *Parsque leves* aliquot ap. Burm., non male, sed intrusum *que* librariorum more ; et tuetur alterum codd. auctoritas. *humeris* duo Burm. *pharetras humero* Goth. tert.—559. Vulgata lectio h. l. sanior est omnium codicum varietate nata ex depravato *it in in* vel *et*, unde mox *it* in sequ. versu insertum vel post *obtorti* vel post *collum* vel *Fl. it torti*. v. Pier. Heins. et Burm.—560. *Tres, treis, tris* legitur ; hoc cum Mediceo : ut jam inde ab 1, 112. *turmæ numero* Rom. et

## NOTE

Augusto auctus fuerat : est enim verisimile ita descriptos hic a poeta ludos fuisse, ut ab Augusto tunc edebantur. Porro hæc fuerunt ludentibus pueris arma atque ornamenta. I. Galea. II. Corona supra ipsam galeam. III. Torques aureus, catenæ instar circuito collo summum in pectus delabens. IV. Pharetra humero suspensa : non omnibus quidem : ait enim, *pars leves humero pharetras* ; sed fortasse ducibus. V. Hastilia duo præfixa ferro ; quibus sese videntur ex equis vicissim impulsisse : unde frequens casus sequebatur, ut ex Suetonio modo vidimus.

556 *Tonsa coma, &c.*] Na-cimbænus *tonsam* de tonsura capillorum explicat. Servius *coronam*, de galea : et vero Homerus Iliad. VII. 12. de galea lo-

quens ait : ὅνδ σρεφλὺς ἐχάραιον, sub *corona ærea*. Tamen existimo pueros, et *galeatos*, et supra galeam *coronatos* fuisse : qualis est Marrubius sacerdos Æn. VII. 751. 'Fronde super galeam et felici comtus oliva.' *Galeatos* quidem, quia Ascanius deinde 673. 'galeam ante pedes projecit inanem.' *Coronatos* vero, non fluentibus ramis ; sed pressis concisisque frondibus : talis ipse Virgilius Ge. III. 21. 'Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ.'

557 *Cornea bina, &c.*] *Hastile*, lignum ipsum hastæ, cui ferrum præfixum est : lignum, inquam, ex arbore *cornu*, *cornouiller* : de qua Ge. II. 24. et hastas quidem illas necesse est breviores fuisse, ut binæ ferri possent, vel alterutra simul manu, vel singulis singulis manibus.

Agmine partito fulgent, paribusque magistris.  
Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem  
Nomen avi referens Priamus, tua clara, Polite,  
Progenies, auctura Italos; quem Thracius albis 565  
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi  
Alba pedis frontemque ostentans arduus albam.  
Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini;

*ducem, micant agmine distincto, et similibus ducibus. Una est turma puerorum, quam letam ducit parvus Priamus, ferens nomen avi, tua inclita proles, o Polite, auctura Italos: quem portat equus Thracius bicolor notis candidis, gressus pedum primorum candidi sunt, et erigit frontem candidam. Secundus dux est Atys, a quo Atii Latini ducunt originem: parvus Atys, et puer carus puero Iulo. Ultimus*

Menag. pr., inconcinne. *trinique* Witt.—562. *Agmina* Rottend. pr. a m. sec.—563. *Vana* Menag. alt. *parvos* Rom., ut et 569.—564. *Nomen* qui Franc. *Polites* Medic. a m. pr. cum tribus aliis Heins. et parte Pierianorum.—565. *auctura* aliquot Burm.—566. *bicolos* Goth. tert. *primis Alba pedes* Medic. a m. pr.—567. *arduos* antiqui et hic apud Pier.—568. In *Atys*, 'Arus, aberratur *Atia*, *Attis*, et in Gnd. *Atus*; et in altero *Atii*, variatur, in Rom. Medic. a m. sec. ac Reg. *Atyi*, in al. *Attii*, *Atti*, *Ati*, *Aci*, et in Goth. sec. *Atii*. Pro *Atti* h. e. *Attii*, pugnat Plerius, codicum et marmorum auctoritate: antiquiorem auctoritatem pro *Atia* gente, una consona scripta, attulit Heins. ad h. l. Nota illa gens, ex qua Cæsaris Octaviani mater oriunda fuit. cf. ad Dion. xlv pr. Preferam tamen h. l. ex vetere more *Ati*. *dixere* emendatum in Medic., ut

# NOTÆ

562 *Partito*.] Ab antiquo *partio*: nunc enim *partior*, active tantum, non etiam passive sumitur. *Magistris*.] Ducibus, quos mox enumeraturus est: et hæc appellatio propria est in eo genere: quippe cum eligebatur Romæ Dictator; qui sub eo præerat equitatu, vocabatur *magister equitum*. De voce, *ovans*, Æn. III. 189.

*Polite*, *Progenies*, &c.] Ejus *Polite* filius, qui in oculis Priami patris a Pyrrho interfectus est, Æn. II. 526. *Polite*, vocativus est a nominativo *Polites*, non a *Politus*. Hic *Polites*, teste Servio, dicitur tamen a Catone in originibus venisse cum Ænea in Italiam, et urbem condidisse *Politorium* in Latium, ubi nunc *Polini*: quam deinde urbem Ancus Romanorum rex delevit, quod esset illa Latinorum adversus

Romanos perfugium. Virgilius, qui Politen a Pyrrho cæsum induxit, hujus urbis structuram attribueri videtur ejus filio, cum ait: 'Progenies auctura Italos.' De *Italia*, Æn. I. 534.

566 *Portat equus bicolor*, &c.] Albus quidem fronte primisque duobus pedibus: hoc enim est *primi pedis*, id est, *primorum pedum*. At quis alter color? Fortasse rufus: talis enim equus ab Homero describitur, Iliad. XXIII. 455. totus rufus, et alba stella in fronte conspicuus: quod exprimere hic Virgilius voluisse Cerdano videtur. De *Thracia*, equorum ferace, Æn. III. 14.

*Primi Alba pedis*, &c.] Servius de duobus anterioribus pedibus explicat, Cerdanus de unico pede dextro. *Frontem albam* Scaliger inter-



Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.

Extremus, formaque ante omnes pulcher, Iulus

570

Sidonio est invecus equo, quem candida Dido

Esse sui dederat monumentum et pignus amoris.

Cetera Trinacriis pubes senioris Acestæ

Fertur equis.

Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes

575

Dardanidæ; veterumque agnoscunt ora parentum.

Postquam omnem læti consessum oculosque suorum

*Iulus, et præ omnibus spectabilis propter pulchritudinem, impositus est equo Sidonio: quem pulchra Dido dederat ei, ut esset monumentum et testimonium sui amoris. Reliqua juvenus vehitur equis Siculis senis Acestæ. Trojani recipiunt cum plausu eos de gloria sollicitos, et lætantur eos videndo, et agnoscunt vultus antiquorum patrum. Postquam læti circuierunt equitando omnem conclonem et*

\*\*\*\*\*

alibi.—569. *puero multum d.* Bigot. *delectus* et hic pr. Rottend. ac Medic.—570. *formam* Medic. a m. pr. græca forma, quæ placet Heinsio et Burm. *forma ante omnes* est Menag. pr. ante o. *formaque* Exc. Burm.—571. *Sidonioque* ino. tres ap. Burm. *Sidoneo* scribunt nonnulli, ut *æthereus* pro *ætherius*. vid. Pier.—575. *Trinacriæ pubes* plerique Pier. et sic Medic. cum al. Heins. ac Burm. Erf. binisque Goth. *Trinacrii* Rom. cum Menag. pr. et pr. Rottend. *Sed equis* deberi epitheton, non est quod dubites.—575. *ruentes* vitium ed. Dan. Heins. v. Burm.—576. *corda p.* tres Burm.—577. *omnes* alter Menag.

#### NOTÆ

pretatur, *alba veluti stella* notatam: quia omnino alba deterioris equi indicium est.

569 *Puer dilectus Iulo.*] Notat certe conjunctam affinitatem inter utramque gentem *Juliam*, quæ ab Iulo; et *Atiam*, quæ ab Aty: qua ex conjunctione prodiit Augustus. Quippe Julia, Julii Cæsaris soror, nupsit M. Atio Balbo: quo ex conjugio prodiit *Atia*; quæ collocata C. Octavio, Octavianum peperit, Augustum deinde appellatum. Unde emendabis Plutarchum et alios, qui Augustum ex sorore Cæsaris natum ferunt; et Livianam periochen libri 116. ubi is dicitur Cæsaris hæres et ex sorore nepos: habet autem emendatissimus Livii codex, Pierio teste, *sororis nepos*; quod verum est: fuit enim Augustus

nepos Juliz, sororis Cæsaris; non nepos Cæsaris, ex Julia sorore: qua ex verborum confusione ortus error est. De *Sidonio*, Æn. 1. 450. De *Didone*, in argumento lib. IV.

575 *Senioris Acestæ*] Ad *equos Acestæ* refero, quibus Acestes Trojanam juventutem ad hunc ludum instraxerat: non ad *pubem Acestæ*, seu juventutem Siculam; quam probabile est in Trojanis illis pueris locum non habuisse, siquidem e tribus ductoribus nullos Siculus fuit.

575 *Pavidos*] De laude et victoria sollicitos: eo pavore percussos, de quo, 138. 'Exultantiaque haurit Corda pavor pulsana.'

576 *Ora parentum*] Parentum similitudinem in liberis. De verbo *hæstro*, pro *circumse*, Æn. 1. 612.

Lustravere in equis : signum clamore paratis  
 Epytides longe dedit, insonuitque flagello.  
 Olli discurrere pares, atque agmina terni 580  
 Diductis solvere choris, rursusque vocati  
 Convertere vias, infestaque tela tulere.  
 Inde alios ineunt cursus aliosque recursus  
 Adversis spatiis, alternisque orbibus orbes  
 Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis; 585  
 Et nunc terga fuga nudant ; nunc spicula vertunt  
 Infensi ; facta pariter nunc pace feruntur.  
 Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta  
 Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque  
 Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi 590

*conspicuum suorum : procul Epytides dedit paratis signum clamore, et sonuit flagello. Illi excurrerunt simul pares, deinde tres duces diremerunt agmen in separatas turmas : iterumque admoniti relegerunt iter, et immiserunt hastas inimicas. Postea incipiunt alios cursus et alios recursus ex oppositis locis, et implicant alternatim gyros gyris, et sub armis edunt imaginem certaminis. Et modo præbent terga fuga, modo convertunt hastas quasi inimici, modo aequaliter ineunt quasi pace composita. Quemadmodum Labyrinthus in alta Creta dicitur habuisse olim iter implexum obscuris parietibus, et fraudem incertam propter mille vias, per quas error inobserva-*

*concessum, consensum et hic aberratur. oculique alter Hamb. a m. pr.—578. paratis Medic. a m. pr.—580. 581. Deductis scriptum in Rom. Medic., et al., forte doctius pro ductis simpliciter. Sed de aberratione satis constat. Vide modo v. 569 delectus in eodem Mediceo. Porro ternis codd. Pier. cum quatuor Heins. et uno Burm. ac Goth. sec., quod malebat Pierius. Sed bene monet Heinsius, legendum tunc esse : agmina ternis Diducti s. choris ; nec vidit Pierius terni etiam exquisitiorem orationem efficere.—582. instructaque Medic. Pier. dedere Witt. a m. pr. cf. Burm.—583. cursus ineunt Ven. a m. pr. aliosque reversus Wall. a m. pr.—584. Adversis Zulich. Adversos Erf. Adversis post Pierianos nonnullos Exc. Burm., quod probat vir doctissimus. Enimvero v. Not. alternisq. Heins. recepit Pierio, puto, obsecutus et parti codicum, quorum princeps Romanus. At Mediceus cum ceteris alternosq., quo variatur oratio.—586. fuga recte secundum rationem et præstantiores codd. Rom. Medic. aliosque prætulit Heins. Vulgo fugæ, quod non bene relictum Silio in simili loco xvii, 445 ; non enim fugæ, τῇ φύγῃ, nudat quis tergum, sed, dum fugit, fugiendo, fuga, tergum nudat. versant Gud. pro div. lect., et pr. Rottend. verrunt, at Rom. torquent, cum Goth. sec., tamen lapsu potius, etsi nec infelici, quam consilio.—587. pariter facta Parrhas. fruuntur tres ap. Burm. cum edd. Ald. Jun.—588. Crete Wall. a m. pr. Cretæ alta Serv. apud Burmann.—589. Abietibus cod. Thuan. Macrobi v Sat. 14. textis Parrhas. textus Ven.—590. Millenis h. d. Goth. sec., prave. domum tres ap.*

# NOTE

586 *Creta fertur Labyrinthus*] De parat varias cursus puerilis figuras  
*Creta insula, Candie, Æn. iii. 104.* cum *Labyrintho* ; currentes deinde  
*De Labyrintho, Æn. vi. 67.* Et com- pueros, cum *dolphinis*.

Falleret indeprensus et irremeabilis error.  
 Haud alio Teucrum nati vestigia cursu  
 Impediunt, texuntque fugas et praelia ludo,  
 Delphinum similes : qui per maria humida nando  
 Carpathium Libycumque secant, \* luduntque per undas.\*  
 Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus 596  
 Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,  
 Retulit, et priscos docuit celebrare Latinos,

*bilis et inexplicabilis turbabat signa progrediendi. Non aliter filii Trojanorum impediunt currando cursum, et miscent fugas ac certamina ludendo; similes delphinis, qui natando per liquidum mare findunt Carpathium ac Libycum mare, et ludunt inter fluctus. Ascanius, cum circumdaret Albam Longam muribus, renovavit primus hanc consuetudinem defensionis, atque has pugnas; et docuit veteres Latinos*

~~~~~

Burm. Sed *dolus* eleganter. v. Not. *Mille dolis h. viam, quæ s. s. Parrhas. quo signa* Bigot.—591. Agnoscas et hic duplicem codd. sectam: Rom. cum codd., inter quos Goth. alter, parte, *Frangeret*, forte tamen illud primum ex librarii lapsu natum. Etiam Donatus interpretatur: *frangerint flexus*. Sed melius Medic. cum aliis: *Falleret*—quippe, *error*. Servius utrumque prodit. *indeprehensus* al., ut solet.—592. *Haud alio* elegantius ex Medic. et pr. Moret. reponit Heinsius. At alii cum Romano *aliter. nati Teucrum* Gud.—596. Malim aliquem codicem habere: *Libycumve*. Et si non ignoro, esse qui dubitent de hoc discrimine inter *ve* et *que*; et ista maria, quippe contermina, passim jungi; v. c. Juvenal. xiv, 278, vel permutari, v. c. Ge. iv, 387, et in utroque delphinis vagari. Mox *luduntque per undas* deerat Oblongo Vatic. et aliquot aliis Pier. Mediceo a pr. m. Gud. et aliis Heins. et Goth. tert. cum Erf. Laciniam inepti esse Grammatici per se patet.—696. *Hunc morem cursus* vulgo codd. ap. Pier. Heins. et Burm. et sic tres Goth. et primo loco Romanus. *Hunc m. hos c.* elegantius jam olim a Rob. Stephano inde editum; ut jam legitur in Aldd. prioribus, etiam in Egnatiana recensione. Pro ea lectione codicem suum laudat Ge. Fabric., at Heinsius sec. ac tert. Moretanos cum Mediceo, qui tamen, ut a Foggino editus est, alterum exhibet.—597. *cum conderet* Gud. pro var. lect.—598. *Retulit* vulg. *retulit* h. l. Burmannus revocavit, non e ratione grammatica, quam vir doctiss. Jo. Schraderus Emendatt. præf. p. XLII constitutam esse voluit in *retulit, reperit, repulit*, verum laudato cod. Gudiano. Desidero omnino constantiam in his ac

NOTÆ

594 *Delphinum, &c.*] *Delphina*, vel *delphinus*, communiter creditur esse *porcus marinus, maronius*, quem falso incurvo corpore pinxere veteres; nisi forte sic apparet propter impetum ac velocitatem motus cum erumpit e mari: vere enim dicitur a Plinio l. ix. 8. 'velocissimum omnium animalium, non solum marinorum; ocyor volucris, ocyor telo.... tanta vi exilit,

ut plerumque vela navium transvolet.'

595 *Carpathium Libycumque*] *Carpathium* mare, ad orientem Cretæ insulæ, ubi est *Carpathus* insula, Cretam inter et Rhodum media, nunc *Scarpanto*. *Libycum* mare, circa *Libyam*, de qua Atticæ parte, *Æn.* i. 162. et Ge. i. 241. De *Ascanio*, *Æn.* i. 371. De *Alba*, *Æn.* viii. 48. De *Latinis*, veteribus Latii incolis, *Æn.* i. 10.

Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes.
 Albani docuere suos; hinc maxima porro 600
 Accepit Roma, et patrium servavit honorem;
 Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.
 Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
 Hic primum Fortuna fidem mutata novavit.
 Dum variis tumulto referunt solennia ludis: 605
 Irim de cœlo misit Saturnia Juno
 Iliacam ad classem, ventosque aspirat eunti,
 Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.
 Illa, viam celerans per mille coloribus arcum,
 Nulli visa, cito decurrit tramite virgo. 610
 Conspicit ingentem concursum, et littora lustrat,
 Desertosque videt portus classemque relictam;

eos edere: quo modo ipse puer, et cum eo Trojana juventus: eodem modo Albani docuerunt suos posteros: hinc vero maxima Roma accepit et retinuit patrium ludum; et illi pueri nunc dicuntur Troja et Trojanum agmen. Hactenus pugnae editæ sunt sancto parenti. Tum fortuna primum conversa mutavit fidem. Dum per diversos ludos persolvunt sepulcro iusta: Juno filia Saturni demisit Irim e cœlo ad naves Trojanas, et adjuvat ventis eam descendentem, plurima parans, et nondum expleta secundum veterem indignationem. Illa virgo festinans iter per arcum mille colorum, nulli aspectabilis descendit per pronam semitam. Videt magnum concursum ad ludos; et circumiens littora, cernit portus vacuos et naves incustodi-

similibus, v. c. Jupiter, quod Juppiter exaratur. Si ad morem veterum scribendum est, equidem literam male geminari puto scriptura; etsi pronuntiatione id fieri necesse est. Si tamen gemines, semper et ubique ista ratio est sequenda. in priscos Goth. pr.—599. Versus molestus. ille Wall. secum cum T. pr. Hamb. Olim distinguebatur:—*Latinos. Quo puer—pubes, Albani d., ut adeo esset: Quo puer—pubes* sc. celebraverant hæc certamina, docuere Albani suos illa celebrari. Melius sic interpungas, ut fecimus: *Retulit et p. docuit celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, s. q. T. pubes* (sc. celebraverant. Hinc) *Albani docuere suos* etc.—600. hunc Oudart. a m. sec. Goth. tert.—602. *pueri et Tr. ed. Ven. dicimus Dorvill. ducitur Leid.—603. sacro Bigot.—604. Hinc multi Pier. et Heins. ac Burm. vocavit Goth. tert. a m. pr.—607. inspirat pr. Hamb. a m. sec. et Sprot.—608. monens Montalb. et ed. Junt., solito lapsu: saturata* codd. Pier. et suorum ac Arusiani Messii auctoritate sonique anavitate recepit Heins. Vulgo *exsaturata*.—609. *celebrans Medic. et Zulich., noto sphalmate. pro Erf.—610. orto pro cito Sprot. d. tr. Jmo Erf. a m. pr.—611. concessum Medic. a m. pr. et Moret. sec. cursum Franc. et Sprot. occursum Wall.* Mox nescio an melius legas *ut*; nam *et littora lustrat* inter reliqua otiosum esse videtur. Igitur conj *decurrit virgo; conspicit ing. concursum. Ut (nbi) littora lustrat: Desertosque—classemque relictam.*—612. *classimque* Sprot. vid. sup. ad III, 5.—613. *Et vel Haud nonnulli;*

NOTÆ

606 *Irim de cœlo, &c.] De Iride, et none, Saturni filia, Æn. i. 27. arcu cœlesti, Æn. iv. 709. De Ju-*

At procul in sola secretæ Troades acta
 Amissum Anchisen flebant, cunctæque profundum
 Pontum aspectabant flentes. Heu tot vada fessis, 615
 Et tantum superesse maris! vox omnibus una.
 Urbem orant; tædet pelagi perferre laborem.
 Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
 Conjicit, et faciemque Deæ vestemque reponit:
 Fit Beroë, Tmarii conjux longæva Dorycli; 620

tas. At Trojana procul separata in deserto littore plorabant Anchisen amissum, et cuncta plorantes aspiciebant altum mare: unus erat sermo omnium: Heu! tot fluctus et tantum maris restare fatigatis! Postulant urbem: tædet eos pati asperitatem maris. Igitur Iris non ignara nocendi immittit se in medium earum, et exiit formamque et habitum Deæ. Assimulatur Beroë, uxori grandævæ Doryclis Ismarii,

~~~~~  
 item *Troades* vel *Troiades*, ac Medic. *secreta T. acta*.—615. *Pontum* Goth. sec. *spectabant* Medic. *expectabant* Voss. pr. ac Ven., quod Heins. interpretatur: secunda navigationi tempora. Alii apud Serv. *flentes heu t.* junxere.—617. *pelagi contexta tueri* Ven. ex sup. iv, 461.—618. *medios* Goth. sec.—619. *Miscuit et f.* Goth. sec. *Conjicit f.* duo Burm. *vultumque r.* Dorvill.—620. *Fit decor et carii* Wall. a m. pr. *Veroë* passim scribitur. *Ismarii* vulgata lectio ante Heins. e recentioribus (etsi et Servius agnoscere videtur) petita erat libris; *Tmarii* Heinsius restituit, etiam librorum auctoritate, in quibus vel *Tmarii* diserte, ut etiam in Rom. fuit, in Medic. a m. pr. *Mari*, a sec. *Tmarii*. In cett. *Marii*, *Tinarii*, *Tinarii*, *Turii*, *Thiari*. v. Heins. ad h. l. et cf. ad Ecl. viii, 44, ubi similis error insederat edd.; videtur adeo ex *Marii* ab interpolatore *Ismarii* factum esse. Pompon. Sab. ad h. l. "*Marii* forte *Ismarii* *Dorycli*, *Thracii*, ab *Ismaro* monte *Thraciæ*. Mihi non placet; nam antiqui codices *Marii* habent, et hæc *Beroë* in *Sicilia* manebat. In *Bucolicis* *Apronianus* ait: *Maros* mons *Thraciæ*, ubi *Maro* vinum dedit *Ulyssi*, et *Probus* in commentariolo *Georgicorum* facit mentionem." Vides vera falsis mixta esse. *Tmaros* in finibus *Dodonæ* *Epiri* mons erat: *Tôμαρος. Τυδρος.* conf. Steph. Byz. Interea velim Heinsium docuisse, quomodo inter *Trojanas* mulieres esse potuerit uxor *Dorycli* *Tmarii*, a monte *Epiri* appellati. At *Ismarii* alicujus e *Thraciæ* oriandi, cum multa *Thracum* et *Trojanorum* memorentur fuisse commercia, uxor interesse facile potuit. Hactenus utique alterum hoc hand dubie verius. Sunt forte, quæ et his reponas. *Æneam* etiam *Dodonam* adiisse, a nonnullis fuit traditum. v. Excurs. de *Æneæ* Errorr.; et ipse poëta noster, qui ascensionem ad *Buthrotum* factam sup. iii, 293 sqq. narraverat, sub discessum ab *Epiri* littore v. 470. 471 inter *Heleni* munera hospitalia: *Addit equos, additque*

## NOTE

613 *Secretæ Troades acta*] Nam, ut ait *Hortensius*, indecorum est honestas matronas publicis in spectaculis esse cum viris. *Acta* littus est, ab ἀκτῆ, qua voce usus est *Cicero*, de *Sicculo* littore loquens. *Verrina* v. 81. 'Ux-

orem tot in acta dies secum habere.'

620 *Beroë, Tmarii, &c.*] Ficta nomina *Beroës* et *Dorycli*. De *Dardaniis*, *Æn.* i. 339. De *Achaia*, *Græcia* proprie dicta, vel *Peloponnesi* parte, *Æn.* i. 492.

Cui gentis, et quondam nomen, natiq̃ue fuissent ;  
 Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert :  
 O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello  
 Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus ! o gens  
 Infelix ! cui te exitio Fortuna reservat ? 625  
 Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas :  
 Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa  
 Sideraque emensæ ferimur ; dum per mare magnum  
 Italiam sequimur fugientem, et volvimur undis.  
 Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes : 630

*cui fuerat olim nobilitas, et fama, et soboles. Sic autem immiscet se mediam matribus Trojanorum : O infelices, inquit, quas manus Græcorum non traxere ad mortem, in bello, sub muris patriæ ! o gens infortunata ! cui mortis reservat te fortuna ? Jam septima æstas transit ab exitio Trojæ ; ex quo tempore vagamur emensæ tot maris, et omnes terras, tot acopulos inhabitabiles, et sidera : ex quo per vastum mare quærimus Italiam fugientem, et reptamur fluctibus. Hic est regio Erycis fraterni*

*duces. Remigium supplet, socios simul instruit armis ; quod infra v. 646 eadem Beroë Rhætici appellata, nil repugnare ; esse docte dictum pro Trojanis. Locus tamen vel sic inter eos referendus, in quibus ratio critica, quatenus in librorum usu versatur, aliam lectionem, aliam rerum ratio et iudicii subtilitas defendit. Iamariū hominem etiam requirit Beroës auctoritas, quam Troja profecta matrona habere potuit, non ea, quæ in itinere fuit allecta. Iamariū etiam defendere video sagacem virum Ouwens Noct. Hag. p. 624. Doryclius notus Priami filius memoratur Homero Iliad. A. 489.—621. Quoi etiam quondam nati nomenque f. ed. Ven., male.—622. Dardanidum aliquot Pier. cum Wall. et Goth. tert. manibus Goth. pr. offert alter Hamb., at v. Burm.—623. Achaia tres Heins. cf. ad II, 462.—624. Traxerat Sprot. Trojæ sub Goth. sec.—625. exitium Gud. a m. pr. Witt.—626. volbitur Menag. pr.—627. jam terras Rottend. tert. terras aberat a Voss., et mox erat saxis. Sane quidem saxa parum commode subijciuntur, imprimis inter terras et sidera. Pnta tamen poetam litteras commemorare voluisse, et quidem barbararum terrarum.—628. ferimus nonnulli. Sed vid. Heins. ad III, 268. tulimus Rom. et Menag. pr., non improbane Burmanno. Sed alterum ex poetica consuetudine.—629. volvimus Dorvill., fraude librariis solenni.—630. Hic fr. E. fides Parrhas.*

## NOTE

625 *Jam vertitur æstas*] Jam præterita est septima, et convertitur vergetique in octavam. Hunc enim esse sensum diximus Æn. I. 760. Et vero tunc ita loquebatur Beroë, non ætate, sed vere : ipso quippe ludorum die, ut statuimus supra, 46.

630 *Sidera emensæ*] Per navigationem, quo astrorum aspectu regitur,

630 *Fugientem*] Quia, quo propius ad eam accedebant, eo videbantur ab ea longius vi tempestatum repelli. De Eryce, Æneæ fratre, 24. De Acesta, 36. De Penatibus, Æn. II. 717. De Hectore, Æn. I. 103. De Xantho, Troadis fluvio, Æn. I. 477. De Simœnte, Troadis item fluvio, Æn. I. 104. De Cassandra vate, Priami filia, Æn. II. 246.

Quid prohibet muros jacere, et dare civibus urbem?  
 O patria, et rapti nequicquam ex hoste Penates,  
 Nullane jam Trojæ dicentur mœnia? nusquam  
 Hectoreos amnes, Xanthum et Simoënta, videbo?  
 Quin agite, et mecum infaustas exurite puppes. 635  
 Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago  
 Ardentes dare visa faces. Hic quærite Trojam;  
 Hic domus est, inquit, vobis. Jam tempus, agi res;  
 Nec tantis mora prodigiis. En quatuor aræ  
 Neptuno. Deus ipse faces animumque ministrat. 640

*Æneæ, et hospes Acentes: quis votat Æneam fundare muros, et dare urbem civibus? O patria, et Penates frustra crepti ab hostibus! an deinceps nulli vocabuntur mari Trojæ? nullibi aspiciam fluvios Hectoreos, Xanthum et Simoënta? Immo agite, et mecum incendite funestas naves. Nam umbra Cassandræ vatis visa est per somnum præbere mihi faces accensas; atque, Hic quærite Trojam, hic est vobis domus: jam tempus urget rem. Nec mora est adhibenda tantis præagiis: ecce quatuor altaria posita Neptuno; ille ipse Deus suppeditat nobis animos et faces. Hæc dicent,*

—631. Quis passim in libris. Sed quid e melioribus præferunt Pier. Heins. Adde Romanum. At Medic. Qui et muro; et a m. sec. Quis et muros. In Goth. tert. versus imperfectus erat relictus Quis prohibet muros?—632. et abest a nonnullis. Duo Heins. O patrii. Apparet adeo ab initio O excidisse, mox diversimode suppletum; et verum esse: O patria o rapti. Hoc etiam Macrob. vi Sat. 6 laudat.—633. ducentur alter Hamb., quod placet Barmanno. Scilicet si ea communis librorum lectio fuisset, unusque contra dicentur exhibuisset, prætulisset ille vicissim hoc. dicentur est exquisite dictum pro erit, ut Homericum: σὴν τε κεκλῆσθαι ἄκοιτιν. nunquam Rom.—634. H. manes Rom. et Sprot. a m. sec. et abest a Montalb.—635. infaustas et mecum tert. Rottend.—636. per somnum Cass. Goth. tert. et Lutatus ad Stat. iv Theb. 133. noctis imago Montalb.—638. nobis tres Burm. nunc ante Heins. cum uno Pier. agit res Rom. cum aliis Pier. et Statii Schol. agit rem, prave. tempus agi, est agendæ rei. Alii distinguunt: Hic domus est, inquit; vobis jam t. Dorvill. inquit, ubi tempus agi res.—640. ipse sacer Parrhas. flammamque ministrat Ven. a m. sec. et Rom. animamque m., male. animum est consi-

## NOTÆ

638 Agi res] Id est, tempus agendi rem. Agit res Romanus, ac Medicus codex, alique vetusti, apud Pieriam; id est, ipsum tempus, ipsa occasio, rem urget et porro impellit: nam ecce faces, &c.

639 Quatuor aræ Neptuno] A quo constitutæ? Non ab Æneæ, qui ad tumulum, et in patris honorem sacra fecerat: tumulus autem et sacrificii locus procul aberant ab ea littoris

parte; nec procul a circo; ut patet ex boum sanguine, quo lapsus est Nisus, 333. Ergo, vel a Cloantho: qui, hoc ipso in littore Siculo, immolandum pro navali victoria taurum Dīs pelagi voverat 235. vel ab ipsis Trojanis: qui, dum Æneæ Anchisæ sacra faceret, mactabant ipsi juvenecos, pro sua quisque copia; sive ut Anchisæ, sive ut alios etiam Deos colerent, neque enim id a poëta definitur, 109.

Hæc memorans, prima infensum vi corripit ignem,  
 Sublataque procul dextra connixa coruscat,  
 Et jacit. Arrectæ mentes, stupefactaque corda  
 Iliadum. Hic una e multis, quæ maxima natu,  
 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix : 645  
 Non Beroë vobis, non hæc Rhœteia, matres,  
 Est Dorycli conjux. Divini signa decoris,  
 Ardentesque notate oculos; qui spiritus illi,  
 Qui vultus, vocisve sonus, vel gressus eunti.  
 Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui 650  
 Ægram, indignantem, tali quod sola careret  
 Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.

*prima per vim rapit funestum ignem: et erecta dextera nitens procul librat, et conjacit. Arrecti sunt animi et attonita corda Trojanarum. Hic una e multis, quæ erat anis protectissima, nomine Pyrgo, regia nutrix tot filiorum Priami: Non hæc vobis est Beroë, o matres; non uxor Rhœteia Dorycli: animadvertite indicia divine pulchritudinis et oculos micantes, quis sit illi vigor, quæ facies, aut sonus vocis, aut gressus ambulanti. Egomet ipsa, jamdiu digressa a Beroë, reliqui Beroën egrotantem, et dolentem quod sola immunis esset talis officii, nec exhiberet Anchisæ*

lum, inventum hoc. At Pierius de audacia accipit; nec id male.—641. *subito inf.* Dorvill. *infestum* Medic. Pierii cum aliquot Burm. *incensum* Wall. et Witt.—642. *subnixa* pr. Hamb. *connexa* alter a m. sec. *connixa* Goth. sec.—643. *abrectæ, arreptæ* duo Burm.—645. *Pyrgo, Phirgo* scribitur. *Pyryb* erat. *nat. maxima nutrix* Goth. tert.—646. *nobis* sex apud Burm. *nobis* Rk. duo ibidem. *Rhœteia mater* duo alii, vitiose.—648. 649. *Splendentesque* a. Goth. sec. *quis et quis* vel *qui et hic* multi codd. et edd., ut passim alibi. v. Burm. *vocisque etiam multi* cum Medic., item *et gressus* aliquot (v. Pier.) Copulativæ sane particulæ, non disjunctivæ, requiruntur. Nondum tamen exploratum satis, an ipsi poetæ usum variaverint. *ut g.* Goth. pr., et major pars *cantis*.—650. *degressa* tres ap. Burm.—651. *quo* aliquot Pier. *quæ* alii, non ineleganter.—652. *ferret* Exc. Burm., sed *inferre* vocab. proprium.—

## NOTE

641 *Ignem....coruscant*] Nestrum id vulgo verbum est; apud Virgilium sæpe activum. Æn. x. 651. 'stric- tanque coruscat Mucronem.' Æn. x. 431. 'hastamque coruscant.'

645 *Pyrgo*] Fictum nomen a poeta. De Priami quinquaginta filiis, ac duodecim filabus, Æn. ii. 503.

646 *Rhœteia*] E *Rhæteo*, Troadis premonitorio, non procul ab urbe Troja.

647 *Divini signa decoris*] Quatuor

ea signa commemorat. I. *Fulgorem vultus et oculorum.* II. *Spiritum*, id est, halitum odoratum. III. *Incensum*, aut grandem, aut fluentem. IV. *Sonum vocis*, sane altiore firmioreque. De tribus primis diximus, Æn. i. 406. 407. 409. De quarto dixit Æneas ad Venerem ibidem, 332. ubi: 'nec vox hominem sonat.'

651 *Indignantem, quod, &c.*] Ægre ferentem, quod per valetudinem sibi non liceret interesse sacris.



Hæc effata.

At matres primo, ancipites, oculisque malignis  
 Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem 653  
 Præsentis terræ, fatisque vocantia regna :  
 Cum Dea se paribus per cœlum sustulit alis,  
 Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 Tum vero attonitæ monstribus, actæque furore,  
 Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem ; 660  
 Pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque  
 Conjiciunt. Furit immissis Vulcanus habenis  
 Transtra per et remos et pictas abiecte puppes.

*digna sacrificia. Hæc locuta est. Sed matres primo cœperunt aspicere naves oculis malevolis, incertæ et dubiæ inter miserum amorem præsentis regionis et regna instantia per fatum. Cum Dea Iris extulit se per aërem alis equatis, et in diocesem signavit magnum arcum inter nubes. Tunc autem stupefactæ prodigiis, et impulsæ furore, vociferantur, et rapiunt ignem ex aris intimis : pars nudant aras, injiciuntque frondes et ramos et faces : ignis sævit laxatis habenis, per scamna, et remos, et*

653. *Est effata* Pngt. *Hæc est fata* Dorvill., ut codd. ap. Pier. Totum hemistichium exciderat Goth. tert. Potest sane his verbis bene carere contextum.—654. *primum* Goth. sec. *malignæ* Rom.—655. *Ambiguæ* Wall. *Ambigua* Witt.—656. *terras* Rom. cum aliis Pier. *factique* alter Hamb. *vacantia* Zulich. a m. sec.—657. *Tum* Leid. et ed. Ven. cum Medic. Pierii et Erf.—659. *monstrisque* Parrhas.—660. *locis* alter Hamb. *socios* aberrat Goth. pr.—661. *frondesque* Hamb. pr.—662. *invisis* sec. Moret.—663. *pictas* abiecte

#### NOTE

660 *Rapiuntque focis penetralibus ignem, &c.*] Dionysius Halicarn. postquam de Ægesto sive Acesta, et Helymo, jam in Sicilia consistentibus, locutus est : Ita de hoc navium incendio disserit, l. 1. 'Επρυχὸν δὲ ἐλρημέους Ἀβελας ἀνδράδων, &c. 'In hos autem viros postquam incidit Æneas, complectitur eos comiter, et condit in eorum gratiam urbes Ægestam et Eryceam, et exercitus sui partem in iis relinquit : quantum ego conjicio, sua sponte, ut labore et marinis jactationibus fessi loco tuto quiescerent ; ut vero aliqui scribant, detrimentum classis illic passus ab incendio, quod aliquot fœminæ tædio navigationis excitaverant ; et necessitate coactus turbam relinquere, quam post absuntias naves reliquæ capere non

poterant.' Plutarchus in Romulo, refert ex aliquorum sententia incensam a mulieribus naves Trojanorum fuisse in ipsis Tybridis faucibus, *Roma* cujusdam Trojanæ suasu, a qua deinde *Roma* nomen habuerit. Strabo l. vi. id Crotone accidisse narrat, et sic deinde rem definit : Καὶ τὸ τῶν Τρωιδῶν δὲ τόλμῃ περιφέρεται πολλὰχρὸς, &c. 'Et Trojanarum quidem facinus multis ascribitur locis, videturque incredibile, cum tamen fieri potuerit.'

661 *Spoliant aras*] Frondibus, verbenis, tærniis, quibus ornatæ erant et aræ et statuæ. *Æn.* iv. 457.

662 *Vulcanus Aadenis*] De *Vulcano*, pro igne, *Gr.* i. 295. *Habenis*] Translatio ab aurigis, qui habenas ad incitatissimum cursum laxiores equis permittunt. De *transstris*, supra, 119.

Nuntius Anchisæ ad tumulum cuneosque theatri  
 Incensas perfert naves Eumelus; et ipsi 665  
 Respiciunt atram in nimbo volitare favillam.  
 Primus et Ascanius, cursus ut lætus equestres  
 Ducebat, sic acer equo turbata petivit  
 Castra; nec exanimis possunt retinere magistri.  
 Quis furor iste novus? quo nunc, quo tenditis, inquit, 670  
 Heu miseræ cives? non hostem, inimicaque castra  
 Argivum; vestras spes uritis. En, ego vester  
 Ascanius: galeam ante pedes projecit inanem,  
 Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.  
 Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrum. 675  
 Et illæ diversa metu per littora passim  
 Defugiunt; sylvasque, et sicubi concava furtim  
 Sæva, petunt. Piget incepti, lucisque; suosque

*pappes pictas ex abiete structas. Eumelus nuntius deferat ad sepulcrum Anchisæ et  
 odes theatri naves esse combustas: et ipsi spectatores vident nigrantes favillas  
 volare in fumo. Et primus Ascanius, quemadmodum lætus regebat decursionem  
 equestrem, eo modo cuncurrit ad castra tumultuantia, festinus in equo: et magistri  
 stupefacti non possunt eum retinere; atque: Quis est iste novus furor? o miseræ  
 cives! quo jam, quo tenditis? non incenditis hostes, et hostilia castra Græcorum;  
 sed spes vestras. Ecce ego sum vester Ascanius. Abiecit ad pedes vacuum cassi-  
 dam, qua opertus in ludo eliderat imaginem pugna. Accurrit simul Æneas, simul  
 multitudo Trojanorum. Sed illæ præ timore fugiunt quacumque in remota littora,  
 et clam quærunt sylvas, ac rupes cavernosas, si alicubi sunt: pœnitet eas facinoris*

*pappes varie tentabat Jo. Schrader. factas. textas. et aggere.—664. cumulum  
 alter Hamb.—666. Perspiciunt Goth. alt. in nubem Bigot. a m. sec., ex inter-  
 pretatione. Forte in elegantius absit; sed in talibus nihil novandum: quan-  
 doquidem vix certam aliquam rationem tenes.—669. exanimis Medic. a m.  
 pr. mutatum rubro in—es.—671. O m. Ven. Huc m. Goth. pr. miseri Wall.  
 —672. spes vestras Rottend. sec. at v. spes Goth. sec.—674. inductus duo  
 Burm. cum Goth. tert. gerebat Witt. ciebant Macrob. vi, 1.—675. Accele-  
 rant Montalb. et a m. pr. Gud. Accidit s. Franc. pro Accedit. Mox agmine  
 Medic. a m. pr.—677. Defugiunt Sprot. sicubi concava surgunt Witt., non  
 infelici errore.—678. pudet Sprot., ex interpretamento.—679. Multatæ Rom.*

NOTE

De abiete, sapin, Ge. II. 68. De cuneis  
 theatri, supra, 288.

665 Eumelus] Effæctus aliquis se-  
 nex, qui apud naves cum mulieribus  
 steterat.

669 Magistri] Vel alii duces duo,  
 Priamus et Atys, qui sic appellantur,  
 v. 562. Vel custos Ascanii Epytides,

aliorumque juvenum custodes. De  
 Argivis et Argis urbe Peloponnesi,  
 Æn. I. 288.

673 Galeam... inanem] Jam vacuum  
 quippe extractam e capite. Alii ex-  
 plicant spoliatam corona, quæ prius  
 superposita galeæ, jam impetu deci-  
 derat. De Teucris, Æn. I. 239.

Mutatæ agnoscunt, excussaue pectore Juno est.  
 Sed non idcirco flammæ atque incendia vires  
 Indomitas posuere: udo sub robore vivit  
 Stuppa vomens tardum fumum, lentusque carinas  
 Est vapor, et toto descendit corpore pestis;  
 Nec vires heroum infusaue flumina prosunt.  
 Tum pius Æneas humeris abscindere vestem,  
 Auxilioque vocare Deos, et tendere palmas:

680

685

*et vita: et revocata a furore agnoscunt suos cives: et Juno excipula est ex animo. Tamen flammæ et incendia non amiserunt propterea vim suam: stuppa emittens pigrum fumum alitur sub ligno humido, et spissus ignis absumit trabes, et pernicies funditur per totam molem: et labor virorum injectaque undæ non proficiunt. Tunc pius Æneas cœpit lacerare vestem ab humeris, et invocare Deos in auxilium, et ex-*

*Agnoscunt mutata* Sprot. est abest a tribus Burm. et Goth. tert.—680. *flam-*  
*mam* a m. pr. Medic. et Gud. *impendia* Rom.—681. *udo sub pectore* aliquot  
 Pier. et sic pr. Hamb. *sub cortice* Parrhas. *duro sub robore* vulgg. ap.  
 Macrob. vi, 6, sed et ibi Thuan. vet. *udo*.—682. *Stuppa* Medic. aliique vetus-  
 tiores scribunt; et est *στυπτή*. *vomens* Hugen. *lentusque* c. duo Burm. male.  
*lentusque carinis* Hamb. pr.—685. *Tum pater* Sprot. *humerisque* pr. Hamb.  
*excindere* Medic. *abscindere* Menag. pr. Voss. pr. et Franc. (adde Romanum),  
 ex perpetua variatione. conf. Heins. h. l. et v. sup. iv, 435. 690. Ge. ii, 28.

## NOTÆ

681 *Udo sub robore*] Duro quovia ligno; aliquando certa specie arboris, e querceo genere. Ge. i. 162.

682 *Stuppa*] Linum vile, cortici proxime adhærens, obturandis ac stipandis rimis ac foraminibus comparatum. Græce *στυπτή*, a *στυπν* astrin-  
 go.

*Tardum fumum, lentusque, &c.*] Quia uda et vicina undis materia non facile in flammam emicabat.

683 *Vapor*] Proprie est, halitus ac flatus, qui fumi instar expiratur: hic pro igne sumitur, juxta Laetretium l. ii. 149. 'At vapor is quem Sol mittit, lumenque serenum.' *Carinae*, trabes sunt imæ in navibus.

*Corpore pestis*] *Corpus*, hic pro navium mole: *pestis*, pro igne usurpatur, et sæpe pro noxia quacunque re; ut apud Livium l. XLiv. pro cæde: 'in aliam fœdiorum pestem incidebant: elephantes enim ab rectoribus

in littus acti exeuntes obterebant.' Plinius l. ii. 48. pro tempestate: 'Præcipua navigantium pestis,' &c.

685 *Abscindere vestem, &c.*] Maximum hoc signum doloris fuit: usitatissimum apud Hebræos, ut patet ex sacris literis. Sed et apud Egyptios, ex Herodoto l. ii. quos mortuos prosecutæ mulieres vagæ per urbem percutiebant se nudatis mamillis. Apud Trojanos, ex Seneca in Troad. v. 101. ubi Hecuba: 'Cadat ex humeris vestis apertis; jam nuda vocant pectora dextras.' Apud Græcos, ex Herodoto l. viii. re male gesta a Mardonio. Apud Romanos, ex Suetonio in Nerone. c. 42. qui 'postquam Galbam et Hispanias descivisse cognovit . . . . veste discissa, capite converberato, actum de se pronuntiavit.' Causa autem hujus moris hæc erat, ut pectus pateret ad plactum, cuius etiam frequens apud veteres usus.

Jupiter omnipotens, si nondum exosus ad unum  
Trojanos, si quid pietas antiqua labores  
Respicit humanos, da flammam evadere classi  
Nunc, Pater, et tenues Teucrum res eripe leto. 690  
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,  
Si mereor, demitte, tuaque hic obrue dextra.  
Vix hæc ediderat, cum effusis imbris atra  
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt  
Ardua terrarum et campi; ruit æthere toto 695  
Turbidus imber aqua densisque nigerrimus Austris;  
Implenturque super puppes; semiusta madescunt  
Robora: restinctus donec vapor omnis, et omnes,  
Quatuor amissis, servatæ a peste carinæ.

*tollere palmas manuum: Jupiter omnipotens, ait, si nondum odisti Trojanos omnes ad unum, si vetus misericordia tua spectat casus humanos: concede nunc classi evitare incrudium, o pater, et serua ab exitio res angustas Trojanorum: vel, si mereor, tu trade me morti inimico fulmine, et hic opprime me tua manu, quod solum restat. Vix dixerat ea: cum immissis pluviis tempestas furit præter consuetudinem, et alta loca terrarum et campi qualiuntur fulmine: imber sonans aquis et densatus a nigris Austris cadit ex toto aëre: et naues desuper implentur, ligna semiusta humescunt: donec ignis totus extinctus est; et ceteræ naues receptæ sunt ab igne, quatuor tan-*

—689. *classes* Zulich. et codd. aliquot Pier. *classis* alii duo Burm. cum Goth. tert. *classem* Wall. a m. sec. vid. ad lib. vi, 67, et hæc recte: sed et vulgatum bene.—690. *Jam p.* Parrhas. *Teucrum tenues* Wall. *tenuis nunc res Teucrum* Ven.—692. *Si merui* Rottend. sec. *dimitte* multi, vitiose. *tuaque* h. v. d. dederat hemistichium sec. Hamb. a m. pr. *tua meque obrue dextra* ratisl. ne subjectum me dedit; numeris tamen paulo impeditis.—693. *e. nubibus* Goth. sec.—694. *tremescunt* fere omnes codd., ut alibi. v. ad iii, 648. *frmescent* Hagen.—696. *Mediceus* (a m. pr.) cum aliis, etiam binis Goth. et Erf., distinguunt et legunt: *Ardua terrarum, et campis* (Hugen. et campo) *ruit*. Male et jejune. Saltem, si sic distinguas, legendum: *et campis ruit æquore toto Turbidus imber*. In Goth. alt. *aëre*.—696. *T. imber aquis* Hamb. alter. *aquam* Reg., ita erit: *ruit aquam*, ut *ruit* active capiatur. cf. inf. ad viii, 63, et hoc Maevic. exhibuit, observante Burm., qui codd. auctoritati obtemperare maluit, qui *aqua* magno consensu habent. Ita quoque *aqua* et *Austris* numerum suaviorem efficiunt, quam si *aquam* vel *aquis* esset. In Witt. distinctum erat: *terrarum, et campis ruit—imber, aqua densisque* n. A.—697. *Impleturque* Wall. *Implevitque* duo Burm. *semiusta* Heins. et hic prætulit; et sic Medic. aliique.

# NOTE

695 *Ardua terrarum*] Montes, spatia terrarum altissima. Vulgaris est ea locutio atque elegans: ut Æn. ii. 332. '*angusta viarum*.' lb. 725. 'opaca locorum.' De *Austris*, ventis meridionalibus, Ecl. ii. 58. De *robore*, supra 681.

At pater Æneas, casu concussus acerbo, 700  
 Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas  
 Mutabat versans: Siculisme resideret arvis,  
 Oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.  
 Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas  
 Quem docuit, multaue insignem reddidit arte, 705  
 Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira  
 Magna Deum, vel quæ fatorum posceret ordo.  
 Isque his Æneam solatus vocibus infit:  
 Nate Dea, quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.  
 Quicquid erit; superanda omnis fortuna ferendo est. 710  
 Est tibi Dardanius divinæ stirpis Acestes:  
 Hunc cape consiliis socium, et conjunge volentem;

tum absumtis. Sed pater Æneas, percussus hac tristi calamitate, agitabat animo magnas curas, nunc huc, nunc illuc: deliberans, an remaneret in agris Siculis immemor fatorum, an peteret regiones Italas. Tunc senex Nautes, quem Tritonia Pallas unice instituit, et effecit clarum multis caticiniis; edebat hæc responsa, dicebatque, vel quid magna ira Deorum minaretur, vel quid exigeret series fatorum. Atque ille solatus Æneam loquitur his verbis: Fili Veneris, eamus quo fata vocant et revocant. Quicquid accidet, omnis fortuna vincenda est tolerando. Est tibi Trojanus Acestes e divina origine: accipe illum et volentem adhibe socium ad consilia.

vid. sup. ad III, 578.—700. Et Medic. et Reg.—702. Mutabat duo Burm. hic ut alibi. v. III, 581. jactans tert. Rottend. dubius codex Pierian. propius ad vulgarem rationem. versas Goth. tert. Siculis resideret in arvis ed. Ven. Ceterum distinctionem inter Mutabat, versans sustuli, ne ad orationem pedestrem res rediret. Mutabat versans est pleniore ore pro versabat.—703. Italasne Reg. Italasve Sprot. Sed Italasne pro an I. studiose dixit; ut I, 312 hominem feracem. capesseret aliquot ap. Burm. posceret Ven.—704. Cum aliquot et hic ap. Heins. Nautes Gud. vates Goth. tert.—706. Hæc r. dabat. Salebrosa oratio, sequente inprimis Isque his A. Malim: Hic (Nantes) responsa dabat, dare solebat, super iis, quæ vel—vel. Isque—ut jungatur: Tum senior Nautes infit: sed interjecta alia ratione, Isque, Is inquam, subjectum est. Ita facile careas interpretum argutiis. Et est hic in qu. Moret. Emendationem nostram in contextum recepit Brunck. portenderet Sprot. prætenderet alter Hamb. portenderat Erf.—708. Atque his video in vulgg. Hisque is Bigot. Jamque his pr. Hamb. Hisque Æneam Wall. inquit duo Burm. Totus versus deerrat Hugen. a m. pr.—710. ferenda est Wall. est deest duobus Burm. et binis Goth. Sed talia notare infinita res est.—711. Est mihi Goth. tert.—712. consilii socium pars codd. Pier. et Burmann. Doctius tamen dictum

## NOTÆ

704 Nautes, unum Tritonia, &c.] Nautes, caput Naucie familie Romanæ, cæjus in custodia Palladium Romæ per successionem fuit: ut habet Dionysius Halicarn. l. vi. Et causam dixi-

mus, Æn. II. 166. De Pallade, Æn. I. 48. et II. 31. De Tritonia, ejus cognomine, Æn. II. 171. De ordine fatorum, Æn. I. 243. De Acesta rege, Dardaniæ stirpis, supra, 36.

Haic trade, amissis superant qui navibus, et quos  
Pertæsum magni incepti rerumque tuarum est;  
Longævusque senes, ac fessas æquore matres,  
Et quicquid tecum invalidum metuensque pericli est,  
Delige; et his habeant terris, sine, moenia fessi:  
Urbem appellabunt permissio nomine Acestam.

715

Talibus incensus dictis senioris amici.

Tum vero in curas animum diducitur omnes:

720

Et Nox atra polum bigis subvecta tenebat.

Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis

*Da illi eos, qui superflui sunt amissis navibus, et quos tædet magni consilii et rerum tuarum; et elige senes grandævos, et matres lassas navigatione, et quodcumque tecum est infirmum et timens pericula: et permitte ut illi fatigati habeant urbem in hac regione. Vocabunt urbem illam Acestam, concessa ab Acesta nomine. Æneas commotus est talibus verbis amici senis: deinde vero distractus est animo in omnes curas. Et nox nigra occupabat cælum invecta duobus equis: deinde species Anchisæ*

*acutus consiliis videtur. consiliis comitem Ondart.—714. est abest a multis, v. Burm.—716. est abest et hic a tribus.—717. Dilige scribitur in multis etiam hic. Delege Wall. et deest Ven. et his t. habeant sec. Rottend. fessis pr. Hamb.—718. adpellabant Gud. a m. pr. cum binis Goth. promisso nomine Rom. cum plerisque Pier., sed paucis ex Heinsianis. præmisso tert. Rottend. Sed permissio Medic. cum ceteris, quatenus permissum Acestæ, de suo nomine appellare novam urbem; etsi a Trojanis, qui cum Ænea venerant, habitatam, adeoque ab Ænea conditam; qui invidendus olim in coloniis deducendis habebatur honos. Mox Acesten nonnulli vel ut Rom. Acestem, minus bene. Acesta, unde Segesta facta, ut sup. v. 52 Mycena occurrebat.—719. accensus aliquot Pier. et duo Heins. incensus Menag. senioris Aceste Parrhas. Nul- lus codex subjicit in fine est. Parum vero expolita junctura amborum ver- sum, qui se excipiunt.—720. animum d. græca ratione post Ge. Fabricium restituit Heins. ex suorum codd. parte, et Probo Grammat. Vulgo animus. Rom. Medic. cum vetustioribus aliis it. Erf. animo. Porro idem Rom. cum plerisque Pier. Heins. et Burm. deducitur, quod hic ferri possit; sed alterum τὸ δαδὸν μέρητις melius representat. animum d. omnem Hamburg. alter pro var. lect., quod Heinsio arridet, non mihi.—721. advecta alter Hamb. a m. pr. Male. cf. Burm.—722. facies cælo duo Burmann. et Rom. cum nno*

# NOTE

718 Acestam] De hac urbe, infra 755.

721 Bigis] Ut Soli quadrigæ, sic Nocti et Lunnæ bigæ a poetis trabendo curru assignantur: et quidem ab Ovidio equi, ab Ausonio juvencæ, ab aliis muli; quia sicut muli non suo, sed equi genere procreantur; ita Luna, non suo, sed Solis lucet lumine. Tibullus tamen l. III. 4. 17. attribuit

Nocti quadrigas. Color autem illis niger vulgo datur; a Claudiano cæru- lous, qui sæpe sumitur pro nigro; ab Ovidio niveus, quia illic de Luna agitur.

722 Cælo facies delapsa parentis, &c.] E cælo labitur, quo ejus Menes Ache- ronte remissas, et inter Divos admissas. putari vidimus, 99. Tamen mox conveniri vult apud Inferos, 733.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 D

Anchisæ subito tales effundere voces :

Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,

Care magis ; nate, Iliacis exercite fati ;

725

Imperio Jovis huc venio : qui classibus ignem

Depulit, et cœlo tandem miseratus ab alto est.

Consiliis pare, quæ nunc pulcherrima Nates

Dat senior : lectos juvenes, fortissima corda,

Defer in Italiam. Gens dura atque aspera cultu

730

Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante

Infernas accede domos, et Aversa per alta

Congressus pete, nate, meos. Non me impia namque

Tartara habent, tristes umbræ ; sed amœna piorum

*patris delapso e cœlo visa est ipsi repente proferre talia verba: O filii, mihi magis care quam vita, quando vita inerat mihi ; filii, agitate casibus Trojanis : venio huc jussu Jovis, qui avertit incendium a navibus tuis, ac denique misertus est tui ex alto cœlo. Obtempera consiliis, quæ senex Nates præbet tibi prudentissima ; transporta in Italiam electos juvenes, generosissimos animos : gens fortis et aspera moribus vincenda est tibi in Latio. Tamen prius veni ad domos inferas, et per Avernum profundum quære mea colloquia, o filii. Non enim sceleratus Tartarus et mœsta*

~~~~~

Goth. et Erf.—723. *A. et subito Parrhas. voces e. tales aliquot Pier.*—724. *quondam vita alter Goth. vitæ Rom.*—726. *hic Mentel. pr. veni pr. Rottend.*—727. *tandem cœlo aliquot Pier. et pr. Hamb.*—728. *nunc quæ et mox p. Nates alter Hamb. cates Montalb., quod ferri possit ; sed idem librarii lapsus supra notatus v. 704.*—729. *lectos j. Gud. a m. pr. cum binis aliis, perpetuo lapsu. Dat s. lectis juvenum Wall.*—730. *Difer Franc. horrida cultu Parrhas.*—731. *est abest a Ven. et Goth. sec. Dictis Dorvill. tamen antes Ditis alter Hamb.*—732. *accende Medic. a m. pr.*—733. *Amplexus plerique Pier. et duo Heins. Complexus un. Goth. sex Heins. unus Burm. Duo alii Complexus.*—734. *tristes umbræ bene Heins. cum antiquissimis Pier. et suis. In Medic. a m. sec. v. insertum ; et sic plures : tristesse. Ita umbræ de locorum inferorum altera parte cum Spencio accipienda esset. Vulgg. tristes-*

NOTE

Scilicet putabant veteres quatuor inesse homini, de quibus *Æn.* iv. 385. præcipue *Animam* ; et *Simulacrum*, sive *Idolum*, sive *Manes* : *Animam*, heroum præsertim in cælum abire ; *Simulacrum* eorundem manere apud Inferos. Sic apud Homerum *Odyss.* xi. 600. Ulysses, in illa sua mortuorum ex Inferis evocatione, ait : Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἑρακλεῖην, εἰδωλὸν αἰὲς δὲ, &c. 'Post hunc vero vidi vim Herculeam, idolum : ipse vero

apud immortales Deos oblectatur in conviviiis.' De *Ilio*, *Æn.* i. 5. De *fatis*, *Æn.* i. 243. De *Italia*, *Æn.* i. 534. De *Latio*, *Æn.* i. 10. De *Dite*, Plutone, *Ge.* iv. 467. De *Acernis*, pro *Inferis*, *Æn.* vi. 237. De *Tartaro*, infimo Inferorum loco, *Ge.* i. 36. De *Elysio*, beatorum apud Inferos sede, *Æn.* vi. 638. De *Sibylla*, *Æn.* vi. 10. De *sacrificio Sibyllæ*, *Æn.* vi. 243. De *generé Æneæ*, seu posteria, *Æn.* vi. 756.

Concilia Elysiumque colo. Huc casta Sibylla 735
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuum, et, quæ dentur moenia, disces.
Jamque vale. Torquet medios Nox humida cursus;
Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.
Dixerat: et tenues fugit, ceu fumus, in auras. 740
Æneas, Quo deinde ruis? quo proripis? inquit,
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorans cinerem et sopitos suscitât ignes;

umbra tenent me, sed habito Elysium, et lætos cætus bonorum. Casta Sibylla huc ducet te multo sanguine nigrarum victimarum. Tunc disces omnes posteros tuos, et urbes quæ concedentur. Nunc autem vale: nox humida peragit medium cursum, et Sol oriens crudelis me attingit equis anhelantibus. Sic locutus erat, et evanuit rebus fumus in levem aërem. Æneas deinde ait: Quo curris? quo te subtrahis? quem fugis, aut quis te cohibet ab amplexu nostro? Hæc dicens, succendit ignem

que. sed am. colorum pr. Hamb. a m. sec., an locorum voluit?—736. Nigrarum ed. Junt. pecudum cum Ven.—737. Tu g. Goth. tert.—738. curris Serv. ad Æn. i, 108.—740. tenuis dubitat Burm., utrum ad fumus an ad auras referendum sit. Melius, auras tenues accipere, tanquam magis poeticum. Sic Ge. iv, 499, ubi res liquida.—741. Ordo est, ait Serv.: Æneas deinde, quo ruis? cf. i, 199. iii, 609. iv, 561.—742. Quo Parrhas. Quid multi Pier. et Burm. te a nostris duo Burm. et ed. Ven. aut quisnam mihi te c. Parrhas. c. aufert Bigot.—743. cineres tres Burm. excitat Ven.—745. supplex plena

NOTÆ

738 *Torquet medios, &c.*] Tria sunt hic notanda. i. Æstas, sive solstitium immuens, hic significatur: cum scilicet nox est brevissima, primumque diluculum mediæ nocti fere conjunctum: ait enim *medios torquet nox cursus*; et *oriens me equis afflavit*, id est *Sol oriens*. Quæ ratio temporis cum iis quæ diximus 46. apprime convenit. Et vero confectis ludis, verisimile est Æneam consilii ambiguum dies non paucos in deliberando posuisse: cum hoc ipsi insomnium contigit. ii. Umbra noctu tantum solet apparere, diemque fugiunt. Propert. l. iv. 7. 89.

‘Nocte vagæ ferimur, nox clausas liberat umbras:

Errat et objecta Cerberus ipse sera.

Luce jubent leges Lethæa ad stagna reverti:

Nos vehimur, vectum nauta recenset onus.’

Alii hoc tribuunt *Umbra*, quæ circa tumulos manebant; cum *Manes* sive *Idola* apud Inferos clausa essent. Licet autem hæc Anchisæ species e cælo, non ex Inferis, apparere hic dicatur: eandem tamen ipsi tribuit lucis ac diei formidinem. iii. Somnia tantum ea putantur vera, quæ ad extremam noctem obveniunt: falsa, quæ sub primam noctem. Causam affert Plinius l. x. 75. ‘A vino et a cibis proxima, atque in redormitione, vana esse visa prope convenit.’ Quare verum hoc insomnium Æneas existimavit.

Pergameumque Larem, et canæ penetralia Vestæ,
Farre pio et plena supplex veneratur acerra.

745

Extemplo socios primumque arcessit Acesten,
Et Jovis imperium et cari præcepta parentis
Edocet, et quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consiliis, nec jussa recusat Acestes.

Transcribunt urbi matres, populumque volentem

750

Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra novant, flammisque ambesa reponunt
Robora navigiis; aptant remosque rudentesque;
Exigui numero, sed bello vivida virtus.

*in cinere sepultum: colitque supplex pio frumento et thuribulo pleno Lares Tro-
janos et sacraria albæ Vestæ. Statim advocat socios, ac primo Acesten: declarat-
que mandatum Jovis, et jussa dilecti patris, et quod jam consilium hæreat menti.
Nulla est mora in hoc consilio: et Acestes non recusat mandata. Addicunt matres
urbi, et relinquunt plebem volentem, animos non cupidos magnæ gloriæ. Alii refi-
ciunt scamna, et reparant in navibus ligna semiusta flammis: accommodant remos
et funes: pauci quidem sunt numero, sed virtus ardens bello. Interim Æneas de-*

Wall.—746. *accessit* male edd. ante Heins. *accessit* ed. D. Heins. cum binis Goth.—747. *clari* Bigot.—748. *s. surgat* pr. Moret., ut IX, 191. I, 586., sed v. Heins. sup. ad v. 486, ubi poetam in his variandæ orationis studiosum fuisse docet. Alibi est: *quæ sit sententia menti. Sedet sententia* VII, 611. IX, 220. XI, 551.—749. *Nec m. cons. n. jura* Wall.—751. *nec magnæ* Dorvill. *agentes* Parrhas. probante Henmanno; atqui hoc vulgare satis esset. Neque laus h. l. virtus est; sed gloria ex magna virtute et rebus gestis. cf. Burm. *rd rûdos*.—752. *I. t. vocant* Goth. pr. *ambesa* multi Pier. *ambusta* Rottend. tert. ex gloss. *que abest* in Voss. alt. et Wall.—753. *Robora remigiis* Sprot. Distinctionem post *navigiis* probat Servius. Alii Codd. *haud dubie melius* cum Heinsio: *Robora: navigiis aptant r.* Nam *reponere* est *instaurare. que* in fine abest a binis et a duob. Goth.—754. *numeri* pr. Moret. a m. pr.—

NOTE

744 *Pergameumque Larem, &c.*] *Pe-
nates, Lares, Vestam*, id est inextinctum
ignem, secum in Italiam advex-
isse Æneam diximus, Æn. II. 293. ubi
de *Vesta*: et Æn. II. 717. De cultu
Larium diximus Æn. III. 177. Cole-
bantur autem injectis in ignem flori-
bus, vino, thure, libis, sive placentis
e purissimo frumento, quod *far* ap-
pellatur; mola item salsa, de qua
Æn. II. 133. Unde hic ait *farre pio*,
id est, placentia et libo; et *acerra*,
arcula thuris sive thuribulo. Super-

sunt hic tria notanda. I. Per *sopitos
ignes*, non intelligi ignes extinctos,
hoc enim nefas erat; sed lentius
emicantes. II. *Vestam* dici *cenam*.
Vel quasi antiquam, ut dicta est, Æn.
I. 296. *cana Fides*. Vel quia Vestales
deinde virgines albo amictu indutæ
sunt. III. Æneam, post Anchisæ dis-
cessum, sacra fecisse *Laribus*: quia
putabant veteres, nihil aliud *Lares*
esse, quam animas parentum, ut os-
tendimus, Æn. II. 717. De *transtris*,
supra 119. De *rudentibus*, infra

Interea Æneas urbem designat aratro,
Sortitusque domos, hoc Ilium, et hæc loca Trojam
Esse jubet. Gaudet regno Trojanus Acestes,
Indicitque forum, et patribus dat jura vocatis.

755

acribit spatium urbis aratro, et distribuit domos per sortem: imperat hoc spatium dici Ilium; et hæc loca, loca Trojæ. Acestes Trojanus latatur nova ditione. Assignat forum, et ponit leges senibus convocatis. Tunc templum propinquum sibi

756. Sortitur alii. hoc exciderat Dorvill. et Parrhas. hic Ilio et Franc. hoc Ilium, hæc, quod ferri possit, vel hoc Ilium, hæc alii, etiam ap. Pier. Trojam

NOTE

824. De voce *ambesa*, Æn. III. 267.

755 *Urbem, &c.*] De hac tria dicenda, nomen, situs, conditor. I. Vocatur a Stephano *Egesta*, a Dionysio Halicarnasseo *Egesta*, a Cicerone et Romanis vulgo *Segesta*, a Plinio cives ejus *Acestæ*, quod convenit cum Virgilio, qui *Acestem* vocat: nunc teste Fazello *Barbera*. Varietatem nominum induxit multiplex regis hujus appellatio, quem Virgilius *Acasten* vocat, supra 36. II. Situs ejus est in parte occidentali Siciliæ: sinum versus et emporium, cui nomen *Castel à mare*, et septentrionem respicit: urbs ipsa *Segesta*, non in littore, sed ab hoc emporio milliaria circiter quinque in terras recedit ad meridiem: ager calidis et sulfureis fontibus passim scatet. III. Hujus conditor dicitur a quibusdam apud Strab. I. VI. Philoctetes, qui ex agro Italiæ Crotoniensi Trojanum Ægestum eo consilio in Siciliam miserat. Apud Lycophronem et ejus interpretem Tzetzem, Ægestæ atque Helymo tribuitur, supra 73. Apud Virgilium, Pompeium Festum, Dionysium, Ciceronem, Æneæ assignatur. Ita Cicero Verrina IV. 72. 'Segesta est oppidum pervetus in Sicilia, quod ab Ænea, fugiente a Troja atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.' Dionysii Halicarn. ver-

ba jam retulimus, 660. De Romano more circumducendi aratri, ad circuitum urbis designandum, Æn. I. 452. in voce, *porta*.

756 *Hoc Ilium, et hæc loca Trojam*] *Ilii* mentionem in Sicilia nusquam reperi: quare hic, *Ilium* sumi puto pro *arce*, aut urbe ipsa Segestana, quæ ad similitudinem *Ilii* sive Trojæ condita sit: quemadmodum ex arce Trojana *Pergamo*, edita loca omnia deinde *Pergama* vocata esse diximus Æn. I. 470. *Loca Trojam*] *Scamandrum* sive *Xanthum*, et *Simoënta*, Troacis fluvios, de quibus Æn. I. 104. 477. quorum nomina duobus circa Segestam in Sicilia fluvii ab Ænea fuisse imposita testantur quidam apud Strabonem, I. XIII. Et *Scamandri* quidem mentio est apud Diodorum I. XX. quem Cluverius ait nunc appellari nomine *S. Bartholomæi*, vel *Freddo*. Addit idem *Simoënta* ad orientem ipsius nasci, et cum eo post paulo misceri: nec ejus vulgare nomen assignat.

758 *Indicitque forum, &c.*] *Forum*, locus erat, ubi jus diceretur. *Incidit*, tempus proprie notat, quo jus in foro dicendum esset. *Dat jura*, jus illud legesque aperit, ex quibus urbem recturi essent *patres*, id est seniores: et sic Romæ *senatores* deinde vocati sunt. Notandum autem civitatem tribus præcipue contineri, muris, le-

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ, tumuloque sacerdos
Ac lucus late sacer additur Anchiseo.
Jamque dies epulata novem gens omnis, et aris

760

ribus ponitur Veneri Cypriæ in cacumine Erycis montis: et sacerdos ac sylva late sacra attribuitur sepulcro Anchisæ. Et jam omnis populus epulatus fuerat per

Heins. ex melioribus, elegantius, quam vulgo alii: Trojæ.—769. Tum vindicavit Pier. vicino Wall. Erycina Menag. pr. in littore Comment. Cruqu. ad Horat. 1 Od. 2.—760. Fundantur Dorvill. Iliadæ Parrhas.—761. Ac ab Heinsio revocatum e codd., alii Et, tres At. Parrhas. late lucus s. Cum Brunckio revocavi Anchiseo: est Ἀγχισίων. Male in recentioribus etiam

NOTE

gibus, religione: quibus ex æquo ab Ænea provisum est.

769 *Erycino in vertice*] De situ Erycis, nunc S. Juliani, montis post Ætnam in Sicilia maximi, diximus Æn. III. 707. In hujus declivi, paulo infra verticem, urbs fuit ejusdem nominis. Hanc fundatam, et utrique nomen inditum volunt ab ipso Eryce, Diodorus l. IV. et Apollodorus l. II. A sepulcro Erycis ibidem constituto nomen petit Hyginus, c. 270. Ab Ænea cum Segesta urbe conditam esse censent Dionysius l. I. et Tzetzes in Lycophronem. De Eryce, supra 24.

Sedes Fundatur Veneri Idaliæ] In summo montis Erycis vertice planities fuit, ubi templum Veneris Erycinæ diu celebratum; et juxta Tacitum a Tiberio, juxta Suetonium a Claudio, deinde instauratum. Primus ejus conditor Æneas dicitur a Pomponio Mela, ab Hygino, a Dionysio, qui Venerem illam ipsam non Erycinam, sed Æneciam vocatam addit. Ab his ita dissentit Diodorus l. IV. ut non solum Erycem urbem, sed et Erycinæ Veneris ædem, ab Eryce fundatam putet; ab Ænea donis duntaxat ornatum. Æneæ tamen opus vulgo id habitum esse innuit Tacitus, Annal. l. IV. Idaliam vocat Venerem Virgilius, non quod hoc ibi nomine insig-

nita fuerit; sed quomodo Delium Apollinem appellat Thymbraeum, ut notavimus, Æn. III. 85. et Æn. IV. 346. Idaliū, sive Idalia, oppidum et nomen est insulæ Cypri, in Mediterranei Maris maxime orientali sinu, quæ tota Veneri dicata fuit.

760 *Sacerdos Ac lucus, &c.*] Quippe promiserat se, condita urbe, sacra in perpetuum Anchisæ patri fundaturum, 60. Itaque sacerdotem ei, et sacram sylvam dedicat. *Anchiseo*] Pro *Anchiseo*: ut Æn. IV. 552. *Cineri Sichæo*, pro cineri *Sichæo*. Testatur autem Hyginus c. 270. in Erycino monte sepultum Anchisen fuisse: quamvis in Italiam pervenisse Cato dicat; alii, antequam Æneas Siciliam attigisset, in itinere obiisse.

762 *Dies epulata novem, &c.*] Novendialia sacrificia repetita, de quibus 64. sacrificiis autem fere semper adjunctæ epulæ e sacris carnibus. Cujus autem in honorem peracta hæc sacra? An iterum patriæ, ut illa superiora? an Deorum novæ urbis? An Veneris Erycinæ? Hoc sane ipsum puto: incidi enim in locum Athenæi l. IX. quem hic ascribere non pigebit. τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἐρυκὶ καὶ πόλις τις ἔστω, ἣν καλοῦσιν ἀναγωγὰς, &c. 'In Eryce autem Siciliæ tempus quoddam est quod vocant ἀναγωγὰς, sive *profectionis dies*, quibus aiunt Venerem in Africam

Factus honos : placidi straverunt æquora venti,
Greber et aspirans rursus vocat Auster in altum.

Exoritur procurva ingens per littora fletus ; 765

Complexi inter se noctemque diemque morantur.

Ipsæ jam matres, ipsi, quibus aspera quondam

Visa maris facies, et non tolerabile nomen,

nomen dica, et facta fuerant sacrificia per aras : cum tranquillæ venti complanarent fluctus, et validus Auster aspirans invitavit iterum in mare. Surgit magnus luctus per littora sinuosa : cives stant complexi inter se nocteque diemque. Jam ipsæ matres ; ipsi, quibus conspectus maris videbatur olim horridus, et vis ejus into-

Heins. *Anchisæo scriptum.*—763. *tenuerunt* Vratisl.—766. *Complexique* Franc.—767. *Ipsæ j. m. ipsæ, q. quatuor* Burm., et sic ap. Nonium.—768. *nomen.* Adeo fluctuat criticorum opera in multis, ut, quod alter reposuit, alter rejiciat, rejectum alius reducat. Quo ipso apparet, nihil magis improbandum esse quam temerariam lectionis mutationem. Vulgo editum est *numen*. Heins. e Nonio et Medic. a m. pr. reposuerat *nomen*. Revocavit Bormann. *numen*, nulla tamen, quod expectabas, explicatione vel illustratione adjecta. Nec quicquam melius suppeditant membranæ. Nam quod in utroque Hamb. ascriptum pro var. lect. vel *lumen*, perperam factum. Romanus : *non tolerabile cælum* ; sic et Parrhas., quod per se bonum sensum habet, modo memineris cælum esse tempestatem, cujus, pnto, navigantium plurimum interest. Hoc quidem, si de meo aut sensu aut judicio quæritur, præferam ; habet enim auctoritatem idoneam ; est poetica oratione dignum ; notio cæli est accommodata navigationi ; *mare* et *cælum* junctum memorari solenne est ; qui mare horret, horret quoque cælum, atris nubibus obductum et ventis turbatum ; ejus aspectus adeo esse potest terribilis et *intolerabilis* ; ergo nunc, *quibus mare visum asperum et non tolerabile cælum* omni modo convenire videri potest. Videtur sane lectio : *numen*, aliquid reconditi habere ; sive tamen *numen maris* ad Neptunum ac Deos marinos trahi velis, sive *numen* ad fata, vaticiniis et auguriis monstrata, et ad fortunam, statum, conditionem per illa destinata, referas (uti v. c. III, 363 *cuncti suaserunt numine Divi* ; jam autem supra fata accusant, tanquam dura et crudelia) ; neutrum cum loci sententia comparatum satis idoneum esse, aut *numen non tolerabile* bene dici, comperies. *Numen, Saluova*, de fortuna dici, sententia eo ducente, nemo dabitet ; at enim *numen intolerabile* offendit per se ; tum non convenit cum reliquis : *quibus mare visum asperum et fortuna visa est intolerabilis*. Mare et

NOTÆ

abire. Tum nullæ apparent circa locam columbæ, tanquam abeuntem Deam comitatæ. Nono post die, quod tempus *καταδρυς*, sive *reversionis dies* appellat, columba ex mari una prævolante, et in templum se recipiente, sequuntur mox aliæ. Tum quotquot circum habitant divites convivæ agunt, ceteri læti plaudunt. Eadem ferme habet Ælianus Hist. Anim. I.

iv. 2. Quæ cum Æneæ protectione, ac epulis, dierumque numero, satis congruunt ; ut eo dicatur Virgilius respexisse : et Æneas matri suæ Veneri postrema hæc fecisse sacra, cui modo templum fundaverat.

764 *Auster*] Ventus meridionalis, navigantibus e Sicilia in Italiam commodus. Ecl. II. 58.

Ire volunt, omnemque fugæ perferre laboreta.
 Quos bonus *Æneas* dictis solatur amicis, 770
 Et consanguineo lacrymans commendat *Acestæ*.
 Tres *Eryci* vitulos, et *Tempestatibus* agnam,
 Cædere deinde jubet, solvique ex ordine funem.
 Ipse, caput tonsæ foliis evinetus olivæ,
 Stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos 775
 Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
 Prosequitur surgens a puppi ventus euntes :
 Certatim socii feriunt mare, et æquora verrunt.

lerabilis ; illi volunt proficisci, et pati difficultates omnes itineris. Bonus *Æneas* solatur illos sermone benevolo, et plorans commendat eos *Acestæ* consanguineo suo. Postea jubet suos immolare *Eryci* tres vitulos, et agnam *Tempestatibus* ; et funes per ordinem abrumpi. Ipse coronatus frondibus concisæ olivæ circa caput, erectus longe in prora, tenet poculum ; et projicit viscera in aquas salvas, effunditque vina pura. Ventus exorrens propellit a puppe navigantes : socii verberant mare certatim, et ver-

~~~~~  
 fortuna non amice consociari videntur : quod terrere poterat, erat recordatio ærumnarum et discriminum maris cælique vicissitudinibus provenientium. Cum itaque versemur in voce tot librariorum ludibriis obnoxia, nomen, nomen, lumen, cælum, Heinsium deserere nolui, quem et Brunck. recte secutus est, reduxique adeo nomen ; quod bene sentio ad dignitatem epicam hand assurere, sensum tamen habet expeditum : mare aspectu dictuque intolerabile visum.—769. omnesque Ven. proferre Sprot.—770. affatus a. tert. Rottend. a m. sec.—771. lacrimis Menag. pr. *Acesti* sec. Rottend.—772. agnos Medic.—773. *Cædi* Parrhas., sed vid. Burm. solvique Bigot. cum Goth. tert. funem bene cum Pier. recepit Heins. ex codd. Vulgo funes, minus docte.—774. tonsat Franc.—775. Trans procul Longobard. Pierii. in prorum alii ap. eundem, et Sprot. Tandem codicum pars apud Pier. Heins. Burm. cum pr. Goth. Stans celsa in puppi. Hoc defendas ex Apollonii loco, in notis laudato, ubi κατὰ πρόπυρρον victima mactatur ; et in puppi alias tutela erat ; et similiter sacrum Diis marinis fit sup. III, 527, ubi Anchises libando—*Divosque vocavit Stans celsa in puppi.* (add. Hymn. in Diosc. (XXXI) 10.) Sed Burmannus ex isto aliisque locis (*Æn.* VIII, 680. x, 261. quæ tamen aliena a re sunt) repetitum id ipsum esse censet ; secundum Heinsianam observationem de studio Virgiliano talia variandi : quam vid. ad *Ecl.* v, 37. et ad v, 486. pateras ed. Ven.—776. Projicit vel Proicit fere codd. ; defendit hoc et h. l. Benedictus. cf. ad v. 238. jam vina Wall. liquantia Hamb. sec.—777. Hunc versum sequenti subjiciunt Mentel. et Gud.—778. aquare Exc.

## NOTÆ

771 Consanguineo *Acestæ*] Consanguineus, non cognatum et ex eadem familia hic significat ; nullum enim est vestigium hujus inter *Æneam* et *Acasten* cognationis ; sed ex eadem gente Trojana. Vide quæ de *Acastæ* origine dicta sunt, 36. De *Eryce*, 24.

De *Eryci* divinitate, 467. De divinitate *Tempestatum*, et agna iisdem immolanda, *Æn.* III. 120. De vino et extis porriciendis in mare ante profec-tionem, supra 238. De extis, *Æn.* IV. 64. Patera, poculum est patens.

At Venus interea Neptunum exercita curis  
 Alloquitur, talesque effundit pectore questus: 780  
 Junonis gravis ira, nec exsaturabile pectus,  
 Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnes:  
 Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla;  
 Nec Jovis imperio fatisque infracta quiescit.  
 Non media de gente Phrygum exedissee nefandis 785  
 Urbem odiis satis est, nec poenam traxe per omnem  
 Reliquias: Trojæ cineres atque ossa peremta  
 Insequitur. Causas tanti sciat illa furoris.

*rum ejus planitiem. Venus autem interim agitata curis alloquitur Neptunum, et emittit e pectore tales querelas: Aspera iracundia et insatiabilis animus Junonis cogunt me delabi ad omnes preces, o Neptune. Hanc, neque diuturnum tempus, nec ulla pietas placat; nec quiescit victa jussu Jovis aut satis. Non sufficit ipsi consummisse infando odio urbem e medio populorum Phrygiæ, et duxisse ejus reliquias per omne genus penarum; persequitur cineres et ossa interfectæ Trojæ: noverit ipse causas tanti furoris. Tu ipse testis es, quantam excitaverit mihi nuper tem-*

Bermann. vertunt Rottend. sec. Goth. sec., ut alibi quoque.—780. effudit tres Burm. p. voces Zulich. cum Goth. sec., facili lapsu.—781. nec exsaturabile Heins. reposuit ex Medic. ceterisque omnibus, etiam Pierianis, qui vel nec vel neque exs., uno Montalb. excepto, exhibent. nec insaturabile Ven. vulgg. et inexsaturabile. Dispicet vero pectus post pectore. Jo. Schrader. conj. nomen.—782. ad omnes expressum in Servio.—784. fatisque Rom. Med. cum aliis, et sic majorem vim inesse Pierius censebat. fatisque incicta pr. Mentel. pro var. lect.—785. exedissee fragm. Vatic. cum pr. Moret. a m. sec. et pr. Rottend. ac Parrhas.; hoc forte magis placet, quia potentius, idemque usitatus. Alterum tamen librorum auctoritas defendit; habendumque adeo voc. exquisitius, etsi minus gratum. An poëta respexit illud Homericum *βέβητοίς Πηλεῖος* sq. de Junonis odiis Il. Δ. 84 sq.—786. nec p. traxe per o. Hanc ex Rom. et aliquot aliis codd. firmatam a Pierio et a Ge. Fabricio lectionem Heinsius merito retinuit. Vulgo traxisse, ut in Mediceo quoque a pr. m. Camque ita versus laboraret, nec omisum; alii in alium locum ascripserunt; Parrhas. omisit est: duo etiam transisse, nova corruptela. nec p. exiisse Sprot. rexiisse Pngt. Ceterum scribitur traxe, traxæ, trasse; fragm. Vatic. traxere, et obducto re superscr. isse. Inter edd., Aldd. pr. trasse habebant; cum Egnat. inductum traxisse a Naugerio. Porro per omnes R. Gud. et Menag. pr. Erf.—787. peremta duo Burm. parentum qu. Moret.—788. ciet Zulich. pro var.

## NOTE

- 779 At Venus, &c.] De Venere, Æn. licet ab *infringo*, quod semper affirmat.  
 1. 200. De Neptuno, Æn. 1. 129. De *apere*, pro maris planitie, Æn. 11.  
 780. De Junonis ira in Trojanos, Æn. Significat nullam esse furoris illius causam; quasi dicat: *sciat illa causas*, ego enim nescio. De *Libycæ Mari*, circa Africam, Æn. 1. 162. De *Æolo vento*, Æn. 1. 56.

Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,  
 Quam molem subito excierit. Maria omnia coelo 790  
 Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis,  
 In regnis hoc ausa tuis.  
 Per scelus ecce etiam Trojanis matribus actis  
 Exussit foede puppes; et classe subegit  
 Amissa socios ignotæ linquere terræ. 795  
 Quod superest; oro, liceat dare tuta per undas  
 Vela tibi! liceat Laurentem attingere Tybrim!  
 Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.  
 Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti:  
 Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, 800

*pestatem in mari Libyco: confudit omnia maria cum coelo, frustra confidens ventis Æoliis: ausa est hoc in tua diticne. O crimen! ex etiam impulsis mulieribus Trojanis incendit fœde naves, et cœgit cives amissa classe relinquere eas mulieres in peregrina regione. Quod spectat ad reliqua: precor; liceat Trojanis committere tibi per undas vela secuta, liceat pervenire ad Tybrim Laurentem: siquidem peto res concessas, siquidem Parcæ et fata dant illis eas urbes. Tunc filius Saturni, rector profundi maris, protulit ista: O Venus, omnino æquum est te confidere meo imperio,*

~~~~~

lect. sit an Hugen. furores Medic. a m. pr.—789. testis L. tu super Ven.—790. Quam subito molem exc. Oblong. Pier. Quam m. exc. subito alii Pier. excierit Rom. excierint subito Ven.—791. nequicquam fragm. Vatic.—792. hæc tres Burm. cum Goth. sec. hoc causa alter Menag. Forte, ait Burm., pro hoc' ausa. Quid tamen solennius, quam librariorum tali sonorum geminatione peccare?—793. Per scelus Pier. et Heins. e melioribus. adde fragm. Vatic. et cod. Vatic. laudatum Benedicto. Vulgo: Proh scelus! variatione et alibi obvia. v. Heins. ad Ovid. Ep. x, 6. Sed Per scelus si legitur, junctura fieri potest duplici modo; aut per scelus exussit, scelere, scelestē; quod per se recte fiet; nam est usus is τοῦ per. Sic, Jovem supplex per vota precatus ix, 624 votis. Ita vero videtur duriter dici: matribus actis simpliciter, pro in furore actis, nisi est simpliciter, adartis, impulsis. Aut jungi potest: Per scelus actis, uti per omne nefas aliquis ruere dicitur. In Goth. sec. In scelus.—794. Excussit aliquot Burm. cum Medic. a m. pr. et Gud. a m. pr. f. naves Sprot. peregit alter Menag.—795. A. hos socios Sprot. a m. sec. ignota l. terra Medic. Gud. a m. pr. et Mentel. pr. cum Rom. et parte Pier. librorum. Minus bene, et ex vulgari ratione.—797. tibi alt. Hamburg., nullus tuas: quod quantum malim lectum! Laurentum Wall. tingere, erasa ad, Dorvill., et sic a m. pr. fragm. Vatic.—798. Si c. rogo Erf. a m. pr. dent hæc Ven. dent mihi Hugen. et Zülch. numina Bigot. m. fata Wall. a m. pr. v. Burm.—799. Cum pr.

NOTE

790 *Molem*] Cumulos fluctuum, tempestate suscitatos. Sic Æn. i. 138. Neptunus increpat ventos: *Tantas audetis tollere moles?* De *Parcis*, quæ pro fato sumuntur, Æn. i. 26. De *Neptu-*

no, *Saturni filio*, Æn. i. 139.

800 *Cytherea*, &c.] De hoc *Veneris* nomine, Æn. i. 261. De ejus genere et ortu e spuma maris, Æn. i. 260.

Unde genus ducis. Merui quoque; sæpe furores
 Compressi et rabiem tantam coelique marisque.
 Nec minor in terris, Xanthum Simoëntaque testor,
 Æneæ mihi cura tui. Cum Troia Achilles
 Exanimata sequens impingeret agmina muris, 805
 Millia multa daret leto, gemerentque repleti
 Annos, nec reperire viam atque evolvere posset
 In mare se Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
 Congressum Æneam, nec Dis nec viribus æquis,
 Nube cava rapui: cuperem cum vertere ab imo 810
 Structa meis manibus perjuræ moenia Trojæ.
 Nunc quoque mens eadem perstat mihi: pelle timorem.

*vnde accepisti ortum; hoc etiam merui: sæpe repressi furores et rabiem immanem
 cæli et maris. Nec minor cura est mihi Æneæ tui in terris, testes appello Xan-
 thum et Simoënta. Quando Achilles persequens turmas Trojanas terribas allidebat
 eas ad muros, et tradebat morti multa millia, et fluvii pleni cadaveribus gemebant,
 et Xanthus non poterat invenire viam et exonerare se in mare; tunc ego servavi cava
 nube Æneam certantem cum forti filio Pelei, nec Diis nec viribus paribus: quamvis
 optarem cruere a fundamentis munimenta perjuræ Trojæ constructa meis manibus.
 Nunc etiam restat mihi eadem voluntas erga Æneam, depone metum: perveniet*

Moret. hoc Witt. addidit Ven. edidit atque alter Hamburg.—801. metui
 Hortens. legebat. vid. Burm.—803. minus Sprot. Sanctum fragm. Vatic., at
 mox Xanthus.—804. Troica al. et hic.—805. immitteret fragm. Vatic. et aliquot
 Pier., ex interpret. muro ed. Ven.—806. darent Rom., male.—807. revolvère
 duo Burm. cum Med. Pierii. viam qua eo. p. Augustin. de Grammat. ap.
 Burm. Iliad. 6. 219 Xanthus οὐδὲ τί πῃ δύναιτο προχέειν βόας εἰς ἄλα διὰν Στενώ-
 περος νεκρῶσι. possit multi, vitiose. passim Ven.—808. In m. jam X. Mont-
 alb.—810. rapui lectio est Medic. et alior. Heins. et Pier. At eripui Rom.
 cum altera familia; et ripui superaddita e fragm. Vatic. Sed alterum doctius
 pro poëta, qui communis respuit. c. cum evertere Gud. et Wall. cuperem con-
 vertere Franc. cuperent cum fragm. Vatic. ab uno Menag. pr.—811. peritura
 fragm. Vatic. Medic. a m. pr. et Dorvill., proclivi lapsu. Sed alterum solen-
 ne. Laudat Burm. not. ad Ovid. x. Met. 215.—812. restat aliquot Pier. cum
 Erf. præstat tres Burm., ut alibi eadem varietas. mihi persta Goth. pr. timo-
 rem inveniit Heins. ex Medic. et binis aliis; accedunt Franc. recens et jejunus
 codex, ed. Ven. et, ut nunc video, fragm. Vatic. At Romanus et ceteri, cum
 tribus Goth. et edd. vulgg., timores, quod mireris loco dejectum. Noli ta-

NOTE

801 *Merui quoque*] Merui beneficiis
 meis, ut mihi fideres.

803 *Xanthum, &c.*] Hos attestatur
 fluvius Neptunus: non quasi sacra
 sibi numina; sed quia reipsa testes
 fuerant exhibitæ Æneæ auxilii, quo-
 rum in ripa Æneam periculo Neptu-

nus eripuerat. De *Xantho* et *Simoënte*,
 fluvii Troadis, Æn. i. 104, 477. De
 Æneæ ex *Achillis* manibus crepto, Æn.
 iv. 328. De *Pelida*, Achille, ejusque
 patre *Peleo*, Æn. ii. 263. De *Neptuni*
 odio in *Trojanos*, Æn. ii. 610.

Tutus, quos optas, portus accedet Avernī.

Unus erit tantum, amissum quem gurgite quæret;

Unum pro multis dabitur caput.

815

His ubi læta Deæ permulsit pectora dictis:

Jungit equos auro genitor, spumantiaque addit

Fræna feris, manibusque omnes effundit habenas.

Coeruleo per summa levis volat æquora curru.

Subsidunt undæ, tumidumque sub axe tonanti

820

securus ad portum Avernī, quem cupis: unus erit tantummodo quem requireret submergum mari; unicum caput peribit pro multis. Postquam pater Neptunus recreavit his verbis lætum animum Deæ, alligat equos curru, et imponit iis ferocientibus fræna spumantia, et manibus laxat omnes habenas. Volat celer per summos fluctus in curru caruleo, undæ demittunt se, et mare inflatum complenatur aquis, sub rotis

men iterum novare.—813. *Tutus* sec. Rottend. *Tutus equos* Dorvill. *accedit* Rottend. pr. a m. pr.; hoc idem in Medic. extare, Spencius testatur et firmat: Foggin. edidit *accedet*. Ceterum mirum Servii acumen: “*Portus accedet*. Hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quæ ait: *hæc est Laurentem accedere Tybrim*.” Argutatur quoque Spencius, qui Veneris precibus, ut *ad Latium* accedat (v. 797), non satis convenire queritur accessum *ad Cumas*.—814. *U. e. tamen*, a. Ven. et ed. Ven. 1472, non male, meo iudicio. Heins. conj. *Unus erit, tanto a. q. g. quæres*, parum feliciter. *quæret* jamdudum ante Pier. et Henricopetri a Venetia, inde a Nangerio, qui sic emendavit, editum est. Vulgo præter Menag. alt. et Ven., quos Burm. laudat, omnes codd. *quæres*, ut non ad Æneam, sed ad Venerem referatur.—817. *auro* omnes scripti Pier. et Heins., nisi quod in Hamburg. pr. vulgatum voc. *curru* pro div. lect. ascriptum, et in Ven. recentissimo legebatur, *J. e. genitor curru*. Laudat quoque *curru* Burm. ex Witt. et nos ex Goth. pr. Sed facile intelligitur *curru* esse interpretamentum *auro*, h. e. currus aurei. *Aurum* pro eo dici, quod ex auro factum est, Heins. copiosius quam velis astruit; desiderat tamen Burm. exemplum, quo *jungere auro* recte dici probetur. Nihil vidi subtilius; quasi *jungi auro* eum offendere debeat, qui *tegi auro* vii, 279, *nodari in aurum* iv, 138, *armari auro* iii, 517, *Xpovδ δ αὐρὸς ἔσπευε* xxi et similia probaverit. Idem vir doctiss. *Fingit equos auro* (quod non Latinum est; nam equum fingit magister domando ac docendo), vel *equos auro*, ut *abiete puppes* accipit. Sed et ipse Heinsins, cum a Beda *J. e. auri* laudatum sit, in hoc inclinabat, ut *auro equi* intelligeretur. Nemo nostrum est, qui non interdum in tales tricas incidat, quas sibi ipse induit.—818. *loris pro feris* Exc. Burm. *que* aberat a Reg. *perfundit* Parthas.—819. *Caruleum* Medic., sed a m. pr. *æquora* Goth. pr. *curru* Hagen. et Erf.—820. *tumidumque* Menag. pr. *tonanti* que-

NOTE

813 *Portus accedet Avernī*] Qui non longe abest ab urbe *Cumis*, et *autro Sibylla*: quo perveniet Æn. vi. De *Averno*, Ge. ii. 161. Æn. iv. 512. Æn. vi. 237.

815. *Unum pro multis, &c.*] Palinurus, qui Morpheï fraude submergetur, 860. De *equis et curru Neptuni*, Æn.

i. 160. De *feris*, pro *equis*, Æn. ii. 51.

820 *Sub axe tonanti*] Vel *axe Neptunii curru*, qui magno rotarum strepitu impelli et quasi *tonare* videbatur. Vel *axe carci*, id est, cælo ipso, quod tempestatem minabatur, et jam *tonabat*, priusquam has Neptuno preces funderet Venus,

Sternitur æquor aquis: fugiunt vasto æthere nimbi.

Tum variæ comitum facies; immania cete,

Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon,

Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.

Læva tenent Thetis, et Melite, Panopeaque virgo, 825

Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Hic patris Æneæ suspensam blanda vicissim

Gaudia pertentant mentem: jubet ocyus omnes

Attolli malos, intendi brachia velis.

sonantibus: nimbi fugiunt toto aëre. Tunc varii cultus comitum apparent, grandia cete, et chorus Glauci senioris, et Palæmon filius Inus, et Tritones veloces, et totus exercitus Phorci. Thetis et Melite, et virgo Panopea, Nesæe, et Spio, Thalia, et Cymodoce, occupant sinistra spatia. Tunc vicissim blanda lætitia subit animum incertum Æneæ: imperat celeriter omnes malos erigi, et admoeri manus ad vela.

tuor Burm. cum Goth. sec., at hoc minus poetikum. Nec argutandum in eo, quod in aquis rotarum strepitum nemo exaudiat; est proprium ac perpetuum epitheton rotarum. *tonantis* Hugén.—821. *equis* Sprot. et Medic. a m. pr. Idem a m. sec. *fugiantque ex æthere n.*—823. *Glaucique* alter Hamburg. *Ionus* Rom., male. al. *Inoius*. Γλαύκων χορός, Ἰνώος τε Παλαμῶν.—825. *tenet* Medic. cum multis al. At melius *tenent* Roman. *Milite* Rom. et Medic., male; est Μελήτη. *Panopeia* v. duo Burm. et hic; at est Παρόπεια. cf. sup. 240.—826. *Niseeque, Niseæque, Niseque, Nisie, Niseo, Niseæ, Niseis, Niseæ Espioque, Nise Espioque—Tholoque—Chimoque*, aberrant. Versus conversus e gr. Νησαῖα Πρωτό τε, Ὀδυσσεύς τε Κυμοδόκη τε. Idem jam Ge. iv, 338 lectus.—828. *præten-* tunt alter Hamb.—829. *intendi* in b. Medic. a m. pr., quod Heinsius non esse

NOTÆ

822 *Variæ comitum facies, &c.*] *Variæ* maris numina, aut monstra. i. *Cete*, maximi sunt pisces, qui pro balænis vulgo sumuntur: neutrius generis, et pluralis nameri: quia Græca vox est, eaque neutra τὸ κῆτος, plurali numero τὰ κῆτῃα, et per contractionem κῆτη, unde *cete*. ii. *Glaucus, Panopea, Palæmon* filius *Inus*, Ge. i. 437. iii. *Senior Glauci chorus*, Nymphæ, aut Tritones: et commutatio est, id est, *senioris Glauci chorus*. iv. *Tritones, Æn. i. 148*. v. *Phorci exercitus*, supra 240. vi. *Thetis, Nerei filia, Æn. iv. 32*. ceterum reliquis Nymphis sororibus, quarum nomina singulatim explicantur Ge. iv. 338. Præterquam *Melites*, quæ ab Hesiodo numeratur inter quinquaginta Nerei filias, Μελήτη, a μέλι mel.

829 *Attolli malos*] De re nautica hæc accipe. i. *Malus*, ingens arbor est, in medio navis erecta, e qua vela suspenduntur; cum in altum solvebant veteres, hunc erigebant; inseriebantque foramini, qui Latinis *modius*, Græcis μεσόδμη dicebatur; tum funibus undique firmabant: appulsi autem ad litus, eruebant e *modio*, et inclinabant ad puppim, in ligno quod Plauto *casteria*, Homero ἱεροδόκη appellatur. De *erectione* hic loquitur Virgilius. De *inclinatione*, Lucanus l. iii. 45. 'Et posito remis petierunt littora malo.' ii. *Antennæ*, oblongæ perticæ, e quibus expressa pendebant vela: hæ malo transversæ suspendebantur, vel in ipsa mali summitate, si major venti vis captanda erat; vel medio in malo, si moderatior sufficie-

Una omnes fecere pedem; pariterque sinistros,
 Nunc dextros solvere sinus; una ardua torquent
 Cornua, detorquentque. Ferunt sua flamina classem.
 Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
 Agmen: ad hunc alii cursum contendere jussi.
 Jamque fere mediam coeli Nox humida metam
 Contigerat; placida laxarant membra quiete

836

835

Simul omnes extenderunt funes veli: et simul laxaverunt modo sinistros, modo dexteros sinus veli: simul vertunt et obvertunt alta cornua antennarum: venti prosperi provehunt classem. Palinurus primus ante omnes ducebat densam classem: alii jussi sunt dirigere cursum ad illum. Et jam nox humida attigerat pene medium spatium

de nihilo putabat: ita enim solere in abundare. Laudat: meditari in praelis, inferri in hostem etc. Sed, ut hæc locum haberent, deberet a poeta scriptum esse: *vela intendi in brachia*. Porro Dorvill. *extendi br.* Romanus: *br. remis*, cum Oudart. Sed manifesto librarii errore; forte ex v. 136.—830. *omnis Rom.*—831. *s. manus* Goth. tert. a m. pr.—832. *flumina* ambo Menag. cf. mox v. 843.—834. *adhuc* Goth. pr. et Hamb. pr. a m. sec. *ad hunc*, ad hujus exemplum, imperium. *cursum* c. Oudart. et ed. pr. *cursum deducere* Hingen. et Zulich.—836. *laxarant* Heins. cum melioribus post Pier. retinuit, alii *laxabant*: et sic Ald. pr., at a Naugerio mutatum in *laxarant* ed. 1514. Dorvill. *laxabat*, ed. Ven. *lassarant*, Zulich. *rex luxat*. Porro alter Hamb. a m. sec.

NOTE

bat. III. *Brachia* et *cornua*, partes erant antennarum; *brachia* quidem partes mediæ, quæ hinc inde ad mali latera prominebant: *cornua* vero partes extremæ, quæ brachia terminabant. Itaque hic per *brachia*, totas ipsas antennis Æneas intelligit: jubetque velis intendi antennis, per enallagen sive commutationem; id est, *jubet vela intendi antennis*. Nisi forte præstet ita simplicius explicare: *jubet admove-
 veri manus et brachia artemque om-
 nem explicandis velis*. IV. *Funes*, quibus antennarum velis instructæ demittebantur attollebanturque, vocabantur *rudentes*: qui vero ex utroque infimo veli angulo pendebant, dicebantur *pedes*. V. *Pedum* usus erat, in captando vento: cum enim vulgo antenna extra malum, proram versus, ex æquo penderet: pedesque hinc atque hinc e velo penduli ad latera na-

vis item ex æquo alligarentur; prout magis minusve pedum alter aut laxabatur aut stringebatur, ita magis minusve in dextrum sinistrumve laterus detorquebantur *cornua* antennarum, ipsaque obliquabatur antenna, et majori minorive sinu vela ventos excipiebant. Atque illud est, 'obliquare sinus in ventum,' supra 16. Itemque, *facere pedem*, id est *extendere pedem*; ut sæpe *facere vela*, id est, *extendere vela*.

832 *Sua flamina*] *Prospera, commoda*. Sic Ovid. Trist. I. 9. 49. 'Vos facite ut ventos, loca cum diversa petamus, Illa suos habeat, nec minus illi suos.'

835 *Metam*] *Aërem circo comparat*; in quo sidera, *noxque ipsa*, decurrunt: terram, exiguae rotundæque molis, positam in medio, comparat *metæ*; quam sidera circumceant. De circo et *metæ*, 286.

Sub remis fusi per dura sedilia nautæ :
 Cum levis ætheriis delapsus Somnus ab astris
 Aëra dimovit tenebrosum, et dispulit umbras,
 Te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans 840
 Insoniti; puppique Deus consedit in alta,
 Phorbanti similis; funditque has ore loquelas :
 Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem ;
 Æquatæ spirant auræ ; datur hora quieti :
 Pone caput, fessosque oculos furare labori. 845
 Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
 Cui vix attollens Palinurus lumina fatur :
 Mene salis placidi vultum fluctusque quietos

celi; remiges strati inter dura scamna sub remis permiserant membra tranquille somno: cum Somnus celer delapsus e sideribus celestibus discussit aërem obscurum, et fugavit tenebras; querens te, o Palinure; ferens tibi innocentia somnia funesta: et Deus sedit in alta puppe, similis Phorbanti, et protulit ore verba ista: O Palinure, fili Iasi, ipsum mare procehit naves, venti flant æquabiles, tempus offertur ad quietem. Demitte caput, et subtrahe labori oculos lassos. Ego ipse implebo pro te tuum officium tantisper. Cui Palinurus respondet vix aperiens oculos: An vis me noscire faciem tranquillæ maris et undarum quietarum, an me fidere huic monstro?

placidi l. m. quieti, et Bigot. placide—quieti.—837. fessi Dorvill. dira Ven.—838. dilapsus et hic aliquot. demissus Wall.—839. demorit Zulich. dimositi Sprot. Mox d. auras pr. Hamb. pro var. lect.—840. tristia somnia alii cum præstantias. Mediceo, quod ab Heinsio in somnia tristia mutatum nolim, cum et minus suave sit auri, etsi aurium iudicium incertum est, nam video Brunckio et Beckio hunc verborum positum suaviorem videri, et codicis Romani lectio ea sit; Heinsius vero Medicæ exemplar sequi maluerit.—842. Phorbantis aliquot Pier. fundit Heins. post Pier. cum melioribus. Alii fudit. Tum querelas Bigot. voce querelas Dorvill. et Goth. tert.—843. f. sua flamina Colot. et Medic., hic quidem jam correctoris manu notatus. Repetitum ex v. 832. puppem Ven.—845. sopori Zulich. pro var. lect.—846. tum nautæ Goth. sec. et Erf.—848. Mene maris Goth. sec. placidum vultum aliquot

NOTÆ

838 *Somnus*] De eo, ejusque insignibus, Æn. vi. 893. 'Delapsus ab astris' id est ex aëre, per quem vagatur, ut variis hominibus somnia immittat: cum enim noctis sit filius, et habitet apud Inferos; ex astris et cælo descendere, quasi e propria sede, non potest.

839 *Dispulit umbras*] Vel simpliciter notum exprimit volantis Dei, qui tenebrosum aërem alis findit: vel significat, aërem ab eo etiam clariorem redditum, ut ejus insueta serenitas Palinuro fraudem faceret.

842 *Phorbanti*] Multi fuerunt hujus nominis: interque alios unus e filiis Priami; de quo hic sermonem esse putat Hortensius. *Iasius*, Trojanus aliquis, pater aut avus Palinuri. De *sale*, pro mari, Æn. i. 541. De *Austris*, ventis meridionalibus, E. ii. 58. De *clavo*, manubrio gubernaculi, supra 177. De *Lethæo rore*, et fonte apud Inferos oblivionem inducente, Ge. i. 78. et Æn. vi. 706. De *Styge*, fluvio etiam inferno, Æn. vi. 323.

Ignorare jubes? mene huic confidere monstro?

Æneam credam quid enim fallacibus Austris,

850

Et coeli toties deceptus fraude sereni?

Talia dicta dabat, clavumque affixus et hærens

Nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.

Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,

Vique soporatum Stygia, super utraque quassat

855

Tempora; cunctantique natantia lumina solvit.

Vix primos inopina quies laxaverat artus:

quid enim committam Æneam Austris dolosis, etiam toties deceptus fraude æris sereni? Proferebat talia verba: et nullatenus dearebat gubernaculum, ei affixus et adherens; et intendebat oculos in sidera. Ecce Deus excutit super gemina tempora ramum sparsum: aqua Lethæa, et soporatum virtute Stygia; et relaxat obnitenti oculos fluitantes. Vix somnus improvisus occupaverat prima membra: et

Pier. *vultus* alter Hamb. et Exc. Burm.—849. Pro *jubes*, velis Zulich. pro div. lect. Hunc et seqq. duo versus Acron Ge. Fabricii ad Horat. i, 5 contraxit in unum, memorizæ vitio: *Mene huic concedere monstro Æneam toties deceptus (deceptum et ante, confidere, Schol. Craqu.) fraude sereni*.—850. Donatus legit: *quid enim fallacius Austris Et celo?* Debebat saltem distinguere: *Æneam credam (quid enim fallacius?) Austris Et celo?* Potest scribi: *Æneam credam, quid enim? fallacibus Austris!* At interpositum sic *quid enim?* habet aliam notionem: quid nî? cur non? Ut in illo Horatii: *quid enim? concurratur*. Sic quoque τὴ γὰρ; Etiam Servius sic interpretatur. Sententia tamen ea aliena est a loco nostro. Pro *Austris auri* Roman. Medic. cum aliis Pier. et Heins. ac Burm. Idem et Servius in interpretatione exhibet, et Pompon. Sab. Sed alterum Donatus. Ge. Fabricius h. l. inter obscurissimos habebat.—851. *Et celo* codd. Pier. et Gifan., item Donat. cum Serv. v. ad v. præc. Ita *fraude sereni* jungendum, ut *aerenum* pro *serenitate* dictum sit. v. Burm. *sereno* aliquot Pier. et Gud. a m. pr., sed conf. inf. v. 870.—852. *Talia dictabat* Mentel. pr. *clavoque* Medic. a m. pr., dum librarius ad proximum *affixus* referret; sed *clavumque* ad *amittebat* retrahendum. *admirus* Wall. et pr. Hamb. *clavumque ac sidera inhærens* Zulich. *affixus, adherens* Goth. sec.—853. *Numquam* pr. Hamb. a m. sec. *admittebat* alter Hamb. *sub a. ferebat* Goth. sec.—855. *Utque* Rom. *quassat* Medic. a m. pr.—856. pro *cunctanti* Burm. conj. *luctanti*, sed quidni et illud bene dictum sit et exquisitè? *Cunctatur*, qui resistit, non vult cedere, reluctatur, v. c. Ge. ii, 236 *Spissus ager: glebas cunctantes crassaque terga Expecta*. cf. inf. vi, 211 de eo, qui sensim sensimque inflectitur; invitatus tamen et reluctans: xii, 940. Pro *natantia, lactantia* Dorvill. Debebat saltim: *cunctanti luctantia, vel natantia l. s. natantia* Goth. sec. Utrumque cum metri vitio. Hæret iterum Burm. in *solvit*: quid est, *lumina solvere?* et conjicit: *condit vel claudis*. Sed *vigilantis oculi sunt intenti*, inprimis h. l. Paliurii, qui in cælum sublatis oculos habebat v. 853. Igitur remissi illi, et a somno allabente relaxati *solvi* dicuntur; ut de somno perpetuum hoc, *membra, corpus, lumina ab eo solvi*: unde etiam *morte solvi* oculi dici potuere: ut accipi poterat illud iv, 244 *et lumina morte resignat*. Etsi idem alio rem contemplandi modo *devincere, alligare, corpus, oculos*, non minus recte dicitur.—857. Vitiose e Burm. ed. legebatur et

NOTE

856 *Natantia lumina*] *Fluitantia*, quæ De gubernaculo, supra 177. nunc aperiuntur, nunc clauduntur.

Et super incumbens, cum puppis parte revulsa,
 Cumque gubernaculo, liquidas projecit in undas
 Præcipitem, ac socios nequiequam sæpe vocantem. 860
 Ipse volans tenues se sustulit ales ad auras.
 Currit iter tutum non secius æquore classis,
 Promissisque patris Neptuni interrita fertur.
 Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat;
 Difficiles quondam, multorumque ossibus albos; 865

statim Deus super innitens, impulit, cum parte puppis effracta et cum gubernaculo, illum prorsum in undas liquidas, et sæpe implorantem socios frustra. Ipse alatus et volans sustulit se in levem aërem. Classis decurrit mari viam non minus tutam, et provechitur secunda promissis patris Neptuni. Imo jam progressa radebat rupes Sirenum; olim asperas et albentes ossibus multorum: cum pater Æneas agnovit

interpongebatur: *Vix—artus Et super incumbens, cum puppis p. r.* Nam Somnus Deus incumbit, urget, premit, h. l.—858. *Vix laxaverat—Et—projecit exemplo et auctoritate non caret; cf. ad III, 9, etsi mollius erat: Vix laxaverat artus: Ut—projecit.—860. vocs vocantem* Colot. Medic. et Moret. sec.; eadem varietas alibi et supra hoc ipso libro.—861. *ad auras* Heins. cum melioribus. Alii in *a*.—862. *setius* scribunt Medic. et alii vetustiores. v. Heins. Etiam Benedictus in ed. Junt. 1520 codicum auctoritate et metri lege eam scripturam defendebat. cf. sup. ad Ge. II, 277. *setius* Rom. non *segius* aliquot ap. Barm. cum Goth. tert., perpetua varietate. non *serius* Bigot. *æquora* alter Hamb. cum Witt., non indocte, per æquora. *æ. navis* Sprot.—864.

NOTÆ

864 *Scopulos Sirenum, &c.*] Duo quærenda: quæ *Sirenes*, qui earum *scopuli*.
 I. *Sirenes* monstra fuerunt; Acheloi fluvii et Calliopes aut Melpomenes Musæ, filæ tres, *Parthenope*, *Leucosia*, *Ligea*. Varia specie pinguntur: superiore quidem corporis parte fœminæ; inferiore vero gallinæ, aut passeræ, aut pisces. Harum una voce, altera tibia, tertia lyra canebat. His deliciis naotas præternavigantes in naufragium pelliciebant ad scopulos. Harumque fatum fuit, tamdiu vivere, quamdiu cantantes eas audiens nemo impune prætervectus esset. At cum Ulysses, monitus a Circe, sociorum aures obtinisset cera, seque navis malo alligari jussisset; eaque arte trajecisset incolumis: ideo *Sirenes* in mare se præcipientes dederunt. Nomen: non a *σῆμα* traho, quia *Si-*

renes, non *Syrenes* appellantur: sed, vel a *σῆμα* *catena*, *funis*; vel a *σῆμα*, quod interdum est *decipio*. II. Sedes earum colloceatur ad Surrentinum Italiæ promontorium, in Mare Tyrrhenum prominens, inter agrum Campanum et Picentinum, sinomque Puteolanum et Pæstanum. Sed cum illic plures sint insulæ: inprimis *Capræ*, major insula, Tiberii secessu ac voluptatibus infamis, nunc *Capri*, ad Puteolanum sinum magis accedens: item *Sirenusæ*, scopuli, contenti propiores ac Pæstano sinui; hinc sedem Sirenum alii in *Capræis*, alii in *Sirenusis* locant; optime qui in *Sirenusis*, nunc absque nomine scopulis. Pæstanus vero sinus nunc est *Golfo di Silerno*; Puteolanus, *Golfo di Napoli*.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 E

Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant :
 Cum pater amisso fluitantem errare magistro
 Sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis,
 Multa gemens, casuque animum concussus amici.
 O nimium coelo et pelago confise sereno,
 Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena !

870

*narem ire fluitantem amisso gubernatore ; et ipse gubernavit eam per undas ob-
 acuras, multum gemens, et turbatus animo ob sortem amici : O Palinure, aiebat, qui
 nimis fulisti caelo et mari tranquillo, jacebis insepultus in ignoto littore.*

scopulis bini a m. pr. cum ed. Genev., facili lapsu. arecta bini alii Burm, adducta Ven.—866. tonabant Zulich. a m. pr., sed sonabant, Burm. inquit, requiritur, ut sibilans litera repetita exhibeat maris stridorem. Argute satis. Malim hanc causam reddere : Sonare est vocab. poetis solenne de fluctibus, etiam si scopulis allisi fragorem edunt gravissimum : quidni igitur poetæ eam vocem et hic relinquantur ; etsi alias non minus recte mare, fluctus, scopuli tonare dicuntur.—867. fluitantem vett. apud Pier., fluctantem Dorvill. —868. nocturnus Ven.—869. commotus Vratisl. confusus Hugon. pro var. lect. —871. Nudus et edd. vulgg. ante Pier. et Goth. pr. in ignota pr. Hamb. cf. ad Ecl. vi, 40. Ceterum notabilis ad v. extr. Servii nota : Sciendum sane, "Tuccam et Varium hunc finem quinti esse voluisse : nam a Virgilio duo versus sequentes (lib. vi, 1. 2 Sic satur lacrymans classique immittit habenas Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris) huic juncti fuerunt : unde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est : Obvertunt pelago proras." Ut appareat, cui debeamus hanc observationem criticam, e Pompon. Sab. locum subjungam : "Sic satur lacrymans. Et tandem. Probus his duobus versibus, inquit, finitur hic liber in Tuccæ et Cornelianis commentariis" (hos equidem ignoro qui sinit. Servius quidem ad Æn. iv, 127 Cornelium Balbum Grammaticum memorare videtur) "et Virgilium ita etiam finisse manifestum est, et inchoasse sextum librum : Obvertunt pelago proras." Nescio tamen, cur factum sit, ut Phici (in marg. forte Ticianus. non tamen intelligas facile, quomodo vel in Chorographia, vel in Thematibus Virgilii : v. Serv. ad Æn. x, 48 : occurrere simile quid potuerit ; nisi alia scripsit eaque grammatica. Sic et paulo post Pompon. ad vocab. habenas Ticianus dicit, ex vero locutum, quia vela apud veteres loris ligabantur) "aliter habuerit. Apronianus autem principium esse docet : Sic satur lacrymans." (Et sane sic expressum in Mediceo). Ceterum neutra ratio difficultate caret. Omnino vitiosa videri potest hæc libri quinti in media sententia clausula, quæ saltem paulo ante post v. 861 Ipse volans tennes se sustulit ales ad auras interponi debuerat : nam novi libri initium commodè tunc fieri poterat : Currit iter tutum. Ita res ipsa novum sequenti libro narrandi ordinem suppeditabat, accessu Trojanorum ad littus Italiae. Verum est aliud præterea, idque gravius forte, quod monendum erat : nisi aurium iudicium animique sensus proras me fallit, ultimi hi duo versus : O nimium coelo.—Nudus in ignota a Virgiliana manu perfecti non sunt. Nihil dici poterat frigidius et languidius, et grammatico acumine dignius. Nec veritas inest ; tantum enim abfuit, ut celi marisque tranquillitati Palinurus nimium confideret, ut potius nimia sedulitate peccaret ; eo enim, quod quieti dare se nollet, commisit ut sonno oppressus mari mergeretur. Mihi itaque, cum ex ipsa re, tum ex iis, quæ e veteribus Grammaticis paulo ante apposita sunt, ita statendum esse videtur : Poetam reliquisse ultima hujus libri non satis elaborata, interque hæc eum verba Ænew, de Palinuri fato conquesti, ante Sic satur lacrymans, nonnum interposuisse.*

Varium adeo et Tuccam, cum constituerent Æneidem; hæsisse in h. l. et primo initium libri sexti ex suo iudicio, non satis acuto, a verbis *Sic fatetur lacrymans* fecisse; repugnantibus aliis, qui a versu *Obvertunt pelago* librum sextum exordium censebant; tum, cum post *Multa gemens casuque animum concussus amici* verba Æneæ conquerentis aut nulla aut non satis expolita essent, aut ex his aut e suo ingenio duo hos versus interposuisse, ne ante verba: *Sic fatetur lacrymans*, oratio hiaret.

NOTÆ

871 *Nudus in ignota, Palinure, &c.*] fluctibus haustus est; sed enatans ab
Cetera, quæ ad Palinurum pertinent, Italici littoris incolis occisus.
describentur Æn. vi. 337. Non enim

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER VI.

ARGUMENTUM.

APPULSUS Æneas in Italiam ad Cumas, petit antrum Sibyllæ Deiphobes : dumque varia Phœbeo in templo descripta contemplatur, jubetur victimas cædere ; peractisque sacrificiis consulit Sibyllam de futuris eventibus, deque descensu ad Inferos. Sibylla tria respondet : bellum ab Italis instare gravissimum ; ramum aureum, inventu perdifficilem, adeunti Inferos parandum esse ; denique unum ex amicis in littore mortem interim obiisse. Redit Æneas ad suos, mortuum Misenum reperit : hujus extruendo rogo dum exciditur sylva, columbæ, aves Veneris, ad auream arborem Æneam deducunt. Hic igitur funere perfunctus, nocturnisque sacrificiis ad Avernum antrum Inferorum numina veneratus, ad Inferos Sibylla duce descendit. Videt illic : 1. In vestibulo, monstra varia. II. In ripa fluviorum inferorum, umbras defunctorum aditum petentes ; inque iis, Orontem, Palinurum. III. In ipso flumine, Charonta portitorem, quem secum de aditu rixantem aurei rami conspectu demulcet. IV. In limine, Cerberum canem, quem sopit objecta offa. V. Ultra limen, sedes varias, quas incolebant : 1. Infantes : 2. Injusta morte damnati : 3. Propria manu peremti :

4. Amantes; in quibus Dido: 5. Bellatores: inter quos Deiphobus, aliique Trojani et Græci duces. VI. Ad sinistram, eminus carcerem videt impiorum poenis destinatum: quem locum adire cum non possit; a Sibylla varia variorum supplicia edocetur, Gigantum, Salmonei, Lapitharum, Ixionis, Theset, &c. VII. Ad dexteram verso itinere, pervenit ad Elysios campos: ubi multos heroum nactus, a Musæo de loci incolarumque conditione, deque Anchisa, certior factus; in ipsum Anchisen incidit. VIII. Anchises, multa de animarum natura juxta Pythagoræ documenta præfatus, clarissimum quemque posterorum ad usque Augustum ei ostendit. IX. Denique perlustratis omnibus, per eburneam somni portam Æneas ad suos revertitur; et e Cumano littore, ad Caietanum navigat.

Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Sic loquitur plorans, et permittit navibus cursum liberum, et demum appellitur littori Euboico Cumarum. Nautæ vertunt proras ad mare: deinde anchora sistit

1. 2. De his vers., quos alii libri superioris fini subjiçunt, v. ad e. l. et hic Serv.—2. Cumarum passim vetustissima exemplaria. vid. Heins. cf. Pier. ad v.

NOTE

1 Sic fatur, &c.] Quid fatur? id nempe quod extremis duobus libri quinti versibus continetur: 'O nimum cælo,' &c.

Habenas] Metaphora ab equis petita: quæ liberum impetum cursumque navium significat. Hæc ad ignem translata est, Æn. v. 662. 'furit immixsis Vulcanus habenis.' Et ad crescentes arborum ramos, Ge. II. 361. 'palme laxis per purum immixsis habenis.'

2 Euboicis Cumarum, &c.] Eubœa,

maximæ est Græciæ insula, hodie *Negrepon*: ad septentrionem et orientem, Locris, Bæotiæ, et Atticæ, in longitudinem obversa: ab hisque divisa freto angustissimo, quod Euripus dicitur. In angustissimo freti loco urbs est *Chalcis*, quæ continenti Græciæ ponte juncta est. *Æolia* vel *Eolia*, regio est Asiæ Minoris, ad *Ægæum* Mare, et Ionis septentrionem: in ea urbs fuit *Cuma*, nunc *Foça Nova*. Hippocles Cumanus ex *Eolia*, et Megasthenes Chalcidensis

Obvertunt pelago proras ; tum dente tenaci
 Anchora fundabat naves, et littora curvæ
 Prætexunt puppes ; juvenum manus emicat ardens
 Littus in Hesperium ; quærit pars semina flammæ
 Abstrusa in venis silicis ; pars densa ferarum
 Tecta capit, sylvas ; inventaque flumina monstrat.
 At pius Æneas arces, quibus altus Apollo

5

naves uncis tenacibus, et curvatae puppes tegunt extremum littus: promta turba juvenum exiit in terram Italianam: pars quærit scintillas ignis latentes in venis lapidis: pars colligit ligna arborum, quæ sunt opacæ domus ferarum; et ostendit repertos fluvios. Sed pius Æneas vadit ad templum altum cui Apollo præest, et ad

~~~~~

96 ex Εἰμῆ.—3. *Obtendunt* alter Menag. cum d. sec. Hamb.—4. *fundebat* tres Burm.—5. *Prætexunt* Zulich. et Exc. Burm. *eminet* pr. Moret.—7. *Abstrusa* aliquot Pier. et Burmann. ex more. *Abstrusum ignem* Ge. I, 135 vidimus. in abest ab Exc. Burmann.—8. *sylvas inventaque fl.* m. ante Heinsum jungebatur;

#### NOTÆ

ex Eubœa, coloniam utriusque gentis in Italiam deduxerunt; urbemque condiderunt in Campania, circa promontorium occidentale ejus sinus, qui inde *Cumanus* appellatus est, etiam *Puteolanus*, nunc *Golfo di Napoli*. Græcis urbs dicta *Κόμη*, Latinis *Cuma*, quibusdam etiam *Cuma*: nunc eversa est. Hanc multo post Trojana tempora conditam esse testatur Velleius l. i. 4. Unde hæc a Virgilio de ea dicta esse necesse est per anticipationem temporis.

4 *Anchora fundabat, &c.*] Quia navim, unde per funem demittitur, committit, alligatque maris *fundo*, atque ita stabilit. Antiquissimæ anchoræ lapideæ fuerunt, ut constat ex Arriano, in periplo ponti Euxini: deinde lignæ, plumbo munitæ: postmodum ferreæ. De *Hesperio*, seu Italico litore, Æn. i. 534.

6 *Semina flammæ*] Scintillas. Sic Lucretius l. i. 900. 'Verum semina sunt ardoris multa.' Sic Homerus, *Odyss.* v. 490. *Ἰστέππῃ πυρρὴς, semen ignis.* Imo Lucretius, quasi esset ali- quid plantis et igni commune, dixit l. i. 898. 'Donec flammæ fulserunt

flore coorto.'

9 *Arces, quibus altus Apollo, &c.*] Hic notanda sex. i. Æneæ prima cura est, adire Sibyllam: juxta monitum Heleni, Æn. iii. 441. præceptumque patris, Æn. v. 731. ii. Templum illud in latere orientali collis, urbis Cumanæ pars et veluti arx fuit. iii. Extractum fuit ex uno eodemque rupis saxo, et velut in ipso rupis sinu excavatum. iv. Antrum Sibyllæ non extra templum, sed in intimo templi loco fuit, multos in recessus naturaliter defossum. Habentur ista ex oratione parænetica Justinii martyris, qui annis post Virgilium centum circiter et septuaginta florebat sub Antonino Pio, templumque ipsum vidisse se perhibet: tum ex Agathia histor. l. i. cujus ætate templum videtur fuisse destructum, aut in arcem conversum, cui caverna Sibyllæ subjecta erat. v. Templum illud, juxta Virgilium, Apollini simul et Dianæ dicatum fuit: siquidem Sibylla vocatur 'Phœbi Triviæque sacerdos.' vi. Templo juncta de more sylva fuit, sive *lucus*; aut utrique numini, aut utri Dianæ sylvarum præsidii sacræ.

Præsidet, horrendæque procul secreta Sibyllæ, 10  
 Antrum immane, petit: magnum cui mentem animumque  
 Delius inspirat vates, aperitque futura.  
 Jam subeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.  
 Dædalus, ut fama est, fugiens Minoa regna,

*vastam penitus cavernam et horrendum penetrabile Sibyllæ: cui Deus Delius inspirat  
 magnam animam et intelligentiam, declaratque res futuras. Jam intrant sylvas et  
 auratum templum Diana. Dædalus, sicut fama perhibet, fugiens regnum Minois,*

itaque distinxit ille post sylvas. monstrant Gud. a m. sec.—11. A. i. subit  
 Parrhas.—14. est a multis Pier. aberat. M. tecta Ven., solenni permutatione.

## NOTÆ

De Sibylla, infra 36. De Apolline et  
 Phæbo, eodem numine, Ecl. III. 62.  
 104. De Trivia, Diana, sic a triviis  
 ubi colebatur dicta, Æn. IV. 511. De  
 Delio vate, Apolline vatum Deo, Ecl.  
 III. 67. Æn. III. 77.

11 *Mentem animumque*] Non est  
 hæc synonyma, sed rerum diversarum  
 expressio familiaris poetis, Lucretio  
 l. IV. 59. 'Mens animi vigilat.' Cat-  
 ullo, Epig. ad Ortalum v. 4. 'Mens  
 animi tantis fluctuat ipsa malis.' Ho-  
 ratio item, &c. Ita distinguuntur a  
 Lactantio l. VII. 'Non idem est Mens  
 et Animus: aliud enim est quo vivi-  
 mus, aliud quo cogitamus. Nam  
 dormientium Mens, non Animus so-  
 pitur: et in furiosis Mens extingui-  
 tur, Animus manet.' Itaque Mens,  
 ipsa est animi intelligentia et consi-  
 lium: ex Lucretio l. III. 616. 'animi  
 nunquam mens consiliumque.'

14 *Dædalus*, &c.] Atheniensis, so-  
 lerti admodum ac subtili ingenio  
 faber ac sculptor, ascie, terebræ  
 maltorumque aliorum instrumento-  
 rum auctor: cum Perdicem, sororis  
 suæ filium, ob inventum serræ usum  
 ex invidia occidisset; iudicii metu  
 fugit in Cretam. Hic admissus in  
 gratiam regis Minois labyrinthum  
 fabricavit: sed mox, ob commodatam  
 Pasiphaë reginæ operam ad promo-

vendum ejus cum Tauro adulterium,  
 turre inclusus cum Icaro filio; inde,  
 sibi filioque e plumis et cera compac-  
 tis alis, evolavit in Siciliam: ubi  
 multa reliquit artis suæ monimenta,  
 juxta Pausaniam et Diodorum. Juxta  
 Virgilium tamen, quem Silius, Juve-  
 nalis, et Statius ducem secuti sunt, in  
 Italiam aufugit ad Cumas Campaniæ;  
 ubi templum Phæbo condidit: opinor  
 ideo, quod ejus alas ardore non dis-  
 solvisset, ut dissolverat alas Icarum  
 filii; qui imprudentius per aërem  
 evagatus, alloque inito cursu, in eam  
 Ægel Maris partem cecidit, quæ est  
 ad septentrionem Cretæ, circa Sa-  
 mum insulam; nomenque, et insulæ  
 Sami vicinæ, et huic maris plagæ, re-  
 liquit suum.

14 *Minoa regna*] *Cretam*, sive *Can-  
 diam*, de qua Æn. III. 104. Ubi reg-  
 navit Minos, Jovis et Europæ filius,  
 qui ex Pasiphaë Solis filia, genuit  
 Ariadnen, Phædrum et Androgeum.  
 Multis bellis adversus Athenienses  
 Megarensesque victor: cum fugien-  
 tem Dædalum insecutus, bello Coca-  
 lum Siciliæ regem appeteret, ab  
 Cocali filiabus thermarum vapore  
 suffocatus est: justitiæ nomine sic  
 nobilitatus, ut apud Inferos iudex  
 animarum a Græcarum fabularum  
 auctoribus constitutus sit: qui tamen

Præpetibus pennis ausas se credere cœlo, 15  
 Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,  
 Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.  
 Redditus his primum terris, tibi, Phœbe, sacravit  
 Remigium alarum, posuitque immania templa.  
 In foribus letum Androgei: tum pendere poenas 20  
 Cecropidæ jussi (miserum!) septena quotannis

*ausus committere se aëri cum pennis velocibus, evasit ad frigidum septentrionem per viam insolitam; et volans stetit denique super arce Cumana. Appulsus primum his terris, sacravit tibi remos alarum, o Apollo; et fundavit vastum templum. In portis erat sculpta mors Androgei: deinde Athenienses jussi in poenam dare singulis*

~~~~~

cf. Burm.—15. *pinnis* Medic. Possis jungere: *Præpetibus pennis ausus se credere, cœlo Insuetum*—Languet sic carlo. Et Ovid. Met. II, 377 de cycno: *nec se carloque Jovisque Credit—Stagnus petit*.—16. *periter* Franc. *erravit* Witt.—17. *Chalcidicum*—*arcem* Medic. *Chalcidicas arces* Marius Plotius lib. de metris. Apud Gell. x, 16 scriptura extat vulgata. Quantum casum præfert Heinsius. *Calchidica, Calcidia, Chalcidica, Chalcidica*, aberrationes codd. v. ad Ecl. x, 50. Est *Χαλκίς, Χαλκιδικός*.—18. *hic* Zulich., non male. v. Burm.—20. *Androgei* Heins. e codd. consensu recepit. Grammatici veteres, Carisius, Probus, Servius et Priscianus agnoscunt et tuentur *Androgei* (*Ἀνδρόγεω*), quod in recentioribus tantum codd. occurrit, etiam in binis Goth., expressum tamen erat in edd.—21. *miserum* pro *miserorum* accipiebat Heins. *miserum*

NOTÆ

eadem, quod ab eo male mulctati sæpe Græci fuissent; ideo familiam ejus, uxorem, filiasque propudiosis figmentis infames fecere.

16 *Enavit ad Arctos*] In eas evolavit regiones, quæ ad septentrionem Cretæ insulæ sitæ sunt. Pace tamen dixerim Virgilli: Italia Siciliaque multo ad occidentem Cretæ magis vergunt quam ad septentrionem. *Enavit*] Evolavit: magna enim inter navigationem et volatum affinitas, unde mox alæ vocantur *remigium alarum*: ut enim multiplici remorum ac remigum ordine navis hinc inde provehitur, ita geminis hinc inde alis agitur volucris: *Æn.* I. 228. De *Arcto gemina*, sive *ursa*, astris septentrionalibus, *Ge.* I. 188. De *Chalcidica*, sive *Cumæa* arce, supra 2.

20 *Letum Androgei, &c.*] *Androgeus*,

Minois et Pasiphaë filius, in publicis Græcæ ludis sæpenumero victor, ab Atheniensibus et Megarensibus ex invidia occisus est. Ideo Megarenses a Minoë bello petiti et subacti sunt. Athenienses tributo mulctati septem pauperum, totidemque puellarum: quos in Cretam, vel quotannis, vel tertio aut nono quoque anno, sorte vel delectu, mittere jubebantur, includendos labyrintho, et Minotauro devorandos. Virgilius, paucos tantum numerat.

21 *Cecropida*] Antiquum Atheniensium nomen: quorum rex primus fuit *Cecrops* Ægyptius, qui populos hujus regionis vagos duodecim in oppida congregavit, primumque vocavit *Cecropiam*; quæ deinde fuit *arx Atheniensis* urbis, cum Theseus duodecim hæc oppida unam in urbem

Corpora natorum; stat ductis sortibus urna.
 Contra elata mari respondet Gnosia tellus:
 Hic crudelis amor tauri, suppositaque furto
 Pasiphaë, mixtumque genus, prolesque biformis 25
 Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ;
 Hic labor ille domus, et inextricabilis error;
 Magnum reginæ sed enim miseratus amorem

annis septem corpora filiorum, res misera! adest urna unde sortes eductæ erant. Cretica insula eminenens mari respondet e regione. Hic adest amor insanus Pasiphaëa erga taurum, et Pasiphaë supposita per fraudem, et Minotaurus soboles ejus biformis mixto genere, monumentum flagitiosæ libidinis. Hic adest illa difficultas

jussu sec. Goth.—22. dictis Goth. tert.—23. Cnosia Rom., ut al. Burm. conj. resplendet. Sed recte impetum repressit vir doctus.—25. Pasiphe, Pasiphe in codd. Eat Πασιφάη.—27. illa domus Goth. tert.—30. legens Sprot. et Vratial.,

NOTE

coëgit, murisque cinxit. De sortibus ex urna educendis, Æn. v. 491. De Gnosio, urbe Cretæ insulæ, Æn. III. 104.

24 *Amor tauri, &c.*] Pasiphaë, Solis filia, de qua Ecl. vi. 46. turpi amore tauri correpta, dicitur arte Dædali inclusa vaccæ lignæ fuisse, qua arte clam fortimque suscepit e tauro monstrum biforme, semibovem ac semivirum, Minotaurum nomine: qui inclusus in labyrintho, puerorum Atheniensium sanguine pascebatur. Taurus hic, juxta aliquos, unus aliquis fuit ex antichis principibus: qui stupri consuetudinem cum regina, Dædalo administrato, habuerat. Proles biformis; ortus puer ex illa consuetudine; qui ad geminum referri poterat patrem, verum alterum, alterum falsum; unde et nomen ex utroque mixtum tulit. De Venere, amoris ac libidinis Dea, Æn. I. 260.

27 *Labor ille domus, &c.*] Labyrinthus quadruplex fuit. Primus Ægyptiacus apud Heracleopolitas, opus multorum regum, cui manum ultimam Psammithicus imposuit. Secundus hic Cretensis, Dædali opus, ad Ægyptiaci exemplum extractus, sed vix

centesimam ejus partem referens. Tertius in Lemno insula, centum et quinquaginta columnis insignis. Quartus in Italia juxta Clusium, opus et sepulcrum Porsennæ Etruscorum regis. Locus fuit multis tramitibus inter se implexis, crebrisque foribus ad fallendos occursum recursusque intercisus: tectus fornicibus undequaque, et multis pyramidibus fastigiatus. Vide Plinium l. xxxvi. 13.

28 *Reginæ sed enim, &c.*] Theseus, Ægei Atheniensium regis filius, firmatus oraculis, a patre veniam obtinuit, ad persolvendum Cretensibus tributum in Cretam cum reliquis pueris proficiscendi. Huc appulsus, pellecta in amorem sui Ariadæ, Minois et Pasiphaës filia, ejus opera a Dædalo glomeratum filum accepit: quo ad labyrinthi januam alligato, et inter eundem evoluto, cum Minotaurum occidisset, inde remenso itinere egressus, captivos reliquos ipsamque Ariadnen navi secum advexit. Hanc tamen in itinere deseruisse dicitur in insula Naxo: ubi a Baccho suscepta est, et corona donata, quam deinde inter sidera Dii retulerunt. Regina

Dædalus, ipse dolos tecti ambagesque resolvit,
 Cæca regens filo vestigia. Tu quoque magnam 30
 Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.
 Bis conatus erat casus effingere in auro:
 Bis patriæ cecidere manus. Quin protinus omnia
 Perlegerent oculis: ni jam præmissus Achaten
 Afforet, atque una Phœbi Triviæque sacerdos, 35
 Deiphobe Glauci; fatur quæ talia regi:

et error inexplicabilis labyrinthi. Nam Dædalus miscrans magnum amorem filiae regis, ipse explicuit Theseo fraudes et circuitus parietum, dirigens filo passus ejus incertos. Tu etiam, o Icare, haberes magnum luctum in tanta sculptura, si dolor permisisset. Bis conatus erat exprimere in auro calamitatem illam: bis manus paternæ defecerunt. At vero Trojani ulterius pertulissent oculis omnia: nisi Achaten ante præmissus ab Ænea ad Sibyllam, redisset; et cum eo Deiphobe filia Glauci, sacerdos Apollinis ac Dianæ, quæ dicit hæc regi: Hoc tempus non petis

sed filia legit Theseus, fila et iter rexit Dædalus. cf. Bormann.—§1. operum Goth. pr. in abest ab altero Hamburg. labor Ven. pro var. lect. et ed. Ven. Verba Icare haberes a nonnullis codd., inter quos Romanus est, abesse vidit Pierius.—§3. omnia Grammaticorum et optimorum codd., quibus fragm. Vatic. adde, est lectio. v. Pier. et Heins., ut per synizesin scilicet efferendum sit omnia. Librariorum inoscitia mutavit in omne, quod ipse Romanus habet, omnem, omnes, omne. In Ald. pr. erat omnem: sed jam ad calcem operis Aldus jussit e codd. legere omnia, quod receptum in altera edit. Ald. e Prisciano firmavit Benedictus in ed. Junt.—§4. Pellegerent a Virgilio fuisse exaratum, contendit Terentius Scaurus de Orthographia. Ne vero perlegeret scribendum putes, ut, Achate præmissus, solus Æneas ad templum restiterit, recordandum, Æneam pluribus comitibus exiisse. Mox v. 40 Nec sacra morantur Jussa viri.—§6. Deiphobe, Deiphebe aberrant librarii. At est Διφώβη. quæ fatur Menag. pr., totum hemistichium nonnullis deesse notat Cerda. Forte sustulerat aliquis, voce regis offensus. Sed idem Æneas rex inf. 55, sup. I, 548 et al. cf.

NOTE

vocatur, id est regis filia: ut Polyxena apud Euripidem *Ἰφάρκω*. De morte Icarum, supra 14.

31 *Sineret dolor*] Supprimeretur si particula; mutaturque tempus, pro, si scivisset dolor.

33 *Protinus omnia*] Omnia, duas ultimas vocales in unam contrahit, ut spondæus fiat. Sic Æn. v. 362. 'unguibus aureis.' De Achate, fidissimo Æneæ comite, passim dictum. De Phœbi Triviæque sacerdote, supra 9.

36 *Deiphobe Glauci, &c.*] De Sibyllis confusa obscuraque omnia: hæc mihi certiora occurrunt. I. *Sibyllæ*

nomine nuncupatæ fuerunt fœminæ generatim omnes, quæ futura cum aliquo impetu furoris Deique afflatu prædicebant. II. *Nomen* est, a *οἶδς*, Æolica voce, pro *θεὸς Deus*; et *βουλή* consilium: ita ut *Sibylla* sit, *divini consilii particeps*. III. Vitæ diuturnitate et virginitatis laude vulgo commendantur. IV. Ambrosius, in epistolam I. ad Corinth. cap. 2. existimat eas malo spiritu afflatas, non veri Dei beneficio futura conjecisse. Hieronymus tamen adversus Jovinianum lib. I. videtur existimare divinationem iis a vero Deo in præmium vir-

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

sibi hæc spectacula: nunc potius erit immolare septem iuvenco de armento adhuc

Burm.—37. *hæc ista Parrhas. poscunt Rom. et Medic., hic a pr. m., nec male: potest adeo exquisitius dictum videri: ista spectacula poscunt sibi non hoc tempus, sed aliud. Eandem lectionem respicit Servii nota. possit Franc. posci etiam legi*

NOTÆ

ginitatis datam esse. v. Multa de Christo prædixerunt, Cumana inprimis et Erythræa: neque tamen inde, aut vero nomine afflatas, aut fide omnino dignas, putat Augustinus. Sic enim ait contra Fanstum l. XIII. c. 2. 'Sibylla porro, vel Sibyllæ, et si qui alii vates vel philosophi gentium de Filio Dei vera prædixisse perhibentur: valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam: cum illum Deum nos colera ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congenitiles populos idola et dæmonia colentes partim docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt.' vi. Ideo existimo, Sibyllas malo quidem spiritu afflatas fuisse: factum tamen, ut in præmium virginittatis, aliqua etiam vera declarari per eas voluerit Deus, ad revincendam ethnicorum perviciam. vii. Plures paucioresve a diversis auctoribus numerantur; decem a Varrone, quem vulgo sequuntur omnes. *Delphica, Erythræa, Cumæa, Samia, Cumana, Hellepontica, Libyca, Persica, Phrygia, Tiburtina.* Harum una Tarquinio Superbo, Romanorum regi, tres vel novem obtulit libros, ex multarum Sibyllarum vaticinalis contextos: petiitque pretium trecentorum nummorum: despecta a rege, tertiam librorum partem abiecit in ignem; tum reversa, idem iterum pretium poposcit: iterumque repulsam passa, partem librorum

alteram incendit, pro reliqua tantumdem petiit. Cæus pertinaciam rex admiratus, et persolvit pretium, et libros inter sacra Romani imperii haberi voluit, et in Capitolini Jovis sacrario sub terram in arca lapidea deposuit: constitutis viris, qui, quoties exigerent dubia reipublicæ tempora, libros eos consularent. Hi primum viri duo, postea decem, denique quindecim fuere Syllæ dictatoris temporibus. Hæc Tarquinii Sibylla, aliis *Cumæa*, aliis *Erythræa* dicitur, vulgo tamen *Cumana*: nomine *Amalthea*, vel *Demophile*. viii. Libri illi incendio Capitolii conflagrarunt, anno ante Syllæ dictaturam: quare legati ex senatusconsulto missi sunt in plerasque Græciæ et Italiæ civitates, qui carmina Sibyllarum undique conquisita Romam deportarent. Hi collegerunt ad mille versus: qui deinceps magna cura servati, tandem a Stilichone Honorii imperatoris socero cremati sunt. Libros autem Sibyllinorum oraculorum octo, qui Græcis versibus scripti circumferuntur, omnino suppositos puto. ix. Denique hæc Virgiliana Sibylla, *Cumæa* esse putatur, sive *Cimmeria*, quæ in Italia paulo post excidium Trojæ vaticinata est. Hanc Justinus in parænetica orat. ait fuisse ortam Babylone, et Berosi Chaldaicarum rerum scriptoris filiam: Virgilius Deiphoben, et Glauci cujusdam filiam nuncupat; atque ita Græcæ putat esse originis.

Nunc grege de intacto septem mactare juvencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

Talibus affata Æneam (nec sacra morantur
Jussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Enboicæ latus ingens rupis in antrum:
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum;
Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.

Ventum erat ad limen, cum virgo, Poscere fata
Tempus, ait: Deus, ecce, Deus. Cui talia fanti
Ante fores, subito non vultus, non color unus,
Non comæ mansere comæ; sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument; majorque videri,
Nec mortale sonans; afflata est numine quando

indemito, et totidem oves electas juxta ritum. Sacerdos allocuta Æneam his verbis, inquit Trojanos in altum templum: et famuli non tardant exequi mandata de sacrificio. Latus ingens rupis Cumana excavatum est in formam antri: quo centum lati aditus et centum portæ ducunt: unde erumpunt totidem voces, quæ sunt responsa Sibyllæ. Percutitur erat ad os antri: cum Virgo dixit: Tempus est petendi oracula. Deus, Deus adest. Cui dicenti talia ante ostia, repente non remansit facies eadem, non idem color, non capilli ordinati: sed pectus anhelans, et cor efferatum intumescit rabie: cæpitque apparere major, nec loquens modo humano: ex quo

posse Heinsius aiebat.—38. *Hunc Franc. grege de niveo* edd. Macrobii iv Sat. 2, male; cum Diis inferis sacra parentur. v. Heins.—39. *ex more Ven. Erf. et fragm. Vatic.*—40. *moratur Goth. pr.*—41. *in templa alta pr. Hamb.*—42. *excisum pr. Rottend.*—43. *Qua pr. Moret., perpetua varietate.*—45. *tum virgo quidam op. Serv. iii Æn. 370.*—46. *plurima fanti Schol. Stat. Theb. x, 164.*—49. *Et r. f. c. domat Lutat. ad Stat. viii Theb. 202.*—50. *Non Parrhas. affataque n. Goth. sec. Mox, ut nunc interpungitur, quando est pro quandoquidem, siquidem, uti et Servius interpretatur. Mihi oratio majorem vim habere videtur, si distinxeris: Nec m. sonans. Afflata est n. quando Jam propiore Dei: cæcus in*

NOTE

38 *Grege de intacto, &c.] Juvencos* nondum jugum passos: hi enim uni sacrificiis apti erant, Ge. 551. 'Intacta totidem cervice juvenca.' Deinde numero *septem*: quia Apollini immolandi erant, uni e Diis superis, quibus impar numerus placet: Æn. v. 96. De *bidentibus ovibus*, Æn. iv. 67.

41 *Alta in templa, &c.] De situ templi, et rupis, deque multis ejus ostiis et recessibus, supra 9. De Enboica, id est Cumana urbe, 2.*

50 *Afflata est, &c.] Non tantum* tacta vicini numinis spiritu, sed plena et correpta: ut contra Servium contendunt interpretes. Sic Ovid. Fast. vi. 708. Tibiam dixit *efflatum*, quæ vento plena est, et quasi inflata: 'Inventam Satyrus primum miratur; et usum Nescit, et afflatam sensit habere sonum.' Igitur *propiore numin*, non est *viciniore*; sed in intima pectoris parte jam *presente*: maxime cum dicatur, 78. 'Magnum si pectore possit Excussisse Deum.'

Jam propiore Dei. Cessas in vota precesque,
Tros, ait, Ænea? cessas? neque enim ante dehiscunt
Attonitæ magna ora domus. Et talia fata
Conticuit. Gelidas Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo: 55
Phœbe, graves Trojæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manusque
Corpus in Æacidæ; magnas obeuntia terras
Tot maria intravi, duce te, penitusque repostas
Massylum gentes, prætentaque Syrtibus arva; 60
Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.

correpta est spiritu Dei jam præsentē: dixitque: Turdus es ad emittenda vota et preces, o Ænea Trojane? tardus es? nam magna ostia antri terrifici non aperientur prius, quam preces miseris: et hæc locuta siluit. Tremor frigidus subit in ossa dura Trojanorum; et rex eorum misit preces ex intimo corde: O Phæbe, qui semper miseris es acerborum casum Trojæ: qui direxisti sagittam Trojanam et manum Paridis in corpus Achillis: te auctore ingressus sum tot maria cingentia magnas terras, et nationes Massylorum longe remotas, et littora vicina Syrtibus. Nunc denique attingimus littora Italiæ recedentis. Hactenus calamitas Trojanorum

vota precesque, Tros, ait, Ænea?—51. Deo panci codd. et plerique a m. pr. vel sec. et propiore Dorvill. cessas pr. Menag.—52. Æneas Sprot. et Goth. alt. neque enim Heins. ex scriptis pro nec enim. dehiscunt Leid. un.—53. magna Ven. damos tert. Rottend. Max Ut t. f. Conticuit, g. conj. Heins.—54. dira pensfert Uptonus ad Spencerum Fairy Queen p. 538, ut sint horroris plena.—55. funditque Heins. ex scriptis. Vulgo funditque; at pr. Moret. a m. pr. fundenque.—57. direxit Sprot. a m. pr. directi Parrhas. directi Goth. tert. cum Rom.—59. penitusque r. Rom., quod Pierius explicat: ad Pænos usque. Sed est librarii lapsus.—60. Massylum multi librarii peccant; ut et al. Jo. Schrader. conj. prætentaque, ut illud: Germania, quatenus Danubio præsentatur ei alia. Verum ita variatur oratio, non emendatur. Apud Silium XVI, 263 est extensa tellus Syrtibus.—61. fugientes octo codd. ap. Burm. Sed etiam v, 620 Italiam sequimur fugientem.—62. fuerat Montalb.—63.

NOTE

53. *Attonitæ magna ora domus.*] Ostia illa centum, id est, plurima, de quibus, 44. Domus vocatur attonita: vel quia vocum erumpentium sono, quasi tonitru concutitur: vel quia attonitos ac trepidos facit, quemadmodum mors dicitur pallida, quia pallorem inducit. Et sensus est: Ego quæ nunc te alloquor ante fores; non intrabo in ipsa antri penetralia, unde oracula soleo emittere; nisi prius vota conceperis. De Teucris, Æn. I. 239.

56 *Phæbe, &c.*] Trojanis favit: unde Ovidius, Trist. I. I. 2. 5. 'Mæcæber in Trojam, pro Troja stabat Apollo.' De *Phæbe*, Ecl. III. 62. De *Paride*, Æn. I. 31. De *Achille*, a Paride in templo Apollinis occiso, Æn. III. 321. De *Æaco*, Achillis avo, Æn. I. 103. *Direxti*, pro *direxisti*: ut Æn. I. 205. *Accessis scopulos*, pro *accessisti*.

59 *Duce te*] Ipsi enim oracula sæpius de rerum eventu consuluerat: maxime in insula Delo, Æn. III. 84. Et ad Leucadem atque Actium, ibid.

Hac Trojana tenus fuerit Fortuna secuta.
 Vos quoque Pergamæ jam fas est parcere genti,
 Dique Deæque omnes, quibus obstitit Ilium et ingens
 Gloria Dardaniæ. Tuque, o sanctissima vates, 65
 Præscia venturi, da, non indebita posco
 Regna meis fatis, Latio considerare Teucros,
 Errantesque Deos, agitataque numina Trojæ,
 Tum Phœbo et Triviæ solido de marmore templum,
 Institutam festosque dies de nomine Phœbi. 70

nos persecuta fuerit. Nunc æquum est vos etiam ignoscere Trojanæ genti, o Dii, et Deæ omnes, quibus adversabatur Troja et magna gloria Troadis. Et tu, o sanctissima Sibylla, prævidens futurum, permittit Trojanæ, et Deos vagos, et numina Trojæ jactata, sedere in Latio: non peto regna non debita meis fatis. Tunc statim Phœbo et Dianæ templa e marmore solido, et dies festos de nomine Phœbi dictos.

parcite aliquot Pier. quod et ipsum placere potest. At nec vulgata habet, quod novare necesse sit.—64. Ilium et Dorvill. Ilium ingens alii Pierii, lapsu, quem alias quoque vidimus.—65. Dardanidum ed. Ven.—66. Bene Barmannus distinxit post fatis, ut sit: da Latio considerare Teucros. Et sic jam inde ab Aldo interpunxerant. Alii sic: da (non i. posco) Regna m. f.—67. consistere Rom. et aliquot codd., quos Ursinus viderat, Goth. sec. cum tribus ap. Barm., perpetua varietate. cf. i, 572. iii, 162 et al.—69. templa vulg. edd. ante Heins. et codd., sed fere recentiores, ut tres Goth. Et poterat illud placere, quoniam de uno templo Dianæ cum Apolline dicato Romæ non constabat. Spanhemius, jam Burmanno landatus, de usu et præst. Num. T. ii, p. 129 ex Varrone LL. vi affert locum, unde Noctiluæ templum in Palatio fuisse, h. e. Dianæ, constat. Enimvero alienum hoc ab h. l.; nam obscura aliqua ædes non poterat a poeta commemorari; sed agi necesse est de refecto illo et dedicato ab Augusto (v. Vita Virg.) et toties celebrato a poetis templo Apollinis Palatini. Nec refert, templa an templum legas: aliter enim, quam de uno illo templo, dictum nec alterum accipies. Erant in hoc templo pensiles lychnuchi ex ære mirandæ artis, quas Alexander captis Thebis Apollini in Cyme (ἡ Κίμυρ) Æolidis dicaverat, ap. Plin. xxxiv, § s. 8, quos perperam Spanhem. l. c. in ædem Noctiluæ transtulit.—70. Constitutam Rom. Ursin. et Serv. ad iii, 274. Sed poeta exquisitius verbum h. l. sequi maluit: siquidem, ut vulgo fit, interpungas: templum Institutam, f. Nunc alia ratione suc-

NOTE

274. Tnm in Epiro apud Helenum, ibid. 369. De Massyllis, Afris, Æn. iv. 480. De Syrtibus, vadosis Africi maris plagis, Æn. i. 115.

63. *Parcere genti, Dique Deæque, &c.*] Numina Trojæ infesta: *Juno, Æn. i. 33. Neptunus, Æn. ii. 610. Palas, Æn. ii. 162. De Dardania gente et Teucris, Æn. i. 239. De Pergamo, Æn. i. 470. De Ilio et Troja, Æn. i. 5. De Latio, Æn. i. 10. De naminibus Trojæ, Æn. ii. 717. De Triria, Diana,*

Æn. iv. 511.

69 *De marmore templum, &c.*] Alludit ad pleraque, quæ a Romanis Æneæ posteris in Apollinis honorem instituta sunt. Ad ludos quidem Apollinæ, primo bello Punico institutos ex Sibyllino carmine, Cornelio Rufo decemviro: qui inde dictus est *Sibylla*, postmodum corrupto vocabulo *Sylla*. Deinde ad templum Apollinis, in Palatio post Actiacam victoriam ab Augusto magnificentissime extractum.

Te quoque magna manent regnis penetralia nostris:

Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata,

Diota meæ genti, ponam, lectosque sacrabo,

Alma, viros. Foliis tantum ne carmina manda;

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

75

Ipsa canas oro. Finem dedit ore loquendi.

At, Phœbi nondum patiens, immanis in antro

Bacchatur vates, magnum si pectore possit

Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat

Magnum etiam sacrarium expectat te in regnis nostris. Ego enim illic recondam tua oracula, et secreta fata declarata meæ genti; et dedicabo tibi virps electos, o alma: tantummodo noli inscribere carmina frondibus, ne confusa evolent in ludibrium rapidorum ventorum: precor te, loquere tu ipsa. Sic fecit finem loquendi voce. At Sibylla ingens, nondum patiens Phœbi, furit in caverna, tentans an possit expellere e pectore magnum Deum: ille tanto magis exagitat os rabidum, subigens pectus

curriase me viden. diis Witt.—71. nostris p. regnis Hamburg. pr. Erf. et Diomedes lib. i.—72. tuis alter Hamburg. *Achaica fata* idem.—73. imponam Parrhas. ponam genti Mentel. alter.—74. tantum foliis Parrhas. nec c. tres ap. Burm., porro nomina Ald. pr., sed emendavit Nauger., Goth. pr. et Nonius in ludibria. conf. sup. iii, 445.—76. finem dedit ore loquendi. Fuisse videntur jam ante Cerdam, quibus hæc ab aliena manu assuta esse viderentur, offensi forte et illi vocis ore pleonasmò, satis et alibi obvio. v. Burm.; tamen Servius quoque in eo arguitur. Sed bene laudant Intpp. Lucilii verum: *Hæc ubi dicta dedit, pausam sicut ore loquendi*, ap. Nonium in *pausa*.—78. posset Rom. et Hamb. alt.—79. excussisse Dorvill., ut solent recent. librarii. excus-

NOTÆ

71 *Te quoque, &c.*] Non significat templa Sibyllæ esse extruenda; sed locum duntaxat assignandum in ipsis Jovis Capitolini penetralibus et sacra-ria, ubi libri Sibyllini reponerentur; sub eorum virorum cura, de quibus diximus, 36. De sortibus pro oraculis, Æn. iv. 346.

74 *Foliis ne carmina manda*] Hoc Sibyllæ illi peculiare aiant fuisse, ut palmarum foliis oracula sua describeret; citatque Varronem Hortensius. Cerdanns censet id ex usu fuisse illorum temporum: quibus nondum scribebatur in cortice, aut papyro, aut pergamenò corio; sed in frondibus tantum arboreis.

76 *Finem dedit ore loquendi*] Con-salto dictum id volunt interpretes:

quia interim *animo* multaolvebat precabaturque, diuin ore tacebat. Ego tamen hic poetæ diligentiam desidero.

77 *Nondum patiens*] Vel *nondum*, hic significat *non*, ut censet Cujacius: hoc sensu: *Sibylla impatiens Phœbi conatur eum excutere*. Vel potius significat, Sibyllam nondum esse omnino *docilem* subditamque Phœbo, ut ex ipsius arbitrio oracula eloquatur; sed reluctari, donec fingatur, cogaturque.

78 *Bacchatur*] Furit more Baccharum, de quibus Æn. iv. 301. 'Si possit: locutus sic explenda, tentans an possit. Ut Æn. ii. 756. 'pedem si forte tulisset: id est, explorans an pedem retulisset.

Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo. 80
 Ostia jamque domus patuere ingentia centum
 Sponte sua, vatisque ferunt responsa per auras:
 O tandem magnis pelagi defuncte periclist!
 Sed terra graviora manent. In regna Lavini
 Dardanidæ venient; mitte hanc de pectore curam; 85
 Sed non et venisse volent. Bella, horrida bella,
 Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
 Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
 Defuerint. Alius Latio jam partus Achilles,

effertum, et opprimendo accommodat ad oracula proferenda. Et jam centum magnæ portæ atri apertæ sunt motu proprio, et emittunt in æræm hæc responsa Sibyllæ: O qui evasisti magna pericula maris! Sed majora expectant te in terra. Trojani pervenient ad regnum Lavinium, ejice hanc sollicitudinem e corde: sed cupient quoque non eo pervenisse. Video bella, horrida bella, et Tybrim spumantem multo sanguine. Non deerunt tibi Simois, nec Xanthus, nec exercitus Græcic alter Achilles jam paratus est in Latio, ipse etiam filius Deæ: et Juno infesta Trojanis

~~~~~

*sura Barthius ex suo codice.—80. rapidum multi ap. Burm.—81. namque alter Hamburg.—82. vatisque ruant idem. sub auras Sprot. et Goth. sec., ut alibi.—84. Dux codicum sectæ: altera, duce Romano, terra; et hoc sonantius; altera, Mediceo duce, terræ; quod non, ut humi, terræ, interpretari malim, sed terræ pericula, ut Pierius quoque facit. terris Parrius. majora manent Sprot. et regna nonnulli Pierii, omissa præp. ad, quod Heins. ad II, 781 illustrat. regna Latini alios legere narrat post Benedictum in ed. Junt. Pierius, etiam scriptos, sed ex interpolatione. Enimvero Lavinii regna ab urbe nova condenda, Lavinio, haud dubie exquisitius dicta et ad spiritum fatidicum melius sunt attemperata; nec in eo prolepsis nec metrica ratio in priore syllaba correpta quenquam tenere debuit: v. sup. I, 6. Sunt regna Lavinii: itaque scripsi, ut debet scriptum esse veterum more, Lavinia, ut etiam sup. I, 262. 274. Eadem non minus bene regna Lavinia dixisset, ut alibi arva Lavinia, littora Lavinia, IV, 236. I, 6.—85. pone hanc Vratisl. dimitte hanc p. Leid. et pr. Moret.—86. In et turbant librarii; et vel omittunt, vel scribunt: Sed non evenisse, sed non advenisse. Est: verum etiam volent non venisse. Etiam voluit Mentel. pr.—87. cernam Moret. sec., male.—88. Nec S. Dorvill.—89. Defuerunt alter Hamb., cum glossa, in labore.—90. abdita multi ad. Pier., ex*

#### NOTÆ

84 *In regna Lavini]* Regna Lavinia: regionem Italicæ, ubi urbs Lavinium: sic Æn. I. 251. 'urbem Patavi,' id est urbem Patavium. An vero jam ante Æneæ tempora Lavinium urbi nomen esset, diximus Æn. I. 6. Quidam legunt non male: regna Latini, regis ad quem Æneas perveniet Æn. VII. 45. De Tybri, Æn. VIII. 330.

88 *Non Simois, &c.]* Comparat vates

bella Trojana cum futuris in Italia bellis, ex locorum, personarum, causarumque similitudine. Confert enim Xanthum et Simoenta, de quibus Æn. I. 104. 477. cum Tybri et Nemo, de quibus VIII. 330. et Æn. VII. 150. Achillem, cum Turno, de quo Æn. VII. 56. Helenam, cum Lavinia, de qua Æn. VII. 72. De Latio, Æn. VII. 54. De Doricis castris, id est Græcis, Æn. II. 27.

Natus et ipse Dea. Nec Teucris addita Juno 90  
 Usquam aberit. Cum tu supplex in rebus egenis  
 Quas gentes Italum, aut quas non oraveris urbes!  
 Causa mali tanti conjux iterum, hospita Teucris,  
 Externique iterum thalami.  
 Tu ne cede malis: sed contra audentior ito, 95  
 Qua tua te Fortuna sinet. Via prima salutis,  
 Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.

*non aberit ullo loco. Quem tu, quas nationes Italorum, et quas urbes non implorabis supplex in rebus extremis? Causa tantarum calamitatum erit rursus Trojanis conjux hospitio excipiens eos, et rursus peregrina nuptiæ. Tu noli frangi calamitatibus: sed contra resiste audacior, quam tua fortuna te permittet esse. Prima salutis via aperietur tibi ab urbe Graia, quod non putas. Talibus verbis Cumæa Sibylla canit*

more. Heumannus olim conj. nec Teucris (addit) Juno; sed repressus ab Burmanno ad h. l. v. Notam nostram.—91. Usque Ven. Nusquam a. tum tu Parrhas. tunc tu pr. Hamb. pro var. lect. ut rebus Leid. unus.—92. erreris Wall.—93. Teucris pr. Moret. Ceterum male vulgo distinguebatur, etsi Servii exemplo, Causa mali tanti conjux, iterum h. Teucris; Melius: Causa mali tanti conjux iterum, h. T. Sic et mox iterum thalami.—94. Extremique Moret. sec.—95. crede Goth. tert. et a pr. in. Medic. audacior alter Hamburg. et bini Goth. audacior Wall. ardentior Leid. et Hugen. a m. pr.—96. Vulgatum erat: Quam tua te fortuna sinet. Ut plus audeat, quam fata permittant, vix videtur bonum consilium esse; multo minus Æneæ datum, cujus omnia consilia ad fatum ordinem a poeta attemperata sunt. Quam pro quantum ut cum Heinio et Burmanno accipias, durum esse puto, et vero etiam jejunum: Malis obviam ito, quantum potes. Significantius est: quacumque via licet id facere. Accedo igitur viris doctis, ut legendum existimem, Qua, ea via, qua; ut sup. 11, 387 O socii, qua prima, inquit, fortuna salutis Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur. Affine est sup. 1, 422. Corripuere riam, qua semilia monstrat. nec tamen adeo longe in malis propulsandis progredi fata te sinent, sed paratum est auxilium: Via prima s. Atque fuit hæc lectio etiam in libris plerisque Pierii; forte recentibus. Nam veteres omnes in quam conspirant. Inter editos princeps Ald. qua exhibet, mutatum a Nangerio in altera. In his tamen particulis, imprimis cum comparativus in errorem tam

NOTÆ

90 Natus et ipse Dea] Ut enim Achilles matrem habuit Thetida, Ecl. iv. 32. sic Turnus Veniliam nympham, Æn. vii. 56.

Addita Juno Teucris] Infesta, et quasi lateri semper affixa. Nam addere, etsi aliquando bonam in partem sumitur, ut Æn. viii. 301. 'decus addite Divis' sepe tamen in malam: et proprie de infictis verberibus dici probat Taubmannus in Plauti Aulul. Act. iii. sc. 6. v. 19. citatque Macro-

bis hoc e Lucilio: 'Si mihi non prætor siet additus, atque agitet me.'

93 Conjux iterum, hospita] Ut Helena, Menelai uxor, quæ Paridem hospitio excepit, ab eodem rapta, Trojano bello causam dedit; sic Lavinia, filia Latini qui Æneam hospitio excipiet, Turno promissa, ab Æneâ expetita, belli iterum auctor erit.

97 Graia ab urbe] Pallanteo, urbe Evandri Arcadis: de quo Æn. viii. 51.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 F

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla  
 Horrendas canit ambages, antroque remugit,  
 Obscuris vera involvens: ea fræna furenti 100  
 Concutit, et stimulos sub pectore vertit Apollo.  
 Ut primum cessit furor, et rabida ora quierunt;  
 Incipit Æneas heros: Non ulla laborum,  
 O virgo, nova mi facies inopinave surgit.  
 Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi. 105  
 Unum oro; quando hic inferni janua regis  
 Dicitur, et tenebrosa palus Acheronte refuso:  
 Ire ad conspectum cari genitoris et ora  
 Contingat; doceas iter, et sacra ostia pandas.  
 Illum ego per flammās, et mille sequentia tela, 110

*e recessu terrificas ambages, et reboat e caverna, obtegens vera obscuris: sic Apollo regit habenas, et agitat stimulos sub ejus corde. Statim atque furor excessit, et os efferatum siluit; heros Æneas cæpit loqui: O virgo, nulla species laborum occurrat mihi nova et improvisa: præsens et mecum prius mente confeci cuncta. Unum precor: quandoquidem fertur hic esse porta regis inferni, et obscura palus Acheronte exundante; liceat mihi ire in conspectum et vultum dilecti patris: monstra iter, et aperi sacras portas. Ego his humeris servavi illum inter flammās et mille spicula*

\*\*\*\*\*

facile inducere debuerit, nolim librariorum fidei tam multum tribuere. Alii legunt *Quum*, quod vix probes. Toupus Epist. Crit. pag. 171 *Lego*, ut mihi quidem videtur, certissime: Quo tua te fortuna feret. Hoc est, poetæ dictionem per *Insuum* variare, non, corrupta emendare. sinat Oudart.—98. *Cumæa* Dorvill., sed alterum doctius: v. ad Silium 1x, 57.—101. *Incutit* pr. Hamb. pro var. lect. *Quætere fræna* proprie de aurigantibus. *versat* aliquot Pier. cum Goth. sec. Sed hoc ad orationem vulgarem propius accederet.—102. *Ut tandem* Parrhas. *rapida* multi et hic. v. sup. 80 et 49.—104. *nova non f.* Exc. Burm. *mihi Rom.*, hic et alibi. Scilicet eodem res redit, si syllabas contractas scriptura quoque, an tantum pronuntiatione, tollas. Sed constantia in his servanda est. *surgit* Zulich.—105. *percepi* multi scripti et editi. Sed *præcepi* Rom. Medic. et alii vetustiores cum Servio. Et hoc eruditius. cf. inf. x, 277. *ipæ peregi* Seneca Epist. 76 et Euphras. in Terent.—106. i. j. *Ditis* Leid. unus, et Franc. in margine; ex interpret.—109. *Contingit* aliquot Pier.; at Romanus: *Unum oro—Ire ad c. c. genitoris, et ora Contingam.*

#### NOTÆ

98 *Adyto*] Loco antri intimo. Æn. II. 297.

99 *Ambages*] Circuitus ambiguos: ab antiquo *ambi*, *circum*; et *ago*.

100 *Fræna*.... *stimulos*, &c.] *Meta-phoræ* ductæ ab equis et bobus: quorum illi reguntur frænis, atque habenis, hinc inde tractis et concussis; hi

fustibus impelluntur pungunturque præcutis. Fingitur autem Apollo quasi valibus insidens, equitis aut agitatoris in morem.

105 *Omnia præcepi*] Monitis Heleni, Æn. III. 441. Monitis Anchisæ, Æn. v. 730.

106 *Hic inferni janua regis*] De hoc

Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi;  
 Ille, meum comitatus iter, maria omnia mecum  
 Atque omnes pelagique minas cœlique ferebat  
 Invalidus, vires ultra sortemque senectæ.  
 Quin, ut te supplex peterem, et tua limina adirem, 115  
 Idem orans mandata dabat. Natique patrisque,  
 Alma, precor, miserere; potes namque omnia; nec te  
 Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis;  
 Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus,

*insequentia, et extrahi e mediis hostibus: ille secutus est meum iter et omnia maria mecum; atque tolerabat omnes minas et cœli et maris, quanquam infirmus, supra robur et conditionem senectutis. Præterea ipse rogans me, simul dabat iuram, ut convenirem te supplex, et venirem tuam domum. O alma, precor, miserere filii et patris: nam potes cuncta: nec frustra Hecate præposuit te sylvis infernis. Si Orpheus potuit evocare umbram uxoris, adjutus cithara Thracia et chordis sonantibus: si*

\*\*\*\*\*

—111. *revelli* Bigot. In *recepti* argutati sunt veteres Grammatici. v. Serv. et Pompon. Sab. Sed *recipimus* et recuperamus non modo amissa, sed ea quoque, quæ ne amitteremus metuendum erat.—113. *cœlique minas pelagique* Medic. et Wall.—114. *Invalidus*. Jo. Schrader. otiosum esse ratus emend. *Imparidus*. Verum Anchises ferebat, etsi invalidus, fortius quam pro virium et ætatis modo et gradu.—115. *et abest a plerisque* Pier. et Heins., comparat tamen in Medic. et Rom. Sed abesse posse nemo dubitet. *lumina, numina* etiam hic in libris.—116. *Ille o. pr.* Hamb. *ipse o.* Hugen. Ex Pier. alii *Id me orans*, alii *Id memorans*. Tertius Rottend. *Dememorans. gnati, nati*, et in non-

#### NOTÆ

adita Inferorum, in Campania Italiæ, ad Avernum lacum, dicemus, 237. De *Acheronte*, æstuante et stagnante, 323.

111 *Eripui his humeris*] E Trojano incendio, Græcorumque potestate. Æn. II. 721.

115 *Ut te supplex peterem, mandata dabat*] Cum Ænæ noctu apparuit. Æn. v. 731.

117 *Alma*] Ab *alendo* proprie dicitur: unde *alma Ceres*, et *alma parca*. Sæpe tamen apud Latinos, pro *pura* sumitur, ut *lux alma*: atque ita hic pro *Sibylla virgine*.

118 *Lucis Hecate præfecit Avernis*] *Lucis Avernis*: quia Avernus lacus, juxta quem aditus est ad Inferos, undique sylvis cinctus erat, 237. *Hecate*, Proserpina, Æn. IV. 510, 511,

119 *Si potuit, &c.*] Petitionis æquitatem firmat exemplis Æneas. *Orpheus* adire potuit Inferos, ut conjugem revocaret: quidni possim ut patrem duntaxat videam? *Pollux* et *Castor* toties eadem via eunt ac redeunt: quidni ego semel? *Theseus* ut *Proserpinam* raperet; *Hercules*, ut *Cerberum*: quidni ego ut pie agam?

*Manes arcessere, &c.*] *Arcessere*, est *advocare*: pro quo posterioribus temporibus dictum est *accersere*: neque enim fides iis habenda, qui dicunt, *arcessere*, esse *repellere*; *accersere* vero, *advocare*: sed unum idemque significant: et *arcessere* quidem magis ex usu probatissimorum scriptorum. De *Manibus*, infra 724. De *descensu Orphei ad Inferos*, ad liberandam conjugem *Eurydicen*, Ge. IV. 454.



Threicia fretus cithara fidibusque canoris :

120

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Itque reditque viam toties. Quid Thesea, magnum

*Pollux eripuit fratrem alterna morte; et toties it reditque per illam eandem viam: cur proferam Theseum; cur magnum Herculem? mihi etiam origo est a supremo*

\*\*\*\*\*

nullis geniti legitur ap. Pier.—119. *accersere male et hic multi.*—121. *Sic f. Schol. Statii. v. Heins. Hygin. f. 80. Tunc deprecatus Pollux, ut liceret ei munus suum cum fratre communicare. Cui permisit; ideoque dicitur alterna morte redemptus.*—122. *Quid Thesea, magnum Q. Alciden* distinxit Heins. ex Mentel. Addit Barmannus Witt. et alios. Librariis equidem tantum non tribuam. Sed jam veteres Grammatici super interpunctione disceptavere. v. Serv. et Pompon. Sab. Male eos habet, quod *Thesea* dicat magnum, qui sacrilegus fuerit, et qui *sedet aeternumque sedebit Infelix Theseus* inf. 617. 618; quasi vero magnum semper philosophicam aliquam virtutem designet. Ratio petenda erat ex elegantia poetica optimorum poetarum usu frequentata, et ad animum et ad auditum jucunda, ut epitheton potius ad posterius, quam ad prius

#### NOTE

120 *Threicia . . . fidibus*] *Thracia*, quia Orpheus *Thrax* fuit: de ea regione, *Æn.* III. 14. *Fides*, chordæ citharæ: non quod inter se quadam veluti fide concordent, ut vult Festus: sed omnino a *αἰδής*, quæ Hesychio *chordæ* sunt.

121 *Pollux, &c.*] De *Pollucis* et *Castoris* genere diximus, *Æn.* I. 634. Uterque *Ledam* habuit matrem, *Tyndarei* Spartani regis uxorem: patrem *Pollux* quidem *Jovem*, unde immortalis fuit; *Castor* vero *Tyndareum*, unde mortalis fuit. Communi tamen ambo nomine dicti sunt, et *Castores*; et *Tyndaridæ*: et *Διόσκουροι* *Dioscouri*, id est *Joris filii*. *Castor* equestri arte, *Pollux* pugilatu insignis memoratur: ambo inter se amicitia conjunctissimi: *Helenam* sororem a *Theseo* raptam receperunt: *Colchos* ad expugnationem velleris aurei cum *Argonautis* profecti sunt: qua in expeditione cum navis periclitaretur votaque *Diis* fierent; ignes ex utriusque fratris capitibus emicnere, quos tranquillitas maris statim consecuta est: mare piratis purgavere. Mortuo deinde *Castore*, *Pollux* a *Jove*

obtineat, ut suam cum ipso immortalitatem partiretur: atque ita factum est, ut alternis diebus, alter in cœlo, alter apud *Inferos* degat. Fabulæ locum dedit siderum illorum natura, quos geminos appellamus, qui et ipsi dicuntur esse *Tyndaridæ*: aiunt enim interpretes, altero oriente alterum occidere; quod omnino falsum est: id quidem verum; ita stellas utriusque capitis esse dispositas inter se, ut in ipso, quod aiunt, sive ortus sive occasus puncto, cum altera primum oritur, altera infra horizontem adhuc lateat; cum altera primum occidit, altera supra horizontem adhuc appareat. Sunt et ignes eorum nomine dicti, circa navium vela malosque errare soliti: qui nihil ab ignibus *fatuis* differunt. Hi et olim et etiam nunc, si duo apparent, salutare nautis habentur; si unus tantum apparet, funestus existimatur: *Hispani* et *Itali* nautæ nunc vocant ignes sancti *Hermi*, aut sancti *Telami*: *Itali* sancti *Petri*, et sancti *Nicolai*.

122 *Thesea*] Accusativus Græcus. De eo, infra 618. De *Alcide*, *Herculis* nomine, *Æn.* v. 414. De ejus

Quid memorem Alciden? Et mi genus ab Jove summo.

Talibus orabat dictis, arasque tenebat;

Cum sic orsa loqui vates: Sate sanguine Divum, 125

Tros Anchisiada, facilis descensus Averno;

Noctes atque dies patet atri janua Ditis;

Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,

Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos æquus amavit

Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, 130

Dis geniti potuere. Tenent media omnia sylvæ,

Cocytusque sinu labens circumvenit atro.

*Jove. Talibus verbis precabatur, et tangebatur altaria. Tunc Sibylla cepit ita loqui: O create sanguine Deorum, Trojane filii Anchisæ: facilis est descensus ad Inferos: porta nigri Plutonis aperta est diu noctuque: sed referre pedem, et redire ad aërem sublimem, hæc est difficultas, hic labor. Pauci Deorum filii, quos justus Jupiter dilexit, vel quos generosa virtus extulit ad cælum, id potuerunt. Sykæa occupant omnia intervalla, et Cocytus fluens nigris flexibus circumcingit. Si tamen*

\*\*\*\*\*

referatur: Quid Thesea, magnum Quid m. Alciden?—123. Alcidemque, mihi genus tres ap. Burm. a Jove duo cum binis Goth. et summo est sec. Moret.—124. tenebant pr. Moret.—125. Cum sic Heins. ex Medic. et aliis; alii tum et tunc.—126. Vulgo Anchisiade est, ἀ'Αγχιωίδης. Anchisiada Medic. a m. pr. et tert. Moret., eleganter, Heinsio iudice; quia poëtas Latinos alia sic efferre videmus: O Æacida. Orestes. Æcta, ut docuit ille ad Ovid. Ep. 3, 87. 8, 9 et al. Etiam sup. III, 475 Anchisa. A Burmanno admissam lectionem pristinam iterum expulimus: conf. v. 348. ix, 653. Nec tamen hoc adeo perpetuum putandum, quo minus et vulgaris ratio ferri possit. Ita v. c. Val. Fl. II, 427 Æacide legitur constanter. Alii Anchisiadæ, Anchisiades, diacensus tres ap. Burm. Averno nota elegantia pro ad Avernum reposuit Heinsius cum melioribus, nisi quod fere habent: Averno est. Vulgo Averni, quod vulgare esset. Averni est Gud. a m. sec. Scilicet etiam h. l. duas codicum familias agnoscas: Romanus ducit alteram, Averni, alteram Mediceus, vel is, unde exscriptus ille est, Averno. Pompon. Sab. "Averno, ad Avernum. Sic legit Apronianus."—128. gradus sec. Moret., sed vid. Burm.—130. audens alter Hamburg. arexit Leid. un. in æthera aliquot apud Burm.—132. Cocytos Medic. et alii. circumvenit post Pierium et Gifan. ap. Guell. Heinsius e

# NOTÆ

factis et descensu ad Inferos, Æn. VIII. 288.

123 Et mi genus ab Jove] Tam maternum genus, a Venere Jovis filia, Æn. I. 260. quam paternum, a Dardano, Jovis filio, Æn. III. 167. Unde se majorem existimat Polluce, Hercule, et Theseo; qui materno genere mortales erant: Pollux Ledæ, Hercules Alcmenæ, Theseus Æthra filius. De tenendis aris inter suppli-

candum, Æn. IV. 219. De Averno, infra 237. De Dite, Plutone, Ge. IV. 467.

131 Tenent media omnia sylvæ] Non media Inferorum loca, ubi carcer igneus impiorum, et Elysii piorum campi: sed intervalla et spatia, inter Sibyllæ cavernam et Inferorum fluvios media: Avernus enim lacus sylvæ cinctus erat, 237. et aditus ipse Inferorum, 257. De Cocyto et Styge, 323.

Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,  
 Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre  
 Tartara; et insano juvat indulgere labori: 135  
 Accipe, quæ peragenda prius. Latet arbore opaca  
 Aureus et foliis et lento vimine ramus,  
 Junoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis  
 Lucus, et obscuris claudunt convallibus umbræ.  
 Sed non ante datur telluris operta subire, 140  
 Auricomos quam quis decerpserit arbore fœtus.

*tantus amor et tantum desiderium inest animo, præternavigandi bis fluvios Stygios, et videndi bis nigrum Tartarum; et si placet suscipere vanum laborem: audi, quæ prius perficienda sunt. Ramus aureus et frondibus et cortice flexili, qui dicitur dicatus Proserpinæ infernæ, latet in umbrosa arbore: hunc omnis sylva occultat, et umbræ obscurarum vallium abscondunt. Sed non conceditur intrare loca secreta terræ, priusquam aliquis evulserit ex arbore aureum ramum.*

////////

melioribus omnibus reposuit lateque astruxit exemplis. Adde Wass. ad Sallust. Jug. 71 et alios. Vulgg. *circumfuit*. Scilicet *circumvenire* exquisita et docta ratione dictum pro, *circumire, circumdare, circumfluere*; quæ vulgaria verba sunt.—133. *Quin si* conj. Heins., et Goth. sec. *Quid*; sed cf. II, 10. *t. amor, menti si* duo interpungunt. *mentis* alter Hamb. est deest Menag. pr. Goth. sec.—136. *opaco* Medic. a m. pr.—139. *plaudunt* Rom.—140. *opaca* Dorvill. a m. pr.—141. *quam qui* Medic. alter Mentel. et Colot., quod exquisitius putem, pro *quam si quis. decerpserit* multi ap. Pier. et Burm., male. *decerpit ab arbore* notavi ex Jo. Sarisber. lib. VIII, p. 690 ed. Amst.—

#### NOTÆ

134 *Bis nigra, &c.*] Et nunc, et cum aliquando morieris. *Tartarus*, plur. *Tartara*, profundissimus est Inferorum locus. Alii deducunt a verbo *ταρταλῆν* tremere: nisi potius hoc verbum ab illo loco deductum est: alii a *ταρταρεν* turbare.

137 *Aureus ramus*] Hoc fictum a Virgilio. Occasionem figmenti petitam putat Servius e sacra Dianæ sylva, apud urbem Latii Ariciam, cui sacerdos præerat dictus rex nemorensis, conditione fugitivus. Hanc in sylvam quisquis fugitivus venisset, si poterat inde ramum auferre, poterat et cum sacerdote decertare singulari certamine; ac si eum vicisset, ejus in locum succedere. Auctor

hujus et sacri et moris ferebatur fuisse Orestes, qui ex Taurica Chersoneso cum Iphigenia sorore fuga elapsus, raptum inde Dianæ simulacrum Ariciæ collocaverat.

138 *Junoni infernæ*] Proserpinæ, Inferorum Deæ, de qua Ge. I. 39. *Juno inferna* vocatur; quemadmodum vir ejus Pluto, *Jupiter Stygius*, Æn. IV. 638. Et vero sylvam Averno circumjectam, de qua dicemus, 237. aiunt Proserpinæ dicatam fuisse Homerus, Lycophron, et Diodorus.

141 *Auricomos fœtus*] Vel fructus etiam aureos, aureis comis, id est, frondibus, ornatos: vel ramum ipsum aureum, qui, quia pullulat ex arbore, fœtus illius dici potest.

Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus  
 Instituit. Primo avulso non deficit alter  
 Aureus; et simili frondescit virga metallo.  
 Ergo alte vestiga oculis, et rite repertum 145  
 Carpe manu. Namque ipse volens facilisque sequetur,  
 Si te fata vocant: aliter, non viribus ullis  
 Vincere, nec duro poteris convellere ferro.  
 Præterea jacet exanimum tibi corpus amici,  
 (Heu nescis) totamque incestat funere classem; 150  
 Dum consulta petis, nostroque in limine pendes.  
 Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulcro.  
 Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunt.  
 Sic demum lucos Stygios, regna invia vivis,

*Jussit pulchra Proserpinæ ferri ad se suum illud donum: uno decerpto alter non deest etiam aureus, et ramulus pullulat simili metallo. Igitur quære illum erectis oculis, et inventum evele manu juxta ritum: nam ipse sponte et facile cedit tibi evellenti, si fata vocant te ad Inferos; alioqui non poteris illum superare ullo robore, nec amputare duro ferro. Præterea cadaver amici exanime jacet tibi, heu ignoras id! et funestat morte totam classem: dum requiris responsa, et suspensus hæres ad januam meam. Prius depone hunc in propria sede, et include tumulo. Deinde duc ad aram victimas nigras: hæc primæ sint expiationes. Ita denique videbis sylvas Stygias, regionem inaccessam viventibus. Sic locuta est, tum clauso*

\*\*\*\*\*

143. *defuit* Oudart.—144. *similis* Medic. *f. vena m.* Menag. pr., errore haud indocto.—145. *investiga* Dorvill. a m. sec. *oculis, ramumque r.* Goth. tert. a m. sec.—146. *sequatur* Bigot.—147. *nec v.* Rom.—148. *poteris* duro pr. Hamb.—150. *totusque i. f. classe* pr. Rottend.—151. *pendis* Witt. *pendens* Rom. et Oudart.—152. *Sedibus ante suis refer et conde* Dorvill.—153. *hæc p.* Parrhas. *sunt, sumpto, aberratt.* librariorum ap. Burm.—154. *lucos Stygiis et r.* ita Medic. a m. pr., et Romanus, quod mireris, in idem vitium conspirat. Alii ap. Pier. et Heins. *Stygis et r.*, ex quo reliqua nasci potuere, alii *Stygios et r.*, invito metro. Sed *Stygios, regna i. v.* per appositionem bene firmat Heins.

#### NOTE

150 *Incestat funere classem*] *In-* centum, opponitur casto; et *incestare* est *polluere, funestare, fœdare*. Censæbatur vero polluta domus omnis, in qua quis mortuus fuerat; nisi certis piaculis expurgaretur.

152 *Sedibus suis*] Terræ, quæ proprius est locus mortuorum.

153 *Ea prima piacula sunt*] Censent aliqui præscribi sacrificia funebria ad expiandam labem ex morte

Miseni contractam. Alii melius referunt ad sacrificia, Diis inferis offerenda, infra 243. Licet enim illa *impetratoria* videri possint, ad obtinendum aditum Inferorum; erant etiam *expiatoria*: expiandæ enim erant scelerum labe, ut quis hoc beneficio dignus haberetur: quare Æneas aqua recenti corpus lustrat, 635. De *lucis Stygiis*, 237. De *Styge*, 323.

- Aspicias. Dixit, pressoque obmutuit ore. 155  
 Æneas mœsto defixus lumina vultu  
 Ingreditur, linquens antrum; cæcosque volutat  
 Eventus animo secum. Cui fidus Achates  
 It comes, et paribus curis vestigia figit.  
 Multa inter sese vario sermone serebant: 160  
 Quem socium exanimem vates, quod corpus humandum  
 Diceret. Atque illi Misenum in littore sicco,  
 Ut venere, vident indigna morte peremtum;  
 Misenum Æoliden: quo non præstantior alter  
 Ære ciere viros, Martemque accendere cantu. 165  
 Hectoris hic magni fuerat comes; Hectora circum  
 Et lituo pugnans insignis obibat et hasta:  
 Postquam illum vita victor spoliavit Achilles,  
 Dardanio Æneæ sese fortissimus heros  
 Addiderat socium, non inferiora secutus. 170  
 Sed tum, forte cava dum personat æquora concha,

ore tacuit. *Æneas relinquens cavernam incedit vultu tristi, figens oculos in terram; et voleit secum mente casus obscuros: cui fidelis Achates it comes, et figit pedes agitatus similibus curis. Jactabant inter se plurima vario colloquio: scilicet, quem sociorum mortuum dixisset Sibylla, quod cadaver tumulandum. At illi postquam pervenere ad suos, aspiciunt in littore arido Misenum occisum miseranda morte; Misenum filium Æoli, quo non erat alter aptior ad incitandos tuba viros, et inflammandam pugnam sonitu. Hic fuerat socius magni Hectoris, juxta Hectora circumibit pugnantes conspicuus tuba et hasta. Ex quo victor Achilles privaverat vita Hectora, heros generosissimus adjunxerat se socium Æneæ Trojano, non secutus viliorum dominum. Sed modo, dum forte inconsultus sonat per mare concha exca-*

\*\*\*\*\*

—155. *inmutuit* Dorvill. *orbe* Medic. a m. pr.—156. *mæstoque affixus* Gud. a m. pr.—157. *Progreditur* Medic. in marg. *Egreditur* multi ap. Pier. et Burm., male. Non videbant *ingredi* esse, *incedere*.—159. *pariter* Goth. tert. *figit* Medic. a m. pr. *firmat* Dorvill. *figit* v. *curis* Parrhas.—160. *serebant* post Pier. defendit Heius. Alii *ferebant*.—161. *exanimem* plerique, sed alterum ex Medic. aliisque ascivit Heinsius, auri ut consuleret. Mox *atque*, statim, esse vult Burm., ut Ge. 1, 208, ubi v. Puto exprimi *etna*.—165. de Hemistichio a poëta inter recitandum adjecto fabulam vid. apud Serv.—168. *victor vita* aliquot ap. Burm. *sp. et armis* Dorvill.—170. *haud i.* Parrhas. *interiora* alter Hamb.—171. *Sed dum, cum, tunc* aberrat.—172. *Ve-*

#### NOTÆ

164 *Misenum Æoliden*] Filium eum facit Æoli, ventorum Dei, de quo Æn. 1. 56. quia ad inflammandam tubam vento flatuque opus est. De *Marte*, qui hic pro pugna sumitur, Ecl. 1x. 12. De

*Hectore*, Priami filio, ab Achille occiso, Æn. 1. 487.

167 *Lituo*] *Tuba* recta est: *cornu* plane incurvum: *lituus* inter utrumque medius: ab ejus figura baculus ut-

Demens, et cantu vocat in certamina Divos,  
 Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)  
 Inter saxa virum spumosa immerserat unda.  
 Ergo omnes magno circum clamore fremebant; 175  
 Præcipue pius Æneas. Tum jussa Sibyllæ,  
 Haud mora, festinant flentes, aramque sepulcri  
 Congerere arboribus, cœloque educere certant.  
 Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum:  
 Procumbunt piceæ; sonat icta securibus ilex; 180  
 Fraxineæque trabes cuneis et fissile robur  
 Scinditur; advolvunt ingentes montibus ornos.  
 Necnon Æneas opera inter talia primus  
 Hortatur socios, paribusque accingitur armis;  
 Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat, 185  
 Aspectans sylvam immensam, et sic voce precatur:

*vata, et sonitu lacescit Deos ad certamen; Triton invidus, si æquum est id credere, submerserat spumantibus fluctibus hominem circumventum inter scopulos. Igitur omnes circum querebantur magno clamore: inprimis pius Æneas. Deinde, exequantur mandata Sibyllæ plorantes, nulla mora est; et contendunt accumulare ex arboribus atque erigere ad cælum rogam sepulcralem. Eunt in sylvam veterem, profunda latibula ferarum: piceæ cadunt, ilex resonat percussa securibus, et trunci fraxinei roburque fissile frangitur cuneis: volvunt e montibus magnas ornos. Æneas quoque inter tales labores primus incitat socios, et instruitur similibus instrumentis. Interim ipse meditatur hæc suo cum animo moesto, intuens ingentem sylvam; et ita*

~~~~~

nens et c. Goth. sec. certamine Gud. et Goth. duo.—173. si c. fas est duo Leid. Idem hemistichum III Ge. 391.—174. immerserit Goth. sec.—175. circum magno Montalb.—177. festinent Rom. arasque ed. Ven. sepulcro Gud. a m. pr. Franc. a m. sec.—178. adducere Vratisl., sed alterum et alibi, Burm. laudat II, 186. 461. XII, 674.—180. acta Goth. sec. ilix Witt.—182. ac volcrunt multi ap. Pier. et Burm., ac duo Goth. et volcrunt Zulich. avellunt alter Hamb. Supra Ge. III, 378 Advolvere focis uhmos, ignique dedere.—183. Æneas nec non Witt. operi Parrhas.—184. que abest a tribus Burm.—185. hoc Montalb. tristis Witt. cum c. Heins. e libb. Vulgg. tum.—186. voce, ore, sorte legitur. forte Servius interpretatur; ut tamen versum inter tibicines (*cheville*)

NOTÆ

guralis lituus quoque dictus est. Tubæ, antequam ex ære fierent, e conchis intortis oblongisque in usu fuerant. De Dardanio, Trojano, Æn. I. 230. De Tritone, Neptuni tubicine, Æn. I. 148.

177 Aram sepulcri] Rogum in modum aræ conformari solitum, Æn. IV. 694.

180 Picea, &c.] Picea, pini species, resinam ferens, arbor funesta, de qua, Ge. II. 257. Ilex e querceo genere, yeuse. Fraxinus, arbor nota, frêne. Rubor, species quercus, Ge. II. 25. Ornus, fraxinus sylvestris, Ecl. VI. 71.

184 Armis] Securibus, instrumentis lignatorum. Sic instrumenta pisto-

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
 Ostendat nemore in tanto! quando omnia vere
 Heu nimium de te vates, Misene, locuta est.
 Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ 190
 Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes,
 Et viridi sedere solo. Tum maximus heros
 Maternas agnoscit aves, lætusque precatur:
 Este duces, o, si qua via est, cursumque per auras
 Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat 195
 Ramus humum. Tuque, o, dubiis ne defice rebus,
 Diva parens. Sic effatus vestigia pressit;
 Observans quæ signa ferant, quo tendere pergant.
 Pascentes illæ tantum prodire volando,

orat voce: O si jam ille ramus aureus monstret se nobis in tanta sylva: siquidem, o Misene, Sibylla nimis vere dixit cuncta de te. Vix locutus erat ista; quando duæ columbæ forte volantes per aërem venerunt in ipsum conspectum hominis, et steterunt in viridi terra. Tunc maximus heros agnoscit volucres matris suæ, et gaudens orat: O vos estote duces, si est aliqua via; et ex aëre dirigite iter meum in sylvam, ubi ramus pretiosus inumbrat terram fecundam; et tu, o Dea mater, ne desere me in rebus incertis. Sic locutus continuit pedem, explorans quæ dent indicia, quo pergant ire. Illæ pascentes ceperunt tantum progredi subsiliendo, quantum oculi se-

////////

referat. Et hoc habet Medic. cum al. ore Longob. Pierii et pr. Hamb. ex v. 76. voce Romani codicis lectio est, quam et alii codd. exhibent, quamque bene retinuit Heins.—187. aureis a. ramis Montalb.—188. numero in tanto in cod. Bæcleri legebatur; casu puto, non iudicio. in alto alter Hamb. o. vera Ven. et Dorvill., non male; inprimis pro poëta.—189. Heu n. vates de te Montalb. Erf.—191. e cælo Parrhas.—192. insedere Montalb. s. loco Exc. Burm. a m. pr. Mirum acumen e vett. servavit Pompon., et ad v. 198 Servius, ut solum sit pro aëre, et sedere, librarunt sese; forte, quoniam cursum sequitur pro volatu dictum, et v. 199 pascentes, quod tamen per intervalla fieri putandum. cum m. h. Sprot.—193. agnoscat Medic. cum al. agnovit alter Goth. precantur Gud. a m. pr.—195. dirigite Gud. et Rom. In opacat hærebat Trappius; quid enim an exiguus ramus umbra locum obscurare poterat? Addere forte voluit: et an auri fulgor umbram loco inducere potuit? vide v. 204. Itaque conj. inaurat. Sed primum ramus cum frondibus et foliis cogitandus; et quidni huic, etsi ex auro, tribuat poëta id quod commune est omni frondi, ut umbra obducatur eam Soli partem, cui respondet suo ad Solem positu. Atqui hoc est opacare humum sc. quantam ejus partem frondis umbra attingit; non totum loci ambitum.—196. tuque in d. Menag. pr.—197. Duplex iterum codd. familia; Rom. cum aliis, Alma p., Medicus cum al. Diva p.; hoc recepit Heins.—198. quo s. ferant conj. Vossius, sed columbæ

NOTÆ

rum Æn. i. 181. dicuntur *Cerealia* fecunditatem Veneri sacras, *Æneæ* arma. Nec dedecebat pium principem matri.
 hæc pietas in mortuos. 199 *Pascentes . . . volando*] Non,

193 *Maternas aves*] Columbas, ob passis in aërem alis volando: tum quia

Quantum acie possent oculi servare sequentum. 200
 Inde, ubi venere ad fauces graveolentis Averni,
 Tollunt se celeres; liquidumque per aëra lapsæ
 Sedibus optatis geminæ super arbore sidunt:
 Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
 Quale solet sylvis brumali frigore viscum 205
 Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos,
 Et croceo foetu teretes circumdare truncos.

quantum poterant observare visu acutissimo. Deinde postquam pervenerunt ad os fatidi Averni: attollunt se veloces, et elapsæ per aërem tenuem sistunt grato loco super gemina arbore, unde splendor auri dissimilis coloris emicuit inter ramos. Quale viscum, quod propria arbor non producit, solet hyberno tempore in sylvis virerere foliis recentibus; et cingere ramusculo fulvo ramos arborum rotundos. Talis

ferunt signum et ostentum, pergunt pascentes: illæ multi ap. Burm.—200. *possunt* pr. Rottend. et Ven., non male. *acies* Medic. a m. pr. *spectare* Vratisl. *sequendo* qu. Moret.—203. *geminæ* Burm. recepit, ut tamen mallet præterea legi: *geminæque sub arbore sidunt*. “quia raro columbas videmus arbori insidentes, sed vel in tectis ædium vel humo.” Sed de sylvestribus columbis seu palumbis erat cogitandum. *gemma super arbore* Heinsius revocaverat, librorum, puto, auctoritate, inter quos Medic. et Rom., add. Ald. pr. Ita arbor duplicis trunci in commune coeuntis fastigium est intelligenda; quæ hac ipsa sui specie notabilis et insignis fieri poterat. Hoc voluisse videtur Cuninghamus, qui ad L. 10 D arbor. furtim cæs. provocat. Si tamen ad aliorum librorum, ut Longob. et nonnullorum ap. Burm., lectionem *geminæ s. e. respicias*, manifesta res est, ejus depravationem esse alteram illam, ex librorum solenni in similibus incuria. *geminæ* jam Nauger. prætulera: deseruere iterum alii, etiam Angelius in Junt. et Egnatius 1507.—204. *auro* Rom. et pr. Rottend., male. *aura auri* et res (v. Not.) et Grammatici tuerentur apud Burm.—206. *remina arbos* inductus librarius Goth. pr.—207. *veteres* c. pr. Rottend. a m. sec., male. c. *ramos* aliquot Pier., ex interpretamento.

NOTÆ

sic pascere non potuissent; tum quia mox, 202. *Tollunt se celeres*. Ergo prius incedebant, et inter pascendum volitabant subsiliebantque. Alluditque poëta ad pullorum augurium, quod optimum habebatur, si pascere pulli.

201 *Fauces Averni*] Ad os ipsum *Averni* lacus, qua parte cum *Lucrino* lacu committitur, ut diximus Ge. II. 161. Hic tollunt se columbæ in auras, non modo ut pestilentem lacus halitum evitent; sed ut in arborem vicinam evolent, in eaque latentem ramum ostendant Æneæ. De *Averno*, infra 237.

204 *Discolor*] Non enim tota arbor aurea; sed in ilice viridi, ramus unicus aureus, quo avulso subibat alter. *Aura auri*. Fulgor auri, unde *aureum*, et *Auroram*, et *thesaurum* dici putat Scaliger, Poët. I. IV. 16.

205 *Viscum*] Species est fruticis, politi et glutinosi, in ilice et larice et querni maxime generis arboribus, hyeme erumpens in ramuli modum, earumque arborum ramis adhærescens: extra fulvi, intus porracei coloris, *guy de chêne*. Non nascitur e semine proprio arboris; at neque ex insidentium volucrum fimo, ut putavere veteres; sed ex ipso arborum

Talis erat species auri frondentis opaca
 Illice; sic leni crepitabat bractea vento.
 Corripit Æneas extemplo, avidusque refringit
 Cunctantem, et vatis portat sub tecta Sibyllæ.

210

Nec minus interea Misenum in littore Teucri
 Flebant, et cineri ingrato suprema ferebant.
 Principio pinguem tædis et robore secto
 Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
 Intexunt latera, et ferales ante cupressos

215

erat forma auri pullulantis in densa ilice, sic lamina stridebat dulci vento. Æneas statim accipit ramum, et cupidus decerpit lentiores, desertque in domum Sibyllæ. Interea Trojani non segnius plorabant in littore Misenum, et parabant ultima officia cadaveri mæsto. Primo erexerunt magnum bustum e tædis pinguibus et quercus fissæ: cujus latera ornant ramis funestis, et in parte anteriore collocant funebres cu-

truncorum etiam Ovid. Met. xiv, 115 jussitque suo dicellere trunco, ex hoc ipso loco.—209. *leni* sec. Moret. Goth. sec. *Illice* sub *leni* Parrhas. sub *leni* Witt. et Ven. *crepitabat* Heins. ex codd. protulit, ut exquisitiore et doctiore ratione dictum sit, dum plures essent bracteæ. Astruit idem multis exemplis, quæ tamen pleraque diversi generis sunt, elegantiam hanc, cujus suavitatem fateor me satis percipere non posse. Ex altera parte librorum ludibriis plures hujus generis deliciae imputandæ videntur. Etiam h. l. *crepitabat* est in præstantioribus Medic. et Rom., qui diversæ sectæ codices si in eandem lectionem conspirant, satis gravem auctoritatem habent. Porro *bractea*, *brathea*, *brathea*, scribunt librarii. A tam indoctis hominibus quidni expectes, pro plurali nomine hoc habitum fuisse?—210. *extemplo* Æneas vulgg. ante Heins., nec displicet. *refugit* Goth. tert.—211. *Sectantem* ex Waddel. Animadv. crit. p. 22 memorat Burm., inutilem sane emendationem. *rotis* Montalb.—213. *suprema* Rom. et Zulich., ex pronuntiatione æ ex falso timore, ne metrum rueret.—214. *r. sicco* pr. Hamb. ex glossa. Distinguit Wakefield: *pinguem tædis, et robore secto Ingentem, str.*—215. *tum f. a.* aliquot Pier.—216. *cupressos* Schol. Cruqu. Horat. ap. Heins. cf. iiii, 64.—

NOTE

vitali excremento: unde ait, *quod non sua seminat arbos*. Nulla sine visco sacra Gallorum sacerdotes Druidæ faciebant, ex Plinio l. xvi. 44.

209 *Bractea*] Tenuior subtiliorque lamina: hanc enim speciem aureæ frondes habebant.

210 *Avidus* . . . *Cunctantem*] Quomodo *cunctantem*, siquidem dixerat Sibylla: 'facilisque sequetur Si te fata vocant?' Nodum solvit vox ista avidus: quippe avido citissima quæque tardiora videntur.

213 *Cineri ingrato*] Ad quem nullus

funebrium officiorum sensus perveniebat. Vel, qui nullam erat gratiam relaturus. Vel potius qui mæstitium omnibus creabat, minime *gratus* et *latus*. Habet porro funus illud præcipua veterum ceremoniarum vestigia.

215 *Pyram, &c.*] I. De *pyra*, *rogo*, *busto*, Æn. iv. 494. II. *Atra frondæ*, rami sunt funestarum arborum, quales *tarus*: *picea*, *cupressus* imprimis: quæ cum gravis esset odoris, ideo juxta Varronem addebatur *pyræ*, ne combusti cadaveris fætor nares adstan-

Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
 Pars calidos latices et æna undantia flammis
 Expediunt, corpusque lavant frigentis et ungunt.
 Fit gemitus. Tum membra toro defleta reponunt, 220
 Purpureasque super vestes, velamina nota,
 Conjiciunt; pars ingenti subiere feretro,
 Triste ministerium; et subjectam more parentum
 Aversi tenuere facem. Congesta cremantur
 Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. 225

pressos, et desuper ornant armis splendidibus. Pars adhibent aquam calidam, et vasa ærea ebullientia ex igne: et eluunt unguntque cadaver frigentis. Fit comploratio: deinde collocant in lecto membra deplorata; et superaggerant vestes purpureas ac tegmina consuecta. Pars supponere se magno feretro, quod est triste officium; et retro versi porrezere suppositam facem, ex consuetudine majorum: comburunt.

220. cum m. alter Hamb. cum aliquot Pier.—221. *P. vestesque* super alter Hamb.—222. *ingentes* Gud. a m. pr., vitio calami. At Burm. forte *lugentes*. Porro *periere phereto* alter Hamb. Dixit autem docte *s. feretro* pro *feretrum*, ut supra *subire muris*; et *triste ministerium* interjectum pro exclamatione.—223. et deest binis ap. Burm. *subjecti m. p. Aversam t. f. Parrhas*.—224. *Conjecta* Bigot.—225. *Aurea d.* alter Menag. *crateris* Ald. et Junt., et sic fragm.

NOTE

thum læderet: vel quia, cum excisa nunquam renasci soleat, ideo mortis erat insigne. III. *Arma et vestes*, et quicquid vivo carissimum fuerat, etiam cum mortuo comburebantur. Atque hæc ad structuram rogi pertinent: cetera ad curam cadaveris.

218 *Calidos latices*] I. Lavabant cadavera calidis undis; ut si quid esset vitalis spiritus quod homines falleret, excitaretur calore. II. Ungabant, amomo, hyacinthino rosaceoque unguento: non tantum quæ diu servanda erant, ut apud nos in usu est; sed etiam ad honorem quæ proximæ, comburenda: idque officium erat penes *polinctores*. III. Fiebat gemitus et conclamatio: tum ad dolorem; tum ad vitam, si adhuc superesset, revocandam: et ad id muneris conducebantur mulieres *præfica*, quæ ceteris plangendi modum statuebant. IV. Collocabatur cadaver in toro,

lecto, e stragulis ac vestibis congesto. De *toro*, Æn. III. 224. v. Lectus ipse imponebatur *feretro*: quod cratis instar fuit, e ligno et vimine; neque solum aptum funeribus, sed aliis quibuslibet pompis, in quibus simulacra aut spolia ferebantur: a *ferendo* dictum; unde et *Jupiter Feretrius*, cui Romulus spolia Cænensium regis prælio occisi in ejusmodi ferculo obtulerat, ut est apud Livium, l. I. 10. VI. Subibant humeris feretrum consanguinei, virique nobiles. Sic Augustus ab senatoribus elatus est, ex Suetonio c. 100. Germanicus a tribunis et centurionibus, ex Tacito l. III. 1. Severus ab equestri ordinis nobilissimis, ex Herodiano l. IV. VII. Propinqui facem pyre subiciebant, sed averso vultu, ut se id invitos facere ostenderent. VIII. Pingues etiam liquores, *thus, oleum, dapes*, id est carnes adipemque victi-

Postquam collapsi cineres, et flamma quievit :
 Reliquias vino et bibulam lavere favillam ;
 Ossaque lecta cado texit Corynæus aëno.
 Idem ter socios pura circumtulit unda,
 Spargens rore levi et ramo felicis olivæ ;
 Lustravitque viros, dixitque novissima verba.

230

tur accumulata munera thuris, et carnes, et pocula injecti olei. Postquam cineres subsederunt, et flamma defecit; irrigaverunt vino reliquias et favillas siccas: et Chorinæus inclusit vasculo aëreo ossa collecta. Idem circumiit ter socios aqua piaculari, aspergens tenui rore cum ramo fertilis oleæ: et expiavit viros, et protulit voces ultimas. Sed

Vatic. p. 181.—228. *leta* Franc. *lapea* Zulich. *cavo* sec. Moret. *Corinæus*, *Coryneus*, *Chorineus*, *Corneus*, ex librariorum stupore multi. Est *Kopυvαῖος* a *κοπύvη*.—229. *puram aquam* Zulich., ut Heins. olim conjecerat. Sed alterum (vid. Not.) doctius, adeoque poëta dignius. Itaque nec circumtulit amplectendum, quod codd. Macrobiū habent, quodque conjecerat Maserius. *circumvenit* Goth. sec.—231. *L. domos* Rom. cum pr. Voss. et utroque Hamb. In Montalb. *viros* in litura. At Menag. pr. *Lustravitque choros*, quod impense placebat Heinsio, copioseque ab ipso illustratum est. Mihi quidem poëta, si ita dixisset, affectatæ et putidæ elegantiae crimen vix effugere posse videretur. *Chorus* poëtis non pro quacumque turba hominum poni potest, sed iis tantum locis, ubi ad chori naturam, ordinem, vel ritum respectus aliquis subest. In lustratione nihil tale memini. Aliter rem se habere videbimus

NOTÆ

marum rogo adjiciebant ad excitandum ignem. Ita Achilles in funere Patrocli, Iliad. xxiii. 168.

227 *Reliquias vino, &c.*] Combusto cadavere, i. Vino prunas extinguabant, ut cineres facilius colligi possent. Patet id ex Patrocli funere, Iliad. xxiii. 250. ii. Secernebant defuncti cineres ab aliis cineribus; inprimis ossa, cognitu facillima: quod notat Homerus eodem libro, 240. Fuit etiam apud Indos lini genus, molli et lapideo filo; quod igne splenderet tantum, non absumeretur. Hinc regibus texebant tunicas, quæ corporum favillam a reliquo cinere separabant, ex Plinio l. xix. 1. iii. Ciuers imponebant urnæ, cado, phialæ, ut sepulcro deinde mandarentur. Iliad. xxiii. 253. iv. Quia maculam aliquam contraxerant ex funere, unde funestati et incesti putabantur: ideo antequam abirent,

purgabantur a sacerdote trina lustralis aquæ aspersione per circuitionem, 'pura circumtulit unda:' unde verbum *lūstro*, quod proprie est *solvere*, *expio*; ad significandam *circuitionem* traductum est, Æn. i. 612. Æn. iv. 279. Aqua autem lustralis erat juxta Athenæum l. ix. in qua titionem tingebant, sumtum ex altari, ubi peregerant sacra. v. *Verba novissima*, alia erant quibus alloquebantur cadaveris reliquias, nempe ter repetitum *Vale*: alia quibus dimittebant populum, nempe *Ilicet*, id est *ire licet*; idque ultimum usurpabant in omnium sacrorum exitu, non funebrium tantum.

230 *Rore levi et ramo felicis, &c.*] Sunt qui *aspergillam* intelligant; ex *oliva*, et *rore marino* frutice, *rosmaria*, de quo Ecl. ii. 49. et Ge. ii. 212. Tamen commodius de aqua instar roris aspersa. *Felicia olivæ*] Fertilis, sativæ; non sylvestris, nec oleastri,

At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte sub aërio : qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen. 235
His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,

pius Æneas statuit tumulum magnæ molis, et in eo propria viri illius arma, et remum, et tubam; sub excelso monte, qui nunc appellatur ex illo Misenus, et servat perpetuum nomen in sæcula. His perfectis, implet celeriter jussa Sibyllæ. Fuit caverna

VII, 391.—233. *Imponit* Donat. in Terent. Goth. pr. et ed. Junt. ap. Heins. Illa hoc habuit ex Ald. pr., mutavit in *imponit* Nauger. et hinc Flor. Juntæ. —234. *Monte sub excelso* Goth. sec. ex interpret.—236. *mandata* Leid. unus.

NOTE

qui dicitur Ge. II. 314. 'Infelix superat foliis oleaster amaris.'

232 *Sepulcrum, &c.*] Notat Æneæ pietatem in amicos: et morem illius etiam temporis, defunctorum insignia tumulis insculpendi. Igitur Miseno ponantur arma ut bellatori, nam 167. 'pugnæ insignis obibat et hasta.' Remus, ut qui in cursu navigationis obierat; ita ponitur et Elpenori ab Ulysse, Odys. XII. 15. Tuba denique, ut tubicini.

234 *Qui nunc Misenus, &c.*] Misenum intelligit promontorium, monte assurgens; et Puteolanum, nunc Neapolitanum, sinum ab occidente terminans, hodie *Capo Miseno*. Nomen huic inditum a sepulcro Miseni Æneæ tubicinis: consentiunt e poetis, post Virgilium, Propertius, Silius, Statius; e geographis Solinus et Mela. Ulysis tamen socium illum facit Strabo. Intra sinum, non longe a promontorio, erat *portus Misenus*: ubi Augustus ad tutelam Italiæ classem alteram semper habebat, alteram Ravennæ.

237 *Spelunca alta fuit, &c.*] I. *Avernus, Æopros*, ab a privativo et *ἔπρος* æcis, lacus est non longe a Puteolano Campaniæ sinu, inter Baias et Puteolos: hujus situm et cum Lucrino lacu conjunctionem descripsimus Ge. II.

161. 164. Nomen adhuc hodie, *Lago d'Averno*. Hoc autem nomen olim, non peculiare huic loco, sed iis omnibus commune fuit, e quibus vapores halitusque erumpebant avibus pestiferi; seu lacus, seu cavernæ campique essent: idque manifestum est ex Lucretio l. VI. 738. 'Nunc age Averno tibi quæ sint loca cumque lacusque:' tum ex Plinio, qui in præmio l. IV. locum ejusmodi *Aornon* etiam in Epiro collocat. II. *Spelunca* circa hunc lacum adhuc apparet duplex: altera ad meridiem, quæ dicitur etiamnum, *Grotta di Sibylla*; videturque esse ostium illius cuniculi, qui ab Averno Cumas usque deducebat, et jam subsidente terra oppletus est: altera, quæ a Puteolis hodieque deducit Neapolim: suffosso monte *Pausilypo*. Est tamen utraque Æneæ temporibus multo recentior: quippe paulo ante scriptum opus Æneidos, a Cocceio effossa; sequente, ut ait Strabo, fabulosam famam de subterraneis hujus loci meatibus et Cimæriorum cavernis. III. *Vera* hujus loci natura talis fuit. Avernus ipse lacus limpidissimus, sed profundissimus: unde ex Diodoro l. IV. cæruleus, id est niger, apparet. Idem præcis rectissimisque collibus, et

Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris :
 Quam super haud ullæ poterant impune volantes
 Tendere iter pennis : talis sese halitus atris

240

profunda, patens lato hiatus, aëreos, defensas nigro lacu et umbris sylvarum: super quam nullæ aves poterant tuto facere iter alis: talis vapor erumpens ex nigris

—238. *Scropes* duo inducti libraril ap. Barm. Est Homericum: *ταρταρόσσα*. *magnus lacus* Leid.—239. *volucres* Dorvill. et Goth. tert. ex glossa.—241. *infan-*

NOTE

propter sylvas densissimas olim inaccessibleis, cingebatur, in orbem undique præterquam in aditu imminentibus, ex Strabone l. v. Totus ille tractus calidæ aquæ fontibus innumeris scatet, sulfure, alumine, sale, nitro, bitumine commistis, ex Plin. l. xxxi. 2. Idem Campaniæ littus, ut et vicinæ Siciliæ, passim ubique cavum est; ut patet ex Charybdi, ex Vesuvio et Ætna montibus ignivomis: unde Horatius objectas huic mari rupes, *pumices* vocat, Od. l. i. 11. 5. iv. *Falsæ* hinc multa poëtæ finxerunt, Homero duce: qui cum Ulyssem circa Siciliam et Italiam errantem induceret; ad concitandam admirationem nihil cavet diligentius, quam ne quid nomine suo appellaret. Itaque cum Ulysses, juxta Circes monita, e Circæo Latii monte sive insula ad Plutonis domum nave contendit, Odyss. x. 512. et Odyss. xi. 13. omnino significatur hic Campaniæ locus: siquidem huc, et Boreæ vento, et unius diei navigatione Ulysses pervenit. At vero cum sciret Homerus *Cimmerios* quosdam esse in Asia septentrionali populos, circa Sarmatas et Scythas, Mæotidemque paludem et mare Caspium, qui forte ob caliginosos regionis suæ halitus raro Solem videre et perpetuis in tenebris vivere dicerentur: cum item Græci quatuor præcipue agnoscerent apud Inferos flumina, *Acherontem*, *Pyrriphlegethontem*, *Cocytum*, et *Stygem*: ideo *Cimmerios* po-

pulos in cavis Campaniæ locis incolas statuit; fluviorumque infernorum nomina calidis ac sulfureis circa Avernum fontibus attribuit; Tyrrhenumque ipsum sive Mediterraneum Mare, Oceanum appellavit. v. Manserunt apud posteros hæc eadem deinde nomina. Et *Acherusiam* quidem paludem agnoscit Strabo, cœnossam quandam Tyrrheni maris effusionem, inter Cumas et Misenum promontorium, nunc *Lago di Collicia*. Agnoscit et *Pyrriphlegethontem* ex aquis calidis: et, ad ipsum mare, non procul ab Averno, fontem aquæ potabilis, a qua tamen omnes abstinent, *Stygis* esse aquam rati. Testatur Silius Italicus l. xii. 117. *Cocytî* vocabulum inditum fuisse Lucrino lacui, qui Averno junctus erat, jamque exsiccatus est. *Cimmeriorum* vero oppidum ibidem olim fuisse aiunt Plinius, Lycophron, Festus Pompeius, qui addit eo nomine dictos esse, quod convallem incoherent eminenti iugo circumdatam, Sole neque matutino neque vespertino illustratam: Ephorus autem apud Strabonem ait eos in cuniculis habitasse, et metallis efodiendis ibi quasisse victum. Inde aiunt locum illum Plutoni dicatum esse; et nemus ibidem fuisse Proserpinæ sacrum, sylvam haud dubie Averno circumdatam; et sub terra oraculum, ubi vita functi responsa darent: et qui lacum navigabant, prius sacrificiis solitos placare gentes

Faucibus effundens supera ad convexa ferebat:

Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon.

Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos

et iis extollebat se ad curvaturam cali: unde Graeci appellaverunt locum nomine Avernum. Illic primo statuit ad aras quatuor juvencos nigros secundum terga,

~~~~~

*ænas Goth. tert. connexa vitiose Nonius in Avernus. ferebant Gud. a m. pr.—242. Totum versum ab alia manu insertum credere fas est, certe ab epica ratione alienum. A fragm. Vatic. plane abest, etiam ab aliis, sic a Goth. tert., etiam ab edit. Parmensi. In Mediceo aliisque præstantioribus a recenti manu ascriptus. Pierius tamen in suis codd. non desideravit versum, nec in Romano videtur ab alia ascriptus, sed a prima statim manu profectus. Satis vetus itaque ejus auctoritas, ut forte e Prisciano Dionysii Periegesin v. 1149 iisdem verbis interpretante confectus ille videri possit. v. ap. Heins. lacum duo Heinsiani. Pro Aornon alii Aornum et Avernum, et Voss. Avena.—243. primus Medic. a pr. m.—*

#### NOTÆ

subterraneos. Fœtorem vero Avernici perniciosum avibus inter fœbulas Strabo reponit, propter aquæ limpiditatem etiam Aristoteli memoratam. VI. Hinc demum factum est ut Latini poetæ, cum suis de rebus agunt, ostium Inferorum in speluncis lacus Avernici constituent: cum autem Græci describunt, in antris collocant Taneri montis, qui promontorium est Laconicæ, in parte Peloponnesi maxime meridionali, inter Laconicum et Messeniacum sinum, nunc *Capo Maina*. Hac descendisse dicitur Hercules cum Theseo, apud Senecam in *Hercole Furante*: hac Orpheus, *Ge. iv. 467.*

241 *Connexa*] Concava spatia. Sic *Æn. i. 314.* 'Classem in convexo nemorum,' &c.

243 *Quatuor hic primum, &c.*] De hoc sacrificio, quod Sibylla Diis inferis fieri præceperat, 158. hæc accipe. I. *Sacerdos*, ipsa *Sibylla* est, quemadmodum *saga illa, Æn. iv. 509.* 'crines effusa sacerdos Ter centum tonat ore Deos.' II. *Locus sacrificii*, spelunca est, per quam aditus esse putabatur ad Inferos: diversa illa quidem ab antro *Sibyllæ*: *Sibyllæ* enim antrum in ipso erat *Apollinis*

templo, *Cumanaque urbe*, ut diximus, 9. hæc vero spelunca, apud *Avernum* lacum. Mos autem fuit ejusmodi sacrorum, ut sub terra fierent: effusa etiam scrobe, in quam sanguis et libamina inurgerentur. Ita *Ulysses* *Odys. xi. 25.* III. *Tempus sacrificii*, *nox: 252. nocturnas inchoat aras*: et maxima noctis parte sacrificium duravit, ad usque ortum Solis, 256. IV. *Victimæ nigre*: ob Inferorum tenebras: *pari numero*; quia Diis Inferorum hic placebat, ut *impar* superis, *Æn. v. 96. Sterilis vacca Proserpinæ*: quia nullam ex *Plutone* marito prolem susceperat. V. *Sacerdos invergissina*, in frontem ad probandas victimas: si enim subita illa vini aspersione non contremiscerent, sed stuperent immobiles, sacrificio aptæ non erant. *Invergit* porro; id est conversa plane manu sive patera deorsum effundit, quia Diis offert inferis: si autem superis; manu supina quasi in altum emittens, vinum cornibus affundebat: quare tunc ait *Virgilius, Æn. iv. 61.* 'media inter cornua fundit:' nunc vero, *invergit*. De voce *libo*, quæ *stillo, degusto*, et *sacrifico* etiam significat, *Æn. i. 740.* VI. *Sectus et pilos* carpit, et in ignem jactat: ut sacrifici-

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

3 G

Constituit, frontique invergit vina sacerdos ;  
 Et, summas carpens media inter cornua setas, 245  
 Ignibus imponit sacris, libamina prima,  
 Voce vocans Hecaten, Coeloque Ereboque potentem.  
 Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem  
 Suscipiunt pateris. Ipse atri velleris agnam  
 Æneas matri Eumenidum magnæque sorori 250  
 Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.  
 Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,  
 Et solida imponit taurorum viscera flammis,

*et sacerdos effundit vinum in caput eorum: et secans in medio cornuum summos pilos, injicit eos in sacras flammam, quasi primitias sacrificii: appellans clamore Hecaten potentem in coelo et Inferis. Alii suffigunt cultros, et excipiunt in poculis sanguinem calentem. Ipse Æneas cedit gladio agnam nigrae pellis matri Furiarum et magnæ ejus sorori; et vaccam infacundam tibi, o Proserpina. Deinde facit nocturna sacrificia regi inferno, et offert super altaribus tota corpora*

244. *immergit* ed. Ven.—245. *summe* Rom.—248. *trepidum* pr. Hamburg.—249. *Suscipiunt* Servius legerat, cum Gud. et fragm. Vatic.—251. *sterilemque ferit* Zulich. a m. pr.—252. *regni* Rom. *incest* Virgilii ætate scriptum esse debuit.—253. *solita* malebat Heima, et Trapp. *corpora*: at v. Notam.—254. *cu-*

## NOTE

cium incipiat, ostendatque victimam Diis jam devotam esse. Agamemnon tamen Iliad. III. 274. pilos illos non in ignem jactat, sed astantibus distribuit: ut significet, omnes fœderis, quod sacrificio illo cum Trojanis sanciebatur, testes ac vindices futuros. VII. *Vox*, id est sono confuso ac tumultuoso, non distincta voce appellat *Hecaten*, quæ in coelo *Luna*, in Inferis *Proserpina* appellatur. De *Hecate* et *Erebo*, Æn. IV. 509. 510. 511. VIII. Ministri victimas cædunt: idque fiebat, primum *securi* in cervicem impacta, præsertim in majoribus victimis, ut ictu exanimatæ conciderent; tum deinde cultris jugulabant. De prime more dixit Æn. II. 224. 'Taurus, et incertam excussit cervice securim.' IX. *Sanguinem* suscipiunt *pateris*, planis patentibusque poculis: ut circa aras in terram effundant; quemadmodum Ulysses in scrobem, Odyss. XI.

35. X. *Æneas* ipse, non opera ministrorum, sed manu propria, victimas aliquot jugulat: heroum more, qui fere semper hoc officio apud Homerum defunguntur. XI. Denique *solida viscera* comburit flammis, quod vocant *holocaustum*: imponitque solida ipsa corpora, sola detracta pelle: *viscera* enim ait Servius esse, quicquid sub pelle est, etiam carnes quibus ossa vestiuntur: *exta* vero, sunt ea ipsa viscera quæ maxime *extant* aperto pectore; ut cor, pulmo, lien. Aliis autem in sacrificiis, carnum et extorum partes aliquæ distribuebantur ad epulas, ut Æn. VIII. 182. Tum victimas ipsas inspergit oleo, ut facile comburantur.

250 *Matri Eumenidum, &c.*] *Mater* Eumenidum, *Nox*; quæ ipsas ex Acheronte peperit. *Soror Noctis, Terra*; nox enim terræ umbra est. *Eumenides* Furiæ tres, de quibus Æn. IV. 469. et Ge. III. 552. De *Proser-*

Pingue super oleum infundens ardentibus extis.  
 Ecce autem, primi sub lumina Solis et ortus, 255  
 Sub pedibus mugire solum, et juga cœpta moveri  
 Sylvarum, visæque canes ululare per umbram,  
 Adventante Dea. Procul o, procul este, profani,  
 Conclamat vates, totoque absistite luco;  
 Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum. 260  
 Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.

*taurorum, et superfundens etiam oleum visceribus incensis. Ecce autem circa lucem et ortum primi Solis, capit terra reboare sub pedibus, et culmina sylvarum cœperunt agitari; et canes visæ sunt allatrare per noctem, appropinquante Hecate. Tunc Sibylla exclamat: Longe, longe recedite, o profani, et exite e tota sylva: Et tu ingredere viam, et extrahe gladium e vagina: nunc opus est fortitudine, nunc*

perque vulgo editum. *que* abest a nonnullis Pier, et Scheffer. Heinsii, trinisque Goth., et bene abesse videtur; itaque cum Brunckio omisi. *infundens* Heins. ex Mediceo intulit. Vulgo *fundens*, etiam in fragm. Vatic. Sed amant poëtæ talia jungere: *super injicere, super incumbere* et al. vid. Heins.—255. *sub limina* Medic. cum aliis ap. Heins., sed recte Burm. monet, *limen solis* memorari, cum de loco ac regione agitur, unde Sol oritur; de tempore vero ortus, lumen.—256. *nigra cœpta* Goth. tert. *juga celsa* ap. Senec. VI N. Qu. 13.—257. *visique* multi apud Pier. et Burm., adversus poëtarum morem, *per umbras* duo Heins.—258. *Adveniente* Oudart.—259. *Conclamant* Sprot.

## NOTÆ

pina, Ge. I. 39. De *Stygio rege*, Plutone, Æn. IV. 638.

257 *Canes ululare*.. *Adventante Dea*] Invocaverunt *Hecaten*, magico more: ut iis numine suo adesset ad iter tuto peragendum. Adest illa: sed quia se manifesto videndam non exhibet, ejus præsentiam testantur *ululantes canes*. Per *canes*, intellige, vel canes quas Hecate comites attribuire veteres solebant: vel ipsam Hecaten quæ tribus e capitibus unum habebat caninum: vel canem Cerberum, ex-eunti reginæ allatrantem: vel Furias, dictas quoque infernas canes.

258 *Procul este, profani*] Qui sacris non initiati estis, scelesti, non expiati. Et hæc solennis fuit sacrorum, etiam magicorum, formula; ut profani inde arcerentur. Cerdanus, *profanos, re-*

fert ad spectra alia quæ in Hecates comitatu præter Sibyllæ voluntatem aderant: idque firmat multis poëtarum similibus locis. Ego ad omnes Æneæ comites refero, quorum causâ non celebrata fuerant sacra: unius enim Æneæ expiandi rationem habuerat, unus erat ad Inferos deducendus: quare ceteros arceat, non e speculna solum, sed e tota etiam lacus Averni sylva.

260 *Vaginaque eripe ferrum*] Ad fuganda, quæ deinceps occurrent, spectra. Quamvis enim in dæmonas, ac spiritus, et genios ejusmodi vim ferri nullam esse compertum sit: esse tamen aliquam existimavere Platonici, et poëtæ veteres. Ita Ulysses, Odyss. XI. 48. fugat ense umbras, in scrobem sanguine plenam avidius incurrentes,



Tantum effata, furens antro se immisit aperto :  
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Di, quibus imperium est animarum, Umbræque silentes,  
Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte tacentia late, 265  
Sit mihi fas audita loqui ; sit, numine vestro,  
Pandere res alta terra et caligine mersas.  
Ibant obscuri sola sub nocte per umbram,  
Perque domos Ditis vacuas, et inania regna.  
Quale per incertam Lunam sub luce maligna 270  
Est iter in sylvis : ubi cœlum condidit umbra

*animo constanti, o Ænea. Hoc solum locuta, infert se furens in profundum speluncæ : ille Æneas passibus non timidis assoquitur euntem. O Dii, quibus est potestas in animas, et vos umbræ mutæ ; et Chaos, et Phlegethon, loca undique tacita per noctem, sit mihi licitum narrare res auditas : sit licitum per divinitatem vestram exponere res tectas profunda terra et obscuritate. Incedebant soli per noctem obscuram in tenebris, et per domos vacuas et inania regna Platonis. Quale est iter in sylvis, ad Lunam dubiam, sub luce exigua : quando aër occultat caligine cœlum,*

~~~~~

—262. *Tandem* Leid.—263. *timidis* Dorvill. Super *vadere* etiam hic observationem suam repetit Burm., poni illud de impetu et præcipitato cursu. Enimvero fit hoc non verbi natura, sed exquisitiore usu, cum pro, impetnose ferri, ponitur simplex, *ire, gradi, vadere*, adjuncta sc. vi, quam rei ratio et contextus adjicit. Ad hoc genus plures virorum doctorum super singulis verbis observatinniculæ possunt revocari.—264. *est* deest Goth. tert. et tribus Burmann. *silentium* Bigot.—265. *tacentia* revocavit Heins. ex Rom. Medic. et al. Vulgo *silentia*, ex communi usu ; quod et Servius interpretatur. ed. Ven. *loca muta silentia*.—267. *altas* Medic. a m. pr. ed. Ven. cum aliquot Picrianis. et abest a Witt.—268. *obscura soli* Gud. a m. pr., ut quidam ap. Pier. quæ vulgaris esset ratio. *obscura sola* Goth. alter. *per umbram* Heins. e melioribus suis et Pier. Vulgo *per umbras*.—270. *incertam Lunam* et ratio et optimus quisque codd. agnoscit. Alii tamen ap. Pier. et Heins. ac Burm. *inceptam*, quod et Servius agnoscit, et, quod mirum est, non improbat.—

NOTÆ

265 *Chaos, et, &c.*] Invocatio est poetæ : qualem solet magnarum rerum descriptionibus præfigere. De *Chao*, rudi et confusa mole, ex qua res omnes eruperunt, et quæ pro Deo Deorumque parente habetur ab Hesiodo, diximus Ge. iv. 247. De *Phlegethonte*, inferno fluvio, infra 833.

268 *Ibant obscuri sola, &c.*] Commutatio, sive hypallage : pro, *soli sub obscura nocte*. Sic Æn. v. 149. ‘vo-

cemque inclusa volutant Littora,’ pro *inclusam vocem*.

269 *Domos Ditis vacuas, &c.*] Quas habitant umbræ leves, et corporis expertes. De *Dite*, Plutone, Ge. iv. 467.

270 *Incertain Lunam*] Alii explicant, Lunam cum Sole conjunctam, tumque minime lucentem. Alii melius, Lunam nubibus et aëris caligine interclusam. De *Jove*, pro aëre, Ecl. iii. 60. Ecl. vii. 60.

Jupiter, et rebus nox abstulit atra colorem.
 Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
 Luctus et ultrices posuere cubilia Curæ ;
 Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus, 275
 Et Metus, et malesuada Fames, ac turpis Egestas ;
 Terribiles visu formæ ; Letumque, Labosque ;
 Tum consanguineus Leti Sopor ; et mala mentis
 Gaudia ; mortiferumque adverso in limine Bellum,
 Ferreique Eumenidum thalami, et Discordia demens, 280
 Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque brachia pandit

et nox obscura eripuit rebus colorem. Ante ipsum vestibulum et in primo aditu Inferorum, Luctus et Curæ vindices fixerunt cubilia: habitantque Morbi pallidi, et mesta Senectus, et Metus, et Fames suadens mala, et Paupertas infamis, spectra horrida aspectu: et Mors, et Labor: deinde Somnus frater Mortis, et Gaudia animi scelerata, et in limine opposito Bellum mortiferum, et ferrea cubicula Furiarum, et Discordia insana implicata tæniis sanguinolentis circa capillos anguineos. In medio vestibulo ulmus magna, umbrosa, explicat ramos et brachia vetera: aiunt vulgo

273. *que abest a multis Pier. a Gud. et al., sed agnoscitur a Gell. et Macrobo. ap. Burmann.—276. mala duo apud Burmannum. ac male Ven. ac turpis reposuit Heins. e libb. pro et t.—277. Labosque Heins. e codd. pro Laborque. Versum recitat Seneca Ep. 104.—279. monstriferumque alter Hamb. v. Burm. in deest Hamb. pr. in l. telum Goth. tert.—280. et abest a binis Burm.—281. innexa cf. sup. ad Ge. iv, 482, ad Tib. i, 3, 69. innixa Rom.—282. In medium alter Menag. In medios Montalb. Porro tendit Parrhas. tendens*

NOTÆ

273 *Vestibulum*] Spatium est, sive area, quæ viam a domo dividit, estque ante portam ædium. In hoc Inferorum vestibulo varias describit calamitates, quas horrendis formis et quasi corporibus vestit. Has fere omnes enumerat Cicero de Natura Deorum l. iii. 44. aitque esse Noctis et Erebi filias. Locum etiam habent inter Noctis liberos, in Hesiodi Theogonia, 225. *Orcus*, hic pro Inferis, alibi pro Deo Inferorum sumitur, infra 323.

276 *Malesuada Fames*] Non tantum est inopia victus; sed etiam avaritia, et auri sacra fames, quæ nullum non cadet scelus.

278 *Consanguineus Leti Sopor*] Somnus dicitur ab Homero, *iliad.* xiv. 231.

καὶ ὄψυγρος θάδρωιο, frater mortis: et Hesiodus in Theogon. 214. Mortem et Somnum ait Noctis esse liberos. Ut autem consanguineus apud Latinos fratrem germanum sæpe significat, sic enim usurpat Statius l. xi. 407. et alibi: ita quoque *καὶ ὄψυγρος* apud Græcos.

Mala mentis Gaudia] Voluptas ex perpetratis sceleribus percipi solita.

280 *Eumenidum thalami*] Non lecti conjugales, quia nunquam nupsere Furæ: sed sedes, cubicula, vel ubi natæ sunt, vel ubi decumbunt: proprie tamen *thalamus* dicitur de cubiculo nuptiali, a *θάλας* viros. De Eumenidibus, *Æn.* iv. 469. *Ge.* iii. 552.

Ulmus opaca, ingens : quam sedem Somnia vulgo
 Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus hærent.
 Multaque præterea variarum monstra ferarum,
 Centauri in foribus stabulant, Scyllæque bifformes,
 Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ
 Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra,
 Gorgones, Harpyiæque, et forma tricorporis umbræ.

285

somnia inania occupare hunc locum, et ipsa sedent sub omnibus frondibus. Et præterea spectra plurima aliarum ferarum manent ad portas, Centauri, Scyllæ bifformes, et Briareus centuplex, et Hydra Lernæ sibilans horride, et Chimæra croemens ignis: Gorgones et Harpyiæ, et species umbræ tricorporis. Hic Æneas captus repentino

~~~~~

Proba Faltonia. *pandens* Schol. Statii. v. sup. ad Ge. II, 296.—285. *Pro vulgo Parrhas. passim* ex interpr. Mox poëtæ non displicuit structura : *quam—tenere ferunt foliisque—hærent* sc. illa.—286. *Monstraque p. o. multa* Sprot.—286. *pabulant* Exc. Burmann. a m. sec. *stabant* cod. Voss. Servii. *Sirenesque bif.* alter Hamb. a m. sec. *Sylvaque* Goth. sec.—288. *que abest a binis* Burm. Porro apud Servium dubitari videtur, ad Excetramne *Horrendum stridens* an ad Chimæram referendum sit. Sed habet hæc epitheton, *flammis armata*, flammivoma : etsi flammæ *strident* proprie. Sed et *stridere* de serpente proprie, v. c. Claudian. de R. P. I, 12. *angues Triptolemi stridunt.* conf. Drakenh. ad Silium II, 587.—289. Servius ad h. v. “Sane quidam dicunt, versus alios hos a poëta hoc loco relictos, qui ab ejus emendatoribus sublatis sint : *Gorgonis in medio portentum immane Medusæ. Vipereæ circum ora coma cui sibila tor-*

## NOTE

283 *Quam sedem, &c.*] Somnia sub arbore patula et opaca collocat, qualis apta est somno conciliando : sub ulmo, quia ut ulmus sterilis arbor est, ita vana et cassa vulgo somnia : sub foliis, ob levitatem et mobilitatem ; et quia eo tempore quo cadunt arborum folia, præsertim vana esse somnia vulgo dicuntur.

286 *Centauri, &c.*] Monstra, superiori parte humana, inferiori equina : Ixione et nube geniti. Ge. III. 38. Thessaliæ populi fuere, ideo sic dicti, quia primi ex equis pugnare, et eos stimulis agitare docuerunt, a *κέρτα* stimulo : de iis Ge. III. 115. De Scyllis duabus, altera inferiori parte in canes, ac deinde in scopulum conversa ; altera in alaudam mutata, Ecl. VI. 74. Æn. III. 420.

287 *Briareus*] Gigas, Cæli et Terræ filius : centumgeminus, id est centum

brachiis instructus ; non centum corporibus. *Ægeon* etiam appellatur, et Inferorum custos hic videtur esse, non ut ceteri gigantes pœnia damantur. Causam habes Æn. X. 565. De bellis Lernæ, sive Hydra, quam in Lernæ Argiæ regionis in Peloponneso palude Hercules occidit, Æn. VIII. 300.

288 *Chimæra*] Monstrum ignivomum, cui caput leonis, pectus hirci, cauda serpentis : hanc dicitur Bellephontes occidisse Pegaso equo inductus, quia montem Lyciæ habitabilem reddidit : cujus in ignivomo cacumine leones erant, in radice serpentes, in medio pascua capris alendis aptissima. De Gorgonibus sororibus, quarum natu maxima Medusa serpentinos crines habuit, Æn. II. 616. De Harpyiis, Æn. III. 211. De tricorpore umbra Geryonis, Æn. VI. 662.

Corripit hic subita trepidus formidine ferrum 290

Æneas, strictamque aciem venientibus offert,

Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas

Admoneat volitare cava sub imagine formæ,

Irruat, et frustra ferro diverberet umbras.

Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undas. 293

Turbidus hic coeno vastaque voragine gurgēs

Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.

Portitor has horrendus aquas et flumina servat

Terribili squalore Charon : cui plurima mento

Canities inculta jacet ; stant lumina flamma ; 300

*metu educit gladium, et intentat venientibus strictum illius acumen. Et nisi sapiens comes docuisset, animas eas leces vagari sine corpore sub inani simulacro figuræ ; irrumperet, et frustra feriret umbras gladio. Inde incipit iter quod ducit ad aquas Acherontis inferni. Ille gurgēs turbidus coeno et vasta voragine, exundat, et exonerat omnem arenam in Cocytum. Charon, vector tremendus horribili squalore, tenet has aquas et hos fluvios : huic multa est in mento canities neglecta, oculi pleni sunt igne, vestis sordida nodo ligata pendet ex humeris. Ipse impellit cymbam per-*

\*\*\*\*\*

quent : *Infumæque rigent oculi : mentoque sub imo Serpentum extremis nodantur vincula cæcis.* Sed inepti interpolatoris versus esse, facile deprehendas. Γαργυλῆος κεφάλῳ, ex Orco sibi ne immittatur, veretur quoque Ulysses Odys. A. 633.—290. *trepida* Dorvill.—291. *effert* Montalb. cf. Burm.—293. *cava* tres ap. Burm., non male. *cava umbra* snp. ii Æn. 360.—294. *et ferro frustra* Goth. alter. Non male. *deverberat* duo ap. Burm. cum Goth. tert.—295. *Hic via* Montalb. *qua fert* Sprot. *ad undam* Non. Marc. in *Ferre*. *ad umbras* Hugen.—297. *Cocytī multi* Pier. et Heins. cum edd. ant. *omnis Cocytī sec.* Moret., sed *Cocytō*, bene Serv. explicat, in *Cocytum*. v. Exc. ad h. l.—299. *Terribilis* Montalb., solenni aberratione.—300. *stant lumina flamma*, post Pierium Heinsius et Burmannus tuentur ; Heinsius etiam illustrat v. c. inf. xii, 417 *Jam pulvere cælum stare vides* ; et Horatianum : *Vides ut alta stet nive candidum Soracte*. Sed, quomodo hæc ita dici possint, forte rogas. Scilicet, vulgari oratione, *pulvis stat in cælo*, erigitur in aère ; hinc ad notam elegantiam

#### NOTÆ

292 *Tenues sine corpore vitas*] *Vitas* quidem, quia animæ sunt immortales : *tenues*, quia separatæ a corpore, et sic a vulnerum et mortis periculo jam immunes. Cur ergo 260. jussus erat Æneas ferrum stringere ? Non sane ut umbras vulneraret ; sed, meo quidem judicio, ut terreret recordatione quadam ferri et præteritorum in vita periculorum.

295 *Tartarei quæ fert, &c.*] De Tartaro, infimo Inferorum loco, supra 134.

De *Acherontē*, et *Cocytō*, infra 323.

299 *Charon*] Erebi et Noctis filius : per antiphrasin dictus, quod minime sit χαλκων, gaudens.

300 *Stant lumina flamma*] Ita pleni sunt flamma oculi, ut veluti ex ea toti constare videantur. Sic dicitur Æn. xii. 408. ‘ stare pulvere cælum.’ Horat. Od. l. i. 9. ‘ Vides ut alta stet nive candidum Soracte,’ &c. De ferrugineo colore, proprie ferreo, hic nigro, Ecl. ii. 18.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.  
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,  
Et ferruginea subvectat corpora cymba,  
Jam senior; sed cruda Deo viridisque senectus.

Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat, 303  
Matres atque viri, defunctaque corpora vita  
Magnanimum heroum, pueri innuptæque puellæ,  
Impositique rogis juvenes ante ora parentum :  
Quam multa in sylvis autumnii frigore primo  
Lapsa cadunt folia; aut ad terram gurgite ab alto 310  
Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus  
Trans pontum fugat, et terris immittit apricis.

*tica, et adiuvat velis, et transportat umbras corporum nigra cymba, jam senex; sed senectus robusta et regeta est, utpote Deo. Omnis turba curriebat huc effusa ad ripas: matres et viri, et corpora fortium bellatorum pricata luce, pueri, et puellæ innuptæ, et juvenes elati in pyras in conspectu parentum: tam multi, quam multæ frondes excussæ cadunt per sylvas primo frigore autumnii; sive quam multæ volucres congregantur ad terram ex alto mari, quando tempestas hyberna pellit eas ultra*

~~~~~

revocatum est, ut *cælum stet pulvere*. Similiter *flamma* proprie *stat*, est, micat, in oculis (imagine rei jam Homero frequentata Iliad. T. 365. A. 104. O. 607. 608. Odys. A. 662. cf. inf. XII, 102), hinc *lumina stant flamma*; h. e. sunt flammea. Ceterum major codd. et quidem præstantiorum pars, *flamma*, exhibet, etiam Rom. cum Mediceo; in hoc tamen ab emendatrice manu refectum, *flamma*. Antiqua aliquot exemplaria Pierii et Zulich. a m. sec. *flammea* exhibebant; hoc arridebat Heinsio, ut VII, 448, nec mihi displicet. *stat tres* ap. Burm., duoque alii: *stant lumine flammæ*.—301. *Horridus* Schol. Statii Theb. I, 110. *nudo* nonnullos legisse Pierius ait.—303. *subvectit* Gud. *subnectit* Ven. *subvertit* Zulich. a m. sec.—304. *riro v. a. sec.* Moret.—305. *emissa* Hugon. pro var. lect. *tenebat* Menag. pr.—306...309. Iidem versus Ge. IV, 475...478.—309. *in frigore* Montalb.—310. *Ipsa cadunt* idem. *folia ad terram* Parrhas.—311. *annus* revocatum nunc. *annus* debebatur Burmanni elegantiae, ex sec. Moret. tribus aliis et Hamb. sec. a m. sec., ut *Strymon* intelligeretur, quo scilicet poetæ frequenter in hac gruum memoracione utuntur, v. c. inf. X, 264—266, nti *Nilus*, quoties de cælo agitur, quod volatu petunt. Vid. Claudian. de b. Gild. 474—478. add. Lucan. V, 711 sqq. Val. Fl. III, 361. Capió, atque etiam hoc bene video, *annem frigidum* in tali contextu absolute sic satis bene poni posse. Sed an *annus* dici potest *fugare ares trans pontum*? Hoc vero facit ex communi lectione *annus*, *χαρὸν*, quam vocem expressisse videri debet ex Iliad. Γ. 4 *Αἴρ' ἐνὲν ὄν χαρὸν φέρων*. Possit Burm. pro se laudare Lucan. III, 190 *Strymon, tepido committere Nilo Bistonias consuetas aves*; sed hic accommodatiora sunt attributa. *glomerantur* Mentel. pr. Ceterum minus placere potest *frigidus a. post frigore v. 309*. Jo. Schrader. legebat: *Threicius annis*. ad manum essent alia magis opportuna, si mutatione opus esset.—312. *portum* Leid. un. *et campis* Leid. un. *atque oris* Bar-

NOTE

312 *Terris apricis*] Soli expositis: riores versus fere expressi sunt ex Ecl. IX. 49. Hi porro septem supe- Ge. IV. 478. Quod autem ait de tra-

Stabant orantes primi transmittere cursum,
 Tendebantque manus ripæ ulterioris amore :
 Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos ; 315
 Ast alios longe submotos arcet arena.
 Æneas, miratus enim, motusque tumultu,
 Dic, ait, o virgo, quid vult concursus ad amnem ?
 Quidve petunt animæ ? vel quo discrimine ripas
 Hæ linqunt, illæ remis vada livida verrunt ? 320
 Olli sic breviter fata est longæva sacerdos :
 Anchisa generate, Deum certissima proles,
 Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem,

mare, et mittit in plagas calidas. Stabant precantes, ut primi trajicerent spatium, et extendebant manus desiderio ripæ opposita. Sed vector asper nunc accipit hos, nunc illos; procul autem a ripa expellit alios. Æneas inquit (nam obstupuit et commotus est hoc tumultu), Dic, o virgo; quid significat illa frequentia ad fluvium? et quid poscunt animæ? vel ob quam differentium, hæ recedunt e ripa, illæ secant remis aquas pallidas? Sic antiqua vates breviter locuta est illi: Fili Anchisæ, certissima soboles Deorum, cernis stagna profunda Cocyti, et paludem Stygiam,

~~~~~

thii liber. Alterum, et campis malim; displicet enim trinos intra versus ad terram, et terris.—314. manu Goth. pr.—316. illos pr. Hamb. semotos idem cum Bigot. et aliquot Pier., male. late sec. Moret.—317. miseratus Goth. sec. enim: cf. v. l. ad x, 874.—318. concersus Zulich. a m. pr.—319. quo vel Ven. quoque Parrhas.—320. liquida Rom. certunt aliquot Pier. et Parrhas. linqunt Rottend. tert.—322. Anchise Vratisl.—323. stanna Zulich. et Goth. tert.

#### NOTE

jectione avium in calidiores plagas; de hirundinibus, deque gruibus et ciconiis memoratur, Ge. II. 319.

323 Cocyti stagna, &c.] Quinque vulgo a Græcis apud Inferos flumina statuuntur: *Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon, Pyriphlegethon*, et *Lethe*. Nomina illa desumta sunt e vasiis Græciæ fontibus ac fluviis, quos propter noxiam aliquam naturæ vim in Inferis quoque reperiri finxerunt. 1. *Acheron* multiplex: unus in Elide, occidentali et maritima Peloponnesi regione, in Alpheum influens, juxta quem insignis est Plutonis et Proserpinæ cultus, ex Strabone l. VIII. Alter in Thesprotia Epiri regione, ex *Acherusia* palude profuens, ad *Cichyrum* urbem, juxta Strabonem l.

VII. et Pausaniam in Atticis. *Cocytus*, juxta eundem Pausaniam, non longe ab Acheronte ibidem fluit, aqua insuavissima. *Styx*, fons Arcadiæ est, ad urbem Nonacrin ex altissima rupe stillans, indeque penetrato saxo in Crathin fluvium delabens: tam præsentis veneni, ut vasa quælibet etiam aurea diffingat, nec possit nisi equi ungula contineri. Hæc Pausanias in Arcadicis. Cur autem Dii per eam jurare soliti sint, diximus Ge. III. 551. *Lethe*; sive, ut mavult Casaubonus, fluvius *Lethes*, genitivo casu; aut fluvius *Lethæus*: unus fuit in Portugallia, vulgo *Lima*, juxta Strabonem et Melam: alius in Africa, circa majorem Syrtim urbemque Berenycen, juxta Lucanum: alius in Bæotia, ad

Di cujus jurare timent et fallere numen.  
 Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est ; 325  
 Portitor ille, Charon ; hi, quos vehit unda, sepulti.  
 Nec ripas datur horrendas et rauca fluenta  
 Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.  
 Centum errant annos, volitantque hæc littora circum :  
 Tum demum admissi stagna exoptata revisunt. 330  
 Constitit Anchisa satius, et vestigia pressit ;  
 Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.  
 Cernit ibi moestos et mortis honore carentes,  
 Leucaspim, et Lyciæ ductorem classis Orontem :  
 Quos simul, a Troja ventosa per æquora vectos, 335  
 Obruit Auster, aqua involvens navemque virosque

*cujus Dii metunt jurare et violare divinitatem. Hæc omnis turba, quam vides, est egena et insepulta: vector ille, est Charon: hi, quos portat unda, sunt sepulti. Nec permittitur trajicere ripas horribiles et fluctus sonantes, antequam ossa reposita sint in tumulis. Vagantur per centum annos, et volitant circa has ripas: tunc denique recepti transmittunt fluvios desideratos. Filius Anchisæ stetit, et continuit gressum, agitans plurima, et miserans animo eorum sortem acerbam. Videt illic tristes et privatos honore sepulturae, Leucaspim, et Orontem ducem Lyciæ classis: quos e Troade navigantes per maria procellosa Auster demersit simul, sepeliens in aquis et*

—325. cernit Parrhas. est abest a binis Burm.—326. Caron passim scribitur, quos vehit ille em. Jo. Schrader. Vehi tamen dicimus et navi et unda et vento.  
 —327. Non ripas Bigot. et rauca Heins. e Pierianis et suis; et sic mos est poetæ: nec—et, v. c. inf. xi, 137.—328. Tr. suis quam s. Leid. quierint aliquot Heins. et Pier.—329. volitantq. ac l. Zulich.—331. Anchisæ s. Medic. a m. pr.—332. animi m. Medic. miseratur Gud.—333. ubi Probus in Grammat.—334. Leucaspim, Leucaspim, Orontem et in Goth. pr. Orontem refluxi, ut i, 117 erat, ut sibi constaret lectio. honorem aberrant.—335. ab Troja pr. Mentel.

## NOTÆ

Lebadeam oppidum, juxta Pausaniam in Bæoticis. Lethæi amnes alibi complures a Strabone numerantur l. xiv. Phlegethon, aut Pyriphlegethon, nulli quod sciam loco assignatus est, præterquam calidis circa Avernum fontibus, ut refert Strabo ex Homero. ii. Nomina hæc omnia luctuosum aliquid significant. Acheron, ab ἄχος dolor, et ῥέω fluo. Cocytus, a κούρω fleo. Styx, a στυγέω odio prosequor. Phlegethon, aut Pyriphlegethon, a πῦρ ignis, et φλέγω comburo. Lethe a λήθη oblitio, quod ejus epota aqua ob-

livionem induceret. iii. De eorum in Inferis situ pluribus disputat Cerdanus. Hoc certissimum: iis nominibus promiscue poetæ abuti, nullo admodum certo ordine: vulgo tamen dici, ex Acheronte profluere Stygem, e Styge Cocytum propagari. iv. Eridanus etiam in campis Elysiis a Virgilio constituitur. Causam vide, 659.

334 Orontem] Ejus mortem habes, Æn. i. 117. De Austro, vento meridionali, Ecl. ii. 58. De Palinuri casu, Æn. v. 636.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat :  
 Qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,  
 Exciderat puppi mediis effusus in undis.  
 Hunc ubi vix multa moestum cognovit in umbra ; 340  
 Sic prior alloquitur : Quis te, Palinure, Deorum  
 Eripuit nobis, medioque sub æquore mersit ?  
 Dic age. Namque mihi, fallax haud ante repertus,  
 Hoc uno responso animum delusit Apollo :  
 Qui fore te ponto incolumem, finesque canebat 345  
 Venturum Ausonios. En hæc promissa fides est ?  
 Ille autem : Neque te Phœbi cortina fefellit,  
 Dux Anchisiada, nec me Deus æquore mersit.

*narem et homines. Ecce Palinurus gubernator ferebat se ad eum : is qui nuper in navigatione, dum observat astra, ceciderat e puppe, lapsus in medias aquas. Postquam Æneas difficile eum agnovit ob spissas tenebras, ita alloquitur prior : O Palinure, quis Deorum abstulit te nobis : et obruit sub medio mari ? Dic age : nam Apollo non prius inventus mihi mendax, hoc solo responso decepit mentem meam : quando prædicebat te futurum esse saluum per mare, et perventurum ad litus Italicum : an illa est fides promissorum ? Ille autem respondit : O dux, fili Anchisæ, nec oraculum Phœbi decepit te, nec Deus mersit me mari. Nam forte cadens præ-*

\*\*\*\*\*

*cento super æq. Goth. tert.—338. æquore alter Hamburg.—339. puppe idem.—340. moestum multa Hamb. pr.—341. te, o P. Montalb.—342. Excipiunt Franc. cum altero in marg.—344. Hoc mihi Exc. Burm. dibusit pr. Rottend. derisit duo Heins.—345. Qui forte p. Rom.—346. Ausonias duo Burm. an hæc duo alii. fidesque aliquot Pier. et pr. Hamb. cum Goth. tert. fidesque est Ven., sed v. Burmann.—348. reposui cum Brunckio, ut mihi constaret. v. sup. ad v. 126. Vulgo Anchisiade, et ipsum bene. nec me. Hic distinguendum, ait Servius, ne sit contrarium, nam eum Somnus deiecit (v. v, 863). Enimvero Somni ministerium ad poëtam, non ad Palinurum, spectat ; et ignorare potuit hoc Palinurus. Deus, de quo agitur, est Apollo v. 344. Sed sive Apollo, sive, quod malim, Deus aliquis omnino (ex 341. 342) intelligatur, respectu tamen versuum 341. 342 explicanda verba sunt : nec me Deus æquore mersit, ut neget se aquis mersum esse ; quin potius ad Italiæ litus enatasse adeoque oraculo Phœbi fidem fecisse. Redit res ad calum-*

# NOTÆ

338 *Libyco cursu*] Non tamen mari Libyco, sed Tyrrheno : cum e Sicilia in Italiam solvisset. Ita tamen poëta locutus videtur, quia e Libya in Italiam Æneas navigans, in Siciliam deflexerat. De Libya, Æn. i. 162. Expressum est hoc Palinuri cum Ænea colloquium ex Homero, Odyss. xi. ubi simile quiddam est inter Ulyssem et Elpenora.

346 *Ausonios*] De iis Italiæ populis, Æn. iii. 171. De Cortina Phæbi, loco unde oracula reddebantur, Æn. iii. 92.

348 *Nec me Deus æquore mersit*] Aliqui sic interpungunt : 'nec te Phœbi cortina fefellit, nec me : Deus æquore mersit : ' nam a Somno reipsa fuerat submersus. Alii communem retinent continuamque verborum sen-



Namque gubernaculum multa vi forte revulsum,  
 Cui datus hærebam custos, cursusque regebam, 350  
 Præcipitans traxi mecum. Maria aspera juro,  
 Non ullum pro me tantum cepisse timorem,  
 Quam tua ne, spoliata armis, excussa magistro,  
 Deficeret tantis navis surgentibus undis.  
 Tres Notus hybernas immensa per æquora noctes 355  
 Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto  
 Prospexi Italiam, summa sublimis ab unda.  
 Paulatim adnabam terræ; jam tuta tenebam:

*ceps, abstuli mecum gubernaculum multo pondere abruptum, cui commissus custos adhærebam, et quo moderabar cursum. Testor maria aspera, me nullum habuisse tantum metum pro me, quam ne tua navis, destituta gubernaculo, et privata gubernatore, submergeretur, si tanti fluctus tumescerent. Auster validus sustentavit me tres noctes asperus super fluctibus, per vastum mare: vix die quarto vidi Italiam erectus ex altis aquis. Paulatim adnabam ad terram, et jam attigeram tuta loca:*

\*\*\*\*\*

niam in oraculis sæpe memoratam.—349. *repulsum* alter Hamburg.—350. *cursumque* duo Burm. cum Goth. sec. *gerebam* Gud. a m. pr. cum Goth. test., vulgari vitio.—351. *maria omnia* sec. Moret. et Donat. ad Tereut.—352. *illum* Medic. a m. pr. *Nonnullum tantum pro me* Sprot. pro h. l. est *ὅτι ἐπὶ ἐπὶ*.—353. *tua* ni Rufinian. de schem. Lex. p. 251, quod recepit Brunck. provocans ad locum vitiosum III, 686 *Ni teneant cursum. tunc* Rom. a m. pr., et te ne ed. Junt., ex solenni vitio. *exspoliata* Leid. *magistri* alius Leid.—354. *navis* tantis pars codd. et edd. *urgentibus* Medic., sive ut Fogginius expressit: *navi surgentibus*; vulgari librariorum lapsu.—355. *T. n. arreptas* Goth. test., miro vitio.—356. *aqua* abundat post *æquora*: at in epico poeta ea copia ferenda.—357. *in unda* Parrhas. conf. Burm. Sed deterius hoc.—358. *et* inserunt multi scripti et editi, recte ab Heins. sublatum. *terra* Medic., Heinsio teste; sed Fogginius communem lectionem exhibet, mutata tantum distinctione, quam etiam Servius memorat: *P. abnabam: terræ jam tuta tenebam.*—

#### NOTE

tentiam: aiuntque, ex opinione Palinuri Phorbantem illum fuisse, non Deum, cujus suasu somno se dederit. De *Noto*, sive *Austro*, meridionali vento, Ecl. II. 58.

353 *Excussa magistro*] Commutatio: id est, unde *magister excussus erat*. Sic infra 507. 'Nomen et arma locum servant:' id est, *locus servat arma*. Et *Æn.* v. 149.

355 *Hybernas noctes*] Ver tamen erat æstati proximum, ut liquet ex *Æn.* v. 46. Igitur *hyems* hic pro tempestate et maris asperitate sumenda

est, ut *Æn.* I. 120. *Notus*, sive *Auster*, flat a meridie, Ecl. II. 58.

356 *Lumine quarto*] *Die quarto*. Ita Cicero, pro Rabirio Postumo, 29. vertit ex Euripidis Medea versum his verbis: 'Si te secundo lumine hic offendero, moriere.'

358 *Terræ; jam tuta tenebam*] Quod satis erat, ut impleta videretur fides oraculorum, quæ ambigua solebant esse. Non tamen legitur in *Æneide*, quoniam oraculo promissus *Æneæ* fuerit Palinuri appulsus in Italiam.

Ni gens crudelis madida cum veste gravatum,  
 Prensantemque uncis manibus capita aspera montis, 360  
 Ferro invasisset, prædamque ignara putasset.  
 Nunc me fluctus habet, versantque in littore venti.  
 Quod te per cœli jucundum lumen, et auras,  
 Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli;  
 Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram 365  
 Injice, namque potes, portusque require Velinos;

*nisi natio inhumana appetiisset ferro me, gravatum ob restem humidam, et apprehendentem curvis manibus acuta cacumina rupis; et nisi maleana existimasset me esse prædam. Nunc fluctus tenent meum cadaver, et venti jactant ad littus. Id vero precor te, per gratam lucem cœli et aërem, per patrem, per spem Ascanii crescentis; libera me his malis, o dux invicte: vel tu impone mihi terram, quandoquidem potes; et pte portum Velinum: vel tu præbe manum mihi misero, et trahere me tecum trans*

359. An madida me v. Sed ne in cum hæreas, cogita, gravatum esse et ipsum et vestem aqua hansta. conf. v, 447.—360. Prensantemque Leid. præsentemque Donatus, quem habemus, legit, qui misere totum locum vexat.—361. que deest ed. Junt. petisset Oudart., quod valde arridet. Receptum quoque nunc video a Wakefield; et ignava e Cod. Coll. Jesu, eleganter per se, quatenus tamen in barbaros h. l. id cadat, non video. ignara quidem nec ipsum habet magnam vim, convenit tamen barbaris spoliando corpori inhiantibus, spe opiparæ prædæ falsa.—362. habent Medic., quod et h. l. cum ratione exaratum putabat Heins. cf. ad v. 109. Sed manifestum est vitium, quod et Goth. pr., vitiosissime scriptus liber, habet, fraude ex seqq. librario facta. in littora aliquot Pier. et duo Heins., elegantius utique. Etsi communis lectio eodem redit; et, qui argutiora sectatur, potest ex Hecuba Eurip. verba laudare v. 28 πῆμα δ' ἐπ' ἀνταῖς ἔλλοτ' ἐν πόντον ὁδῶν.—363. At te Parrhas. jocundum edidit Heins., sed jucundum ipse Medic. jocundum per cœli l. duo Heins. limen alter Hamb.—364. Per spes ex Macrob. v Sat. 7 et codd. suis ac Pier. reposuit Heins. Vulgo Per spem. Sed alteri plus dignitatis et gravitatis inest. Et jam sup. iv, 274 Ascanium surgentem et spes heredis Iulii Respice.—365. At tu duo ap. Burm. terras alter Hamb. a w. sec.—366. re-

# NOTE

359 Gens crudelis] *Lucania, Italia* populi: ad meridiem vicini Brutiis, ad septentrionem Apulis et Picentibus; ad occidentem Tyrrheno Mari, ad orientem sinu Tarentino definiti: nunc *Basilicata*, et pars Principatus ulterioris, in regno Neapolitano.

361 Prædam] Nautragum divitem, in quo spoliando multum lucri facere possent. De Iulo, Æn. i. 271.

365 His malis] Cum enim centum annos errarent inhumati: nec tam

cito admittebantur in Elysium, nec nisi tardius in alia corpora revertentur, 720. 724.

Terram Injice] Genus erat sepulturæ, injectio glebæ, cum quis in cadaver incidisset: idque insepultum relinquere nefas habebatur, quod porcæ sacrificio erat explandum. Idem injiciendi pulveris mos etiam Græcis fuit.

366 Portus Velinos] Non longe ab urbe *Velia*, in littore *Lucaniæ*, inter

Aut tu, si qua *via* est, si quam tibi Diva creatrix  
 Ostendit (neque enim, credo, sine numine Divum  
 Flumina tanta paras Stygiamque innare paludem),  
 Da dextram misero, et tecum me tolle per undas ; 370  
 Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.  
 Talia fatus erat, coepit cum talia vates :  
 Unde hæc, o Palinure, tibi tam dira cupido ?  
 Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque severum  
 Eumenidum aspicias, ripamve injussus adibis ? 375  
 Desine fata Deum flecti sperare precando.  
 Sed cape dicta memor, duri solatia casus.  
 Nam tua finitimi, longe lateque per urbes

*fluvium, ut saltem post mortem quiescam in tranquillis sedibus : si est aliquis modus, si Dea mater tua tibi monstravit aliquem ; non enim, ut existimo, suscipis trajicere tantos fluvios et paludem Stygiam absque auctoritate Deorum. Talia locutus erat, cum Sibylla incepit talia : O Palinure, unde est tibi desiderium tam impium ? Tu insepultus videbis aquas Stygias, et fluxum terribilem Furiarum ? et eribis in ripam alteram sine jussu Deorum ? Cessa sperare fata Deorum posse mutari orando. Sed accipe memor mea verba, ad solatium acerba calamitatis. Nam vicini La-*

~~~~~

linque V. Montalb.—367. Si qua tibi D. Gud. a m. pr. Rottend. sec.—368. crede aliquot Pier.—369. pares tres ap. Burm. intrare Bigot.—370. et me tecum Witt. umbras Bigot.—372. Vir ea fatus e. c. c. t. virgo Priscian. p. 1186. —374. Tum Franc.—375. ripave malebat Cerda. inivius tres ap. Burm., et hoc Pompon. Sab. interpretatur. adibis Rom. cum codd. parte, etiam Erf. a m. pr., quod mihi quidem multo magis probatur. conf. sup. 313. 314, itaque nunc recepi cum Brunckio. Vulgg. tamen abibis servant Serv. Medic. cum multis Pier. et Heins. ac Burm.—378. Recte adversus Marklandum, qui ad Stat. v Sylv. III, 127 absurdum esse aiebat finitimos dici longe lateque habitantes, locum tnetur vir doctus ap. Burm., ordine verborum ita instituto : finitimi acti prodigiis celestibus longe lateque per urbes ; itaque interpunctionem

NOTÆ

promontoria Posidnium ac Palinurum. Qui tamen Palinurus commemorare portum potuit Velinum? cum Velia non nisi anno post Æneam amplius sexcentesimo, regnante rege Romanorum Servio Tullo, condita sit. Reprehenditur eo nomine Virgilius ab Hygino apud Gellium. Sed præterquam quod poëtis omnibus familiaris est et communi usu quasi licita temporis anticipatio, præsertim in re obscuriore, ut notavimus, Æn. III. 707.

non leviter eum defendit Alciatus, cum ait: non urbem hic appellari, sed littus ac fluvium, a quo nomen urbi inditum esse Stephanus testatur. Ea nunc excisa est; prope *Castel a mar della brucca*.

374 *Amnemque severum Eumenidum*] Severum quidem omnibus, sed præcipue tibi, si contra fas ante centum annos eum trajicere volueris: aderant enim tibi tum ultrices Furie, Eumenides, de quibus Æn. IV. 469. Ge. III.

Prodigiis acti cœlestibus, ossa piabunt;
 Et statuent tumulum, et tumulo solennia mittent; 380
 Æternumque locus Palinuri nomen habebit.
 His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
 Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
 Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant.
 Navita quos jam inde ut Stygia prospexit ab unda 385
 Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ;
 Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultro:
 Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
 Fare age, quid venias; jam istinc et comprime gressum.
 Umbrarum hic locus est, Somni Noctisque soporæ; 390
 Corpora viva nefas Stygia vectare carina.

canis populi, coacti monitis cœlestibus, placabunt ossa tua longe et late per urbes, et erigent tibi sepulcrum, et ferent munera sepulcro: et locus servabit perpetuum nomen Palinuri. Curæ ejus sedata sunt his verbis, et dolor tantisper ejectus est e mentis corde: latatur ob terram sui nominis. Igitur perficiunt iter inchoatum, et accedunt ad flumen. Quos quando vector jam inde ab amne Stygio vidit ambulare per sylvam silentem, et admovere pedem ad littus; sic primus adoritur eos verbis, et ultro increpat: Quicumque es, qui accedis armatus ad fluvios nostros, age, dic cur venias: et jam ex isto loco siste gradum. Hæc sedes est umbrarum, Somni et Noctis somniferæ: non licet vehere cymba Stygia corpora viventia. Nec

post per urbes sustuli. per urbem Witt.—380. Instatuent pr. Moret. pro Instatuent. solatia Bigot. ex v. 377.—381. Palinurum nomen tert. Mentel. a m. pr. adeoque calami vitio, etsi satis felici. cf. Burm.—382. amotæ aliquot Heins., solenni varietate.—383. pavor pr. Rottend. pro var. lect. ad dolor. Cerda mavult interpungere: C. dolor: tristi g. e. t., ut in Witt. a prima manu fuit; non video quam bene. terræ multi ap. Pier. et Heins., ut et bini Goth. Sed est, χαλπεῖ θυμὸν ἔχον.—385. ut deest Medic. et Parrhas. quos postquam St. Bigot. conspexit Medic. ab unda, medio amne: cf. 410. Jo. Schrader. ingenioso lusu conj. ab ultra.—387. adloquitur Rom.—388. ad limina Sprot. Erf. ad litora pr. Menag. pr. Rottend. tendens Gud. a m. pr.—389. istic aliquot ap. Burm. istic jam comprime ed. Ven. gressum Voss. pr. et Witt. Burmannus Sec. in Anthol. Lat. p. 162 ex corrupta ibi schedarum Salmas. et Cod. Leid. scriptura: jam stingit comprime ressum, effingit: jam stringe et comprime g. Sed stringit h. e. attingit, urget, gressum ejus, qui antecedit, is, qui sequitur vel comitatur. Tum vero, quod hinc efficias, est, ut, quam librarius lectionem corruperit, intelligas, non veriore expedias.—390, hic l. et s. Rom. et

NOTE

552. De Styge, supra 223.

379. *Prodigiis acti, &c.*] Hoc Servius ait petatum ex historia: et Lucanus, ob inhumanam Palinuri cædem

pestilentia vexatos, consulto oraculo accepisse placandos esse ejus Manes: quare et lucum ipsi dicaverunt, et tumulum ad meridiem Velisæ erex-

Nec vero Alciden me sum lætatus eantem
 Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumque:
 Dis quanquam geniti, atque invicti viribus essent.
 Tartareum ille manu custodem in vincla petivit,
 Ipsius a solio regis traxitque trementem;
 Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

395

vero gavius sum me transmississe per hanc paludem Herculem huc venientem; nec Theseum, et Pirithoum: quomodo orti essent Diis, et insuperabiles robore. Ille manu deduxit in catenas infernum canem e solio ipsius Plutonis, et traxit eum trepidantem: hi aggressi sunt extrahere reginam e lecto Plutonis. Adversus hæc ita

~~~~~

pr. Mentel., præclare.—392. Nec non A. ed. Ven. *Æscidem* vitiose Donat. ad Ter. nec sum l. aliquot Pier., male. Ad verbum ita Homerus in A. Iliad. οὐδ' ἄρα τὸ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. Et de Scylla similis oratio Odyss. M. 88 εἰδὼς καὶ τίς μιν Γηθήσεω ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιδίδει; at lacu forte parum commodum. acceptus est Hercules cymba, at lacu transvectus. Jo. Schrader. tentabat: Trajecisse lacu; vel: Accepisse alveo vel alno. Superest tamen, ut jungas: eantem lacu: id quod poeta voluisse factum videri potest: vectum per lacum.—393. *Pieritumque* corrupte Rom.—396. Post *petivit* distinxit Heins. cum codd., alii post regis.—396. e solio Parrhas. a solo Witt.—397. *thalamo* Goth. tert. *adorsi* plerique Pier. et quinque Heins. Sæpe de hac variatione

## NOTE

runt in promontorio, cui ab eo tempore Palinuri nomen fuit.

392 *Alciden*] De eo Herculis nomine, *Æn.* v. 414. De *Theseo* et *Pirithoo*, infra 618. *Diis geniti*. Hercules Jove: Theseus, *Ægeo* quidem; sed juxta fabulas, Neptuno: *Pirithous* *Ixione*, ut vulgo putatur; sed ut est apud Homerum, *Iliad.* xiv. 318. Jove, et *Dia* ipsius *Ixionis* uxore; cui, ut addunt alii, *Jupiter* in equum transformatus circumcurrendo vim intulit, unde nomen inditum *Pirithoo*, a περι circum, et θεός celer.

395 *Custodem*, &c.] *Cerberum* canem: qui quidem non ad solium *Plutonis*, sed in ipso aditu Inferorum est. Quare vel putandus est canis ad ipsum usque domini solium *Herculis* metu refugisse, indeque abstractus fuisse: vel sollum, pro toto regno ac

ditione *Plutonis* accipiendum est. De *Cerbero*, 417. De hoc *Herculis facto*, *Æn.* viii. 296.

397 *Dominam Ditis thalamo*] *Dominæ* vocantur ab amatoribus amicæ: *Horat.* Od. l. ii. 12. 13. 'Me dulcis dominæ *Musa* *Lycymniæ* Cantas,' &c. Etiam a maritis uxores: *Sueton.* in *Claudio* 39. 'Occisa *Messalina*, paulo post quam in triclinium decubuit, cur domina non veniret, requisivit.' Et singulariter *Proserpina* *domina* dicitur, ut sæpe occurrit apud *Pausaniam* in *Arcadicis*: Καὶ τῇ θεῶν θυοῦσιν ἱερὰ οἱ Ἀρκάδες: 'Et dominæ mactant victimas *Arcades*.' Cum autem *Dis* proprie dicatur de *Plutone*, ut diximus *Ge.* iv. 467. ideo melius hic legendum putem, *Ditis thalamo*, quam *Dominam Ditis*. De *thalamo*, supra 290. De hoc *Thesei* et *Pirithoi* facto, infra 618.

Quæ contra breviter fata est Amphraysia vates:  
Nullæ hic insidiæ tales; absiste moveri:  
Nec vim tela ferunt; licet ingens janitor antro 400  
Æternum latrans exsanguis terreat umbras:  
Casta licet patrui servet Proserpina limen.  
Troius Æneas, pietate insignis et armis,  
Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.  
Si te nulla movet tantæ pietatis imago, 405  
At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)  
Agnoscas. Tumida ex ira tum corda residunt.  
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum  
Fatalis virgæ, longo post tempore visum,  
Cœruleam advertit puppim, ripæque propinquat. 410

*locuta est breviter Sibylla Apollinea: Nullæ hic sunt insidiæ tales, desine turbari, nec arma ista minantur vim: per nos licet, ut magnus custos in antro semper latrans terreat umbras incorporeas; licet, ut Proserpina pudica teneat januam patrui sui. Æneas Trojanus, illustris pietate et fortitudine, descendit ad patrem suum in profundas umbras. Si te nulla species tantæ pietatis commoret: saltem agnosce hunc ramum: et ostendit ramum qui tegebatur veste. Tunc corda Charontis quiescerunt ab ira tumida. Nec plura his dicta sunt. Ille admirans munus venerabile fatalis ramæ, quod videbat post longum tempus, appellit nigram navem, et accedit ad ripam.*

egere viri docti. Adi v. c. Drakenb. ad Liv. xxxv, 51, 8.—398. quem multi edd. et scripti.—399. hinc Ven. et aliquot Pier. Non ullæ hic Parrhas.—400. janitor orci apud Priscian. lib. vii.—402. patrum—limen pr. Hamb., quod affectatæ esset elegantie in epico poeta narrante. patris Rom.—404. Heredo maxima pars librorum Heins. descendit Leid. un. in umbras pr. Menag. in undas Goth. tert.—405. tantarum gloria rerum ap. Macrobi. vi Sat. 6, sed ex alio loco, sup. iv, 272, ut Burm. docet.—406. nudat r. Ven. ex gloss. qui in v. Parrhas.—407. agnoscis vet. Cod. ap. Macrobi. vi, 6. cum c. alter Hamb. quiescunt Bigot. Vulgo pro Sibyllæ verbis haberi videntur illa: tumida—residunt. Ita saltem resident esse debebat. Sed sunt poetæ narrantis: placatur Charon, nec plura his illa addidit.—410. puppem Medic. et al.

NOTE

398 *Amphraysia vates*] *Apollinea*: quia Apollo ipse vocatur, *Pastor ab Amphrasyo*, fluvio Thessaliæ, ubi Apollo greges pavit, vide Ge. iii. 2.

402 *Servet Proserpina limen*] Non persuadet Cerdanus, honestas olim feminas ad jannas domorum more meretricio sedisse, licet multa in eam rem congerat. Imo mihi persuasissimum est, tam apud Græcos quam apud Romanos arctam fuisse mulierum custodiam; easque domum

interiorem tenuisse, non januam. Igitur hic *servare limen*, explico *januam clausam tenere*: quod tuto facere Proserpina poterit; cum Æneas ea mente non venerit, ut aditum sibi ad eam perrumpat. Quanquam et hæc potest esse verborum sententia: *Adco non irrumpet Æneas in Proserpinæ thalamum; ut etiam in ipso domus limine stare illa casta quidem et securus possit.* *Proserpina*] Cereris filia ex Jove: unde Pluto frater Jovis, ipsius

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

3 H

Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,  
 Deturbat, laxatque foros; simul accipit alveo  
 Ingentem Æneam. Gemuit sub pondere cymba  
 Sutilis, et multam accepit rimosa paludem.  
 Tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque 415  
 Informi limo glaucaque exponit in ulva.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci  
 Personat, adverso recubans immanis in antro.  
 Cui vates, horrere videns jam colla colubris,  
 Melle soporatam et medicatis frugibus offam 420

*Deinde eiecit alias animas, quæ sedebant in scamnis longis, et evacuat tabulata: simul admittit in cymbam magnum Æneam. Cymba compactilis gemuit sub onere, et bibit per rimas multum aquæ. Denique transmittit ultra fluvium saluos Æneam et Sibyllam in fædo limo et viridi herba. Magnus Cerberus sonat per hanc regionem latratu e tribus gutturibus erumpente, decumbens vastus in spelunca opposita. Sibylla animadvertens colla Cerberi jam rigescere serpentibus, projicit huic placen-*

—411. *per giga* pr. Hamb., et Sprot. cum glossa: *id est sedilia navis*.—412. *al-*  
*vo* tres Burm.—414. *multum* Medic. *futillis* ed. Ven. *subtilis* Dorvill., natum  
 ex *suptilis*, quod Rom. habet.—417. *hic* tres ap. Burm. *trifulci* Goth. tert.  
 Sed *trifulcum* aliter dictum. vid. Ge. III, 439. Æn. II, 475.—418. *averso* duo  
 ap. Burm. *resonans* Witt.—419. *colobris* Mentel. pr. *colla comasque* Lutat. ad  
 Stat. II Theb. 27.—420. *soporatam* alter Menag. et pro div. lect. alter Hamb.  
 et olim Turnebus e Codice, qui cum Alardo illud probabat. v. Heins. et Cer-  
 da, qui recte vindicant vulgatam lectionem vel ex IV Æn. 486. v, 855. Vide

## NOTE

et maritus et *patruus* est. *Erebus*:  
 vel Deus, vel locus Inferorum profun-  
 dissimus, Æn. IV. 509. *Juga*, scamna  
 nautica, Æn. V. 119. *Fori*, tabulata  
 navis, Æn. IV. 605. Ge. IV. 250.

412 *Alveo*] Non fluvii, sed cymbæ.  
 Ita Livius l. I. de Remo et Romulo  
 cymbæ impositis: 'Cum fluitantem  
 alveum, quo expositi erant pueri, te-  
 nuis in sicco aqua destituisset.'

413 *Cymba Sutilis*] Constat cym-  
 bas apud plerasque nationes e corio  
 pellibusque consutis fieri. Neque  
 tamen inde existimo infernam illam  
 ejus generis fuisse: sed tantum ex  
 eo more verbum *suere* tractum esse  
 ad fabricam compagemque lignea-  
 rum etiam navium, qualis hæc fuit:  
 sicut et verbum *texere*; quia e juncis  
 passim aliquæ contextæ fuerunt.

416 *Ulvæ*] Herba palustri, abeque  
 certo nomine.

417 *Cerberus*] Canis infernæ januæ  
 custos, dictus *Cerberus*, quasi *αἰρεσφόρος*  
*carnivorus*. Describitur ab Apollo-  
 doro cum tribus capitibus, draconis  
 cauda, tergore variis serpentum ca-  
 pitibus sparso. Idcirco *latratu tri-*  
*fauci* ululat; et dicuntur ejus *colla*  
*horrere colubris*. Hesiodus tamen in  
 Theogon. quinquaginta ipsi capita  
 tribuit.

420 *Melle soporatam, &c.*] *Offa*,  
 placentæ species fuit, ex edulibus  
 rebus diversis mistis subactisque con-  
 fectæ: *μύζα* Græcis dicta est, unde  
 Latinis *massa*: eratque primo ex fu-  
 rina, aqua, et oleo: mox majori luxu  
 condita etiam fuit, papavere, lacte,  
 ficiis, melle, quod sacchari loco vete-

Objicit. Ille fame rabida tria guttura pandens  
Corripit objectam, atque immania terga resolvit  
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

Occupat Æneas aditum custode sepulto,  
Evaditque celer ripam irremeabilis undæ.

425

Continuo auditæ voces, vagitus et ingens,  
Infantumque animæ flentes, in limine primo:  
Quos dulcis vitæ exsortes, et ab ubere raptos,  
Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.

Hos juxta falso damnati crimine mortis.

430

Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice, sedes.

*tam conditam melle et frugibus præparatis. Ille aperiens tria guttura, præ fame furiosa, decorat hanc projectam, et prostratus humi deficit vastis membris, et quantus est porrigitur per totam speluncam. Custode sepulto, Æneas occupat introitum, et pervadit promptus ripam fluvii, unde non reditur. Statim voces auditæ sunt, et magnus vagitus, et animæ infantum plorantes sub primis portis: quos dies funesta eripuit, privatos jucundu vitæ et abstractos ab ubere, et demisit morti immaturæ. Juxta hos sunt, qui addicti sunt morti ob injustam calumniam. Nec vero assig-*

~~~~~

Not. medicatam f. offam nonnulli vet. ap. Pierium.—421. rapida multi ap. Barm.—423. tutoque a m. pr. Erf. rigens conj. Burm., sed ipse damnat, et recte. Augēt ingens mirifice speciem magnitudinis.—424. c. remoto Bigot. et Hagen. pro var. lect. Snp. II, 265 urbem somno vinoque sepultam.—427. Wakefield distinguit: Infantumque animæ flentes, in limine primo Quos dulcis vitæ, exsortes et ab ubere raptos, Abstulit atra dies. Valde arripit ingeniosi viri acumen. Nisi quod mox exsortes otiosum esse sentio.—428. raptō aliquot Pier. ab ubere natos Dorvill. m. pr. in marg. raptos ab u. primo Rottend. sec. ex sup. versu.—429. una dies aliquot Pier.—430. falsæ alter Hamib. falso d. tempore m. conj. Warburtonus (*Divine Legat. of Moses* T. 1, B. 2, S. 4), parum feliciter.—431. sine sorte Franc., male. Nec vero his conj. Jortinus Diss. vi,

NOTÆ

ribus erat. Fruges, itaque erant farra sive farina, et papaveris semina, quorum usum in bellariis jam notavimus Æn. iv. 486. Medicatæ erant, id est temperatæ et simul maceratæ. Soporatam dixit, id est vi soporifera præditam: quæ quamvis non inerat melli, inerat tamen papaveri et aliis frugibus. Quare frustra legit Turnebus *saporatam*: quæ vox est sequioris ætatis scriptorum, Ammiani, Tertulliani; cum *soporatum* eo sensu jam dixerit Virgilius, Æn. v. 855. 'vique soporatum Stygia.' Mellita autem solita dari canibus et feris, notat Cerdanus ex

Apollonio et Philostrato.

431. Hæ sine sorte datæ] De sortibus in judiciis diversus mos fuit Græcorum ac Romanorum. Apud Romanos in urnam conjiciebantur, vel nomina judicum ut sorte eligerentur ad singulas causas: vel, juxta alios, ipsa causarum nomina, ut, quo quæque ordine disceptanda esset, sorte statueretur. Apud Græcos urnæ statuebantur duæ in quas singuli judices calculum sortemque, vel damnantem, vel absolventem conjiciebant. Dubitatur quo more judicia peragi apud Inferos Virgilius velit.

Quæsitör Minos urnam movet; ille silentum
 Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit.
 Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
 Insontes peperere manu, lucemque perosi

435

nantur illæ sedes absque sorte, absque iudice. Minos inquisitor agitât urnam: ipse cogit cæcum umbrarum, et discutit vitam ac scelera. Deinde tristes occupant vicina loca, qui innocentes intulerant sibi mortem propria manu, et pertæsi luminis prede-

p. 275.—433. *Consilium* Gud. a m. pr. et sic pr. et tert. Goth. Levis hæc esset auctoritas; sed Asconius in Argum. in Verr. de Præt. urb. “*Ad hanc similitudinem, inquit, poëta Virgilius Minoem, iudicem apud Inferos, tanquam si præter sit rerum capitalium, Quæsitorem appellat: dat ibi sortitionem, ubi urnam nominat: dat electionem iudicum, cum dicit: Consiliumque vocat; dat cognitionem factorum, cum dicit: vitasque et crimina discit.*” Cetera bene; verum in *Consilium* vocat argutatur Pedianus, nam etiamsi ad editicios iudices, quos certæ causæ admittebant (cf. Sigon. de Indic. 11, 12), referre velis, tamen nec poëta in eodem iudicio sortitionem et electionem memorare potuit, et, cum *silentum consilium* illud sit, iudices intelligendi essent ex umbris lecti; quod vix poëtae in animum venire potuit. Quin potius *silentum concilia* sunt turba forensis, imprimisque eorum, de quibus cognitio habebitur; unde adjectum: *vitasque et crimina discit*. Stat. viii, 23 de Plutone: *populos posebat crimina vitæ*; et in Culiæ 274 *nec faciles Ditis sine iudice sedes, Iudice, qui vitæ post mortem vindicat acta.* que post vitas abest a binis Burm.—435. *reperere* pr. Moret. et Zulich. a m. sec. Sane sic et alibi. cf. Burm. Sic sup. ii, 645 *ipse manu mortem inveniam*. Verum, si Jo. Schraderi observatio Emendatt. p. 42 præf. vera est, metrum repugnat, cum prima in *reperere* longa sit. Idem in schedis epitheton *insontes* alienum arbitratus emendabat *Infanda* vel

NOTÆ

Enimvero unus videtur Minos hic esse iudex, ut mox dicemus; ergo minime opus erat iudices sorte ducere. At neque varii erant calculi, cum unus esset iudex, ideoque duplex omnino calculus; et urna hic notatur unica, eaque moveri dicitur, quod in colligendis calculis non usurpatur, sed in miscendis. Igitur omnino urnam et sortes hic adhiberi puto ad causarum ordinem statuendum: quod Budæus in more Romano fuisse contendit, quicquid contra Nannius alique afferant recentiora.

431 *Sine iudice*] Iudices Inferorum tres præcipui statuuntur, *Minos, Rhadamanthus, Æacus*. De *Minoë* jam diximus, 14. *Rhadamanthus*, hujus frater fuit, ambo Jovis et Europæ filii: et Minos quidem Cretensibus

leges primus dedisse dicitur, Rhadamanthus earum observationem curasse: ita enim Plutarchus in *Theseo*, *Æacus* Jovis item filius fuit ex *Ægina*, *Pelei* pater, et *Achillis* avus, de quo *Æn.* i. 103. Hi tres ob justitiæ severitatem in Inferis judicandi munere donati sunt a poëtis. At præcipua dignitas penes *Minoa*, cui soli sceptrum aureum ab Homero datur *Odys.* xi. 567. *Virgilius* mentionem de *Æaco* nullam facit, *Rhadamanthi* sedem in impiorum carcere collocat, pœnarum speciem ac modum unicuique decernentia, 566. Hic solum statuit *Minoa*, has alias sedes pro merito singulis assignantem. Quod autem discentiant nonnulli, an quæstoris, an prætoris Romani munus hic gerat; omnino arbitror inutile.

Projecere animas. Quam vellent æthere in alto
 Nunc et pauperiem et duros perferre labores!
 Fas obstat, tristisque palus inamabilis unda
 Alligat, et novies Styx interfusa coërcet.
 Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem 440
 Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
 Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
 Secreti celant calles, et myrtea circum
 Sylva tegit; curæ non ipsa in morte relinquunt.

gerunt animas. Quam vellent nunc in superis auris tolerare et paupertatem et labores difficiles! Fata id prohibent, et palus odiosa implicat tristibus aquis, et Styx novies circumfusa detinet. Nec longe hinc ostenduntur patentes in omnem partem campi lugentes: ita appellant illos nomine. Hic occultæ semitæ abscondunt eos quos durus amor absumsit crudeli veneno, et sylva myrtea undique tegit eos, nec solitudines deserunt post ipsam mortem. His locis videt Phædrum, et Procrin,

Intenta. Cui non accedam.—436. Quas Medic., et quidem, quod notandum, a manu emendatoris Aproniani. Et habet id sane acutum quid; quod tamen non sequar.—438. Quinque voces notatæ sunt rubro in Medic. *Fas obstat tristisque p. inamabilis undæ.* Sed videamus de singulis. *Fas obstat* haud dubie bene, h. e. naturæ, Inferorumque, jura. *Fas et jus* ad jura divina et humana referri notum est, et copiose illustrat h. l. Heins. Sic legit Serv. cum Douauto: sicque Rom. Gud. a m. pr. Voss. alter, cum binis e Goth., item Benedict. e cod. Palat. et inde ed. Junt. Ceteri *fata obstant*, ex iv Æn. 440. Porro *tristisque palus*, quod Servius improbat, ne duo sint epitheta, exhibet Dorvill. et cum Rom. pars codd. Pierii, qui bene monet, accipiendum esse: *tristisque palus, inamabilis unda.* Sic quoque Gud. a m. pr. et pr. Rottend. a m. sec. Ah! etiam: *tristisque p. i. undæ.* Sic Gud. a m. sec. Tandem *inamabilis* sunt qui legant ap. Pier. item Schol. Horat. et pr. Hamb. pro var. lect. et tres ap. Burm., minus bene, ut Heins. docet. Eadem varietas Ge. iv, 479. 480, ubi hi duo versus occurrunt. Omnino recepta lectio haud dubie elegantior est.—440. hic Rom. et alii Pier. *infusi* alter Menag.—441. *ducunt* duo ap. Burm.—442. *Hic* Heins. e Medic. et al. Vulgo: *Hinc.* At Hi Rottend. et Witt. *quas*, quod Heins. probat, quoniam fœminæ mox memorantur, Zulich. habet, et pronus case solet in talibus error. Tamen infra Sychæus quoque in iisdem locis occurrit. *dirus a.* duo apud Burm. *peregit* Dorvill. *peremitt* nonnulli Pier. et Burm. cum Goth. tert., sed *tibi peredit* proprie adjectum.—443. *colles* Sprot. et Vratil. cum Goth. sec. At tert. *caules.* servant *colles* ed. Ven. *Secretæ culles* conj. Jo. Schraderus, quia calles vix dici possunt celare aliquem, et laudat Stat. Sylv. iii, 290 *Centaurosque—aceræ celent valles.* add. sup. v. 138. 139. Enimvero *secreti calles* sunt semitæ in locis secretis, et in ipsis myrtetis, per quæ errantes umbræ bene dicuntur *celari* et ipso loco et semita per eum ducente. Etiam inf. ix, 383 *Rara per occultos lucebat semita calles.*—444. *ipæ* alter Hamb. in deest binis Burm.—445. *Procrin,*

NOTÆ

436 *Quam vellent, &c.*] Ex sententia Platonis: qui ait eos in Inferis graviter puniri, qui sibi mortem intulerunt; et vulgo animas mira teneri

cupiditate corporis; ut infra videbitur, 721. 724. De *Styge*, supra 323.

443. *Myrtea Sylva*] Quia myrtus

His Phædræm Procrinque locis, mœstamque Eriphylen, 445
 Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
 Evadnenque, et Pasiphaën; his Laodamia
 It comes, et juvenis quondam, nunc foemina, Cænis,

et tristem Eriphylen ostendentem plagas acceptas a crudeli filio, et Evadnen, et Pasiphaën: Laodamia socia est illarum; et Cæneus olim juvenis, modo iterum fami-

Procrin, Procrin corruptelæ; item Eriphylen.—446. funera Parrhas. vidit Goth. tert.—447. Euchadem, Euchandem, Heuchadenq. Pasiphem aberrant., item: Laodamia.—448. Est c. Goth. tert. Cæneus vulgo lectum. Dubitari

NOTÆ

sacra est Veneri. Ecl. II. 54. Ecl. VII. 62. *Nocies* interfusa Styx dicitur, id est sæpius.

445 *Phædræm*] Minois filiam, Theæci uxorem, quæ privigni Hippolyti amore capta, et ab eo repulsa, cum eum apud maritum de oblato sibi stupro accusasset, eique mortem a patre ideo illatam audivisset, laqueo vitam finivit. Seneca in Hippolyto.

Procrin] Erechthei Atheniensium regis filiam, uxorem Cephalæ. Hic ad explorandam ejus fidem, cum dissimulato habitu pudicitiam ejus sollicitasset muneribus, ac prope expugnasset: exprobrata ei perfidia, reddiit tamen cum ea in gratiam. Sed illa cum audisset Cephalum venatu fessum Auram in umbra interdum invocare; suspicata amicæ alicujus hoc esse nomen, ut eum deprehenderet, latuit inter frutices: quibus commotis, Cephalus feram ratus esse, jaculo eam incautus occidit. Ovid. Metam. V.

Eriphylen] Amphiarai, vatis Argivi, uxorem. Is cum sciret se Thebano adversus Eteoclem bello periturum, latere constituit. Sed ab Adrasto Argivorum rege, vel juxta alios a Polynice Adrasti genero, Eteoclis fratre, corrupta aurei monilis dono Eriphyle, maritum prodidit: qui ad bellum coactus proficisci, dum fortiter pugnat, terræ hiatu cum curru haustus est. Eriphyle ex mariti mandato ab

Alcmæone filio est interfecta. Ita plerique narrant, alii aliter. Cum autem inter amantes a Virgilio statuatur, necesse est eam non solo monilis dono, sed stupro fuisse corruptam.

447 *Evadnen*] Martis filiam, uxorem Capanei Argivi: quæ, cum eodem bello occisus fuisset maritus, et funus ejus celebraretur, in ejus regum insiliit. De *Pasiphaës* amoribus, supra 24. Ecl. VI. 46.

Laodamia] Acasti filia, uxor Protesilai unius e Græcis principibus, qui primus Græcorum omnium bello Trojano periit, occisus ab Hectore. Hujus mortem cum accepisset uxor, a Diis petiit, ut ejus umbram sibi liceret intneri: idque cum impetrasset, in amplexibus animam efflavit.

448 *Cænis*] Elati Lapithæ filia, a Neptuno in stapri mercedem obtinuit, ut mutaretur in virum et ferro vulnerari non posset. Inde tantam in superbiam, ac Deorum contemptum processit, ut hastam suam adorari a subditis vellet: ideo iratus Jupiter pugnantes eum adversus Centauros arborum stipitumque acervo opprimi voluit. Dicitur fato et voluntate Deorum ad pristinum sexum post mortem rediisse: ut sic in pœnam impietatis utroque Neptuni dono spoliaretur. De *Phænissa*, Sidonia, Tyria, Æn. I. 450. De *Didonis* vulnere, Æn. IV. 663.

Rursus et in veterem fato revoluta figuram.

Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido 450

Errabat sylva in magna: quam Troius heros,

Ut primum juxta stetit, agnovitque per umbras

Obscuram, qualem primo qui surgere mense

Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam,

Demisit lacrymas, dulcique affatus amore est: 455

Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo

Venerat extinctam, ferroque extrema secutam

Funeris heu tibi causa fui? Per sidera juro,

Per Superos, et si qua fides tellure sub ima est:

Invitus, regina, tuo de littore cessi. 460

Sed me jussa Deum, quæ nunc has ire per umbras,

Per loca senta situ cogunt noctemque profundam,

Imperiis egere suis; nec credere quivi

na et reversa in antiquam formam per fatum. Inter quas Phœnissa Dido recens post vulnus sibi inflicto vagabatur in magno nemore. Ut primum Trojanus heros stetit prope, et agnovit eam inter tenebras obscuras; qualem aliquis videt aut putat vidisse Lunam oriri inter nubes ineunte mense; effudit lacrymas, et præ suavi amore locutus est: Misera Dido! ergo verus nuntius ad me venerat, te mortuam, et gladio passam ultima fata. Heu! tibi auctor fui mortis. Juro per astra, per Deos, et si aliqua est fides sub terra profunda: exivi nolens e tuo littore, o regina. Sed mandata Deorum, quæ cogunt me nunc ire per has umbras, per loca horrida squalore et tenebras profundas, expulerunt me auctoritate sua. Nec potui credere me tibi alla-

~~~~~

nequit, Cœnis a poëta scriptum fuisse: quod et Heinsius conjectit: † *Kawls.* cf. Verheyck ad Antonin. Lib. c. 17 p. 114 sq. Firmat id quoque Ausonii imitatio in Cupid. crucif. 20 *Irrita dona querens, sexu gavisus virili, Mæret in antiquam Cœnis revocata figuram*; etsi et ibi in multis *Cæneus*. In nominibus propriis, inprimis ex Græco ductis, rationis grammaticæ major auctoritas quam scriptorum per librorum stuporem inquinatum habenda.—449. *fati* Mentel. pr. *revocata* Rom.—450. *ab vulnere* Leid. unus.—451. *in deest* Exc. Burmann.—452. *Ut juxta primum* Dorvill. *per umbram* vulgo lectum, etiam in præstantioribus. *per umbras* quinque, nec contemnendi, ap. Heins., ita non ineleganter *Obscuram* sc. Didonem acciperes; ut jam Servium fecisse video. Recepit quoque id Wakefield.—453. *quis alii* et ed. Junt., sed jam Pier. alteram prætulit. *qui primo* sec. Hamb.—455. *Dimisit* Medic. cum al. Heins. *demisit* Mentel. pr. *lacrimans* Rom. *est deest* utrique Menag. et Goth. sec.—459. *est abest* ab pr. Menag. et eodem Goth. sec.—461. *qui Franc.*, et ab alia

#### NOTÆ

463 *Loca senta situ*] *Sentis* est spina: sentum, squalidum, ægrum, annis sic dictus, quia quamprimum a tangentibus sentitur: hinc *senticosus*, et *sensus*, asper, horridus. Terentius in *Eunuch.* Act. II. sc. 2. v. 5. 'Video

sentum, squalidum, ægrum, annis pannisque obsitum.' *Situs* est caries, mucor, squalor, ex humore parietibus adhærescens.

Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.

Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro.

465

Quem fugis? extremum fato, quod te alloquor, hoc est.

Talibus Æneas ardentem et torva tuentem

Lenibat dictis animum, lacrymasque ciebat.

Illā solo fixos oculos aversa tenebat;

Nec magis incepto vultum sermone movetur,

470

Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.

*turum esse tantum dolorem abitu meo. Contine gressum, et ne subducas te conspectui meo. Quem fugis? hoc est ultimum tempus, quo tecum loquor per fatum. Æneas mulcebat talibus verbis animum iratæ et asperæ intuentis, et conabatur ei movere lacrymas. Illa infensa tenebat oculos defixos in terram. Nec magis movetur secundum faciem ab usque principio sermonis, quam si stet lapis durus, aut rupes Marpe-*

\*\*\*\*\*

*manu que.*—465. *nec s.* Sprot. *aspectui* codd. ap. Pier.—466. *fator* Menag. pr. *fatum* Exc. Burnm. *te abeat a binis* Burmann. et Goth. tert., *indocte.*—469. *Leniebat* vett. ap. Pier. *lacrimisque* Franc. Ceterum Burnm. difficultatem recte percipiebat in eo, quod *torva tuentem animum* in umbra exhibere videtur poeta. Nec satis est accipere dictum pro, *animum tuentis*. Nisi, quod valde suspicor, hemistichium male expletum est, cum a Marone relictum esset: *Tulibus—tuentem Lenibat dictis*. Illa s. triplex expediendæ rei adest modus: primum ut distinguas post *dictis*, ut sit: *animum lacrymasque ciebat*, movebat, ut *θυμὸν ὀρε* toties apud Hom. etiam de miseratione. Altera, ut *ardentem et t. tuentem* quartos casus absolute positos esse jubeas. Tertia tandem, eaque ceteris simplicior et melior, ut *animum* Homérico exemplo accipias pro *κατὰ θυμὸν, φέρως*. Sic pro vulgari forma: *leniebat ejus ardentis et torva, torve, tuentis animum*, non insolens est dicere: *leniebat eam animum, animo*. Alterum *lacrymas ciebat* haud dubie ad Æneam spectat, *lacrymas morcebat*, volvebat, fundebat.—469. *adversa* nonnulli ap. Pier. et Burm., etiam *diversa* ap. Petron. c. 132 in codd. et ap. Schol. Cruqu. Horatii.—470. *in capto* Cod. Barthii ap. Burm. Mox multi apud Pier. et Heins. *vultus* vel *vultu*, male. Et vulgata apud Macrobi. iv Sat. 1. *vultus* quoque apud Petron. l. l. legitur, ubi vs. 469. 470 in nequiores sensum detorquet, et pro 471 substituit, *Quam lentæ salices, lassæ papavera collo.*—471. *Mopesia, Marpesia*, et in Goth. in *Arpesia*, aberrationes indoctorum librariorum. Steph. Byz. *Μάρπησσα, ὄρος Πάρου, ἀπ' οὗ οἱ Ἀἰῶνι ἐκάλουνται, ὃ οὐκ ἔστιν Ἀμαθύνιος*. Alia montis pars *Lygdus*. v. Plin. xxxvi, s. 18. Est et urbs *Marpessus* in Troade. vid.

#### NOTÆ

465 *Aspectu*] Pro aspectui, dativus contractus, Ecl. v. 29.

466 *Extremum fato, &c.*] Neque enim amplius me vivum mortuumve videre poteris: non vivum, quia pauculæ tantum horæ mihi ad hæc invivenda loca Deorum voluntate ac fato concessæ sunt: non mortuum, quia soris mea fatumque bellatoris aliis Inferorum sedibus me addicet.

467 *Torva tuentem . . . sola fixos oculos . . . adversa*] Distingue tempora: pri-

mo enim torve aspexit, mox solo fixit oculos, tum denique avertit. Vel *aversa*, non ad oculos, sed ad animum infensum refertur, ut Æn. iv. 362.

471 *Marpesia cautes*] Mons marmoreus in insula Paro, una e Cycladibus, de qua Æn. iii. 126. juxta Stephanum. Ant juxta Jornandem, Causasi montis pars, ab Amazonum regina Marpesia, quæ illic aliquando habitavit. De *Sychæo*, Æn. i. 347.

Tandem corripuit sese, atque inimica refugit  
 In nemus umbriferum; conjux ubi pristinus illi  
 Respondet curis, æquatque Sychæus amorem.  
 Nec minus Æneas, casu percussus iniquo, 475  
 Prosequitur lacrymans longe, et miseratur euntem.  
 Inde datum molitur iter. Jamque arva tenebant  
 Ultima, quæ bello clari secreta frequentant.  
 Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis  
 Parthenopæus, et Adrasti pallentis imago. 480

*sia. Denique abstulit se, et fugit inimica in sylvam umbrosam: ubi prior maritus Sychæus respondet illi solitudine, et æquat amorem ejus. Nihilominus Æneas commotus acerba ejus morte, longe sequitur euntem plorans et miseretur ejus. Inde persequitur iter concussus: et jam attigerant campos extremos, quos separatos incolant viri insignes bello. Hic occurrit illi Tydeus, hic Parthenopæus illustris armis,*

Paus. x, 12, pag. 826. 827.—472. *corripuit* Heins. revocavit, quod habet præstantissimus quisque codex. Alii *proripuit*; quod vulgare est adeoque alterius interpretamentum. conf. inf. xi, 462.—473. *postumus* Hugen. a m. pr. Scilicet hæsisse veteres Grammaticos in hac vocis *prius* significatione, ut *prior* sit, e Servio et Pomponio Sab. (apud quem Probus de hoc vocabulo dubitat) apparet, cum tamen de ea nunc satis constet. vide ap. Burmann. Omnino hæc notissimarum rerum ignoratio vel dubitatio, et in tenuibus subtilitas vel frigus, difficiliorum vero vocum vel locorum omissio, admodum veterum Grammaticorum usum circumscribit; nec inspiciendi illi sunt nisi iis, qui ipsi satis magna interpretandi facultate instructi sunt. Ita ut auctoritatem tuæ interpretationis melius inde petas quam rationem ac fundum. Nec aliter res se habet in usu eorum critico. Si ei, quod ipse inveneris et perspexeris, consentientem vel faventem deprehenderis grammaticum, bene se habet; sapere ex grammatico raro obtigit.—474. *amores* sec. Rottend.—475. Duplex codd. familia: Rom. cum aliis *percussus*, Medic. cum sua secta *concussus*, quem h. l. Heins. deseruit. Vulgo *percussus*. *percussus* Dorvill. a m. pr. p. *acerbo* Dorvill.—476. *Persequitur* Dorvill. *longe lacrimans* et m. Parrhas. inscite. Memorabilior Rom. lectio: *P. lacrimis longe* et m. ita et tres Heins. Sed vulgarior hæc est et cum prosaica communis ratio: *prosequi aliquem lacrimis*. Medic. Pierii: *P. lacrimas l. et m. ex lacrimans. miseratur* Heins. e Medic. alii-que, item Rom. astruit; vulgo *miseratus. amantem* Ven. *amantem est* Parrhas. est in fine vulgg. edd. habebant.—477. *tenebat* aliquot Heinsiani, et defendit Marklandus ad Stat. p. 264. Possit sane et hoc ferri de solo Ænea, inprimis propter illi in v. 479. Sed quidni et ipsa Sibylla accenseatur, ut toties alibi: ut v. 384. 415.—479. *hinc inclytus* Medic. *inclitus, inclutus* et hic codd.—480. *pal-*

## NOTE

479 *Tydeus, &c.*] Duces occurrunt belli Thebani, pro Polynice adversus Eteoclem fratrem. *Tydeus* Cenei Ætolorum regis filius, Adrasti Argivorum regis filiam uxorem duxit, alterum Polynices. Pro Polynice legatus de repetendo regno ad Eteoclem Thebas missus, ab eo insidiis appetitus,

viros quinquaginta solus superavit. Hinc reversus, et ad obsidionem urbis cum Adrasto et Polynice regressus, a Menalippo Thebano vulneratus occubuit. Diomedis pater fuit, qui inde *Tydidēs* appellatur, Æn. i. 101.

480 *Parthenopæus, et Adrasti, &c.*] *Parthenopæus*, Atalantæ, et Meleagri

Hic multum fletū ad Superos, belloque caduci,  
Dardanidæ: quos ille omnes longo ordine cernens  
Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Thersilochumque,  
Tres Antenoridas, Cererique sacrum Polyphœten,  
Idæumque, etiam currus, etiam arma tenentem.

485

et umbra Adrasti pallidi. Hic Trojani valde deplorati inter vivos, et occisi in præliis. Quos omnes illē videns longa serie suspiravit: et Glaucum, et Medontā, et Thersilochum, tres filios Antenoris, et Polybatem sacerdotem Cereris, et Idæum adhuc currus adhuc arma tractantem. Animæ plurimæ circumstant ad dextram et

lantis tert. Rottend. bellantis Zulich.—481. Hi Medic. cum al. Ifii Witt.—482. ipse pr. Hamb. o. circum Parrhas.—483. Medontaq. Torsilochumq. Tersilochumque, prave codd. Medontaque vitiosum videri, Cerdā monet; nam Medontas apud Homerum plurium ex Achivis nomen esse, nusquam Trojani; in versu autem, quem Virgilius ante oculos habnerit (Iliad. φ. 209), legi: 'Εὐθ' ἔλε Θερσίλοχόν τε Μήδοντά τε. Sed in alienum versum incidit vir optimus. Nam Iliad. P. 216 Hector appellat Μέσθλην τε, Γλαῦκόν τε, Μήδοντά τε, Θερσίλοχόν τε.—484. Iliad. Δ. 59 Τρεῖς δ' Ἀντηνορίδας, Πόλυβον καὶ Ἀγάρροα Διόν, Ἴδαιον τ' Ἀκάμαν' ἐπικέκλον Ἀδανότοισιν. Polypaten adversus Homeri auctoritatem receperat Burn. ex Heinsii emendatione. Sed Homero Πολυπότης est insignis inter Achivos principes, non inter Trojanos. Antea Polybatem legebatur, et variis corruptelis Polyboten, Polybetem, Polibatem, Polipotem, Polybuten, Polybotem, et interpolate C. s. que Pobyten, Goth. tert. C. s. que Politen, porro Poliphætē, Poliphæten. Ultima hæc ad veram lectionem ducunt: Polyphæten. Iliad. N. 791 inter Trojanos, καὶ ἀντίθεον Πολυπότην. Quod Cereris sacrum, h. e. Cereris sacerdoteni edit, Homericā imitatione facit. Elensinia initia frustra huc vocat Warburtonus.—485. Ἰδαῖος, sive Daretis f. v. Iliad. E. 11. 20, sive auriga

## NOTÆ

filius, Arcadibus imperavit: reversus ex Thebano bello incolumis, ad Trojam deinde occubuisse dicitur. Adrastus rex Argivorum, socer Tydei et Polynicis: qui magno amisso exercitu obsidionem Thebarum omittere coactus est, et in patriam fugienti similis redire, unde pallens hic dicitur.

481 Caduci Dardanidæ] De Dardanidis, Trojanis, Æn. i. 239. Caduci, mortui, cadentes: unde cadavera, et caducum fulmen apud Horat. l. iii. 4. 44.

483 Glaucumque, &c.] Versus ex Homero expressus, qui tres illos duces enumerat inter Trojanorum auxilios Iliad. xvii. 216. Γλαῦκόν τε, Μήδοντά τε, Θερσίλοχόν τε. Unde arguas Nascimbenum: qui suspicatur Mydona legendum esse, quia Medontis nullam inter Trojanos fieri men-

tionem meminit. Glaucus, Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, Lyciorum dñx cum Sarpedone. Is in auxilium Trojanis venit, et cum Diomede congressus, inita amicitia cum eo arma aurea æreis commutavit, Iliad. vi. 119. Hic quando obierit, non liquet. Thersilochus, inter duces Pæonum, ex Macedonia Thraciæ confini, occisus est ab Achille, Iliad. xxi. 209. Tres Antenoridas, Antenoris filios, Iliad. xi. 59. Τρεῖς τ' Ἀντηνορίδας: ibidemque appellantur, Polybus, Agenor, Acamas, qui ad pugnam Hectoris et Æneæ socii descenderunt. Polypates, Pirithoi filius, inter Græcos principes fuit insignis. De Cerere Ecl. v. 79. Idæus auriga fuit et armiger Priami regis, de quo Iliad. xxiv. 470.

Circumstant animæ dextra lævaque frequentes.  
 Nec vidisse semel satis est: juvat usque morari,  
 Et conferre gradum, et veniendi discere causas.  
 At Danaum proceres, Agamemnoniæque phalanges,  
 Ut videre virum, fulgentiaque arma per umbras, 490  
 Ingenti trepidare metu; pars vertere terga,  
 Ceu quondam petiere rates; pars tollere vocem  
 Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.  
 Atque hic Priamiden laniatum corpore toto  
 Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, 495  
 Ora manusque ambas, populataque tempora raptis  
 Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares.

*sinistram: Nec sufficit vidisse semel Æneam: delectat ipsas remanere diu, et admo-  
 vere pedem propius, et petere causas cur venerit. Sed duces Græcorum, et turmas  
 Agamemnonis, quando viderunt Æneam et arma splendentia inter tenebras, carpe-  
 runt tremere magno timore: pars obvertere dorsum, quemadmodum olim cucurrerunt  
 ad naves: pars emittere parvam vocem, clamor inceptus fallit hiantes. Atque hic  
 vidit Deiphobum, filium Priami, discerptum omnibus membris, immaniter laceratum  
 circa os; circa os, et utramque manum, et tempora spoliata sectis auribus, et nasum  
 truncatum indecoro vulnere. Itaque difficile agnovit trementem, et occultantem tur-*

Priami Iliad. Æ. 325, quod verius. *que* abest a tert. Rottend. *et jam—et jam* divisim nonnulli scribunt. Sed etiam Cledonius demonstrandi vim h. l. habere, Servius autem cum Donato per adhuc interpretandum esse monet. Enimvero etiam est pro, etiamnum. *currum* Rom. cum aliis a m. pr. ap. Pier. *currus* atque Ven. c. *jamque* Goth. tert. *tenentes* ap. Serv. ad ix, 373.—486. *frementes* Gud. a m. pr. *frequentant* Dorrill. a m. sec.—487. *satis semel est* pr. Hamb.—488. *poscere* Rom. et alii Pier. cum ed. Ven. ex lib. i, 414. *dicere* ed. Junt.—489. *Et D.* aliquot cum ed. Junt. *Danai* Zulich. v. ad viii, 161. Burmann.—490. *umbram* alter Hamb. v. sup. 452 et alibi.—493. *Incertus* Nonius in *hiare*. Similis varietas sup. v. 270. *Inceptum* Menag. pr. *frustra-  
 vit* Goth. pr.; tertio deest vox ultima.—494. *Atque ibi* Witt. *totum* pr. Hamb.—495. *videt et* Medic. cum aliis, quo alludunt alii ap. Burm.—496. *manus a.*

## NOTÆ

489 *Agamemnoniæque phalanges*] *Pha-  
 lax*, agmen proprie Macedonum fuit, constans octo peditum millibus, qui consertis clypeis pressisque ordinibus pugnabant. Hic pro quolibet agmine ac multitudine sumitur. De *Danaïs*, Æn. i. 34. De *Agamemnone*, Græcorum ad Trojam duce, Æn. iii. 54.

493 *Ceu quondam petiere rates*] Achille, propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida, e Græcorum exercitu

absente; Trojani Græcos immissis ignibus ad naves usque fugaverunt, Hec-tore duce, Iliad. xv. 326.

495 *Deiphobum*] Priami filium, post mortem Paridis Helenæ maritum, Æn. ii. 310. De *Helenâ*, aliqua diximus Æn. i. 654. cetera infra 511. De *proditio* ab ea *Deiphobo*, Æn. ii. 567. Et sic eum a Menelao necatum esse testatur Dictys Cretensis.



Vix adeo agnovit pavitantem, et dira tegentem  
 Supplicia; et notis compellat vocibus ultro:  
 Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri, 500  
 Quis tam crudeles optavit sumere poenas?  
 Cui tantum de te licuit? Mihi fama suprema  
 Nocte tulit fessum vasta te cæde Pelasgum  
 Procubuisse super confusæ stragis acervum.  
 Tunc egomet tumulum Rhoeteo in littore inanem 505  
 Constitui, et magna Manes ter voce vocavi.  
 Nomen et arma locum servant; te, amice, nequivi  
 Conspicere, et patria decedens ponere terra.  
 Ad quæ Priamides: Nihil o tibi, amice, relictum;

*pes plagas; et prior alloquitur eum voce cognita: O Deiphobe bellicose, soboles e nobili sanguine Teucri: quis ausus est exigere de te tam dirum supplicium? cui tantum licuit contra te? Rumor pertulit mihi, te ultima nocte Trojæ lassum multis strage Græcorum obisse super cumulum confusorum cadaverum. Tunc ego ipso acri tibi in littore Rhoeteo sepulcrum vacuum, et appellari ter magno clamore animam tuam: locus servat nomen et arma tua. Non potui, o amice, te videre, et*

sine que alter Hamb.—496. et vulnera d. tegentem laudat Serv. ad 1, 157 ex interpretatione.—499. notis. Jo. Schrader. malebat placidis.—500. a deest quatuor Heins., unus ab. Teucrum duo Leid. Teucro tert. a m. pr. v. 1, 18.—501. aptavi fragm. Vatic. a m. sec.—503. fessum Zulich. a m. sec. v. de cæde vulg. ante Pier. de sede ed. Ven. vastata cæde Leid.—504. confosæ Gud. cordis a. quatuor ap. Burm.—505. Hunc Serv. ap. Burm. tibimet Oudart. in deest Rom. fragm. Vatic. et binis Burm.—507. locus Longob. Pierii. Sed altera ratio exquisitor. cf. inf. vii, 3. aervoet Rom.—508. diadens tres Burm. cum Goth. tert., unus descendens.—509. Ad quæ hæc P. Heinsius reposuerat

## NOTÆ

500 *Teucri, &c.*] De eo, *Æn.* i. 239. *Pelasgi*, Græci *Æn.* i. 628. *Rhæteum* et *Sigeum*, Troadis promontoria fuere duo, in Hellespontum excurrentia: in Rhoeteo sepulcrum Ajacis, in Sigeo sepulcrum Achillis fuit. At quia loca illa tum a Græcis tenebantur, cum inde fugit Æneas; existimo *Rhæteum* hic sumi pro toto Troadis littore, cujus in parte meridionali clam Æneas classem ædificavit, apud Antandrum, *Æn.* iii. 6.

505 *Tumulum inanem, &c.*] *Honorarium*, qualis statuebatur iis, quorum corpora haberi non poterant; idque sufficiebat, ut humati dicerentur, et

essent a centum annorum errore liberi. De *inclamatione* ad sepulcrum diximus in funere Polydori, *Æn.* iii. 62.

507 *Nomen et arma, &c.*] *Communitio*: pro, *locus servat nomen et arma*. Porro *arma* vel *sculpta* intelligit in tumulo; vel *vera*, olim forte dono Æneæ data a Deiphobo. servataque, ut *Æn.* i. 654. *pallam Helenæ*, et *sceptrum Iliones*. *Nomen* autem Deiphobi illi loco inditum fuisse non jam liquet ex ullis scriptoribus. *Te, amice*] *Te*, omissa elisione, corripitur more Græcorum, sequente vocali.

Omnia Deiphobo solvisti et funeris umbris.

510

Sed me fata mea et scelus exitiale Lacænæ

His mersere malis; illa hæc monumenta reliquit.

Namque, ut supremam falsa inter gaudia noctem

Egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est.

Cum fatalis equus saltu super ardua venit

515

*obitus tumulare in patria tellure. Tum vero filius Priami dixit: Nihil prætermisum est a te, o amice: omnia exhibuisti officia Deiphobo et umbræ cadaveris. Sed sors mea et perniciosum crimen Helena Lacedæmoniæ obruerunt me his penis: illa reliquit mihi hæc insignia. Scis enim quomodo traduxerimus ultimam noctem in falsa lætitia; et oportet nos nimis recordari: Quando equus fatalis venit ascensu super alta Pergama, et gravidus induxit in utero milites armatos. Illa fingens*

ex binis Rottend. altero Mentel. et pr. Menag.: adde binos Burmanni, cum ed. Mediol. At alii: *Ad quæ P.*, et hæc concinnior et vera lectio, nam sic et fragm. Vatic. Eodem ducit Rom. *Ad quæ*, et Medic. a m. pr. *Atquæ* antiquo more scribendi. Hoc in aliis corruptum in *atque*. Hinc interpolatum ab emendatoribus in *Atque hæc*, ut vulgo legitur, vel, ut in aliis, *Atque hic*, *Ad quæ*, *Ad quem*, ut in Longob. sec. Moret. Goth. alt. est multi attextunt.—510. et deest Dorvill. et corporis umbris conj. Jo. Schrader.—511. *fata Deum* Dorvill., ut toties alibi.—512. *misore* Hugen., male. *mergi malis* sæpius poetæ ex Gr. *κατακλυσθήναι κακῶν*. relinquit Franc.—513. ut deest Medic., sed a m. pr., idem falsam.—514. *Degimus ut nosti* ed. Ven. est abest a Menag.

## NOTE

510 *Funeris umbris*] *Funus*, non pro sacris ac ceremonia funebri, sed pro ipso cadavere, hic sumitur: ut *Æn.* ix. 491. 'quæ nunc artus, avulsæque membra, Et funus lacerum tellus habet.'

511 *Lacænæ*] *Helenæ Lacedæmoniæ*. De *Lacænæ* appellatione, *Æn.* ii. 601. De ejus ortu, *Æn.* i. 664. Hæc, *Leda Spartani* regis *Tyndarei* uxore, et *Jove* genita: a *Theseo* primo rapta est: per *Castorem* ac *Pollacem* fratres suos ex ejus potestate liberata, *Menelao* deinde nupsit, *Mycenarum* regis filio; qui mortuo *Tyndareo*, *Castore*, ac *Polluce*, in regnum *Spartanum* successit: inde rapta a *Paride*, et *Trojam* deducta, decennii bello repetita est. Occiso sub obsidionis finem *Paride*, nupsit *Deiphobo*, *Paridis* fratri. Quid deinde ipsi capta *Troja* contigerit, ambiguum

est. Vulgo dicitur in gratiam cum *Menelao* rediisse, et cum eo variis acta erroribus appulsa in *Ægyptum*; unde iterum navigans, incolumis cum marito *Spartam* rediit, ubi postea sepulti sunt in *Menelai* delubro, *Therapnis*, quæ urbs est *Laconiæ*. Longe alia sors illius a *Pausania* in *Laconicis* refertur ex *Rhodiorum* monumentis. Ait enim *Helenam*, mortuo *Menelao*, *Sparta* pulsam, ad *Polyxo* *Argivam*, necessariam suam, *Tlepolemi* *Rhodi* regis uxorem, *Rhodom* confugisse: *Polyxo* memorem necis viri sui, qui ad *Trojam* occisus a *Sarpedone* fuerat, ancillas in eam *Furiarum* habitu immisisse, quæ illam dum lavaret comprehensam laqueo suspenderint. Alii aliter.

515 *Saltu*] *Æn.* ii. 237. 'scandit fatalis machina muros.' Quia cum angustiores essent portæ, diruendi

Pergama, et armatum peditem gravis attulit alvo :  
 Illa, chorum simulans, evantes orgia circum  
 Ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat  
 Ingentem, et summa Danaos ex arce vocabat.  
 Tum me, confectum curis somnoque gravatum,  
 Infelix habuit thalamus, pressitque jacentem  
 Dulcis et alta quies, placidæque simillima morti.  
 Egregia interea conjux arma omnia tectis

520

*choreas, ducebat circa sacra Bacchi feminas Phrygias furiosas: ipse in medio attollebat magnam tectam, et ex alta arce invitabat Græcos. Tunc funestus lectus tenebat me fatigatum curis et obrutum somno: et jucunda ac profunda quies, similis-que morti tranquilla, oppressit me decumbentem. Interim digna uxor aufert arma omnia domo, et subtraherat capiti meo gladium fidelem. Vocat Menelaum intra*

pr.—516. *altus* cod. Ge. Fabricii, minus docte. *altos* Rom. et Medic. error alter Hamb. a m. sec.—517. *evantes* in nonnullis lectum, ex Servio colligat. et *evantes* Zulich. *evantis* fragm. Vatic. et Rom. *bacchantes* sec. Moret., indocta interpolatione. *atria circum, littora circum* tentabat Jo. Schrader.—519. *Ardentem* Donat., non bene. *medio* Ven.—520. *Cum me duo Heins. curis.* Illa nocte Trojani epulis lusibusque vacaverant: II, 265 *Incendant urbem somno vinoque sepultam:* inter hæc quis locus, dicas, esse potuit *curis*? Itaque Jo. Schrader. Notis ms. emendat *confectum chorris*; mallet tamen *thiasis*, ut apud Statium III Sylv. 1, 41 occurrit: *confectus thiasis*. Ingeniose profecto. Possunt tamen duo moneri. Primo *curæ* spectant ad diem, qui præcesserat, cum de discessu Achivorum nondum certiores essent facti, quemque adeo inter sollicitudines et inter labores belli solitos exegerat Deiphobus. Tum vero, choreas ducebant feminæ: non item viri bellis operati; quam parum hoc viris principibus dignum memorasset poëta, si Hectorem, Æneam, eisque similes, aut nunc Deiphobum, choros ducentem exhibuisset! —522. *patriæque* Zulich. pro var. lect.—523...525. Locum hunc pugnare cum vers. 567 sqq. lib. II multi viri docti crediderunt, fuitque hoc inter causas, cur istos versus sublato esse vellent. Sed fuit Deiphobi domus in ipsa arce (v. Exc. XII f. ad e. lib.) et potuit Helena scelere in maritum com-

## NOTE

muri fuerant, ut equus in urbem induceretur. Ibid. 234. *Dividimus muros*, &c. De Pergamis, Æn. I. 470.

517 *Evantes orgia*, &c.] Menelaus Odys. IV. 277. narrat Helenam ter equum circumlustrasse, Græcorum singulos duces nomine appellentem: unde Virgilius finxit illos Baccharum choros. *Evantes*, Bacchæ dictæ sunt, Bacchi comites feminæ. *Evans, ebdæ*, aut *Evius, etios*, ipse Bacchus: ab *evos*, vel *evoke, eboz*, quæ Bacchantium in Bacchi honorem acclamatio est. Hu-

jus vocis origo varia refertur. Hesychius ait *Evans*, Indis *hederam esse*, qua Bacchus de Indis triumphans hastam implicuit. Alii dictum putant quasi *ev os bene illi*, aut *ev os bene fuit*: quod bello Giganteo primus Deorum Gigantem interfecerit in leonem versus, unde sic illi acclamarit Jupiter pater. De *Baccho*, Ecl. v. 29. De *Bacchis* feminis, et *orgiis*, Bacchi sacris, Æn. IV. 301. De *Phrygia*, Æn. I. 385. De *Danais*, Æn. I. 34. De *thalamo*, supra 280.

Emovet, et fidum capiti subduxerat ensem;  
 Intra tecta vocat Menelaum, et limina pandit. 525  
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,  
 Et famam extinguere veterum sic posse malorum.  
 Quid moror? irrumpunt thalamo; comes additus una  
 Hortator scelorum Æolides. Di, talia Graiis  
 Instaurate; pio si poenas ore reposco. 530  
 Sed te qui vivum casus, age fare vicissim,  
 Attulerint. Pelagine venis erroribus actus,  
 An monitu Divum? an, quæ te Fortuna fatigat,

*Solium, et aperit janam. Nempe existimans hoc magnum fore donum amanti marito, et sic infamiam veteris malitiæ posse deleri. Quid detineo te? irrumpunt in cubiculum: additur simul iis comes Ulysses incitator criminum. Dii reddite talia Græcis, si imprecor iis supplicia iusto ore. At age, dic vicissim quoniam casus te adduxerint huc vicentem: an venis pulso erroribus maris, an jussu Deorum, an aliqua alia sors te adigit, ut venias in sedes mæstas absque luce, et ad loca tumultuosa.*

missio tamen latebras querere, quas altero loco memoravit poeta.—524. *Amovet Medic.* cum duobus Heins. et fragm. Vatic. cf. sup. ad 382. *capitis Medic.* a m. pr., sed *capiti* est pro parte lecti, ubi caput ponimus, ut Burm. annotat. *summonerat Ven.*—525. *Inter Parrhas.* tecta post tectis 523 displicent Jo. Schrader, conjicienti *septa*: idem: *Emovet. Ut f. c. subduxerat.*—527. *veterem Sprot.* Haud dubie elegantius *vetus fama malorum* pro *fama veterum malorum* diceretur; et *vetus ac pristinus* pro *priori* jam apud poetam vidimus. Sed felix aliquis librarii lapsus lectionem librorum consensu firmatam labefactare nequit, et in talibus lectionibus ornandis otium consumere, ingeniosi lusus laudem habere potest, non studii recte collocati.—528. *irr. thalamos Rom.* cum parte Heins. et Burm. et Goth. sec., quam equidem Virgilii scripturam esse censeo. v. sup. iv, 645. xi, 879. conf. Burmann. *thalamo* tamen etiam fragm. Vatic. *additus* bene Heins. ex suis et Pier. recepit. Alii *additur.*—529. *Oelides Medic.* cum binis Heins. Sic in Servianis nonnulli legisse memorantur. *Eoliades* fragm. Vatic. *Elides* ap. Pompon. Sab. Sed dictus Ulysses *Æolides*, quatenus ejus genus a nonnullis a Sisyphe ductum, Æoli f., a quo Anticlia mater ante nuptias cum Laërta factas oppressa fuerat. *Æolides scelorum hortatur* Goth. tert. *Graii* vett.—530. *pios Rom.*—531. *qui te Diomedes.*—532. *Attulerit Medic.*, sed a m. pr. *Attulerunt* duo Heins. cum aliquot Pier.—533. *Admonitu* tert. Rottend. *te abest* a binis Burm. *aut quæ te* pr. Hamb., quod ferri posset. *an quia te* nonnulli libri Donati ad Terent., quod omnes scripti et editi habent, Bermannus ita explicat, *an fortuna* (casu sexto accipe), *quæ te fatigat.* Durum hoc; sed dictum fere ad græcam rationem: quandoquidem plena forma est: *an venis fortuna* (fato), *quæ fortuna*

# NOTÆ

529 *Æolides*] Nomen Ulyssi probrosum: quo, non legitimus Laërtae filius dicitur; sed Anticleæ, Laërtae uxoris, ex Sisyphe Æoli filio, Æn. iii.

272. De Graiis, Græcis, Ge. ii. 16. *Instaurate*, reponite, renovate, rursus facite, eorum in poenam.

Ut tristis sine Sole domos, loca turbida, adires ?

Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis

533

Jam medium ætherio cursu trajecerat axem :

Et fors omne datum traherent per talia tempus ;

Sed comes admonuit, breviterque affata Sibylla est :

Nox ruit, Ænea ; nos flendo ducimus horas.

Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas :

540

Dextera, quæ Ditis magni sub moenia tendit ;

Hac iter Elysium nobis ; at læva malorum

*tuosa? In hac vicissitudine colloqui Aurora rubicundis equis in aëreo decursa jam transierat medium cælum : et forte traducerent in talibus omne tempus concessum. Sed comes Sibylla admonuit, et breviter locuta est : O Ænea, nox appropinquat, nos traducimus horas lugendo. Hic est locus, ubi via secat se in duas partes. Dextera est, quæ extenditur usque ad palatium magni Platonis ; per hanc iter est nobis ad Elysium : at sinistra continet supplicium impiorum, et ducit ad Tartara scelerata.*

~~~~~

te fatigat. Græce poni solet alterum.—534. loca lurida conj. Jo. Schrader., ingeniose.—535. Ac Reg.—536. transegerat pro div. lect. pr. Hamb.—537. traheret Franc.—539. non fl. ed. D. Heins.—540. portis vitiose edd. obolares. scindit Ven. fundit tres alii ap. Burmann. ducit a m. pr. Erf.—541. magni Ditis Goth. pr. ducit Goth. tert.—542. Hic iter Rom. Hac fragm. Vatie. et l. alter Menag. hac Ven. ac Hugon. et ed. Ven.—543. T. mittet Leid., vel tendit Bigot. Nondum satis expeditus ab hoc loco ad alia pergo. at læva malorum Exercent pœnas, bene intelligo accipiendum esse, pro, læva parte exercentur pœnæ in malos ; sed tum non bene adjicitur : et ad impia Tartara mittit. Nam sic læva primo loco per figuram, altero loco proprie est accipien-

NOTÆ

535 *Roseis Aurora quadrigis Jam, &c.] De Aurora, ejusque quadrigis aut bigis, Ge. i. 249. Hic dissentire cogor a reliquis propemodum interpretibus, et cum Donato sentire, medium diem hic significari, non medium noctem. Quicquid enim dicant Gellius alique, de variis dierum initiis ac dimensionibus apud varias gentes, nullum dubium esse potest, ubi Virgilius dies suos ortu Solis occasuque definit. Tenendum autem id quod a Cerdano affertur, ex libro Plutarchi de genio Socratis : tempus datum et concessum ad ejusmodi Inferorum perlustrationem, fuisse noctium duarum et unius diei. At Æneas sacrificia perfecit superiore tota nocte, 252. 'Tum Stygio Jovi nocturnas iuvoat aras.'*

Viam Inferorum ingressus est sub ipsum Solis et lucis ortum, 265. 'Ecce autem primi sub lumina Solis et ortus.' Nunc emensa media itineris parte, certo non potest esse nisi dies media, jam in noctem vergens : vespertinum illud tempus totum et noctis secundæ partem aliquam traducet perlustrando Elysio : atque ita redibit ad suos nocte altera quam ab iis disceserat. Igitur Aurora hic diem significat. Et vero Donatus ac Lætus notant, Auroram, cum quadrigis invehitur, pro Sole accipi. Deinde, nox ruit, Æn. viii. 369. significat, nox accedit, venit : ergo et hic eodem sensu accipi nihil vetat.

541 *Ditis, &c.] De Dite, Platone, Ge. iv. 467. De Elysio, infra 638.*

Exercet poenas, et ad impia Tartara mittit.

Deiphobus contra: Ne sævi, magna sacerdos;

Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris. 545

I decus, i, nostrum; melioribus utere fatis.

Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.

Respicit Æneas subito, et sub rupe sinistra

Moenia lata videt, triplici circumdata muro:

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus armis 550

Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.

Porta adversa, ingens, solidoque adamante columnæ:

Contra Deiphobus ait: Ne transire, o magna vates: abibo: concludam sermonem, et redibo in tenebras. I nostra gloria, i: sequere fata feliciora. Hoc solum locutus est, et in ipso sermone deflexit gressum. Æneas respexit statim; et sub rupe sinistra cernit spatiosam urbem, cinctam tribus muris: quam Tartareus Phlegethon, rapidus fluitans, circumit ignibus torrentibus, et volcit saxa sonantia. Porta opposita magna est, et columnæ ex adamante durissimo: ita ut nullum robur homi-

dum. Ant igitur hemistichium ab alia manu succrevit, id quod admodum probabile fit, aut hoc inter emendanda a poëta sepositum fuit. Friget quoque *robis* v. 542. Burmannus illustrat, quid sit *exercere poenas*. Sed de hoc vix quaeras.—544. *D. que coram* ed. Ven. *ææ* Medic.—545. *reddamq.* Ondart.—546. *Ique decus nostr.* ed. Ven.—547. *affatus* Menag. sec. v. *pressit* Rom. Medic., gravis profecto auctoritas, ubi conspirant! it. Gud. pro var. lect. Puget. ed. Ven. Goth. sec., h. e. substituit Deiphobi umbræ, Ænea ulterius pergente.—548. *et aberat* codd. Pier. *sub r. cavata* pr. Hamb. pro var. lect. ex lib. III, 229.—551. *tonantia* Rom. conf. sup. ad v, 866. *torquetque* pro, torquens. Est Homericæ ratio, qua mutatur participium, quod pro epitheto esset, in novam propositionem.—552. *solidaq.* emendasse Vossium ex Burm. disco; sc. ut in vulgarem orationem deflecteretur poetica vis. *que deest* alteri Hamb. *acersa* et *columbæ* Goth. tert., miro librarii stupore. Et

NOTE

545 *Explebo numerum, reddarque, &c.*] Multæ in hæc verba afferuntur parum sanæ interpretationes: hæc summæ. I. Simplicior. *Discedam, et implebo numerum turbæ a qua discessi, ut te alloquerer:* erat nempe inter bellicosos viros Deiphobus. II. Doctior, et juxta Platonis mentem: qui singulis animis, antequam alia in corpora remigrarent, sortos quosdam assignabat purgationis annos, ut diceret infra 739. Quocirca census erit: *Discedam, impleturus numerum annorum purgationis, quæ sit his in tenebris.* III.

Delph. et Var. Clas.

Verior, ut puto: *Discedam. Sine modo expleam orationis meæ, quam incarpi, numerum et periodum.* Quam statim ita terminat: 'I decus, i, nostrum,' &c.

549 *Mania...muro, &c.*] Munimenta arcis videt, triplici muro constantia. De *Phlegethonte*, supra 823.

552 *Adamante columnæ*] Non ad ornatum, sed ad duritiem exprimentam; communi Græcis Latinisque proverbio, quo dura omnia et firma, adamantinè dicantur. De *Tisiphone*, una Furiarum, Ge. 552. De *palla*, pallio. Müllerbri, *Æm.* 1. 52.

Virg.

3 I

Vis ut nulla virum, non ipsi excindere ferro
 Coelicolæ valeant. Stat ferrea turris ad auras ;
 Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta, 555
 Vestibulum exsomnia servat noctesque diesque.
 Hinc exaudiri gemitus, et sæva sonare
 Verbera : tum stridor ferri, tractæque catenæ.
 Constitit Æneas, strepitumque exterritus hausit.
 Quæ scelerum facies ? o virgo, effare ; quibusve 560
 Urgentur poenis ? qui tantus plangor ad auras ?
 Tum vates sic orsa loqui : Dux inclyte Tencrum,
 Nulli fas casto sceleratum insistere limen ;
 Sed me cum lucis Hecate præfecit Avernis,
 Ipsa Deum poenas docuit, perque omnia duxit. 565

num, non ipsi Superi possint evertere eam ferro. Turris ferrea surgit in altum : et Tisiphone sedens, cincta pallio sanguinolento, custodit lincen vigil et noctu et diu. Hinc coeperunt audiri gemitus, et resonare crudeles ictus : præterea stridor ferri et tractorum vinculorum. Æneas stetit, et stupefactus attendit ad strepitum. Quæ sunt illic species criminum, dic, o virgo, aut quibus supplicii cruciantur ? unde tantus plangor surgit in auras ? Tunc vates sic cepit loqui : Clarissime dux Trojanorum, nulli puro fas est subire portam impiam : sed quando Hecate præposuit me sylvis infernis ; ipsa mihi declaravit supplicia constituta a Diis, et duxit me per omnia. Rha-

horum hominum barbariem exentere non piget!—553. *excindere* cum fragm. Vatic. Witt. et ed. Ven., ut plerumque librali scribunt. *excidere* Montalb. cf. ad iv, 425. In fine versus iterum duplex codd. familia: Medic. cum al. ferro, quod recte præfertur; Rom. fragm. Vatic. Gud. a m. pr. (nam is ad Apronianum exemplar emendatus est), adde Palatinum Benedicti, cum al. et Goth. sec. bello.—555. *sedet* sec. Moret.—556. *exsomnia* vel *exomais* Medic. cum plerisque Heins. Burm. et Pier., item fragm. Vatic. et ed. Ald. pr. Ergo recte receptum ab Heinsio et illustratum exemplis. Altera lectio *insomnia* e Rom. fluxit aliisque, sed paucioribus; et sic ed. Mediol. Ald. secunda, Junt. aliæque vet. e *somnia* ed. Ven.—557. *sonore* aliquot Pier.—558. cum pr. Hamb. *tortæque* ed. Ven.—559. *strepitumque e. hæsit* Medic., at in Rom. *strepitumque e. hæsit*, item in Longob. et fragm. Vatic., sed n. superscripto. Videtur tamen alterum *hausit* poeta dignius, quod ubique editum, saltem inde ab Aldo. *que deest* Montalb.—561. qui secundum Rom. aliosque Pier. tresque suos Heinsius refinxit. Accedunt plures ap. Burmann. Vulgo *quis*, quod tamen h. l. Mediceus servat. *clamor* alter Menag. *clangor* Gud. et Leid. cum binis Goth. *qui clangor tantus* Vratisl. *ad aures* aliquot Pier. et Burm.—562. *hinc* o. Rom. v. *exores* Montalb.—563. *accelerato* Goth. sec.—564. *Et me* Serv. sup. ad v. 184. *quam* nusquam exhibetur.—566. *illa* d. Oudart. *illa* mihi Ven. *loci poenas* duo Heins. et duo alii pro

NOTÆ

564 *Hecate*, &c.] De *Hecate*, Æn. Gnoso, urbe Cretæ insulæ, Æn. iii. iv. 510, 511. De *lucis Avernis*, supra 104.
 237. De *Rhadamantho*, 431. De

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigatque auditque dolos; subigitque fateri,
Quæ quis apud Superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Continuo sontes ultrix accincta flagello

570

Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra
Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.

Tum demum horrissono stridentes cardine sacræ

Panduntur portæ. Cernis, custodia qualis

Vestibulo sedeat? facies quæ limina servet?

575

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra

damanthus Cretensis obtinet hoc ærissimum imperium: et punit, et audit fraudes, et cogit fateri quæcumque facinora patrata unusquisque per vitam protulit usque ad eandem mortem, gaudens vana simulatione. Statim Tisiphone vindex armata flagro verberat reos illudens, et sinistra manu incutiens æreos serpentes, appellat crudelem turbam sororum. Tunc denique portæ aperiantur stridentes horrissono cardine. Pergit Sibylla: Fides, quale satellitium sedeat in vestibulo, quale spectrum occupet postes? Hydra crudeior intus habet sedem, horribitis quinquaginta faucibus. Præ-

div. lect. loquitur. Voss. sec. *rum* p. coniecisse se testatur Heins. conf. Burm. et Notam.—566. *hic* Ven.—568. *laxatus* Goth. tert.—570. *ultrice a. f.* Heinsium in ora codicis coniecisse narrat Burm., perperam utique. *succincta* Schol. Stat. ap. eund., ex interpretatione. *accita* Goth. tert.—571. *torvosque* Gud. a m. pr. vid. Heins. ad viii, 289. *torvosque* facile aliquis malit, et sic Pier. aliquot, ex Heinsianis antem solus Hamb. et Goth. sec.—573. *horrissono* Bigot. cum Goth. sec. ordine Witt. c. *sacra* Gud. a m. pr. *seræ P. portæ* sec. Rottend.—575. *quæ et* pr. Rottend. et Zulich. a m. pr.—578. *sub auris*

NOTE

566 *Furto inani*] *Secretis delictis*: ideo *inanimis*, quia Deo nota sunt, et post mortem punienda. *Furtum* autem dicitur quicquid clam et furtim committitur. Sic adulteria Martis vocantur, *dulcia furta*, Ge. iv. 346. Et Pasiphaë dicitur *supposita furto*, supra 24.

572 *Agmina sæva sororum*] *Furiæ* tantum tres numerantur, *Tisiphone*, *Alecto*, *Megara*, de quibus Ge. iii. 652. Notat tamen Cerdanus vulgo apud poëtas *agmen* et *agmina* vocari, a Seneca *turbam*, a Statio *aciem*. Existimat id factum ad significandas earum multiplices iras. Addo ego fortasse tres tantum *Furias* principes privatis nominibus appellari, quibus aliæ com-

plures quasi ministræ subserviant. De *cardine portarum*, Æn. i. 462. De *vestibulo*, supra 273.

576 *Immanis hiatibus Hydra*] Hæc, vel alia est ab hydra Lernæa, occisa ab Hercule, quam in Inferorum vestibulo jam Æneas vidit, 287. Vel, si eadem est, huc illuc vagatur per Inferos, et ad cruciandos impios varias in partes mittitur: quemadmodum *Furiæ* thalamos habent eodem in vestibulo, 280. cum tamen *Tisiphone* hic in Tartaro sontes cruciet. Dicitur *hydra ærior*, id est crudelior reliquis Tartari custodibus, qui limina servant. De *hydra*, Æn. viii. 300. De *Tartaro*, profundissimo Inferorum loco, supra 134.

Sævior intus habet sedem. Tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,
Quantus ad ætherium cœli suspectas Olympum.

Hic genus antiquum Terræ, Titania pubes,
Fulmine dejecti, fundo volvuntur in imo.

580

Hic et Aloidas geminos, immania, vidi,
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisque Jovem detrudere regnis.

Vidi et crudeles dantem Salmonæa pœnas,

585

tercia ipse Tartarus bis tantum descendit in profundum, et extenditur sub umbras; quantus est prospectus inde ad æthereum cœli Olympum. Illic iuventus Titania, antiqua soboles Terræ, prostrati fulmine verantur in imo fundo. Illic vidi quoque geminos filios Aloëi, vasta corpora: qui susceperant coercere manibus magnum cœlum, et expellere Jovem e regnis supernis. Vidi etiam Salmonæa solentem duras pœnas,

Goth. tert.—579. *cælum* Fulgent. de Continent. Virgil., mendose, monente Heinsio. Idem P. Petiti Obs. misc. III, 2 emendationem narrat: *Quantus ad ætherium terra suspectus Olympum*, ut *Cœli* rejiciatur infra in v. 580 in locum *reus Terræ*. Sed v. Not. Vulgatum astruit Heins., Nonii, Priac. et Macrobbii auctoritate. At Tibull. IV, 131 nihil ad rem facit. Burmannus post Ursinum, Lucretium IV, 418. 419 imitatione expressum monet. Saltem similitudo aliqua intercedit: aquæ collectio—*Despectum præbet sub terras impete tanto, A terris quantum cœli patet altus hiatus*. Alia similitudo est Ge. II, 291 *Æsculus—quæ quantum vertice ad auras Ætherias, tantum radice ad Tartara tendit*.—580. *proles* Rom. Ven. Paribæ. Goth. sec. et pro var. lect. in Gud., solenni varietate.—581. *dejectum* ed. Ven. *dejecit* Rom.—586. *flammam* Gud. et

NOTE

579 *Quantus.... suspectus, &c.*] *Suspectus*, substantivum nomen hic apparet, non adjectivum, hoc sensu; tam profundus est Tartarus, quantus est conspectus spatii a terra ad cœlum, vel ab ipso Tartaro ad cœlum. Expressus est hic locus ex Homero, Iliad. VIII. 16. et Hesiodo, in Theogon. 720. ubi Tartarus tantum sub terra est, *ἄσπον οὐρανὸς ἔσσι' ἀπὸ γαίης*, 'quantum cœlum est a terra.'

580 *Titania pubes*] Gigantes, Titanis ac Terræ filii, de quibus Æn. IV. 179.

582 *Aloidas*] Otum et Ephialtem Neptuni liberos ac Iphimedia, Aloëi Terræ ac Titanis filii uxore: hos nono ipso ætatis anno novem cubitis latos,

novem ulnis altos Homerus facit, Odyss. XI. 304. itaque in pugna Gigantum ab Apolline sagittis fuisse confixos, antequam ad pubertatem pervenirent.

585 *Salmonæa, &c.*] *Salmonæus* *Σαλμωνεύς*, vel Deucalionis Elidensis, vel Æoli filius fuit: certe in Elide regnavit, Peloponnesi maritima et occidentali regione. Hic æreis in pontibus ac tabulatis quadrigas impellebat, faces jactabat in subditos: ut Jovem in Elide ludis maxime Olympicis honoratum simularet. Ideo a Jove fulmine ictus est. 'Mediæque per Elidis urbem:' pro mediæque per Elidis urbem. De Olympo monte, Ecl. V. 44. De Elide, Ge. I. 59.

Dum flammæ Jovis et sonitus imitatur Olympi.
 Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,
 Per Graium populos mediæque per Elidis urbem
 Ibat ovans, Divumque sibi poscebat honorem,
 Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen 590
 Ære et cornipedum pulsu simularat equorum.
 At pater omnipotens densa inter nubila telum
 Contorsit; non ille faces, nec fumea tædis
 Lumina; præcipitemque immâni turbine adegit.
 Necnon et Tityon, Terræ omniparentis alumnum, 595

quia imitatus fuerat ignes Jovis et tonitru cæli. Ille vectus quatuor equis et quatens tædâ, currebat exultans per gentes Græcorum et per mediâ urbem Elidis, et exigebat sibi cultum divinum: insanus! qui imitabatur currû aëreo et impetu equorum nimbos et tonitru non imitabile. Sed pater omnipotens vibravit fulmen per opaca nubila (non ille quidem faces et lumina fumida tædarum, ut Salmonæus) et cæsto turbine prostratum transfudit. Videre erat etiam Tityum filium Terræ omni-

Mentel. tonitrus aliquot Heins. cum Erf., ex interpret. tonitus Goth. tert.—589. mediâq. Menag. pr., bene, sed alterum doctius. mediâq. Franc. urbem miror a nemine esse sollicitatam: quæ enim illa urbs Elidis? quæ heroicis temporibus nec urbem eo nomine, nec urbes omnino habuit, sed vicos, multo post in Elidem urbem contractos (v. Strabo VIII, p. 336 D.); urbes autem non nisi seris. Si per prolepsin dictum, accipiendum: per mediâ urbem Elidem. Verum Elidis urbs Salmonia vel Salmone ad Alpheum intelligenda, quam Salmonæus sive condidit sive inhabitavit. vid. Strabo l. c. p. 336 D. Diodor. IV, 68. *Piæ nemora et Elidis agros* suo more memorat imitator loci Valer. Fl. I, 662 sq. *per Helladæ urbes* conj. Jo. Schrader, in schedis.—589. honores multi codd. et edd. Sed id pedestris quoque oratio frequentat.—590. et inimitabile Parrhas.—591. ære cornipedum duo ap. Burm. pulsu Heins. recepit ex Medic. a m. pr. et Gud. præter alios ap. Burm. et majorem partem Pier., inter quos Rom.; adde fragm. Vatic. a m. pr. Hand dubie elegantius. Alii et edd. inde ab Aldo, interpretamentum habent: *cursu*; alii *curru*. Rottend. pr. a m. sec. *cursus*. *simularet* aliquot Pier. et quinque Burm. cum fragm. Vatic. a m. pr., alii *simulabat*.—592. *omnipotens* Leid. *media* i. n. Goth. sec.—593. *nec f.* aliquot Pier. et Burm.; et sic editum primum ab Egnatio 1507. *fumida* pr. Hamb. pro var. lect. et Goth. sec., idem et, *tectia*.—594. *corpore* Parrhas. *abegit* ed. Ven.—595. *omnipotentis* Arusiannus et Nonius, librique nonnulli Pierii a m. sec., inter quos Rom. et Heinsiani aliquot recentiores cum Erf., sed cum iis tamen Medic. a m. pr., it. fragm.

NOTE

595 *Tityon, &c.*] *Tityus*, Jove natus, et Elara Orchomeni filia: quam cum Jupiter vitlasset, Junonis metu occultavit in terra, unde erumpens Tityus Gigantea specie, Terræ filius creditus est: ideo a Virgilio *alumnum* ejus, non filius dicitur. Hic ab Apol-

line sagittis interfectus est, quod Latonæ vim parasset. Hanc ejus mensuram et supplicium Virgilius accepit ab Homero, *Odyss.* XI. 576. Eadem etiam Prometheo pœna ab aliis tribuitur.

Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus
 Porrigitur; rostroque immanis vultur obunco
 Immortale jecur tondens, foecundaque poenis
 Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto
 Pectore; nec fibris requies datur ulla renatis. 600
 Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
 Quos super atra silex jam jam lapsura, cadentique
 Imminet assimilis: lucent genialibus altis
 Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
 Regifico luxu; Furiarum maxima juxta 605

*parentis: cuius corpus extenditur per tota novem jugera; et immanis vultur sodi-
 cans adunco rostro jecur perpetuum et viscera foecunda ad parnas, scrutatur ea ad
 cibum, et manet intra profundum pectus: nec ulla quies permittitur fibris repul-
 lantibus. Cur commemorare Lapithas, Ixiona, et Pirithoum? super quos nigrum
 saxum jamjam lapsurum et simile cadenti impendet. Fulcra aurea splendent in
 laetis lectis altis, et convivia parata ante ora cum abundantia regali: maxima Fu-*

Vatic. a m. pr. cum binis Goth. Vincitur hic codd. consensus et auctoritas
 iudicio elegantiae. Et Παμμήτρεπα expressum videri potest. *omnipotentis* Leid.
 et Medic. a m. sec.—596. cui t. n. per Parrhas.—597. *adunco* quo auctore in
 vulgg. edd. irrepserit, non vacat inquirere. Ex uno Medic. suo Pier. illud
 laudat. *obunco* Heins. revocavit ex Medic. aliisque; sic et habebant edd.
 veteres, Aldinae utique omnes. At Rom. fragm. Vatic. et alii, *abunco*. conf.
 inf. xi, 755. Αγκυλοχεῖλαι ap. Hesiod. Sc. H. 405 vocem illustrant;
 nihil amplius.—598. *jecur* Gud. *tondens* bene tuetur Heins. Sic Medic. et
 alii, omnesque Pieriani, etiam tres Goth. cum fragm. Vatic. Alii *tundens*;
 et sic edd. Aldd. priores. At in Ald. 1514 Naugerius edidit *tondens*. Alterum
 quidem, *tundens*, tuetur Cerda. Sed exquisitius alterum, etiam Homeri res-
 pectum, in quo ῥῶνε—ἥραρ ἔκρυπον. Et sic saepe.—599. *que* deest ed. Ven.
epulis Heins. e melioribus elegantina. Vulgo *epulas*, nec tamen nisi in edd.
 minus emendatis. Nam omnes Aldd. habent *epulis*. R. *que oculis* Nonius in
rimari.—600. *requies fibris* pr. Hamb.—602. *Quo super Rom. silex* Leid. *ca-*
dente tres ap. Burm. *que* a multis abest, etiam a Rom. Male; inest enim
 vis ad reddendam auribus soni imaginem.—604. *pulchra* Rom., idem *epula*—

NOTE

601 *Lapithas, &c.*] De *Lapithis*, im-
 mani Thessaliæ gente, quorum tamen
 scelus nullum singulare narratur, Ge.
 II. 456. De *Ixione*, eorum rege, qui
 ob tentatam Junonis pudicitiam, ro-
 tæ apud Inferos alligatus est, Ge. III.
 38. De *Pirithoo*, qui Ixionis filius fuit,
 aut Jovis ex Dia Ixionis uxore; qui-
 que Proserpinam rapere ex Inferis
 aggressus, a Cerbero devoratus est,

supra 393. infra 617. His duplex
 supplicium assignatur, timor saxi
 imminentis, et mediis in epulis fa-
 mes.

603 *Genialibus toris*] Quales lecti
 nuptiales; qui *geniales* a *generando*
 dicuntur vel a *Genio*, vitæ ac lætitiæ
 præside, de quo Ecl. IV. 63. unde *ge-
 niale* appellatur quicquid lætum est,
 ut Ge. I. 302. 'Invitat genialis hyems.'

Accubat, et manibus prohibet contingere mensas,
 Exsurgitque facem attollens, atque intonat ore.
 Hic, quibus invisi fratres, dum vita manebat,
 Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti;
 Aut qui divitiis soli incubuere repertis, 610
 Nec partem posuere suis: quæ maxima turba est;
 Quique ob adulterium cæsi; quique arma secuti
 Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
 Inclusi poenam expectant. Ne quære doceri,
 Quam poenam; aut quæ forma viros fortunave mersit. 615
 Saxum ingens volvunt alii, radiisve rotarum
 Districti pendent; sedet, æternumque sedebit,

riarum accumbit prope, et vetat tangere mensas manibus, et surgit erigens facem, et vociferatur ore. Illic, ii quibus fratres odiosi fuerunt, dum vita durabat, aut pater verberatus, aut dolus fabricatus clientii; aut qui soli incubuerunt opibus partis, nec dederunt partem earum suis, quæ turba maxima est; et qui occisi sunt propter adulterium, et qui secuti sunt bella injusta, nec timuerunt violare fidem datam dominis: illi inclusi expectant supplicium. Ne petas doceri quale supplicium expectent, aut quis modus et quæ sors damnaverit eos. Alii versant magnum saxum, et pendent distenti radiis rotarum. Miser Theseus sedet et perpetuo sedebit; et

paterne, miro lapsu.—606. mensam aliquot Heins. et Burm. Scilicet id solutæ orationi conveniret.—607. facies Zulich. increpat Leid. ed. Mediol. cum aliquot Pier. et Goth. tert.—608. Hi ed. Ven.—609. aut f. Nonius in pulsare. Moret. pr. et Parrhas., ut jam emendavit Markland. ad Statii III Sylv. 3, 15, ubi præclare Statium restituit loco hinc adumbrato: si quis pulsatæ conscius umbram (vulgo unquam) Matris et inferna rigidum timet Æacon urna. invexa Goth. sec.—610. paratis sec. Moret., quod vulgare verbum esset.—611. est deest Menag. pr.—613. dextram aliquot Pier.—614. Suspensi pan. e. Schol. Statii i Theb. 431. Sed in toto loco Tartarus carceris notionem habet ad-junctam. expendunt Vir doctus in Miscell. Obs. apud Burm. Sed recte hic subjicit, expectare hanc vim habere, ut eos pœnas certo daturus esse constet. Scilicet expectare h. l. est metuere, et vulgaris oratio esset: iis hic aliquando inclusis pœna expectanda est. Jo. Schraderus in schedis locum scabiosum esse ratus varie tentabat: inter cetera: expendunt—Panarum quæ forma reos fortunave mersit. nec Dorvill.—615. mersit duo Heins., non male. mergat Franc.—616. radiisve reposui pro vulgari quæ. Etsi enim passim contendere viros doctos memini, quæ etiam sic poni, verior tamen est altera ratio et lapsus causa in promptu.—617. Districti Medic. cum fragm. Vatic. multisque aliis. Temere,

NOTE

616 *Saxum ingens, &c.*] Indicat Sisyphum, Æoli filium, latrocinii infamem: de quo, Ge. III. 39. *Radiisque rotarum, &c.*] Indicat Ixionem, de quo, Ge. III. 38. quem quia alteri supplicio jam addixit, 601. pluribus affectum

supplicii probabile est.

617 *Æternumque sedebit, Infelix Theseus*] Theseus, de quo supra 28. Et *Pirithous*, de quo 392. amicitia conjunctissimi, dicuntur Inferos ad-isse, ut inde Proserpinam raperent;

Infelix Theseus ; Phlegyasque miserrimus omnes

Admonet, et magna testatur voce per umbras :

“ Discite justitiam moniti, et non temnere Divos.”

620

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem

Imposuit, fixit leges pretio atque refixit.

Hic thalamum invasit natæ vetitosque hymenæos.

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Phlegyas miserrimus admonet omnes, et testatur magno clamore inter tenebras: Discite toties admoniti aequitatem, et non spernere Deos. Hic prodidit patriam pecunia, et ei imposuit tyrannum ferocem: tulit et sustulit leges pretio. Hic aggressus est pudicitiam filiae et nuptias prohibitas. Omnes ausi infanda crimina

non pendent deligati de rota, sed rotæ illigati adeoque distiuentur membris distractis.—618. *Tereus* olim fuit Brodæi emendatio admodum inscita. Male habuit viros doctos, quod Theseus inter impios habitus (sed vid. Not.); et quod idem sup. v. 393 inter eos, qui vivi Orcum ingressi sunt, memoratus erat. Hoc nomine notarunt locum jam vett. Grammatici ap. Gell. x, 16. Sed nec de regressu ibi meminerat poëta, et licuit ei hic aliam fabulam sequi. Cf. l. l. ab Heins. et Burm. *Phlegas, Flegas, Phleguas*, male librarii.—622. *pretioque* ed. Ven.—623. *thalamus nata* invasit alter. Goth. et tert. *th. i. nata in concessuque* h. male ex lib. i, 639.—624. *ausuque*

NOTÆ

et Pirithous quidem a Plutone datus esse Cerbero devorandus: Theseus autem remansisse in vinculis; donec ab Hercule liberatus sit. At Theseus post mortem, cum rediisset ad Inferos, lapidi affixus est ubi æternum sederet, in penam impii olim suscepti itineris. Ita fabulæ. Sed aiunt historiæ, et Theseum et Pirithoum conatos quidem rapere filiam Aidonei, qui Græcis Pluto est, Molossorum sive Theoprotorum in Epiro regis; eamque vocatam Proserpinam; matrem ejus Cererem; canem, cui objectus fuit Pirithous, Cerberum: postea Theseum in gratiam Herculis ab Aidoneo dimissum esse: idque contigisse ad Cichyrum amnem et Acherusiam paludem, de qua 323. testatur Pausanias in Atticis.

618 *Phlegyasque miserrimus, &c.*] Ambigua est hujus loci sententia: vel *Theseus miserrimus admonet omnes Phlegyas*: vel *Phlegyas miserrimus omnes admonet. Phlegya*, Bæotiæ juxta Orchomenum populi fuerunt, rapinis

insignes: qui aggressi templum Apollinis Delphicum diripere, fulminibus, terræ motibus, et pestilentia postmodum absumti sunt, ex Pausania in Bæoticis. Hos alii insulanos fuisse perhibent circa Thessaliam, a rege Phlegya sic dictos: qui ob frequentem contemptum Deorum, a Neptune immisso diluvio deleti sunt. *Phlegyas*, Martis filius, rex fuit Lapitharum in Thessalia, Ixionis juxta aliquos pater, et Coronidis Nymphæ: hæc cum ex Apolline Æsculapinum peperisset, dicitur pater templum Apollinis incendisse, ideoque sagittis ab Apolline detrusus fuisse ad Inferos. Atque hæc sententia mihi videtur potior: quid enim Theseo cum Phlegyis populis?

622 *Fixit leges, &c.*] Condidit, tulit. Metaphora ducta a consuetudine; qua leges in æs incisæ *æris* tabellis in publico proponebantur; quæ cum avellerentur, dicebantur *refigi*. De *hymenæis*, Ge. III. 60.

Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
 Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
 Omnia poenarum percurrere nomina possim.

Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva sacerdos:
 Sed jam age, carpe viam, et susceptum perface munus,
 Acceleremus, ait; Cyclopum educta caminis 630
 Moenia conspicio, atque adverso fornice portas,
 Hæc ubi nos præcepta jubent deponere dona.
 Dixerat, et pariter, gressi per opaca viarum,
 Corripiunt spatium medium, foribusque propinquant.
 Occupat Æneas aditum, corpusque recenti 635
 Spargit aqua, ramumque adverso in limine figit.

His demum exactis, perfecto munere Divæ,

et executi consilia. Si essent mihi centum linguæ et centum ora, et vox ferrea; non possem complecti omnes species criminum, nec enumerare omnia nomina suppliciorum. Postquam longæva vates Apollinis protulit hæc verba, ait: Nunc autem age, ingredi viam, et perface inceptum officium; properemus. Video muros fabricatos in fornacibus Cyclopum, et portas sub opposito fornice, ubi Dii nos jubent deponere munera decerpta ex arbore. Sic locuta fuerat: et pariter ambulantes per tenebrosa spatia viarum invadunt medium iter, et appropinquant portis. Æneas occupat aditum, et aspergit corpus recenti aqua, et affigit ramum in opposito limine. Denique his absolutis, persoluto munere Proserpinæ, percenerunt ad loca læta, et

p. Vratisl. et Zulich. a m. sec., forma non inusitata.—627. *possim* et melioribus et ratione grammatica recte restituit Heinsius. Vulgo *possem*.—629. *Et jam Medic. age* abest a Pngt. *Eia age c. conj.* Heins.—630. *Hæc c.* aliquot Pier. *Adcel. iter* Ven. Mox *ducta* alii ap. Pier. et Heins., alii *obducta*, et quatuor Wassii ap. Burm. *virecta*, forte pro *erecta*; Schrader. in ms. conjiciebat *vincta*; quod et ipsum bene dictum esset. Pro *ducta* etiam laudari possunt Roni. et fragm. Vatic. cum Gud.—631. *respicio* Gud. pro var. lect. *suspicio* Exc. Burm. in f. vulgg. ante Pier. et Heins., qui secundum codd. sustulit.—632. *Hic* aliquot Pier., sed *hæc*—*dona* jungendum. *moment d.* Ven.—633. *per o. locorum* Gud. pro var. lect.—636. *Sparsit* duo Burm. in deest Rottend. pr., ut sup. v. 631. conf. III, 287. *ponit* pr. Hamb. a m. sec.—637. *perfectis* Goth. tert. *numine* alter Hamb., sed est

NOTÆ

630 *Cyclopum educta*] De *Cyclopibus*, Æn. III. 569. His cudendi ferri nummandarumque urbium inventio tribuitur. Quare hic ferrea et munita moenia intellige. *Educta* dicuntur: non quasi *elata* in altum; sed quasi ferro *ducta*, et *ductilia*, quod fit in caminis et fornacibus.

631 *Moenia*] Palatium Plutonis et Proserpinæ.

636 *Spargit aqua*] Vel quia pollutus aspectu Tartari: vel quia sacrum munus Proserpinæ offert; solennis autem in sacris omnibus ablutio. *Spargit* vero duntaxat, non omnino lavat: de quo more, Æn. IV. 636.

Devenere locos lætos, et amœna vireta
 Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
 Largior hic campos æther et lumine vestit 640
 Purpureo; Solemque suum, sua sidera norunt.
 Pars in gramineis exercent membra palæstris;
 Contendunt ludo, et fulva luctantur arena;
 Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.

prata jucunda, et sedes beatas sylvarum feliciū. Hic ær ambit agros liberior et luce purpurea: et incolæ cognoscunt suum Solem et sua astra. Pars exercent corpora in herbosis locis, certant ludis, et luctantur in arena fulva. Pars agitant

~~~~~

hæc perpetua aberratio; et vid. Not. ad v. 629.—638. *Advenere* aliquis ap. Guell., qui ignorabat, præpositum fere poëtis omitti, Græcorum exemplo. *virecta* scribunt fere librarii hic et alibi.—640. *campus* (ut sit: *L. h. campus, æther et l. v. P.*) Pieriani aliquot Rom. et Gud. a m. sec. Mentel. pr. a m. pr. et fragm. Vatic. a m. pr., et mutatum videri potest, ex malo metri ruentis metu; sed verisimilius librario hoc deberi, qui ad *Largior* retulerat. *hic æther campos* Goth. sec. et Parrhas. metri causa; et, *æther campos*, aliquot Pier. *de lumine* Reg. a m. pr. In et neminem hæsisse miror. Scilicet ordo verborum, aut: *Largior hic æther est, et campos l. v. P.*, aut: *Æther largior, et lumine purpureo, vestit campos*, b. e. circumdat. Hoc malim. Sic jam Cicero in Phœnom. v. 60 *Quem* (Capricornum) *cum perpetuo vestit lumine Titan.*—641. Distinctione sublata, *Solemque suum sua sidera norunt*, scribit Wakefield, ut sit *sua sidera norunt Solem suum*. quæ non satis assequor e mente quidem veterum; nam ad Popii sensum: *and other planets roll round other suns* si acciperes: majorem, quam illa habuit, et subtiliorem doctrinam tribueres antiquitati. Multo minus talem sensum expectares in loco Manilii II, 776 ubi sylvis cæsis in loco ædificiis exstruendis addicto: *saltusque cæcatis Procumbunt, solemque novum, nova sidera cernunt*, sententiam eandem locum habere: sidera cernere novum Solem.—642. *exercent* multi Heins. et Burm.—644. *fidibus plaudunt* Hugen. pro var. lect. *pedibus claudunt* Medic. a m. pr., ridiculo lapsu. c. *ducunt* Rottend. pr. a m. pr. et Exc. Burm. a m. sec.

#### NOTÆ

638 *Locos lætos, &c.*] *Elysium*. Locus erat pius apud Inferos destinatus, deliciis omnibus affluens. Alii collocant in insulis fortunatis, *Canaries*, ad latus occidentale Africæ, de quibus Æn. IV. 480. Alii in Hispania Bætica, *Andalousie, Grenade*. Alii apud Indos. Alii in pratis aëriis, cælum inter ac terram mediis. Nomen aliqui fingunt ab Elysio quodam Fleutheri filio: aliqui ab ἡλυσίς, *profectio*, quod illuc piorum animæ post obitum proficiscantur: aliqui quasi οὐ λῴσιον *non solubile*, quia sedes est anima-

rum immortalium, quæ dissolvi non possunt.

*Vireta*] Loca sunt herbarum arborumque viriditate anœna.

641 *Purpureo; Solemque, &c.*] *Lumine purpureo*, pulchro, Æn. I. 595. *Solem* in Elysio; alium statuit etiam Plato in Phædone.

642 *Gramineis palæstris*] *Palæstra*, tam pro ludo sumitur, quam pro loco ludis addicto. Hic pro loco. De *Palæstra*, sive *lucta*, Æn. III. 280. in quo differat a *pugilatu*, Æn. V. 401.

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos 645  
 Obloquitur numeris septem discrimina vocum ;  
 Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.  
 Hic genus antiquum Teucris, pulcherrima proles,  
 Magnanimi heroes, nati melioribus annis,  
 Ilusque, Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor. 650  
 Anna procul currusque virum miratur inanes.  
 Stant terra defixæ hastæ, passimque soluti  
 Per campos pascuntur equi. Quæ gratia currum  
 Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes  
 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. 655

*saltationes pedibus, et canunt cantilenas. Vates etiam Thracius cum veste longa canit numeris septem discrimina sonorum: et sonat eadem, modo digitis, modo plectro eburneo. Hic est vetusta propaga Teucris, soboles clarissima, heroës magnanimi, nati temporibus felicioribus: et Ilus, et Assaracus, et Dardanus fundator Trojæ. Miratur procul arma et currus virorum vacuos. Hastæ sunt fixæ in terra, et equi liberi pascuntur passim in campis: amor curruum et armorum qui fuit viventibus, studium quod fuit alendi pingues equos; idem munet iis depositis sub terra. Ecce*

\*\*\*\*\*

*dicunt* Gud.—647. *Jamque fidem* emendatio est Marklandi ad Statium p. 181 elegantissima, quam et ipse a poëta profectam esse malim. Est præterea lapsus ex literarum certæ ætatis ductu facillimus ex *fidem* in *eadem*. Cum tamen vulgata et ipsa bona sit, nolo pessimi exempli auctor esse, ut non librarii errorem sed ipsum poëtam emendatum dare velim: idque per totum poëtam sequar.—648. Laudat locum, et Teucris nomen de Teucris accipit. Auctor libelli de Augusti progenie c. 3.—649. *M. proceres* Vratisl.—651. *mirantur* multi ap. Heins. et Burm. et edd. ante Pier. cum fragm. Vatic. cf. 477. 678.—652. *terra* Heins. e Codd. post Pierium, non modo ad sonum suavius, sed et exquisitius. Vulgo *terræ*; quod et fragm. Vatic. habet.—653. *campum* aliquot Pier. et Heins. duo Goth. cum fragm. Vatic. Mox sive *curruum* sive *currum* scribes, parum referre puto. In Codd. utrumque occurrit.—654. *quæ causa* Goth. sec., lapsu et alibi obvio. *ruentis* Goth. tert.,

#### NOTE

645 *Threicius sacerdos*] *Orpheus*, Ecl. III. 46. Ge. IV. 454. Multi fuere hujus nominis: sed omnia uni tribuuntur, fabularum more. Dicitur ex Ægypto arcanas ceremonias primus transtulisse; tum lyre solertia, et carminis suavitate præcelluisse: quo utroque nomine 'longa cum veste' inducitur, quæ et sacerdotum fuit, et musicorum.

646 *Numeris septem, &c.*] Numerosis cantibus personat citharam: quæ primo septem chordis instructa me-

moratur, deinde novem, in honorem Musarum. Hæc autem pulsabatur *digitis, pectine, plectro*: nam *plectrum*; sive arcum illum, quo fila perstringuntur, a pectine diversam esse ostendit inventa Romæ Julii tertii temporibus marmorea Orpheï statua, quæ sinistra manu citharam, dextra pectinem tenebat, teste Nascimbæno.

650 *Assaracusque, &c.*] De hac Trojanorum regum serie, Ge. III. 35. De *Dardano*, Æn. III. 167.



Conspicit, ecce, alios dextra lævaque per herbam,  
 Vescentes, lætumque choro Pæana canentes,  
 Inter odoratum lauri nemus: unde superne  
 Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis.  
 Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi, 660  
 Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,  
 Quique pii vates, et Phœbo digna locuti,  
 Inventas aut qui vitam excoluere per artes,

*videt alios ad dextram et ad sinistram epulantes super gramine, et cantantes in choro lætas cantilenas, in odorifera sylva lauri: unde magnus Eridanus decurrit per sylvam apud Superos. Hic turba est eorum, qui certando pro patria tulerunt vulnera: et qui sacerdotes puri fuerunt, dum vita durabat: et qui vates pii, ac locuti res dignas Apolline: aut qui ornaverunt vitam humanam per artes repertas a se:*

temere.—656. C. ante alios Gud. pro div. lect. per herbam Gud. et Montalb. —657. Vescentes, epulantes. Usus vocis non ex plebe esse, videbis inf. viii, 182. 3. ubi de sacro. Wakefield reposuit e conj. Vertentis pnto, pro saltantes. Vix erunt multi, qui probent. choros conj. Heins., sed choro absolute dictum pro, in choro, chorum ducendo. choro pœnentis fragm. Vatic. a m. pr.—660. passa Bigot., ex interpret.—661. maneret Nonius bis et Zulich. a m. pr.—662. et cedro d. Serv. ad vii, 178.—663. coluere sec. Moret.—

## NOTE

657 Pæana] Pæan, hymnus fuit, isque duplex: alter in honorem Martis, qui solebat ante pugnam cani; alter in honorem Apollinis, qui post victoriam: inde læti quilibet quorumcumque Deorum hymni, pæanes etiam dicti. Nomen, vel a *πάω serio*, quia ob confossum ab Apolline Pythona serpentem, hic hymnus primo cantatus est: vel ab *ἔειπαι*, jaculare filii, quibus verbis eam Latona mater ea in pugna hortabatur: unde *Io pæan*, deinde triumphantium acclamatio fuit.

659 Plurimus Eridani, &c.] Duplex affertur ab interpretibus hujus loci sententia: 1. Unde magna pars Eridani e superis præcipit in Inferos: notaturque ab iis vis adverbii *superne*, quo motus significatur e superiore loco in inferiorem; tum natura Eridani, qui Plinio teste l. iii. 16. non longe ab ortu absorbetur in terras

quasi cuniculo, et paulo post in Forovibiensi agro, qui nunc est Pedemontii pars, exoritur. II. Unde magnus Eridanus fuit ad superiores terras incolas, quæ sententia mihi probabilior videtur: tum quia unde indicat hic Elysium nemus, ubi versatur Æneas; ideoque, *superne*, non potest significare superas terras ex quibus Padus descendat, sensus enim esset: Ex quo Elysio cohibetur Eridanus ex terris; qui motus non sibi consentiant: tum quia *superne*, significat quicquid est supra, non tantum de super: tum quia subterranea sunt omnium fluviorum receptacula, unde erumpunt, Ge. iv. 364. Cum autem Eridanus agrum Mantuanum attingat, hunc habuit Virgilius honorem anni patrio: ut eum, non e communi fluviorum omnium receptaculo, sed ex Elysio ortum diceret. De Eridano, sive Pado, l. Po, Ge. i. 482.

Quique sui memores alios fecere merendo :  
 Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta. 665  
 Quos circumfusus sic est affata Sibylla ;  
 Musæum ante omnes ; medium nam plurima turba  
 Hunc habet, atque humeris extantem suscipit altis :  
 Dicite, felices animæ, tuque, optime vates ;  
 Quæ regio Anchisen, quis habet locus ? illius ergo 670  
 Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes.  
 Atque huic responsum paucis ita reddidit heros :  
 Nulli certa domus. Lucis habitamus opacis,  
 Riparumque toros et prata recentia rivis 675  
 Incolimus, Sed vos, si fert ita corde voluntas,  
 Hoc superate jugum ; et facili jam tramite sistam.  
 Dixit, et ante tulit gressum, camposque nitentes  
 Desuper ostentat ; dehinc summa cacumina linquunt,

*et qui reddiderunt alios memores sui, iis beneficiendo. Capita horum omnium coronantur terna candida. Quos circumstantes Sibylla sic allocuta est, præ ceteris Musæum ; nam magna turba hunc habet in medio sui, et admiratur superantem altis humeris : O animæ fortunatæ, et tu optime vates : dicite, quæ regio, quis locus tenet Anchisen ? illius causa venimus huc, et trajecimus magnos fluvios Inferorum. Tunc heros sic dedit ei responsum paucis verbis : Nemo nostrum habet fixam domum : habitamus in sylvis umbrasis, et incolimus herbosas ripas, et prata semper novæ ob rivos. Vos tamen, si cupiditas animi sic jubet, conscendite hunc collem ; et vos deducam ad eum facili semita. Sic dixit, et præcivit incepsu, et desuper ostendit campos amenos : deinde descendunt ex alto vertice. Pater autem Anchises in pro-*

664. alios recte servatum in edd. jam inde ab Akk. Alii aliquos, Mirum in hanc vitiosam lectionem conspirare vetustissimum et optimam quemque, etiam Rom. Medic. fragm. Vatic., hoc tamen a m. pr.—665. his una Dorvill.—667. Musæum, Musænum, male librarii. medium jam duo Goth.—668. oculis erat. Parrhas., male. suscipit momulli ap. Barmann.—669. Discite tres Barm. ex more. optima Gud.—671. tranavimus Nonius in ergo, et Goth. sec.—672. hic Ondart.—673. Nulli est Menag. pr.—674. cirentia Parrhas. et in marg. Dorvill. ex interpr. cf. Barm. r. sylvis Rom. et Bigot.—675. voluptas Franc. et ed. Junt., ut et Pier. aliquot.—676. superare Goth. tert. et Franc. f. vos t. aliquot Pier. duorum Ven.—677. gressus Menag. sec.—678. Et super

## NOTÆ

667 Musæum] Dicitur hic a Suida, Eleusinius Atheniensis, Orphel discipulus, carminum heroicorum scriptor, quorum Eumolpo filio ad quatuor milia scripsit: floruit sub Cecrope secundo Atheniensium rege. Hic, et Orpheus, Homero antiquiores putantur: ideoque hic commemorantur a

Virgilio. Superest adhuc carmen de amoribus Leandri et Herus, quod Musæo tribuit Scaliger in Poëtica, et longe versibus Homerici antepont, Negat tamen Vossius, et auctorem hujus operis vixisse sub Augusti a. f. firmat, etiam post quartum Christi sæculum.

At pater Anchises penitus convalle virenti  
 Inclusas animas, superumque ad lumen ituras,  
 Lustrabat studio recolens, omnemque suorum  
 Forte recensebat numerum, carosque nepotes,  
 Fataque, fortunasque virum, moresque, manusque.  
 Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit  
 Ænean, alacres palmas utrasque tetendit;  
 Effusæque genis lacrymæ; et vox excidit ore:  
 Venisti tandem, tuaque spectata parenti  
 Vicit iter durum pietas? datur ora tueri,  
 Nate, tua; et notas audire et reddere voces?

680

685

*funda valle viridi circumspiciebat animas separatas et reversuras in lucem superiorem, considerans eas studiose: et forte recognoscebat omnem multitudinem suorum, et dilectos posteros, et fata, et fortunas, et mores, et facta hominum illorum. Et quando ille vidit Æneam ex adverso venientem per herbas; lætus protulit ambas manus, et lacrymæ fluxerunt per genas, et vox exiit ex ore; Venisti denique, et tua pietas certa patri superavit iter difficile! o fili, permittitur aspicere cultum tuum, et accipere ac reddere voces familiares! Certe numerans tempora, cogitabam animo*

\*\*\*\*\*

Dorvill. ostentant fragm. Vatic. a m. pr. Goth. tert. ostendit duo Burm. Goth. sec. et ed. Ven. linquit Ven. linquent Franc. linquent Gud., unde illatum erat ab Helnsio.—679. in valle Parrhas. et Ven. cum valle duo alii. nitenti pr. Hamb. Male h. l. Nitere enim refertur ad cultum locorum. vid. Not. Male etiam Servius jungit penitus virenti, cum sit, penitus in valle.—680. Inklusæque pr. Hamb. illustres Parrhas. ad lumen duo Heins. ac duo Burm. cum trinis Goth., quod ornari possit. Sed conf. inf. 829.—682. numeros Excura. Burm. clarosque ed. Dan.—683. Factaque Franc. genusque alios legere Pierius ad marginem notaverat, sed videtur ex emendatione profectum; quia obscurius est, quid manus sit.—687. expectata antiquiorem quemque codicem exhibere, omnes fatentur; adde Rom. et Vatic. fragm. et, licet recentiores, cum Erf. tres Goth. Nec aliter edd. veteres, et omnes Aldinæ, et inde propagatæ. Necdum mihi constat, node vulgata spectata venerit. Passeratii codicem pro ea laudat Guellius. Propagata illa est per Dan. Helnsii edd., sed jam ante in edd. Plantinianis Palmanni occurrit. Tuentur tamen eam viri docti, nec injuria, cum grammaticorum et librariorum fraus in similibus locis, ubi de metri ratione solliciti erant, frequens sit. Interpretatur quoque eam Servius: probata, ut VIII, 151 et rebus spectata juvenius. Contra ipse quidem Æneas erat expectatus; verum paulo durius pietas ejus expectata venisse diceretur. At, si ricit iter, accommodatus spectata. Schraderus in Emendatt. mss. conjiciebat: tuasque, expectate parenti, Vicit. Inf. VIII, 37 O sate gente Deum—Expectate solo Laurenti arvisque Latinis. Et sup. II, 282. quibus Hector ab oris Expectate venis. exoptata Ven. tandemque tua expectata p. Comment. Cruqu. ad Horat. I Od. 23. parentis

## NOTE

687 Spectata] Alii expectata, sed quemadmodum Ovidius dixit, 'spectatur in ignibus aurum.' id est, cognita, perspecta, probata:

Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,  
 Tempora dinumerans; nec me mea cura fefellit.  
 Quas ego te terras, et quanta per æquora vectum  
 Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!  
 Quam metui, ne quid Lîbyæ tibi regna nocerent!  
 Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago,  
 Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.  
 Stant sale Tyrrheno classes. Da jungere dextram,  
 Da, genitor; teque amplexu ne subtrahe nostro.  
 Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.  
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum;  
 Ter frustra compressa manus effugit imago,  
 Par levibus ventis, volucrique simillima somno.  
 Interea videt Æneas in valle reducta  
 Seclusum nemus, et virgulta sonantia sylvis,

*et existimabam ita fore: et mea sollicitudo non decepit me. O fili, per quales terras et per quanta maria jactatum, et quantis periculis agitatam ego te audio! quam timui ne regna Africæ tibi obstarent aliquantum! Æneas vero ait: Tua, o pater, tua mesta umbra sæpe tuis impulit me venire ad hæc loca. Naves meæ stant in mari Tyrrheno. Permitte mihi, o pater, permittite conjungere manus, et ne te subducas complexui meo. Sic loquens, simul madefaciebat vultum copiosis lacrymis. Ter conatus erat implicare brachia collo ejus: ter umbra frustra comprehensa elapsa est e manibus, similis ventis levibus et simillima fugaci somno. Interea Æneas cernit in valle secreta sylvarum separatam, et frutices sonantes per sylvam; et fluvium Lethæum, qui*

\*\*\*\*\*

Medic.—690. *animum* Leid. a m. pr. *dicebam animo* conj. Heumannus pro *prædicebam*. Sed v. Burm., qui *ducere* ad calculos et rationes refert. Simpliciter *ducimus animo*, ut *agimus, agitamus, habemus*.—691. *denumerans* pr. Moret. *Temporaque numerans* alter. *annumerans* Menag. pr. *tua cura* Sprot. Sed Serv. *mea cura*, id est, o tu. Immo vero est spes, expectatio, sollicitudo.—692. *Quas e. per t.* Rom. cum aliis Pier., vel *Quas te ego per t.* Sed solenne est pronomen primo loco non poni. v. Benti. ad Horat. iii Carm. 25, 2.—696. *adire cœgit*, vulgaris ratio, occurrit in Goth. tert. et aliis ap. Pier, Heins. et Burm. *cogit adire* unus. Moret. *adire adegit* Franc.—699. *Dic* Franc. *rigabant* aliquot Pier.—700. *dare collo* Montalb.—701. *conata* alter Hamb. a m. pr. *compressa* multi Burm. vid. ii, 792, ubi iidem tres versas: cf. Ge. iv, 499.—702. *somnio* conj. Tan. Faber. Male. conf. ibid.—703. *Præterea* Witt. *Æneas vidit* pr. Hamb. *vidit* etiam in aliis. v. *recepta* Menag. pr. v. inf. viii, 609.—704. *Et clusum* Dorvill. *Reclusum* Rom. Mox libris optimis et vetustissimis insidet lectio *sylovæ*, uti Medic. a m. pr. Gud. Rom. et aliis, et sic emendabat Benedictus in Junt. Possis itaque conjectare,

#### NOTÆ

694 *Ne quid Lîbyæ, &c.*] Cum Dido- Æn. i. 541. De Tyrrheno mari, Ita-  
 nis amore te implicuisti, Æn. iv. De liam ad meridiem alluente, Æn. i. 71.  
 Lîbyæ, Æn. i. 162. De sale, pro mari, De Lethæo amne, supra 323.

Lethæumque, domos placidas qui prænatat, ammem. 705  
 Hunc circum innumeræ gentes populique volabant;  
 Ac, veluti in pratis, ubi apes æstate serena  
 Floribus insidunt variis, et candida circum  
 Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.  
 Horrescit visu subito, causasque requirit 710  
 Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porro,  
 Quive viri tanto complerint agmine ripas.  
 Tum pater Anchises: Animæ, quibus altera fato

*præterfuit tranquillam sedem. Gentes et populi innumeri volabant circa hæc fluvium. Et quemadmodum quando in pratis, æda æstate, apes adherent diversis floribus, et vagantur circa alba lilia: sic omnis campus sonat fremitu. Æneas ignarus rei statim obstupet aspectu, et petit causas: quinam ergo sint illi fluvii, aut quinam homines occupaverint ripas tanta multitudine. Tunc pater Anchises ait: Animæ, quibus alia corpora destinantur per fatum, bibunt obliuia æterna et liquores*

lectionem antiquiorem fuisse sive illam, sive *sylva*. *sylvis* autem advenisse ex altero loco lib. III, 442 *Æterna sonantia sylvis*. Sed *sylvis*, quod Medic. a m. sec. habet, ita ut Aproniana esse videatur lectio, auctoritatem facit Medicus Pierii et fragm. Vatic.; adde binos e Goth. Estque ea doctior lectio: nam *virgulta sonantia sylvis* nihil aliud sunt, quam *virgulta sylvarum* s., adeoque simpliciter, *sylvæ sonantes* sc. venti flatu. Minus bene constituas v. s. *sylvis*, h. e. sylvarum, arborum strepitu, ut *ricis sonantes sylvæ*, resonantes rivi strepitu sint. Ut vero hoc fieri possit, ut *sonent* seu strepant arbores, necesse est, Elysium auras suas et Zephyros habere; de quo dubitari nequit; præverat jam Homerus: 'Αλλ' αὖλὶ Ζεφύροιο etc. Od. Δ. 567. 568. Pind. Ol. B. 129 sq. Conf. ad Ge. iv, 484. Ad annis strepitum minus bene referunt hæc alii cum Servio: "*virgulta sonantia sylvæ*, quæ est juxta prærupta fluminis" atqui Lethe quietus et placidus amnis est. Itaque nec Catrœi emendatio admittenda: *sonantia ripis*: saltem *ricis* conjectare debebat.—705. *Lethæum*, male al. Est Ληθαῖος v. c. Callim. in Del. 234 et sup. v, 854. Horat. Epo. 14, 3, ubi etiam male Letheus. *domus* sec. Hamb.—706. *populique frequentes* Goth. tert., sed *volabant* adhæserat superiori versui.—707. *rebut* Gud. et al.—708. *circa* Goth. tert., male. Nam *circumfunduntur*.—710. *risus* alter Hamb. *subito risu* Dorvill.—711. *sunt* aliquot Burm., sed recentiores.—712. *Quidve* aliquot Pieriani, alii *quique viri*, ut et in Hamb. pr. et Dorvill. lectam. *complerint* Pierius in nullo suo invenerat, sed *complerunt*, vel *compleverunt*. Eadem

## NOTE

713 *Quibus altera fato Corpora debentur*] Non enim omnes animæ alia in corpora redihant, ut mox dicemus 748. Sed jam opus est, ut promissam sæpe de animarum natura dissertationem exequamur, et evolvamus mysteria fœnosæ illius translationis animarum diversa in corpora, quæ Græcis *μετεμύχθωσις* dicitur. Hanc

primo invexit Pythagoras, tenuerantque deinceps Socrates et Plato. His adhæret hoc loco Virgilius, ut et Ge. iv. 220. qui prius Epicurum sequebatur, Ecl. vi. 31. Id omne undecim capitibus complectemur: quæ quantum a Christiana veritate absint, facile erit intelligere.

Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam

Securos latices et longa oblivia potant.

715

Has equidem memorare tibi atque ostendere coram,

Jampridem hanc prolem capio enumerare meorum:

Quo magis Italia mecum lætere reperta.

O pater, anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est

Sublimes animas, iterumque in tarda reverti

720

Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Dicam equidem; nec te suspensum, nate, tenebo;

Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.

Principio cœlum ac terras, camposque liquentes,

*tutos ad aquas Lethæi fluvii. Ego certe jamdudum opto enarrare tibi, et coram monstrare illas, et enumerare sobolem illam meorum: ut magis gaudeas Italiam deum inventam fuisse a te. O pater, ait Æneas, an existimandum est animas aliquas illustres hinc redire in lucem, et reverti rursus in pigra corpora? quodnam est miseris tam insanum vitæ desiderium? Respondet Anchises: O nate, equidem dicam, nec te relinquam dubium. Et sic explicat singula per ordinem. Primo, spiritus fovet intus cœlum, terras, spatia aquea, et lucidum globum Lunæ, et astra*

\*\*\*\*\*

varietas apud Burm. Sed complerint fragm. Vatic. Medic.—714. *Letheique* Zulich. v. ad 706.—715. *portant* Rom.—717. *prolem hanc* sec. Rottend. et Erf. *capio prolem* hanc Goth. tert. *memorare* prior. *numerare* Menag. pr. *tuorum* Ven. et pro Var. Lect. pr. Rottend. Ceterum juncturæ asperitas aliqua in v. 716. 717 inesse videtur. Puto a poëta scriptum fuisse: *Has—ostendera coram Jampridem, ac prolem capio enumerare tuorum.*—718. *meum* omnes; olim tamen vulgatum erat *tandem*; Zulich. *nec non lætare*. Sane *lætare* potiore librorum habet auctoritatem, Medicei quoque a pr. m. cum aliis Pier. et Burm.; Romanus autem: *Quo magis Italiam mecum lætare repertam.* Erat is forte audiendus; sed retinere potest impetum fragm. Vatic. *Italiam mecum lætere reperta*, a pr. m. mox emendatum: *Italia et lætare.*—719. *aliquos* Rottend. a m. pr. *hinc ad cœlum* Menag. pr. *est abest* a binis Burmann.—720. in *tarda* retraxit Burmannus ratione et Pier. libb. auctoritate. Vulgo *ad t.*, quod Vatic. cum fragm. Vatic. et Medic. tuentur.—721. *miseræ* Menag. pr. *quæ miseris lucis* Witt. *est* addunt in fine nonnulli Pier. et Burm. et fragm. Vatic. a m. pr.—722. *suspectum* Goth. tert.—723. *suscipit* multi vitiose, ex more; etiam Ald. pr., sed emendatum in Ald. 1506, et a Benedicto in Junt. *Est troiaïdæ.*—724. *ac* deest binis Burmann. et Goth. tert. *terram* Rom. et Gad. cum Goth. sec. et fragm. Vatic. a m. pr., at cf. Ge. iv, 221 *Terrasque tractusque maris, terras cœlumque profundum* Donat. ad Terent., memoriter. v.

#### NOTE

724 *Principio cœlum, &c.*] 1. *Caput.* Deus rudem informemque materiam in quatuor elementa primum digessit, ignem, aërem, aquam, terram. Inde mundi corpus fabricavit, varias in partes ac sphaeras, quasi membra distinctum: harum suprema, *cœlum*;

*Delph. et Var. Clas.*

infima terra, cui *liquentes campi*, sive aqua substermitur; mediæ partes, *Sol, astra, globus Lunæ*, quo inferiora elementa a cœlestibus quasi communi termino separantur. Ut enim sunt infra Lunæ globum naturæ quatuor elementorum per formas distinctæ

*Virg.*

3 K

Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra, 725  
 Spiritus intus alit, totamque infusa per artus  
 Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.  
 Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,  
 Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.  
 Igneus est ollis vigor et cœlestis origo 730

*Titania: et mens didita per omnia membra movet totam illam molem, et miscet se cum magno illo corpore. Inde oritur genus hominum, et pecudum et vitæ avium, et monstra quæ mare fert sub polita planitie. Inest illis animis vis ignea, et origo*

Burm.—725. *Ingentemque g.* Medic. a m. pr. et Colot. *Tithonia* Goth. tert. Aut Solem in *Titanis* astris latere aut *Titanaque et astra* legendum, contendit Trappius, sed v. Not.—726. *tutamque* in *fuca* fragm. Vatic. a m. pr. *effusa* Leid. qn. *infusa partus* Goth. tert.—727. *miscet se corpore* nihil aliud est quam forma loquendi doctior pro vulgari, *miscet se corpori*.—728. *Hinc* ap. Serv. *volucrum* Goth. sec. cum Rom.—730. *olli* ed. Commelin. *illis* duo apud Burm.

## NOTÆ

suis in sphaëris: ita supra globum eundem sunt eadem naturæ longe excellentiori modo per virtutes: habent quippe cœlestia corpora ab ignis natura lumen ac motum, a terræ natura solidam frinitatem, ab aëris natura perspicuitatem, ab aquæ natura æquabilem lenitatem: sed illæ omnes naturæ illic in formam præstantissimam, nempe ignis, redactæ sunt; cuius tanta est excellentia, ut quintum elementum sive quinta *essentia* dici possit: quemadmodum hic apud nos in unam mixti formam quotidie coalescunt. Ita Plato in *Timæo*, et Marsilius ibid. cap. 24. De *Titanis* nomine, quod Soli præcipue tribuitur, *Æn.* iv. 119.

726 *Spiritus intus alit, &c.*] II. *Caput*. Huic mundi corpori Deus *animam* sive *spiritum* addidit, cui inest præcipue *intellectus, intelligentia*, et *natura*, id est vitalis ac seminaria virtus. Et hanc quidem animam Pythagoras Deum ipsum esse contendeat, ut liquet ex Minutio Felice: at Plato non Deum, sed opus putabat summi Dei.

728 *Inde hominum, &c.*] III. *Caput*.

*Inde*, juxta Pythagoram significat: *Ex hoc Deo, qui est mundi anima; quasi decerptæ particule sunt vitæ hominum et pecudum*. Juxta Platonem vero significat: *Ex reliquiis hujus temperationis, ex qua mundi animam formaverat Deus; formatae sunt ab eodem singulares animæ viventium*. Ita Plato loquitur in *Timæo*. Quenam autem illa fuerit temperatio, satis dilucide percipi non potest, neque ex Platoniorum, neque ex Platonis ipsius verbis. Virgilium autem Platoni potius quam Pythagoræ hic adhæsiisse existimo: quia sic melius hæc omnis ejus doctrina constabit, ut ex sequenti capite manifestum fiet.

730 *Igneus est ollis vigor.... seminibus, &c.*] IV. *Caput*. Docet Plato diserte in *Timæo*, unicum illum ac supremum Deum, postquam ex animæ mundi reliquiis animas formasset, rationis et intelligentiæ participes; eas quasi *sementem sparsisse* in Solem, in Lunam, aliæque astra et instrumeta temporis: ita ut singulæ singulis astris quasi vehiculis invectæ, universum contemplari possent. Addit, eum post ejusmodi sementem, anima-

Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,  
 Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.  
 Hinc metuunt, cupiuntque; dolent, gaudentque; neque auras  
 Dispiciunt clausæ tenebris et carcere cæco.

*elementis: quatenus corpora noxia non gravant, et artus terreni membraque mortalia non refundunt vim illam. Hinc animæ timent et desiderant, moerent et latantur: nec suspiciunt cætum, inclusæ in tenebris et obscuro carcere. Præterea quando*

~~~~~

*cum ed. Ven. c. imago Goth. sec.—731. corpora noxia plurimi Barm. tardent qu. Moret.—732. Terrenique fragm. Vatic.—733. Hinc m. cupiunt gaudentque dolentque Macrob. in So. Sc. 8 et sec. Rottend. neque Heins. e codd. Vulgo nec, quod tamen Rom. tuetur. neque mirus Medic. a m. pr.—734. Dispiciunt præclare Heins. restituit e Gyd. a m. pr. Voss. binisque Rottend. (vid. sup.

NOTE

rum cum corporibus conjunctionem inferioribus ac junioribus Diis permixisse. Appellat Plato juniores Deos, Cælum, Terram, Saturnum, Rheam, Jovem, &c. Tum ait, juniores Deos, viventia corpora ex elementis procreasse, quibus duplicem animam addiderint; alteram immortalem, ex divina illa semine, qua sidera consita fuerant, quasi quodam defluvio delapsam; quam in capite rotundo, quasi in mundi compendio locaverint: alteram mortalem a se conflata; cujus partem quæ irascitur, circa cor; quæ concupiscit, circa jecur posuerint. Βοτειρε τοὺς μὲν ἐς Ἥλιον, τοὺς δ' εἰς Ζεφύρον, τοὺς δ' εἰς τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου τὸ δὲ μετὰ τὸν σπύρον, τοῖς νέοις παρέθηκε θεοῖς σώματα πλάττειν, &c. Hinc patet, cur Virgilius vitas illas sive animas vocaverit *semina*. Item cur *igneus rigor* et *caelestis origo* iisdem sit; nempe, vel quia per multa sæcula astris invecitæ aliquid ex ea contraxerunt natura, quam igneam esse diximus, 724. vel quia fortasse ex eodem cæli igne et quinta *essentia* conflatae sunt, ut Platonici quibusdā visum est.

731 *Quantum non, &c.*] v. Caput. Animæ ejusdem erant naturæ, in hominibus, belluis, volucris, piscibus:

siquidem, juxta Pythagoram et Platonem, mutua erat earum commutatio. Totum porro earum discrimen ex crassiori aut subtiliori corporum discrimine petebatur: ut inter infantem ac juvenem; virum ac senem, videmus contingere. Atque illud est quod vocat Plato sub finem Τιμæι, 'mentis jacturam et acquisitionem, qua invicem animalia commutantur,' πάντα τότε καὶ νῦν διαμειβεται τὰ ζῶα εἰς ἑλληλα, νοῦ καὶ ἀνόλου ἀποβολῇ καὶ κτήσιν μεταβαλλόμενα. Quo autem ordine fieret illa transmutatio, mox dicemus. Hinc inter ipsos homines, indolis, ingenii, morumque diversitas, ex eadem oriēbatur varietate corporum: idēo ait poëta, cælestem in eorum animis esse originem, et vero apparere; quatenus corporum et membrorum pondere non gravantur.

733 *Hinc metuunt, cupiuntque, &c.*] vi. Caput. Ex illo cum corporibus nexu oriuntur perturbationes omnes animorum. Prout quippe, aut sanguis, aut pituita, aut flava, atrave bilis in corporibus prævalet: ita motibus aliis, aliisve, facilius animi agitantur. His autem quatuor motibus cetera omnes poëta complectitur: quippe metu ac desiderio sive spe in malum ac bonum futurum ferimur; dolore et

Quin et, supremo cum lumine vita reliquit,
 Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
 Corporeæ excedunt pestes; penitusque necesse est
 Multa diu concreta modis inolescere miris.
 Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
 Supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes
 Suspensæ ad ventos; aliis sub gurgite vasto
 Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni;
 Quisque suos, patimur, Manes; exinde per amplum

735

740

ultima luce vita recessit: non tamen omne malum, nec omnes corporeæ sordes omnino recedunt a miseris; et plane necesse est ut multa vitia diu conglutinata iis adhuc adherescant admirabili ratione. Ideo cruciantur poenis, et persolvunt supplicia præteritarum nozarum. Aliæ suspensæ exponuntur letibus ventis: aliis crimen, quo sunt infectæ, lavatur sub immenso lacu, aut absorbitur flammis. Omnes

ad 11 Ge. 187. Alius dixisset, *Prospiciunt.*) Eodem ducunt Medic. cum aliis Heins., Romanus cum aliis Pier.; adde fragm. Vatic. et binos Goth., qui omnes *Despiciunt* exhibent. *Respiciunt* ceteri cum edd. antiquioribus, ut Ald. Commel. *Suspiciunt* ed. Mediol. Mox *clusæ* fragm. Vatic., quod aliis locis Heinsius secutus est.—735. *supremum cum lumen* Montalb. et tert. Rottend., non male. *limine* pr. Hamb. pro Var. L., item Servius. *relinquit* aliquot Burm. et fragm. Vatic. a m. pr.—736. *Nec tamen* Menag. pr.—737. *excidunt* Ald. pr., at corr. in ser. *est* deest Sprot.—738. *diu conjuncta* Oudart.—740. *penduntur* Dorvill.—742. *Infectum* Serv. ad 11 Ge. 389.—743. *patitur et mittitur* tres ap. Burm. *patitur* etiam Erf. Ut nunc versus se ordine excipiant, aut nova in Elysio fit aut inchoata ante animarum purgatio in Elysio absoluitur; quod omnino novum est et insolens. Nam, si vs. 743. 744 jam peracta purgatione in Elysium missæ sunt animæ, quomodo iterum v. 745 sequi

NOTÆ

gaudio, circa malum ac bonum præsens afficimur: et facile, inclusus quasi obscuro carcere animus, auras cœlestes, id est, divinam originem, obliviscitur.

738 *Inolescere*] Est *simul crescere*. Vel ab *alo*, quod simul alitur. Vel a *soleo*, quod simul esse solet.

739 *Ergo exercentur poenis, &c.*] VII. *Caput.* Animæ illæ, etsi diversæ a corporibus naturæ, ex diuturna tamen cum iis conjunctione multa inquinamenta contrahunt. Unde triplici purgatione expiantur: *igne*; *ventis*, id est *aëre*; et *gurgite vasto*, id est *aquis*. Hæc autem tria in sacris usurpabantur purgationum genera: aut

enim res infectæ tæda vel sulfure purgabantur, aut aqua lustrabantur, aut aëre ventilabantur. Et quantum ad animas, hanc Platonis attribuit sententiam Augustinus de Civit. Dei, lib. XXI. 13. eamque affert hujus causam: quod, 'quoniam terris superiora sunt elementa, aqua, aër, ignis; ex aliquo istorum mundetur, quod terrena contagione contractum est.'

743 *Quisque suos, patimur, Manes*] Id est. *Omnes patimur nostros Manes, unusquisque suos*. Quinam autem illi sint *Manes*, ambigitur: idque videri potest e Platonis doctrina etiam repetitum. VIII. Igitur *caput*. Animis singulis, jam inde a prima generatione

Mittimur Elysium, et pauci læta arva tenemus :

patimur, unusquisque suos ultores. Deinde inducimur in spatiosum Elysium, et

potest: *Donec longa dies* etc. hoc est, donec purgatæ fuerint? Itaque suspicari licet versus esse transpositos; et retrahendos vs. 745—747 ante 743, ut a *Virgilio* versus hoc ordine profecti sint: *aut exurituri igni: Donec longa dies perfectæ temporis orbe Concretam exemit labem, puramque reliquit Ætherium sensum atque aurai simplicis ignem. Quisque suos p.* Difficultatem in oratione poetæ vidit quoque doctissimus Jortinus; sed vix expediisse videri potest p. 266 sqq. In ipsam autem transponendi rationem incidisse quoque Trappium nunc deprehendo; ut tamen nec efficiat, in quo conficiendo laborat. Enimvero, quo curatius hunc locum inspicio, eo manifestius mihi fit, versus esse seu a poetâ nondum expolitos nec in suum numerum et ordinem redactos, sen, quod multo magis probabile, supposititios et e margine illatos 743. 744 *Quisque suos, patimur, Manes: exinde per amplum Mittimur Elysium, et pauci læta arva tenemus.* Nam primo sententiam interpellant et jugulant; tum sensum idoneum non habent; tertio a poetæ mente sunt alieni: si jam ante purgatæ erant, purgatæque mittuntur in Elysium, quorsum in hoc Elysio tempus longum exigunt animæ, ut purgentur? De loco purgationis in Inferis nihil poetâ monuit; nec tamen inde in Elysium, sed ad Lethen animas mitti ipse proficitur v. 748. Nec attingit poetâ alterum illud philosophema, quo migrationi animarum finis tandem ita statuitur, ut eæ, quæ post plures migrationes et purgationes perfectam puritatem consecutæ fuerint, aut Elysio aut Olympo assignentur in perpetuum. Antiquum tamen em-

NOTÆ

descensuque ex aëthera, Genium sive demonem attribui, custodem operum, qui animum in lucem extrahat ac deinde post mortem reducat ad Inferos, ait Plato de Repub. l. x. itemque in Phædone. Hos *Manes* dici nihil vetat, eodemque purgationis ministros adhiberi. Quanquam alii per *Manes*, Furias, aliosque minores intelligunt Inferorum Deos, a quibus animæ torquentur: et vero ita sumuntur *Manes* Ge. iv. 489. 'scirent si ignoscere Manes' ibi enim Deos Inferorum significari manifestum est. Utraque explicatio conciliabitur facile: si Platonici Genii dicantur, utriusque mundi habere commercium, qualiter Mercurius; et superi quidem terrestresve Dii esse, cum vivis adsunt; inferi autem, cum mortuis purgandis assistunt. Loca vero huic purgationi assignata existimo, esse varias sedes illas, jam ab Ænea peragratas; ubi infantes, amantes, bellicosi, propria manu occisi: qui inde post certos

purgationis annos in Elysium admittebantur. De *Manibus*, alia significatione, pro Umbris mortuorum, Ge. iv. 469.

744 *Pauci læta arva tenemus, &c.] ix. Caput.* Pauci fruebantur Elysii voluptatibus; multi quidem, si per se ipsi spectantur, nam evocabantur 'agmine magno,' infra 749. tamen pauci, si cum immenso animarum omnium numero conferuntur. 1. Quia multi detrudebantur in Tartarum, inde nunquam in lucem alia generatione emerguri, quod eorum scelera nulla purgatione elui possent: ita Plato in Phædone. 2. Quia pars animarum longe maxima distinctis illis in sedibus purgabatur: quibus in Elysium succedentibus, aliæ ex Elysio in vitam emigrabant. 3. Quia multi, aut omni, aut saltem aliqua purgatione perfuncti, scelereum in poenam detrudebantur nova in corpora, belluarum aut volucrum; nec in Elysium transibant, ob vitam virtutum sterilem. Quare frus-

Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
 Concretam exemit labem, purumque reliquit
 Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem.
 Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,

745

pauci obtinemus latos campos: quando longa dies confectis spatiis temporum deleat congenitas sordes, ac reliquit purum sensum caelestem et simplicem fulgorem ignis. Postquam verterunt rotam per mille annos, Deus vocat eas omnes magno

blema esse, Ausonii testatur locus, quo h. l. æmulatur.—746. *labem* Rom., nec hoc male. *relinquit* fragm. Vatic. Medic. cum aliis.—747. *auræ* omnes fere codd. Heins. et Pier. et fragm. Vatic. Sed Valer. Probus inter quatuor locos refert, in quibus antiqua illa forma Virgilio placuerit. *ignes* Goth. tert.—748. *rotas* Menag. pr. *rotam evolvere* Parrhas. Jo. Schrader.

NOTE

tra se torquet Cerdanus, ut pugnales conciliet voces: *quisque patimur*, et *pauci tenemus*.

745 *Donec longa dies, &c.*] x. *Caput*. In hoc Elysio fruebantur animæ quiete perfectissima: vocat enim Virgilius 669. 'felices animas:' et 638. 'locos lætos, et amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.' Ergo hinc procul aberant purgationis tormenta. Quid igitur ait Anchises: 'Pauci læta arva tenemus: donec longa dies... Concretam exemit labem?' Omnino aliud mihi sonare videtur *donec*, quam aliis vulgo interpretibus: neque hic interpretor, *quousque*, quasi futuram in Elysio purgationem notet; sed *quando*, ut præteritam seclusis in locis purgationem indicet. Idque dno persuadent: 1. Quia non dixit Virgilius, *donec exemerit*, aut *eximat*; sed *donec exemit*, quod expressius significat *quando exemit*, quam *quousque exemerit*. 2. Quia pari sensu dixit Horatius Od. l. iii. 9. 'Donec gratus eram tibi.... Persarum vigui rege beator:' id est, *quando gratus eram tibi, &c.* Per *auræ simplicis ignem*, significat puram animæ naturam, quæ propter subtilitatem aëri et igni simillima est, ideo vocat eam Horatius Sat. l. ii. 2. 79. 'divinæ particulam auræ:' cujus vo-

cis ultima diphthongus duas in vocales prisco more dissolvitur, *auræ* in *aurai*.

748 *Has omnes, ubi, &c.*] xi. *Caput*. Postquam animæ hac sua beatitate per annos mille in Elysio potitæ sunt: evocantur ad generationem aliam, aliamque cum novo corpore unionem. At prius Lethæas aquas jubentur ebibere: ut præteritorum omnium, tam laborum quam voluptatum, obliiti; nec teneantur Elysii desiderio, nec superioris vitæ asperitate deterreantur; nec supersit quicquam, nisi ingenitas quidam affectus animæ in corpus. Quod autem ait *omnes*, restringi debet ad eas omnes, 'Quibus altera fato Corpora debentur,' 714. Non enim omnes redibant in corpora; nec vero tale quicquam de se Anchises commemorat, quod si erat futurum, certe non omisisset. Hos autem ab eo reditu fuisse immunes puto, qui ob exquisita merita admissi inter Deos fuerant, et 'Acheronte remissi,' ut loquitur *Æneas* de Anchise *Æn.* v. 99. et revera 'sideris in numerum,' unde prima generatione defluerant, ut ait Virgilius *Ge.* iv. 227. Horum quippe non animas apud Inferos, sed *idola* solum ac simulacra Elysii in campis remansisse testatur Lucretius ex Ennio l. i. 120. Et Ulysses apud Homer.

Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno :
 Scilicet immemores supera ut convexa revisant, 750
 Rursus et incipiant in corpora velle reverti.
 Dixerat Anchises ; natumque unaque Sibyllam
 Conventus trahit in medios, turbamque sonantem ;
 Et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit
 Adversos legere, et venientum discere vultus. 755
 Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur

numero ad annem oblivionis : nempe ut oblita præteritorum repellant superiorem curvaturam mundi, et incipiant velle iterum redire in corpora. Anchises hæc dixerat : et ducit filium ac simul Sibyllam in medios cætus turbamque frementem : et conscendit collem, unde possit considerare longa serie omnes sibi obversos, et intueri vultus venientium. Age modo, inquit Anchises, explicabo verbis, quis homines ali-

conj. *rotæ*, ut sint tormenta. v. Not.—749. *Lethæum* Rom., vid. sup. ad v. 705. *flumen* duo Burm.—750. *superum* ed. Ven. et Dorvill., eo alludunt aliquot Pier. *supera* in c. Interpungit Wakefield : *Deus evocat agmine magno scilicet* ; et mox ut *convexa revisant Rursus, etc.* In altero hoc assentior.—751. incipiunt ed. Ven. incipient Lutat. ad Stat. vii Theb. 92.—754. *posset* multi Pier. etiam Rom. et Heins. cum Medic., sed fragm. Vatic. *possit*. Apud Nonium *possent*. Parrhas. *posset ordine circum*.—755. *Adversus* Montalb., dum interpolator *animas* cogitabat. *adversus* fragm. Vatic. *poscere* v. ed.

NOTÆ

Odyss. xi. 600. ait se inter Inferorum umbras vidisse idolum Herculis, quocum sermonem habuerit ; ipsum vero, id est, ipsius animam, apud Superos degere. Tamen Anchisen a Virgilio describi : cuius idolum hic Æneam alloquitur, dum anima fruitur cælestium Deorum consortio. Itaque tria distingui possunt in nomine *Anima*, *Corpus*, *Idolum* : additur ab aliis etiam quarta pars, *umbra*, quæ sepulcrum incolebat, ut notavimus Æn. iv. 386. Quamquam hæc *umbra* ab anima, corpore, et idolo distinctio, non ita videtur certa. De *Lethæo*, oblivionis flumine, supra 323. *Rotam edere*, metaphora est pro *tempus traducere* ; ex Ennio petita, ut testatur Servius. Et temporis *rotam* dixit ; ut paulo ante *orbem* ; et passim alibi *cursum*, *curriculum*. *Convexa supera* : vel significant convexam superficiem terræ, cuius in concavo Inferi latent :

vel sublimem et concavam cæli conspicui partem, ut diximus Æn. i. 314.

756 *Nunc age, &c.* Ostendit Anchises Æneæ posterorum suorum clarissimos : ubi notanda quatuor. i. Posteris illos partim ex Trojana, partim ex Itala gente oriundos fore : cum utraque gens Æneæ et Laviniae conjugio miscenda sit. ii. Non servari ab Anchise in illa enumeratione ordinem temporum : cum a Romulo statim ad Cæsarem transeat, tum regrediatur ad Numam. iii. Alios etiam commemorari, præter posteros Æneæ, utriusque gentis illustres viros. iv. Hoc totum Virgilii artificium, etiam perquam insigne est, errore non carere. Is autem error est ejusmodi. Animas inducit quæ jam insederant corpora, indeque egressæ, tum aut puræ erant, aut purgabantur, in Romanorum heroum corpora reversuræ. At si erant puræ, inerat iis duntaxat

Gloria, qui maneat Itala de gente nepotes,
 Illustres animas, nostrumque in nomen ituras,
 Expediam dictis, et te tua fata docebo.
 Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta,
 Proxima sorte tenet lucis loca; primus ad auras
 Ætherias Italo commixtus sanguine surget
 Sylvius, Albanum nomen, tua postuma proles:

760

quando occuturus sit obolem Trojannam, qui posterius destinatur ex Italica familia, nobiles animas, et successurus nostro nomini: et tibi aperiam tua fata. Videsne? Ille juvenis qui insidet hastæ nitide, occupat sorte spatium proximum luminis; primus erumpet in ætherem caelestem mixtus Italo sanguine, Sylvius, nomen Albanum, tua oboles postrema: quem uxor Lavinia in sylvis tarde pariet tibi seniori, futurum

Ven., male. *discere est cognoscere. cultum Zulich.*—758. et nostrum nomen rec. Moret. *ituros* alter Hamb.—760. *Ille, vides*, Potest quoque scribi: *Ille, vides? p. juvenis pura* Dorvill.—761. *Ac* Heins. malebat; ut ait, vitæ mox ipsi reddendæ; non video quid intersit.—762. *Italo mixtus* de 2. antiqui codd. ap. Pier. *surgit* Medic.—763. *postuma* male scriptum et hic in Gothanis.

NOTÆ

pura ætherias sensus atque auræ simplicis ignis; atque ita nullus inerat sensus corporis præteriti, multo minus futuri: si purgabantur, nondum Lethæis aquis imbutæ, nondum præteriti corporis memoriam exuerant; atque adeo nondum potuerant convenientes futuræ olim sorti affectus assumere; igitur nec Sylvius niti hasta, nec Romulus geminas habere cristas, nec Numa mentum incanum gerere, nec circa Marcellum Romani strepere.

763 *Sylvius, Albanum nomen, &c.*] In his Romanæ historiæ initiis parum sibi scriptores consentiunt. Livius hunc Sylvium, Ascanii filium facit: Dionysius Halicarnassensis, Æneæ. Scribit enim Laviniam; tum cum obiit Æneas, prægnantem, Ascanii privigni metu in sylvas fugisse ad regii pecoris magistrum Tyrrheum; ibique filium peperisse, cui inde Sylvio nomen fuit: Ascanium pietate motum in novercam, sibi hunc ipsum Sylvium successorem designasse; Iulo filio suo pontificatum maximum tribuisse, a quo gens Julia propagata est. *Al-*

bani nomen dicitur Sylvius: quia ex eo reges Albani communi nomine Sylvii appellati sunt; ut postea imperatores Romani, Cæsares. *Postuma proles*, duplici sensu explicabatur; vel quæ post humationem patris oritur; tamque scribitur *postuma*, non *postuma*: vel quæ *postrema* oritur, etiam vivo patre; tumque deducitur a *post*, *posterior*, *postremus*, et *postumus*; ut ab *extra*, *exterior*, *extremus*, *extimus*, et *extimus*. In hac sententia sunt eruditorum diligentissimi quique: qui iidem aiunt usu quidem venisse, ut mortuo patre nati postumi appellerentur; non quia post humationem nati, sed quia re vera postremi. Et vero Virgilius ait Sylvium natum patre longævo, non patre mortuo: in quo discedit quidem ab ea, quam ex Dionysio attulimus, historiæ fide; sed eum excusat, vel ejusdem historiæ varietas, vel poetica licentia: nec desunt, qui, ut historiæ veritati consulant, *longævum* explicant, jam relictum in Deos et immortalæ; nitunturque hoc Ennii versu, 'Romulus in

Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
 Educet sylvis regem, regamque parentem : 765
 Unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
 Proximus ille Procas, Trojanæ gloria gentis,
 Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet
 Sylvius Æneas, pariter pietate vel armis
 Egregius, si unquam regnandam acceperit Albam. 770
 Qui juvenes quantas ostentant, aspice, vires !
 At, qui umbrata gerunt civili tempora quercu,

regem et patrem regum : a quo familia nostra regnabit Alba Longæ. Hic vicinus huic, est Procas, honor Trojanæ nationis. Deinde Capys : et Numitor : et Æneas Sylvius, qui referet te nomine ; æqualiter illustris armis et pietate, si tandem aliquando accipiat regendam Albam. Qui juvenes vide quantum præ se ferant robur ! At qui habent caput cinctum corona civili quercia ; hi condent tibi in montibus

~~~~~

postumia Franc., inepte. Piget in his morari.—764. *servam* Rom.—765. *Educit* Medic. *Educet* in s. alter Hamb. et Goth. tert., idem cum pr. *parentum*. —766. *nostrum longa* tres Heins.—767. *Procas* aliquot apud Burm., indocte. Etiam *Proca* legitur.—768. *reddat* Rom. pr. Moret. et pr. Hamb.—769. Versus in altero Mentelii a pr. m. aberat : et cum supra v. 403 idem fere occurrit : *Troius Æneas pietate insignis et armis*, suspicari aliquem posse ait Burm., an hic versus h. l. ab aliena manu accesserit ; et salvo sensu eum abesse posse. Mihi abesse non posse videtur ; quorsum enim *Egregius* referatur ? vel h. l. conjunctivum est, ut et alibi, et ne fraus fiat lectori, pariter additum. ut *armis* Goth. sec., sed ex vel sæpe ut factum.—771. *juvenis* Medic. *ostendent* Ven. *ostendant* Priscianus et Zulich. a m. pr. Interpungit Wakefield : *Qui juvenes ! quantas vires !*—772. *Legebatur* *Atque umbrata gerunt civili tempora quercu*. Hi tibi N. Ita hoc versu nihil potest esse jejunijs. Atqui Aldd. pr., mutatum in tertia a Nangerio in *Atque*. Atqui inter codd. Reg., et sic legendum monet Fabric. *At qui* divulsis syllabis vett. edd., quas Pier. et Cerda sequuntur cum D. Heins., ut jungatur versus cum seqq. *At qui gerunt quercu*, Hi tibi. Præferam id saltem vulgatæ rationi. v. Nota. Omnes tamen Codd. Pier. et Heins. *Atque*, quod pari modo jejune positum offerebat nos supra iv, 261. Porro *geris* a pr. m. Medic. *gerant* Moret. sec. et

# NOTÆ

caelo cum Diis genitalibus ævum Ducit ;' et Eschylî testimonio qui in Tragedia *Septem ad Thebas*, vocat Deos *ἱερόβλες, longæρας*. De Lavinia, Latini filia, Æn. vii. 52. De Alba, Æn. viii. 42.

767 Proximus ille Procas, &c.] Qui proximus tunc in Elysio apparebat ; non qui proximus erat Sylvio successor : fuit enim Procas inter Albanos reges ordine tantum decimus tertius, Capys septimus, Numitor deci-

mus quartus, Æneas Sylvius tertius, juxta Livium.

770 Si unquam, &c.] Æneas Sylvius fraude tutoris regno spoliatus, non nisi anno ætatis secundo et quinquagesimo regnam adeptus, illud tamen annis uno et triginta tenuit.

772 Civili.... quercu] Corona civilis, e quereu vel ilice, quia alendæ hominum vitæ glandes olim in usu fuerant, ideo iis dabatur, qui in pugna civem servaverant, simulque oeci-

Hi tibi Nomentum, et Gabios, urbemque Fidenam,  
 Hi Collatinas imponent montibus arces,  
 \* Laude pudicitiae celebres, addentque superbos \* 775  
 Pometios, Castrumque Inui, Bolamque, Coramque.  
 Haec tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.  
 Quin et avo comitem sese Mavortius addet

*Nomentum, et Gabios, et urbem Fidenam; hi arces Collatinas, Pometiam, et Castrum Inui, et Bolam, et Coram. Haec nomina tunc dabantur illis, jam sunt terræ abque nomine. Quin etiam Romulus Martinus, quem pariet mater Ilia ex stirpe*

Parrhas. tegunt Bigot.—773. Numentum duo apud Borm., unus Numentum. Porro primam in Fidenam, quam exquisitè dixit pro Fidenis ex Gr. *Φιδην*, a Virgilio corripit, quæ ab Horatio aliisque producatur, notatum a Grammaticis est.—774. Hinc Erf. *mentibus* Goth. tert. *manibus* Rottend. tert. et Exc. Buzm. *imponunt* pr. Moret.—775. Cur hic versus non ejectus sit ab Heinke, mirari licet. Occurrit in nullo codice nec in edd. vett., et illatus esse dicitur a D. L. Fabricio Lampugnano I. C. V. Mediolanensi. Nunc, ne versuum numerus deminutus turbas faciat, minore cum incommodo in sede maneto, sed notatus.—776. Pometios correxerunt jam Pier. et Fabric. Vulgo vitiose *Pomerios*. In Goth. tert. *Pometicos*. Mox aberratur varie: *castrumque Nini*. *Borumque*. *Volamq.* *Bulamq.* *Coramq.* *Corasq.*—777. nec sunt alter Menag., male. s. n. *gentis* Medic. a m. pr., et sic Colot., quod probat Heins., equidem improbandum censeo vel maxime. Nam, primum *terræ* docte poëtis ponuntur, ubi vulgaris oratio gentes postulat; tum ne *gentes* quidem recte h. l. dicerentur; non enim populi sed urbes enarratæ fuerunt, et his bene respondent *terræ*, quibus aliquando imponentur.—778. *Mavertius* Witt. *sese addet*,

## NOTE

derant hostem, nec e loco deturbati fuerant. Hic iis assignatur Albanis, qui ad civium tutelam varias urbes Italiae condiderant murisve cinxerant: quorum nomina non indicat, utpote obscura aut incerta. *Nomentum*, nunc *Lamentano*, milliaribus duodecim Roma dissitum, ad septentrionem. *Gabii*, urbs inter Romam ac Præneste media, decem circiter miliaribus utrumque distans, ad orientem: nunc omnino diruta, juxta diversorium publicum cui nomen est l'Osteria. *Fidena* vel *Fidene*, quinque milliaribus Roma dissita, ad septentrionem, nunc *Castel Giubileo*. *Collatia*, non multo remotior, ad orientem, nunc ne vestigiis quidem superstes. *Pometia Suesoa*, cujus ager *Pometius*, *Pometinus*, et *Pomptinus* dictus est; vicinæque paludes *Pomptinae*, nunc

*l'Asfente palude*; urbs fuit Volscorum, nunc deleta. *Castrum Inui*, oppidulum Rutulorum in littore Tyrrheni maris, nunc dirutum: ei dictum Deo, qui Græcis Pan, Latinis Faunus, Fatuus, et *Inuus* sive *Inubus* dictus est, ab ineundo; quod animalia passim intrat. *Bola* vel *Bola*, oppidum Equorum, circa Præneste, ad orientem Romæ, quod jam Plinii tempore sine vestigiis interierat. *Cora*, nunc castellum nomen antiquum retinens, urbs Volscorum, non longe a Pometia. Has autem urbes ut Latio ascribat Virgilius, Latium sumit non prout erat antiquis illis temporibus, sed prout deinceps fuit; cum hæc etiam Æqui, Hernici, Volci, et parte aliquæ Sabini annumerati sunt.

778 *Avo comitem, &c.*] *Nannitor*, Procæ filio, per Amulium fratrem

Romulus; Assaraci quem sanguinis Ilia mater  
Educat. Viden' ut geminæ stant vertice cristæ, 780  
Et pater ipse suo Superum jam signat honore?  
En, hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma  
Imperium terris, animos æquabit Olympo,  
Septemque una sibi muro circumdabit arces,

*Assaraci, adjiciat se socium avo. Videmus, ut duæ cristæ surgant ex ejus capite, et ut pater Deorum jam insigniat eum suo splendore? Ecce, o filii, famosa illa Roma hujus ductu æquabit dominationem suam terris, et animos celo; et una cinget sibi muro septem montes. Fortunata sobole civium: qualis mater Berecynthia rehitur*

ut nunc legitur, erit: una cum ipso in vitam prodibit, suo scilicet tempore. Sed melius puto legi: *addit*; una cum patre incedebat anima Romuli. cf. 754. 755 et inf. 864. Et est ed. Ven., quæ hoc exhibeat. Transpositi porro versus 778 et 777 in Goth. pr. et tert.—780. 781 *stant* multi codd. et edd., quod recte deseruit Pier. et mox *signet*. Scilicet ut consecutio temporum servetur. At vid. Var. Lect. lib. 1, 706. *honorem Menag. pr. insigniat Rom.*—782. *nata* sc. Roma, a Romulo condita, malit Burmannus; scilicet ut vulgari orationi propior sit poëta? Etsi verum est, non aliter verba accipi posse. Non enim *Romuli auspiciis Roma æquavit imperium terris*—sed Roma quæ erat auspiciis ejus condita. Ergo *hujus auspiciis* non dictum est, ut, si alicujus auspiciis bellum geri dicitur; sed *auspicia* h. l. sunt exordia urbis, initia: per hæc prima initia urbis et fundamenta a Romulo jacta. Eadem, quam memorabamus, varietas in versu Enniano: *his nata auspiciis illa inclyta Roma*, quod aliis *En hujus nate ausp.* apud Serv. ad VII, 678, ubi v. Burm.—783. *annos* conj. Heumannus; nempe quia æterna Roma dicta. Sed parum suave est illud: *annos æquare Olympo*, ut ne nisi cum ipso celo pereat. *fanamque* melius Jo. Schrader. At *animos* celsos et Diis virtute pares habere, qua ad coelum educant nomen, generosa res est. *animosque* Witt. *æquabit* Mentel. a m. pr. In Servii nota subjungitur ad hunc versum: *De hoc autem loco et Trogus et Probus quarunt*. Quid illud fuerit, quod quærent, non assequor. *Trogus* autem esse videtur Pompeius historiæ Philippicarum conditor, quem in Virgilium, ejus fere æqualis fuisse debet, commentatum esse, nulla aliunde est suspicio. Laudatur quidem Trogus a Servio ad Æn. III, 108. IV, 37, sed ex historiis. Forte leg. *Hyginus*.—784. *circumdedit* alter Hamb.—786. *Phr.*

## NOTE

regnis pulso, addet se ultorem nepos  
Romulos; *Martis* filius, et *Ilia*, Numitoris filia, Æn. I. 278. De *Assaraco*, avo Anchisæ, a quo per Albanos reges oriebatur Ilia, Æn. I. 288.

[780 *Geminæ stant vertice cristæ*] *Cristæ*, juba sunt equinæ, plumæ vernicolores, galearum cono impositæ, a gallorum cristis ita propter similitudinem dictæ. Æn. III. 466. *Geminæ*, ad majorem ornatum, non ut gemini fratres Remus Romulusque significen-

tur, quod quidam volunt.

[781 *Pater ipse, &c.*] Vel Mars pater Romuli, qui enim *sei* Superumque honoris participem facit. Vel potius Jupiter pater Superorum, qui eum suo honore insignit. Indicat Romuli mortem: qui, vel fulmine ictus, vel a suis discerptus, inter Deos postea relatus esse creditus est. De Roma ab eo condita, Æn. I. 278. 280. De *septem Roma montibus*, Ge. II. 535.



Felix prole virum : qualis Berecynthia mater 785  
 Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,  
 Læta Deum partu, centum complexa nepotes,  
 Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.  
 Huc geminas nunc flecte acies ; hanc aspice gentem,  
 Romanosque tuos. Hic Cæsar, et omnis Iuli 790  
 Progenies, magnum cœli ventura sub axem.  
 Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,  
 Augustus Cæsar, Divi genus : aurea condet  
 Sæcula qui rursus Latio, regnata per arva  
 Saturno quondam ; super et Garamantas et Indos 795

*curru per urbes Phrygias, coronata turribus, gaudens prole Deorum, amplexa centum nepotes, omnes incolæ cœli, omnes obtinentes spatia alta et superiora. Huc, huc obverte geminos oculos : cerne hanc nationem, et Romanos tuos. Hic est Cæsar, et omnis proles Iuli, exitura sub magnum axem cœli. Hic est ille vir, quem sæpe audis promitti tibi, Augustus Cæsar, filius Deorum : qui instaurabit iterum aurea sæcula per Latium, per loca olim gubernata a Saturno : et propagabit imperium ultra Garamantas atque Indos : situ est illa terra ultra sidera, ultra iter Solis et*

\*\*\*\*\*

*itura Zulich.—789. huc flecte Ge. Fabricius malebat et Cerda, ut repetitione excitetur animus. Sed constantem librorum lectionem revocavit Heinsius ; nisi quod modo f. qu. Moret. Mox respice Hugen.—792. ibi Menag. pr. quem promitti sibi sec. Moret.—793. Divi g. ex librorum consensu, ex numis et marmoribus copiose firmarunt Ge. Fabric. Pier. et Heins. Quid solennius illo : Cæsar Augustus Divi f. Nonnulli vulgg. edd. et codd. Divum genus. condit duo ap. Burm.—794. quæ ap. Lactant. i. 13. r. per annos Rom. regnataque parvo Goth. tert., utrumque lapsu, qui lusum habet.—795. Garamantes male*

#### NOTÆ

785 *Berecynthia mater*] *Cybele*, mater Jovis et complurium Deorum : quæ pro terra sumitur, unde turritam gerit coronam. *Berecynthia* dicta est a Berecyntho castello Phrygiæ ad Sagarim fluvium, vel monte ejusdem Phrygiæ ad amnem Marsyam, ubi insigniter colebatur. De ea, ejusque cultu in *Phrygia*, *Æn.* iii. 111.

790 *Cæsar, et omnis Iuli, &c.*] De Julio Cæsare, quem hic indicat, *Ecl.* v. De *Iulo*, gentis *Julie* capite, *Æn.* i. 271.

793 *Augustus Cæsar, &c.*] Octavianus *Julii* sororis nepos, ut diximus, *Æn.* v. 569. Augusti nomine donatus, anno u. c. 727. *Divum genus*, alia exem-

plaria habent ; quia *Anchisa*, *Ænea*, et per hos *Dardano* et *Jove* genitus. *Divi genus*, appellatio ipsa *Octaviani* : qui in numis et marmoribus, ex quo tempore *Julium Cæsarem*, suum ex adoptione patrem, in Deos retulerat, se *Divi* filium nuncupabat, quod contigit anno u. c. 713. ut notavimus *Ecl.* v. 64. De *aureo sæculo*, *Saturno*, et *Latio*, *Ecl.* iv. 6. Notatque pacem ubique constitutam, anno u. c. 725. de qua *Æn.* i. 295.

795 *Garamantas et Indos*] Vel intellige veros *Indos*, *Asiæ* populos, de quibus *Ge.* i. 57. et *Garamantas*, interioris *Africæ* populos, de quibus *Æn.* iv. 198. Testatur enim *Sæte-*

Proferet imperium ; jacet extra sidera tellus,  
 Extra anni Solisque vias, ubi cœlifer Atlas  
 Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.  
 Hujus in adventum jam nunc et Caspia regna  
 Responsis horrent Divum, et Mæotia tellus,

800

*anni, ubi Atlas cœlifer versat humeris cœlum confixum stellis ardentibus. In ejus expectatione jam nunc et regna Caspia, et terra Mæotica, trepidant ob oracula Deo-*

scribitur. *Garamantidas Indos* pr. Hamburg., item male.—796. *Proferet* alter Hamb. a m. pr. *Perferet* duo Burm.—797. *extra annos Franc.*, non male. *Lacifer* Montalb. a m. pr. *Altans* Rom.—798. *humeris* pr. Hamb.—799. *in adventum* ex Rom. et aliis jam Pierius approbavit lectori, et secundum eum Heins. e Medic. et aliis ; vulgg. *in adventu*. *Cujus in adventu* ed. Ven.—800.

## NOTÆ

nias c. 21. Indorum reges, Augusti fama permotos, ejus amicitiam quæsisse. Quod ex Eusebii chronico accidisse colligitur anno u. c. 728. At vero, cum eos ipse bello adeo non domuerit, ut ne lacesiverit quidem ; malim *Indos* de Æthiopibus intimæ Africæ populis intelligere, de quibus Ecl. x. 68. Hos enim appellatos fuisse *Indos* a veteribus ostendimus, Ge. i. 171. et Ge. iv. 287. Africæ vero partes fere omnes tum cognitæ, ab Augusto domitæ sunt ; sive per se, cum Ægyptum devicta Cleopatra in provinciam redegit, anno u. c. 724. sive per Autronium, qui ejus auspiciis de Africa triumphavit, anno u. c. 725. et alios deinceps.

796 *Jacet extra sidera tellus, &c.*] Describit eandem Africam : quæ ita zonæ torridæ subjecta est ; ut ultra tropicum Cancri ad septentrionem, extra tropicum Capricorni ad meridiem excurrat : quæ ultima pars, etsi non circumlastrata fuerat a veteribus, tamen conjecturis nota esse poterat. Hoc zonæ torridæ spatium vocat poeta *Solis et anni vias* : quia Solis annus in cœlo cursus iisdem tropicis definitur ; neque Solis duntaxat ; sed et reliquorum sex planetarum,

qui vocantur hic *sidera*, nec multum ex iisdem spatiis excurrunt. De *zona, tropicis, &c.* Ge. i. 233. 238. 240. De *Africa*, Ecl. i. 65.

797 *Cœlifer Atlas, &c.*] *Atlas*, mons quidem est Africæ septentrionalis, de quo, Æn. iv. 247. Sed cum veteres interiorum ac meridiem Africam parum cognoscerent, isque mons Africæ sit maximus et longa serie productus ; montes harum regionum omnes Atlantis propaginem putabant ; ut omnes earundem populos Æthiopum nomine complectebantur, Æn. iv. 480. *Axem aptum stellis*, explicuimus ibidem, 482.

799 *Caspia regna*] Asiam intelligit, ubi *Caspium* est mare, nunc *Mer de Bacu, de Sala* : et circa illud ad septentrionem Sarmatæ et Scythæ, ad meridiem Parthorum imperium, ad occidentem Armeni. Cum Parthis quid egerit, vidimus Ge. iv. 561.

800 *Mæotia tellus*] Septentrionales significat Europæ populos, ubi *Mæotis palus*, nunc *Mar Bianco*, circa quam minores Tartari : quæ tamen loca ab Augusto tentata non liquet ; sed fœdere tantum adjuncta.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.  
 Nec vero Alcides tantum telluris obivit;  
 Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi  
 Pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu.  
 Nec, qui pampineis victor juga flectit habenis,  
 Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres.

805

rum; et septem ostia Nili stupefacta commoventur. Nec certe Hercules peragravit tot terras: licet occiderit cervam aureis pedibus, aut pacaverit sylvas Erymanthi, et arcu terraverit Lernam. Neque Bacchus, qui victor regit currum habenis pampino vestitis, impellens tigres ex alto cacumine Nysæ. Et adhuc dubitamus æternare

\*\*\*\*\*

*Maestia* bene Heins. post Pier. ex castigationibus. Vulgo *Maestia*.—801. *tumida* legerant nonnulli apud Cerdam: *perperam*.—802. *obibet* duo Heins. *obibis* Rom.—803. *Fixerit* Rom. et alii Pier. etiam Carisius. Item Geth. tert., male. *ænipedes* præferebat Heins. ad Ovid. Ep. 6, 32. 12, 93. *atque* E. emendabat Marklandus ad Statii Sylv. pag. 261, haud dubie et hoc bene, nec tamen necesse: nam mira est in his poetarum variatio, si quis longiore usu ad hæc attenderit; et rationem illa habet, possunt enim ejusmodi enumerationes pluribus modis constitui: sequendum autem poetæ est illud, quod a vulgari more recedit. Jam autem vulgare esset *atque*—et. At alterum, quod idem vir doctus proponit, ut, si *aut* retineatur, mox etiam *aut Lernam* scribendum sit, multo minus sequar.—804. *Pacarit*, quod res exigebat, e libris Pier. et suis reposuit Heins., quem vide. Vulgo *placarit*. ed. Ven. *placaret*:

## NOTE

801 *Septemgemini turbant*, &c.] Id est, *turbantur*. Sic etiam in prosa oratione Tacitus: 'Si una alterave civitas turbat.' De *Nilo*, Ægypti fluvio, ejusque septem ostiis, Ge. iv. 287.

802 *Alcides tantum*, &c.] *Hercules*, cur *Alcides* dictus, Æn. v. 414. suis in varias orbis partes expeditionibus famosus. Adfuit enim Jasoni in Colchica velleris aurei direptione, Busirin occidit in Egypto, Geryonem in Hispania, Erycem in Sicilia, Diomedem in Thracia: Hesperidum hortos in extrema Africa diripuit: tum itinerum suorum terminum fixit, columnas, montesve duos, Abylen in Africa, et Calpen in Hispania: qui montes cum antea continui essent, ab eo dicuntur separati: unde immisso mari fretum Gaditanum apertum est, *le Détroit de Gibraltar*. Quibus omissis illius factis, miror cur

Virgilius tria elegerit in una eademque Peloponneso edita: nempe cervam æreis pedibus et aureis cornibus, Dianæ sacram, habitantem in *Menale* Arcadiæ monte, cursu comprehensam; aprum, in *Erymantho* Arcadiæ item monte vivum captum; hydram in *Lerna* palude, Mycenæ inter et Argos, interfectam: neque enim inde multa terrarum spatia peragrasse Herculem colligi potest. De *Herculis laboribus*, Æn. viii. 288.

806 *Liber, agens*, &c.] De *Libero*, sive *Baccho*, ejusque in India victoriis, Ecl. v. 69. Ecl. vii. 58. Æn. iv. 801. Dicitur idem Hispaniam, deinde Ægyptum, et Libyam peragrasse. Et *Nysæ* quidem triplex numeratur. 1. Urbs in Ægypto Arabiæ vicina, ubi Diodorus incunabula Bacchi constituit. 2. Urbs ad montem *Merum*, in India, non longe a *Cophene* fluvio,

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?

Quis procul ille autem ramis insignis olivæ

Sacra ferens? nosco crines incanaque menta

810

*virtutem factis? aut timor impedit nos sedere in terra Italica? Quis vero procul ille spectabilis ramo olivæ, portans sacras res? agnosco capillos et barbam canam*

\*\*\*\*\*

Rom. *pacaret*. Mox *tremefecerat* aliquot Pier. cum Rom.—807. *dubitemus* Goth. tert. In altero hemistichio magna lectionis varietas. Receptam tuetur Medic. Sed queritur, quid sit, *virtutem extendere factis*. *vitam, ævum, extendere, et nomen, memoriam, famam, extendere, solennes loquendi modi sunt; sed non virtutem*. In Rom. legitur: *virtute extendere vires*; item in tribus Moret. pr. Rottend. Montalb. altero Mentel. a m. pr. Erf. et in edit. Junt. Etiam Pierius plerosque alios codd. id a m. pr. exhibuisse observavit, sed crasa scriptura fere superscriptum *virtutem et factis*. Ex Heinsianis pr. Mentel. *virtute e. factis*. Gudianus: *virtutem e. vires, vel factis*. tert. Rottend. *virtutem e. factis vel viribus*: alter Hamb. *factis e. vires*. Heinsio inter hæc omnia se ea lectio probabat: *virtute extendere vires*. Nec tamen insolentem, et meo sensu exilem, loquendi modum (esset: omnes vires exerere fortiter agendo) illustrare satis potuit. Meo qualicumque iudicio *vires* ex glossemate vocis *virtutem* subnatæ sunt, easque equidem omnino respuam. Alio loco inf. x, 461 occurrit: *sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus*, unde facilis suspicio, ut et h. l. *virtute extendere famam* fuisse conjicias; et sic jam conjecerat Burmannus, vel ritam; ut *vitam extendere* alii dixer. Silius ix, 375 *brevis hoc avi quodcumque relictum est Extendamus, ait*: probat prius *famam* etiam Jo. Schrader. Bona hæc sententia et solenni mori loquendi accommodata. Enimvero eadem ex vulgari lectione non minus exit: *virtutem*, adeoque gloriam, virtute partam, *extendere factis*. Superest alia lectio, *virtutem extendere fatis*, ex Goth. sec. Sprot. Dorvill. Ven. et Reg. a m. sec., ut sit *virtutem extendere*, ad ea, quæ restant, discrimina et labores, *fatis*, ad fata explenda, ut sit tertius casus, in cuius gratiam. Habet et hæc, quo se tneri possit. Est tamen forte nimis arguta; et auctoritas major codicum adest vulgatæ.—808. *terras* Goth. sec.—811. *Romani Regis* alii ap. Pier. *primam*

# NOTE

qui in occidentalem Indi partem infuit; quam a Baccho Indiam peragrante conditam, deditione cepit et liberam reliquit Alexander. 3. Alterum e Parnassi culminibus, juxta aliquos: qui ipsum Baccho sacrum dicunt; eique oppositum cacumen, Cirrham nomine, Apollini dicatum. Vicus quidem *Nysa* statuitur a Stephano in Helicone, qui Bæotix mons est Parnasso æmulus. Bacchi autem tres ab aliquibus distinguuntur; ut Hercules quadraginta; quorum omnium facta tribuuntur Baccho filio Jovis ex Semele; ut Herculi Jovis ex

Alcmena. De *Augusti victoriis* in utroque littore, Asiatico et Africano, Ge. III. 33. De *Ausonia*, Italia, Æn. VII. 54.

810 *Incanaque menta Regis, &c.*] *Numa Pompili*, secundi Romanorum regis: qui deficiente Romuli stirpe propter prudentiam ascitus est e Curibus, urbe Sabinorum primaria, ubi nunc Monasterium *Vescovio di Sabina*. Is legibus et religionum sanctitate feroces Romanos temperavit; Ægeix, ut fingeat, Nymphæ usus consilio: in pace perpetua urbem continuit; unde coronatur *olivæ*, quæ

Regis Romani; primus qui legibus urbem  
Fundabit, Curibus parvis et paupere terra  
Missus in imperium magnum. Cui deinde subibit,  
Otia qui rumpet patriæ, residuesque movebit  
Tullus in arma viros, et jam desueta triumphis 815  
Agmina. Quem juxta sequitur jactantior Ancus,  
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.  
Vis et Tarquinius reges, animamque superbam

*regis Romani: qui primus firmabit urbem legibus, missus in amplum regnum e parvis Curibus et terra paupere. Cui postea succedet Tullus, qui turbabit pacem patriæ, et excitabit ad bella cives quietos et exercitum desuetum vincendi. Quem prope sequitur Ancus jactantior, et jam nunc nimis querens favorem populi. Visne etiam videre reges Tarquinius, et animam gloriosam Bruti vindicis, et fasces recuperatos?*

~~~~~

qui Rom. Medic. et potiores reliqui Pier. et Heins., itaque Heinsius receperat; sententia tamen vix idonea. Pierius videtur accipere, ut sit *primus*, nuper conditam, recentem; sed hoc latinum non est; Heinsius vero sic, ut sit positum elegantius pro, primum; ita vero *primis* dicendum erat, et cum *legibus* jungendum. *Primum*, id est, in principio, Medic. Pierli; at Serv. ed. Mediol. et aliæ vett. inde ab Aldd. *primus*, quod recte revocavit Burmannus. Sic quoque Goth. pr.—812. *Coribus* Gud. *pravis* Sprot. *p. regno* apud Priscian. lib. vii.—818. *quod* libri Pier. qui Medic.—814. *rumpit* Menag. pr.—815. *desueta* duo apud Burm. cum ed. Ven. *devicta* Hugen. At Romanus: et *magnum deinde triumphum*, aut, ut a Bottario exhibitum: *virum magnis deinde triumphis*.—817. *Hunc q. Franc. gaudet* Hamb. pr. *avis* Medic. a m; pr. *armis* sec. Moret. Servium Tullium desiderat Burm., nec bene omitti potuisse censet; itaque Franciani, levissimi codicis, lectionem probat: *Hunc quoque* sc. sequitur *jam nimium gaudens popularibus auris*; ut designetur Serv. Tullius, quem populo studuisse traditum utique est a parte scriptorum: v. Dionys. iv, 8. At enim durum hoc est, ut nomen ita subintelligendum sit; tum vox *jactantior* superiore versu satis arguit versum hunc nec minus ad Ancum spectare: Servium omittere licebat poetæ; possit quoque causa, si necesse sit, satis speciosa afferri, quod is alienigena et in servitute natus erat, nec adeo ad Anchisæ posteritatem referendus. Pompon. Sab. inter Tarquinius bene numerari potuisse Servium putabat.—818. *Vin' Dorvill. Tarquinos* male legi

NOTE

pacis insigne est: annos vixit octoginta, quorum tres et quadraginta regnavit, quare hic describitur mento *incano*, id est *valde cano*, Æn. v. 784.

815 *Tullus, &c.*] *Tullus Hostilius*, rex Romanorum tertius, neque e Romuli, neque e Numæ genere. Albano bello pacem abruptit, quod excepit gravis pestilentia: ob quam avertendam sacra dum Jovi faceret, ictus fulmine cum tota domo conflagravit.

816 *Jactantior Ancus, &c.*] *Ancus*

Martius, rex quartus, Numæ nepos ex filia: multa fecit in populi commoda, 'cullibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par,' inquit Livius. *Aura popularis*, est populi favor; et sic describitur a Cicerone Quintius, pro Cluentio, 77. 'homo popularis, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere consuesset.'

818 *Tarquinius*] Corintho oriundos. Duo hujus nominis Romæ regnave-

Ultoris Bruti, fascesque videre receptos ?
 Consulis imperium hic primus sævasque secures 820
 Accipiet; natosque pater, nova bella moventes,
 Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,
 Infelix ! Utcumque ferent ea facta minores ;
 Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.
 Quin Decios, Drusosque procul, sævumque securi 825
 Aspice Torquatum, et referentem signa Camillum.

Hic primus accipiet imperium Consulis et secures severas : et pro honesta libertate pater adigit ad supplicium filios parantes novum bellum, miser : quomodo cumque positi accepturi sint hoc factum, amor patriæ superabit et immensum desiderium gloriæ. Præterea vide longe Decios, et Drusos, et Torquatum sævientem securi, et Camillum

observat Pier. et Dorvillius ap. Burm. animam superbam Servius ad Tarquinium refert; hoc quoque male.—820. primum tres apud Burm.—821. gnatosque plerique Pier. patri Vratisl. b. gerentes Zulich. a m. pr.—823. ferant Goth. sec. ea fata erat vulgata lectio, quam Pierius præ oculis habebat: sed in facta omnes ejus et Heinssii libri consentiunt, binis exceptis, cum Dorvill. et ed. Ven. nepotes Goth. sec., et sic Macrob. IV, 6, ubi et facta leguntur. Porro versu hoc ad superiora retracto aliquis sententiam absolutam habere possit: *Infelix, utcumque ferent ea f. minores*; sc. quantumvis posterius id factum laudibus summis prædicent (ut ferre simpliciter sit, laudibus efferre). Verum vincet amor p. Et in hunc sensum interpretari videtur locum Augustinus de C. D. III a Pierio in medium productus. Sed præstat vulgaris ratio: ut disjungantur a superioribus postrema: *Utcumque—minores: Vincet a.*—824. Vincit Witt. laudumque immensa cupido; malis hoc abesse, quippe quod pulcherrimam laudem corrumpit: saltem ad nostrum sensum. An vero ad Romanorum quoque judicium? Etiam Jo. Schraderus expunctum hemistichium esse malebat.—825. Quin Decios Brutosque Rom.—826. et deest Hamb. pr. et

NOTÆ

runt: Priscus, et Superbus Prisci nepos. Horum medius Servius Tullus omititur a Virgilio propter obscuritatem stirpis. Priscus, Ancel filiorum opera occisus est: Superbus, ob violatam a Sexto filio suo Lucretiæ pudicitiam, cum tota familia regno pulsus est: asectoribus conspirationis Bruto et Collatino, qui perpetuum regum imperium in annum consulare permutarant et fasces, ac purpuram et alia summæ potestatis insignia sibi ceterisque deinde consulibus attribuerunt. De fascibus virgarum, quarum in medio securis eminebat, Ge. II. 495.

Tiberius, Bruti filii, cum de revocandis in urbem Tarquiniiis clam egissent, palam virgis cæsi, ac deinde securi percussi sunt; patre jubente ac spectante. Quo facto utrum laudem Brutus meruerit a posteris, varie disceptatum est: unde addit, *utcumque ferent, &c.*

825 Decios, Drusos, &c.] Familias Romæ nobiles commemorat. Decios, quorum tres pro republica vitam devovere, variis temporibus, ut diximus, Ge. II. 169. Drusos: cognomen fuit illatum in familiam Lician, ob Drusum, Gallorum ducem, ab uno aliquo ejus familiæ trucidatum. In hac multi consules ac tribuni plebis: ex ea

821 Natosque pater, &c.] Titus et

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 L

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
 Concordes animæ nunc, et dum nocte prementur,
 Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
 Attigerint, quantas acies stragemque ciebunt!
 Aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci
 Descendens; gener adversis instructus Eois.
 Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella;
 Neu patriæ validas in viscera vertite vires.

830

reportantem vexilla. Illæ autem animæ, quas vides splendere in armis æqualibus, concordēs nunc, et dum teguntur his tenebris; heu! si pervenerint ad lucem vitæ, quantum bellum, quantas pugnas et clades inter se exclabunt! socer descendens e montibus Alpinis et rupe Monoeci; gener adjunctus orientalibus populis oppositis. O pueri, ne assuescite animum tantis bellis: neve convertite in viscera patriæ firmum ejus robur.

Goth. sec.—827. *Illi* quos sec. Moret. *fulgere* v. Seneca N. Q. II, 56. in *auris* pr. Hamb.—828. *et nunc dum* ed. Ven. *prementur* e Pier. et binis suis Heinias recepit. Accedit Zulich. Vulgo *prementur*, quod bene poterat locum tueri.—829. *limina* sec. Rottend. Witt. Erf., perpetua varietate. vid. h. l. Heins. et Burm. ac Cerda. Sed h. l. *lumina* unice vera; nam et plus dignitatis epicæ inest, et præcesserat: *nocte* de statu animæ ante vitæ ingressum. Nec vero Pompeius et Cæsar bellum civile moverunt statim *sub vitæ ingressum*, quod inferrent ista: *si limina vitæ attigerint*.—830. *Attigerunt* Goth. tert. *quantis* tert. Rottend. *stragesque* quinque Burm.—831. *Monaci*, *Menati*, *Moneti*, *Moneci*, *Minaci*, *Monete*, aberrant. codd. At est *Μονακίον*—832. *Discedens* Puget. *avensis* Medic. a m. pr. et Leid., in quo mireris Heinisium otium perdere.—833. *adnectite* Puget.—834. *Heu* Goth. pr., et *invalidas* idem. *ver-*

NOTÆ

orta Livia Drasilla, tum Augusti conjux. *Torquatium*. T. Manlium intelligit: qui anno 393. ob detractum Gallorum duci a se occiso *torquem*, inde *Torquati* cognomen in familiam intulit: ter consul fuit, ter dictator: tertio consulatu triumphavit de Latinis, anno 414. quo bello filium securi cædi jussit, quod contra edictum duce[m] Tusculanorum pugna interfecisset. *Camillum*. M. Furium Camillum: qui quinquies dictator fuit; quater triumphavit, de Veientibus, de Volscis, de Gallis Roma liberata, iterum de Gallis octogenarius, anno u. c. 387.

831 *Aggeribus socer Alpinis*, &c.] Cæsar, cujus filiam Juliam Pompeius in matrimonio habuerat. In auxiliis Cæsaris erant Galli et Germani ab

occidente: in Pompeii auxiliis, Asiatici ab oriente. Unde Cæsarem ait venturum ex Alpibus, qui montes Italianam a Gallia dividunt, Ecl. x. 47. Pompeium ex orientalibus Auroræ partibus: hæc enim est *Aurora*. *Arx Monoeci*, *Monaco*, seu *Mourgues*: principatus, arx, et portus, in ora maritima Liguriæ *de la côte ou rivièrè de Gènes*, et ipso Alpium maritimarum initio: dictus *Herculis Monoeci* portus; quod Hercules, pulsus hostibus, illic aut solus regnaverit, aut solus privato in templo cultus fuerit, a *μύθος* solus, et *οἰκὸν* habitans.

833 *Animis assuescite bella*] Duplex commutatio. I. *Assuescite bella animis*; pro *assuescite animos bellis*. II. Nominum activo: *assuescite* pro *assuesfacite*. Et sic fere Velleius Paterculus l. II.

Tuque prior, tū pārce, genus qui ducis Olympo ;

835

Projice tela manu, sanguis meus.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho

Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.

Eruct ille Argos, Agamemnoniasque Mycenæ,

Et tu prior, tu abetne, qui trahis originem e cælo : projice arma e manibus, o qui sanguis meus es. Ille subacta Corintho victor impellet currum ad altum Capitoliū, clarus ob interfectos Achivos. Ille destruet Argos, et Mycenæ Agamemnonis, et ip-

tere Montalb.—836. *sanguis pius* ex Rufiniano de Schem. Dian. p. 36 (ed. Ruhnk. p. 267) jam Ge. Fabricius laudavit; nec dubito vi ac potestate sententiæ esse præferendum; etsi Rufinianus in interpretatione argutias captat, quasi poëta tecte Cæsarem vituperare voluerit, cum dicere manifeste parum tutum esset: *Nam simul causam belli civilis ostendit in Cæsare fuisse, dum dicit, priorem illum debere parcere; simul dolorem confessa (an re confessa? nam sensus: ut ipsi Cæsari talis confessio exprimitur) et in judicio suo quærit, tanquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisæ pius sanguis et ab Olympo genus ducat.* Fatendum tamen, alterum *sanguis meus* affectus plus habere et ad naturæ veritatem melius esse comparatum.—838. *currus* multi ap. Heins. et Burm., minus bene. *currum* Medic. quoque agnoscit, necnon Rom. cum

NOTÆ

79. 'Militi ac remigi navalibus assuescendo certaminibus præfectus est Marcus Agrippa.'

836 *Sanguis meus*] Julius Cæsar, qui ab Inlo Ascanio et Venere ducebat originem, supra 763. Idque per appositionem dictum est, pro, *qui es sanguis meus*: alioqui dicendum erat, *mi sanguis*.

837 *Capitolia ad alta Corintho, &c.*] *Corinthus* urbs Græciæ nobilis; in Isthmo, dicto inde Corinthiaco, quo Peloponnesus a reliqua Græcia dividitur: inter duo maria, Ægæum ab oriente, et Ionium ab occidente. *Achivi*, populi sunt septentrionales Peloponnesi, ad occidentem Corinthi: quorum nomine, Hellas, sive maxima pars Græciæ ultra Isthmum, etiam Achaia dicta est. Hi cum sibi conciliassent plurimas, tam Peloponnesi, quam reliquæ extra Peloponnesum Græciæ civitates; diuque fuissent in societate Romanorum: tandem Romanorum legatis ad illud, quod vocabant, Achæorum concilium dissolvendum missis Corinthum; ibique viola-

tis; bello a Romanis appetiti sunt; quo ipsi victi, Corinthus capta et incensa, eorumque socii, Arcades, Thebani, Megarenses, totaque adeo Peloponnesus et Græcia Romano imperio subdita: eique præpositus magistratus, Achaïæ præfectus deinde appellatus est; quia Romani in Achæis, tum Græciæ principibus, Græciam universam subegerant, inquit Pausanias in Atticis, Hæc gesta sunt primum a Q. Cæcilio Metello prætore; perfecta a L. Mummiō consule, qui de iis triumphavit anno u. c. 609. *Capitolium*, templum Jovis fuit Romæ, strui cœptum a Tarquinio Prisco, in colle qui prius Tarpeius dictus fuit, deinde Capitolinus: nomen inditum ab invento ibidem humano capite, dum fundamēta ponerentur. Huc solebant currū deduci triumphantes, ut lauream suam in Jovis gremio deponerent.

839 *Eruct ille Argos, &c.*] *Eruct*, hic non significat *erret*, sed simpliciter *vincet*. Tum *Argos* et *Mycenæ*, pro regno ipso Argolico totaque illa re-

Ipsūque Æaciden, genus armipotentis Achilli ; 840
 Ultus avos Trojæ, templā et temerata Minervæ.
 Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat ?

sum nepotem Æaci, sobolem bellicosi Achillis: ultus avos suos Trojænos, et templum Minervæ violatum. Quis omitat te indictum, o magne Cato; aut te, o Cosse?

Arusiano Messo.—842. aut deest Medic. a m. pr. Cosse Rom. Quosque Zu-
 lich. Colce Goth. tert. Quam lectionem hujus versus Ge. Fabricius in Do-

NOTE

gione usurpantur, ut sæpe fit a Virgilio. Constat enim ex Strabone lib. VIII. *Mycenas* ab ipsis Argivis invidia imperii excisas fuisse et omnino delatas; non ergo a Romanis. Vide *Æn.* VII. 372. Dubitatur autem, cui Romanorum ducem tribuenda sit hæc victoria. I. Tribuitur T. Quintio Flaminio, quem aliqui Flaminium nuncupant: qui Philippum Macedoniæ regem, cui parebat Theasalia Græciæque ac Peloponnesi pars maxima, debellavit; Argos recepit; Græcos omnes libertate donavit; ideoque tribus continuis diebus triumphavit anno 560. II. Tribuitur L. Emilio Paulo: qui Perseum vel Persen, Philippi filium, iisdem fere auxiliis confidentem, vicit et in triumpho duxit, an. 587. III. Tribuitur Q. Cæcilio Metello, qui Andriacum sive Pseudophilippum, patre Perseo falso gloriantem, iisdem opibus fretum, ultimumque Macedoniæ regem, vicit: et bellum Achaicum inchoavit, de quo mox dicebamus, triumphavitque, anno u. c. 608. *Philippus* autem, ejusque filius *Perseus*, et *Andriacus*, ex *Æacidarum* et *Achillis* familia genus ducere se gloriabantur, ut testatur Silius Italicus de Philippo: 'Hic gente egregius, veterisque ab origine regni, Æacidum sceptris proavoque tumebat Achille.' Idem ait Propertius l. IV. 12. 39. De genitivo *Achilli*, pro *Achillis*, *Æn.* I. 224.

841 *Ultus avos Trojæ*, &c.] Quam a Græcia, Achaïis præsertim et Peloponnesiis, excisa fuerat. *Templa temerata Minervæ* fuerant; tum a Diomede et Ulysse, cum e Trojano ejus templo Palladium surripuerant, *Æn.* II. 166. tum ab Ajace Oilei filio, qui Cassandram eodem in templo violaverat, *Æn.* I. 44. *Æn.* II. 404.

842 *Magne Cato*] Duo præcipui fuerunt hujus nominis: *major* alter et *censorius*, qui ad summam senectutem pervenit: *minor* alter, et *prætorius*, e majoris posteris; qui bello Cæsariano sibi mortem Uticæ conscivit, ne in Cæsaris potestatem veniret: ambo sic insignes gravitate, ut quisquis gravitatem affectat, tertius dicatur Cato. Juvenal. Sat. II. 40. 'Tertius e cælo cecidit Cato.' *Major*, de quo hic agitur, Tusculo oriundus, e Portia gente obscura, ob prudentiam dictus est *Cato*, Latinis enim, *catus*, est prudens. Prætor Sardiniam subegit. Consul anno u. c. 559. anno insequente de Hispania proconsul triumphavit. Censor anno u. c. 579. L. Quintium Flaminium consularem e senatu ejecit. Tertio bello Punico Carthaginem esse delendam censuit: septuagenarius literas Græcas didicit: octogenarius Galbam accusavit: ipse quater et quadragies accusatus, semper absolutus.

Cosse] A. Cornelius Cosus, occiso Larte Volumnio Veientium rege, optima ejus spolia Jovi Feretrio se-

**Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ, parvoque potentem**

Quis familiam Gracchorum? aut duo fulmina belli, duos Scipiones destructores Libyæ? aut paupertate gloriosum Fabricium? aut te seminantem in sulco, o Ser-

~~~~~

nato invenerit, non assequi licet.—843. bello Gud. a m. pr.—844. parvoque

#### NOTÆ

cunda consecravit, cum Romulus prima dedicasset: id referunt multi in annum u. c. 325. Dubitatur vero, an consul, an magister equitum, an militum tribunus, id Cossus fecerit. Dictator deinde factus anno u. c. 369. triumphavit de Volscis: et M. Manlium Capitolinum, regni affectati suspectum, in carcerem conjecit.

843 *Gracchi genus*] Hujus familiæ clarissimus fuit *Tiberius Sempronius Gracchus*: qui prætor de Hispania citeriore, seu Celtiberis, triumphavit, destructis oppidis eorum trecentis, anno u. c. 576. Consul anno insequente, sortitus Sardiniam, iterum de ea proconsul triumphavit, anno 579. Censor anno 586. Consul iterum anno 591. graves gessit cum Scipione Africano majore inimicitias: quibus tamen depositis, filiam ejus Corneliæ accepit conjugem. Ex ea duodecim liberos sustulit: e quibus filii duo superstites, *Tiberius* et *Caius Gracchus*: qui ambo tribuni plebis diversis temporibus facti, cum per leges agrarias affectare regnum viderentur, concitato optimatum tumultu, similiter perierunt: *Tiberius* quidem, anno 621. *Caius*, anno 633.

*Duo fulmina belli, Scipiadas, &c.*] *P. Cornelius Scipio Africanus major* et *P. Cornelius Scipio Æmilianus Africanus minor*, majoris nepos, ex familia *Pauli Æmilii Macedonici* per adoptionem assumpti. *Major*, anno u. c. 543. ætatis suæ 24. extra ordinem missus in Hispaniam, inde Pœnos expulit. Consul factus anno 549. in

Africam anno sequente proconsul trajecit: ibique cæsis Pœnis, coëgit Annibalem ad patriæ tutelam ex Italia regredi: subactæ Carthaginensium tributum et obsides imperavit, ideoque nomen Africani et triumphum tulit, bello Punico secundo confecto, anno 553. Censor deinde fuit anno 556. Iterum consul anno 560. Ter electus princeps senatus: adversus Antiochum Syriæ regem profectus est, legatus Lucii fratris, qui ex ea victoria dictus est Asiaticus. Inde reversus, et accusatus a *Petiliis* tribunis plebis, recepta ab Antiocho ob dandam pacem pecunia, indignum ratus adesse se ad causam dicendam, abiit Litterum in Campaniam, ibidemque mortuus est, anno circiter 567. *Minor*, consul renuntiatus ante ætatem favore populi, anno u. c. 607. bellum Punicum tertium confecit deleta Carthagine, indeque triumphavit anno 608. Censor anno 612. Iterum consul, anno 620. Numantia citerioris Hispaniæ urbe deleta triumphavit, anno 622. Mortuus in lecto repertus est, anno 626. ita ut quædam elisarum faucium in capite notæ apparerent: suspecta fuit dati veneni uxor ejus *Sempronia*, soror Gracchorum, cum quibus fuerant Africano similitudines. De ejus morte nulla est habita quæstio. *Belli fulmina* vocantur duce *Lucretio*, qui de eorum altero ait l. iii. 1048. '*Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror*.' et *Cicerone*, qui de aliis ejusdem gentis, in orat. pro *Cornelio*

Fabricium, vel te sulco, Serrane, serentem ? 845  
 Quo fessum rapitis, Fabii ? tu Maximus ille es,  
 Unus qui nobis cunctando restituis rem.  
 Excudent alii spirantia mollius æra,  
 Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus ;  
 Orabunt causas melius, coelique meatus 850  
 Describent radio, et surgentia sidera dicent :

*rane ? Quo me abripitis fatigatum, o Fabii ? tu es ille Fabius Maximus, qui solus nobis reparas rempublicam cunctando. Alii, opinor equidem, conflabunt solertius æra quasi animata ; excident e marmore vivos vultus ; melius agitant causas, et*

*nepotem Goth. tert., ridiculo stupore.—845. et te Zulich. nec te Schol. Persulcos emendabat Turnebus, sed sulco plus poetice rationis habet pro, sulcis. Serane Mentel. Franc. Witt. Sed numi et marmora Sarannus vel Serranus. vid. Heins. et Perizon. Animadv. p. 24.—846. Quo gressum r. Rom. capitis Vratisl. es abest a Franc.—847. duplex Codd. familia : restituis Medic. cum al. restitues Rom. cum ceteris ; non video cur hoc præferam. Poëtam decet, futura ut præsentia ante oculos ponere. restituet Leid. et ed. Ven.—848. molibus Witt.—849. cedo emendavit Markland. ad Stat. p. 5 sine idonea causa. cf. Burm. et vivos aliquot apud Burm., haud dubie mollius. viros alicent Menag. pr., librarii stupore.—850. Orabant Gud. Solisque l. Phœbique meatus em. Jo. Schrader., sed cali m. sunt siderum meatus.—851. Descri-*

## NOTÆ

Balbo. 34. ' Cum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. et P. Scipiones extincti occidissent.' De *Libya*, Africa, *Æn.* l. 162.

845 *Fabricium*] C. Fabricius bis consul fuit, bis triumphavit : et primo quidem consulatu de Etruscis, anno 472. secundo de Samnitibus et Lucanis, anno 476. Parvo potens, quia paupertatis studio nobilis, auro neque a Samnitibus neque a Pyrrho rege corrumpi potuit : responditque, Romam aurum non habere, sed habentibus aurum imperare.

*Serrane, &c.*] L. Quintius Cincinnatus bis dictator : prima dictatura de Æquis triumphavit, anno 296. secunda Sp. Mælium affectati regni suspicione laborantem per Servilium Ahalam obruncavit, anno 315. tum octogenarius ex agro quatuor jugerum, quem arabat ipse et serebat, ad magistratum eductus, unde *Serrani* cognomen habuit a *serendo*.

846 *Fabii ? tu Maximus, &c.*] *Fabio-*

*rum* nobilissima gens, et patricia, et ab Hercule deducens genus, una bellum adversus Veientes in se suscepit : quo bello sex et trecenti a Veientibus ad fluvium Cremeram per insidias oppressi sunt : uno ex universa familia superstiti, qui propter teneriorem ætatem domi relictus fuerat : per hunc propagatum est genus ; et ex ejus posteris fuit Q. Fabius Maximus, qui quinquies consul, semel censor, bis dictator, bis princeps senatus ; bis triumphavit : primo quidem consulatu, de Liguribus, anno 521. quinto autem de Pœnis, Tarento recepta, anno 545. Annibalis ferociam et fortunam constantia sua contudit ; remque Romanam, acceptis ad Trebiam et Thrasimenum cladibus fractam, cunctatione restituit : unde *cunctator* est appellatus. Hunc verum Virgilius ex annalibus Ennii totum transtulit : *Unus qui nobis, &c.*

848 *Excudent alii, &c.*] Artem regnandi propriam Romanorum compa-

Tu regere imperio populos, Romane, memento ;  
 Hæ tibi erunt artes ; pacisque imponere morem,  
 Parcere subjectis, et debellare superbos.

Sic pater Anchises, atque hæc mirantibus addit : 855  
 Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis  
 Ingreditur, victorque viros supereminet omnes !  
 Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,  
 Sistet, eques sternet Pœnos, Gallumque rebellem,

*distinguent virga circuitus cæli, et explicabunt ortum astrorum : tu, Romane, memineris gubernare gentes cum auctoritate : hæ erunt artes tuæ ; et statuere conditiones pacis, et ignoscere submissis, et domare superbos. Sic ait Anchises ; et hæc adjicit mirantibus : vide, quomodo Marcellus incedit, notabilis ob spolia opima, et victor assurgit super omnes viros. Hic magno tumultu furente firmabit rem Romanam equitatu : vincet Carthaginienses, et Gallum rebellantem : et dicabit patri*

bunt sec. Moret. radios Goth. tert. lumina Menag. pr. ducent Parrhas. cum Goth. tert., perpetuo lapsu.—853. Hæc tres Burm. *pacique* multi scripti et editi inde ab Aldd. cum Rom. et Medic. Sed bene Burm. prætulit *pacique* ex codicum parte Pier. Heins. et suorum non contemnenda ; nam est, *morem pacis imponere*, h. e. leges pacis ponere, ferre, ut lib. 1, 268 ; verba tamen vir doctissimus minus bene interpretatur. *pacique i. amorem* Zulich. *pacique i. curam* pr. Hamb. *mores* Dorvill.—855. *hoc* Ven. *his* alter Hamb.—857. *viris* alter Hamb.—859. Alii distinguunt post *Sistet eques* ; nil refert. *equis* Rom., quod male probat Pierius ; est enim vulgare pro altero poetico.

## NOTE

rat cum gentium aliarum artibus : cum statuaria Corinthiorum, oratoria Atheniensium, astrologica Chaldæorum et Ægyptiorum. De radio seu virga mathematica, ad varias cæli terrarumque partes assignandas, diximus Ecl. III. 41.

856 *Spoliis Marcellus opimis*] *M. Claudius Marcellus*, plebeius, sed insignis, familiæ, quinquies consul, semel triumphavit : primo nempe consulatione : de Gallis Insubribus Germanisque eorum sociis, occiso Germanorum rege Virдумaro, captaque Gallorum urbe primaria Mediolano, anno u. c. 512. Tertio consulatione missus in Siciliam, Syracusas, Annibali Pœnisque faventes, et Archimedis industria defensas, triennii obsidione cepit : ideoque ovans urbem ingressus est, anno 643. Primus Annibalem in fugam

vertit, commisso ad Nola certamine : inde sæpius cum eo prospere congressus, tandem quinto consulatione circumventus ejus insidiis, interfectus est, anno 546. *Opima spolia* dicebantur, quæ dux duci a se in pugna occiso detraxerat : qualia Marcellus Virдумaro.

858 *Tumultu*] Proprie bellum Gallicum ita nuncupat. Sic enim Cicero Philippica VIII. 3. ' Majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus ; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus : præterea nulum tumultum nominabant.' Proprie etiam legi posset *sistet eques*, quia Marcellus peditatu relicto, equitatu ad majorem celeritatem oppressit Gallos et Virдумarum. De *Pœnis*, Carthaginiensibus, Æn. 1. 343.

Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino. 860  
 Atque hic Æneas; una namque ire videbat  
 Egregium forma juvenem et fulgentibus armis,  
 Sed frons læta parum, et dejecto lumina vultu:  
 Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?  
 Filius, ane aliquis magna de stirpe nepotum? 865  
 Qui strepitus circa comitum! quantum instar in ipso est!

*Quirino tertia spolia direpta. Hic vero Æneas ait (nam videbat simul incedere juvenem insignem pulchritudine et armis splendidibus; sed frons parum erat hilaris et oculi demissi e vultu), O pater, quis ille, qui sic comitatur virum incedentem? An filius est ejus? an vero aliquis e magna serie posterorum? Quis strepitus sociorum*

\*\*\*\*\*

—860. *Tristia Rom. patris fragm. Vatic. a m. pr. suspendet Franc. rapta* malebat Markland. ad Stat. p. 277, ut jam Passeratius apud Guellium; sic Ge. III, 32. Sed nec minus alterum bene dictum.—862. *Egregiam formam fragm. Vatic., felici lapsu. et deest binis Burm.*—863. *frons fragm. Vatic. a pr. m. d. lumine vultus sec. Moret. lumine vultu tert. Rottend.*—865. *an* ed. Junt.—866. *Qui* Heins. recepit tanquam elegantius ex Gud. a m. pr., nonnullisque aliis. In fragm. Vatic. *Quistrepidus. est* abest a Medic. Rom. et

#### NOTE

860 *Tertiaque arma, &c.] Prima* enim optima spolia retulit Jovi Feretrio Romulus, de Acrone Ceninensium rege, supra 218. *Secunda* Cossus, de Larte Tolumnio Veientium rege, supra 841. *Tertia* hic Marcellus de Viridumaro: post quem nemo alius, ut perhibet Plutarchus in ejus vita. At quaeritur, cur Virgilius dixerit, 'patri suspendet capta Quirino.' I. Sic Nascimbennus explicat: *Suspendet patri Jovi, spolia capta Quirino*, id est, capta Marte, sive bello. II. Sic Cerdanus: *Appendet addetque spolia tertia, spoliis olim a patre Quirino*, sive Romulo, *suspensis*. III. Sic Servius: *Suspendet patri Romulo: affertque legem Numæ; qua jubebantur prima optima spolia Jovi offerri, secunda Marti, tertia Romulo. Sed patet hoc editum fuisse de spoliis tribus ab eodem duce referendis: et constat ex omnibus scriptoribus, Jovi Marcellum sua sacravisse.* IV. Sic ego: *Suspendet Jovi Quirino: id est Jovi Feretrio.*

Quemadmodum enim dicitur *Janus Quirinus*, apud Suet. in Augusto, 22. et Horat. Od. I. IV. 15. 9. quod belli præses esset, et ejus templum fuisset a Romulo Quirino conditum, ut innuit Macrobius. Saturn. I. 9. sic Jupiter Feretrius hoc utroque modo dici *Quirinus* potuit: *Quirini* porro nomen ab *hasta*, quæ Sabinis *curis* aut *quiris* dicitur, inditum primo est et Marti et Romulo, ob belli curam et studium.

866 *Quantum instar in ipso est]* Quam similitudo! quæ æquiparatio virtutis ejus, cum prisci illius Marcelli virtute! *Instar*, nomen est, ut aiunt, indeclinabile. Cicero in Pison. 52. 'Unns ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit.' Suetonius in Cæsare 61. 'Cujus equi instar pro æde Veneris dedicavit.' Columella I. III. 'Pampinius instar quatuor digitorum erit.' Solinus, Gellius, inferiorumque temporum scriptores adjecta præpositione dixerunt, *ad instar*.

Sed Nox atra caput tristi circumvolat umbra.  
 Tum pater Anchises, lacrymis ingressus obortis :  
 O nate, ingentem luctum ne quære tuorum ;  
 Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra 876  
 Esse sinent. Nimum vobis Romana propago  
 Visa potens, Superi, propria hæc si dona fuissent.  
 Quantos ille virum magnam Mavortis ad urbem  
 Campus aget gemitus! vel quæ, Tiberine, videbis  
 Funera, cum tumulum præterlabere recentem ! 875  
 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos

*est circa illum? quanta similitudo Marcelli est in illo? sed nigra nox cingit caput illius mæstis tenebris. Tunc pater Anchises erumpentibus lacrymis caput loqui: O fili, ne petas a me magnum dolorem tuorum. Fata monstrabunt duntaxat illum terris, nec permittent diutius vivere. O Dii, Romana gens visa est vobis nimis potens futura, si hoc munus fuisset ipsi perpetuum. Ille campus, qui est prope magnam urbem Martis, quantos emittet gemitus hominum! vel, o Tiberine, quale aspicias funus, quando præterflues sepulcrum ejus novum! neque ullus puer e Trojana stirpe eriget avos Latinos in tantam spem: neque terra Romulea olim adeo se*

plerisque vetust.; itaque Heins. expunxerat.—867. *Sen Goth. tert. volat tristi circum caput umbra* Bigot.—868. *abortis* et hic esse lectum e Pierio apparet.—869. *O gnate Medic. et al. suorum Oudart. pro Var. Lect.*—870. *Ostendent et simunt Schol. Statii, Theb. i, 586, prius etiam Gud. a m. pr. et Leid., et arridebat Heinsio. hunc natum Goth. sec., sed perperam: nam ad virilem ætatem pervenerat, ut vel ex disputationibus virorum doctorum ad Propertium notum. neque revocavit Burmann., Heinsius secundum potiores: nec.*—871. *nobis unus c. Exc. Burm.*—872. *Superis Rom. et Dervill. a m. pr. hæc abest ab Oudart.*—874. *vel quot T. videres ed. Ven.*—875. *Funera post gemitus et tumulum* improbabat acutus judex Schrader. in Ms. et conj. *mnæra: ut 885—887. Conf. Not. præterlabere Medic. a m. pr. cum aliquot aliis*

## NOTÆ

868 *Ingressus*] Incepit loqui, ut Ge. ii. 175. 'Tibi res antiquæ laudis et artis Ingredior.'

870 *Ostendent terris hunc, &c.*] Indicat M. Marcellum, Octaviæ sororis Augusti filium ex C. Marcello: quem Augustus etiam puerum destinaverat maritum Juliæ filiæ suæ, sibi que filium et imperii successorem adoptaverat. Is factus ædilis et pontifex ante tempus: paulo post, anno u. c. 731. ætatis circiter 20. apud Baias obiit: aquarum frigidarum balneis, specie reficiendæ valetudinis, enectus ab Antonio Musa medico; vel per imprudentiam, vel forte Livie suasu. Corpus ejus Romam delatum, in Cam-

po Martio, juxta urbem, secundum Tybrim, crematum ac tumulatum est: maximo populi Romani dolore, magnificentissimo funere, quod lecti sexcenti comitati sunt.

872 *Propria dona*] *Perpetua*, ut diximus Ecl. vii. 31. De *Mavortis* sive *Martis* urbe, Roma. Æn. i. 280. De *Tiberino fluvio*, Æn. viii. 330.

875. *Funera*] Interpretare, vel funus ipsum, plurale pro singulari: vel lectos illos sexcentos: ceteraque funeris ornamenta: vel cædes gladiatorum in funeribus usurpatas. De *Ilio*, Æn. i. 6. De *Latinis*, Æn. i. 10. Æn. vii. 54.

In tantum spe tollet avos ; nec Romula quondam  
Ullo se tantum tellus jactabit alumno.

Heu pietas, heu prisca fides, invictaque bello  
Dextera! non illi se quisquam impune tulisset  
Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem,  
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Heu, miserande puer! si qua fata aspera rumpas,

Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis :

Purpureos spargam flores, animamque nepotis

His saltem accumulem donis, et fungar inani

Munere. Sic tota passim regione vagantur

Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

*efferebat nullo filio. Heu pietas! heu fides antiqua, et manus insuperabilis bello! non ullus adversus impune opposuisset se illi armato: sive quando pedibus irrupisset in hostem, sive percussisset calcaribus membra spumantis equi. Heu puer deplorande! si aliquo modo evites dura fata, tu eris Marcellus. Date lilia plenis manibus: ut injiciam rubicundos flores, et saltem ornem his muneribus umbram nepotis, et perolam hoc vatum officium. Ita discurrent ubique tota regione in vastis spatiis aëris,*

Heins.—877. *in tantam spem* ed. Ven. *in tanta spe* Witt. *in tantum spes* Rom. —880. *quisquam* se alii; et sic ante Heins. lectum.—886. *Hic salt.* alii. Sed Heins. e codd. *His* reposuit, aut potius revocavit; sic enim jam inde ab Aldo editum. *donis effungar* Mentel. pr. *inanis* Medic. et fragm. Vatic., uterque a m. pr.—887. *Munera* Menag. sec.—888. *Aëris* Rom. et Mentel. duo, alter etiam sine in. *Aëreis* Regius. Vulgatam etiam ap. Schol. Lucani legi notat Burm. Malim Virum doctum docuisse, quomodo *Aëris campi*

#### NOTÆ

879 *Heu pietas, heu, &c.*] Deplorat spem tot insignium virtutum cum eo juvene sepultam. Sic autem eum describit Seneca ad Marciam c. 2. ‘Adolescentem animo alacrem, ingenio potentem, sed et frugalitatis continentiaeque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandum, patientem laboris, voluptatibus alienum,’ &c.

882 *Armos*] Proprie humeri sunt: quæ pars quia calcaribus non foditur, sed ilia; ideo hic, *armos*, pro equo generatim sume.

884 *Tu Marcellus, &c.*] Hic ille versus est, quem audiens Octavia, cum librum hunc sextum Virgilius

Augusto recitaret, animo defecta est: jussitque pro singulis hujus argumenti versibus auctori dena sestertia numerari. Inde constat, recente adhuc mortis illius luctu perfectum a poeta librum nunc fuisse, scilicet anno n. c. 731. Nec plures quam quatuor annos, in sex posterioribus libris collocasse, cum in sex prioribus circiter septem posuisset. De *aspiratione florum circa sepulcra*, Æn. v. 79.

888 *Aëris in campis, &c.*] In Elysio; quod *aëreum* dicitur, vel quia vacuum et inanibus umbris habitatum: vel quia situm in aëreis pratis, ut diximus 638. De verbo *lustrare*, circumspectio Æn. i. 612.

Quæ postquam Anchises natum per singula duxit,  
 Incenditque animum famæ venientis amore : 890  
 Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda,  
 Laurentesque docet populos, urbemque Latini ;  
 Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.  
 Sunt geminæ Somni portæ : quarum altera fertur  
 Cornea ; qua veris facilis datur exitus umbris : 895  
 Altera candenti perfecta nitens elephanto ;  
 Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia Manes.

*et circumspectant omnia. Postquam Anchises duxit filium per hæc omnia, et inflammavit animum ejus cupiditate gloriæ futuræ : deinde monstrat illi bella quæ postea facienda sunt : et declarat illi Laurentem gentem, et urbem Latini ; et qua ratione toleraturus sit aut evitaturus unumquemque laborem. Duæ sunt januæ Somni : quarum una dicitur esse cornea, per quam permittitur liber egressus veris figuris : altera fulgens, quia facta e candido ebore ; sed Dii inferi mittunt*

accipiendi sint.—889. *Quem* Montalb.—890. *famæ melioris* Medic. ex Colot., quod ex aliis locis translatum esse bene monet Heins.—891. *Exhinc* multi hic, ut et alibi solent. *Bella exinde* Franc.—893. *quocunque* ed. Ven. et Goth. pr.—894. *Somni* pro *Somni* dictum esse cum aliis contendit Burm., quasi non elegantius poëta Somnum substituatur Somniis, ut toties alibi. *gemi* Goth. pr.—895. *Cornea* Rom. et Dorvill. *datus* alter Hamb. Totus versus Goth. tertio deerat.—897. Insolens videtur Trappio voc. *Sed*, et conj. *Quæ*. Scilicet : altera meliore materia quidem et *candenti perfecta* n. e. *Sed falsa etc.*

## NOTÆ

893 *Laurentesque, &c.*] De iis, *Æn.* vii. 63. De *Latino* rege, *ibid.* 47.

894 *Sunt geminæ, &c.*] *Somnum* apud Cimmerias, ad fluvium Lethes, collocat Ovid. *Metam.* ii. 594. id est, in Inferorum aditu. Circa eum seges magna papaverum, infinita somniorum gens, ministri tres præcipui ; *Morpheus*, qui figuras hominum imitatur ; *Icelus* vel *Phobetor*, qui reliquorum animantium ; *Phantasus*, qui rerum inanimatarum species. *Somniis* Virgilius jam antea sedem assignavit ulmum ingentem in vestibulo Inferorum, 283. Sed illic aliqua tantum hæere somniorum examina arbitror : hic vero propriam esse domum : cui portas geminas attribuit, Homero duce, *Odyss.* xix. 562. *eburneam* alteram, vii. falsa, *corneam*, qua vera somnia

emittuntur. *Cæsus* discriminis rationem afferunt aliqui : quod cornea, sint pervia visui ; eburnea vero, impervia : alii, quod cornu naturam oculorum referat, ebur naturam dentium ; quæ autem videntur oculis multo sunt certiora, quam quæ alieno tantum ore fama que percipiuntur. Cum igitur Virgilius *Æneam* eburnea porta emittit ; indicat profecto, quicquid a se de illo Inferorum aditu dictum est, in fabulis esse numerandum. De *elephanto*, pro ebore, quod elephanti dens est, *Ge.* i. 57. De *Manibus*, pro Diis Inferorum, supra 743. De *Caieta*, *Æn.* vii. 1. De *anchors*, supra 4. De *hoc situ navium in littore*, *Æn.* iii. 277. unde versus iste decerptus est.



His ubi tum natum Anchises unaque Sibyllam  
 Prosequitur dictis, portaque emittit eburna:  
 Ille viam secat ad naves, sociosque revisit;  
 Tum se ad Caietæ recto fert limite portum  
 Anchora de prora jacitur; stant littore puppes.

909

*per hanc falsa somnia in mundum. Illic tunc Anchises alloquitur his verbis Æneam et simul Sibyllam, et dimittit per januam eburneam. Ille corripit viam ad naves, et repetit socios. Tunc radens rectum littus tendit ad portum Caietæ. Anchora demittitur e prora, et puppes tegunt littus.*

~~~~~

898. *ibi irrepsisse videtur in Burm. edit. Nam Heins. prætulit ubi cum Medic. et al.—901. recto limite Ven. Montalb. pro Var. Lect. Bigot. et Witt., h. e. recta via, quod cur Heins, et Burm. non receperint miror, cum alibi minus gravi auctoritate vulgatam mutaverint. Lapsus librarii in promptu est, in vulgata, littore.*

P. VIRGILII MARONIS

Æ N E I D O S**LIBER VII.****ARGUMENTUM.**

ÆNEAS e Cumano littore ad occidentem provectus, tumulata in Aturuncorum littore Caieta nutrice sua, prætergressus montem Circæum, Circes habitatione et veneficiis infamem, ad ostia Tybris appellitur. Tunc Latinus illic Aboriginibus imperabat. Huic unica erat filia Lavinia, Fauni oraculis destinata externo marito, Amatæ tamen matris voluntate promissa Turno Rutulorum regi. Mittit Æneas oratores Laurentum, in urbem Latini regiam. Latinus Æneam, non modo in socium, sed, oraculi memor, etiam in generum admittit. Interim Juno, prosperis Trojanorum rebus offensa, evocat Alecto ex Inferis. Alecto primum Amatam Latini uxorem ita concitat, ut illa Bacchi sacra simulans filiam abscondat in montibus. Turnum deinde furiis iisdem agit in bellum: et Trojanos Latinosque invicem committit; occiso per Ascanium cervo, qui Tyrrhei pastoris regii filio erat in deliciis. Omnibus bellum frementibus, Latinus unus obstitit: tamen, Junone ipsa belli portas aperiente, rem fatis permittere cogitur. Confluunt ad Turnum ex omnibus Italiæ partibus auxilia: Mezentius, ejusque filius Lausus, cum Agyllinis; Catillus et Coras, cum Tyburtinis; Cæculus cum Prænestinis, &c.

Tu quoque littoribus nostris, Æneiaatrix,
Æternam moriens famam, Caieta, dedisti;

Et nunc servat honos sedem tuas, ossaque nomen
Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signat.

At pius exequiis Æneas rite solutis,

5

Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt

Æquora, tendit iter velis, portumque relinquit.

Aspirant auræ in noctem, nec candida cursus

Luna negat; splendet tremulo sub lumine pontus.

Proxima Circae raduntur littora terræ:

10

Tu etiam, o Caieta,atrix Æneæ, tribuisti moriens famam immortalē nostris littoribus: et nunc memoria tua custodit locum; et nomen tuum indicat sepulcrum tuum in magna Italia, si aliquis est hic honor. At pius Æneas factis exequiis juxta consuetudinem, extracta mole sepulcri, postquam tumida maria pacata sunt, continuat navigationem celis, et deserit portum. Ventī facient circa noctem: et Luna splendida non obstat cursum: mare fulget sub ejus luce tremula. Leguntur littora vicina terræ Circae: ubi filia Solis opulenta sonat continuo cantu per sylvas

~~~~~

2. famam moriens Gud., ingrato sono.—3. At nunc pr. Moret. a m. pr.—4. ea deest Puget. signant Heins. e Medic. Gud. et aliis maluit. Sed exemplo adjecto (sic apud Nasonem, nomina signata sacro) vix satis commode declaravit, quo modo accipi id vellet. Burmannus ad hysteron proteron recurrit; quod multo minus commodum est. Contorte etiam Cerda. Si tueri illud velis, dicendum esset: ossa pro loco dicta esse, quo ossa sunt condita, hoc est, pro tumulo; is signat, adeoque ossa signant, titulo insculpto posteris produnt, nomen tuum. At hæc dura sunt; præstat altera ante Heinsium vulgata lectio, quam inter ceteros codices Romanus firmat, signat, ut honos servat sedem, sic nomen signat ossa, h. nomen loco inditum sepulturam Caietæ ad nostram memoriam servat. Ed. Ven. repetit, arreat.—6. quierant ex Hebro (ignotum nomen et forte corruptum) landat Servius; quod et ipsum haberet locum; et sic Montalb. et pro var. lect. alter Hamb.—7. portusque Gud. reliquit aliquot Heins. et Pier.—8. cursus Heins. cum vetustioribus, it. fragm. Vatic. Vulgo cursum legitur.—10. Est τὸ Κιρκίων.—12. resonant

#### NOTÆ

1 Tu quoque] In littore maris Tyrreni, et finibus novi Latii; nunc ea parte regni Neapolitani, quæ dicitur Terra di lavoro, est hodieque Caieta, Gaïta, urbs cum sinu et promontorio cognomine. Nomen alii cum Virgilio ab Æneæ nutrice repetunt: Aurelius Victor a *kalæu* incenderi, quod illic Æneæ naves a Trojanis mulieribus incensas quidam dicant: Strabo a Laconum lingua, qui curva omnia *καυάρις* vocant.

3 Servat honos sedem tuas] Vel sensum habet, quem in interpretatione suggerimus. Vel est hypallage sive commutatio, pro: sedes servat honorem et memoriam tuam, Æn. vi. 208. De Hesperia magna, Italia, Æn. i. 534.

10 Proxima Circae, &c.] Solvit sub noctem Caieta, et ad occidentem navigat: Circaeumque montem, Circello, in eodem Latii littore prætergressus, ad ostia Tybris prima lups

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos  
 Assiduo resonat cantu, tectisque superbis  
 Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,  
 Arguto tenues percurrrens pectine telas.  
 Hinc exaudiri gemitus iræque leonum, 15  
 Vincla recusantum, et sera sub nocte rudentum;  
 Setigerique sues, atque in præsepibus ursi  
 Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum;  
 Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis  
 Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. 20  
 Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës

*incias; et in domo magnifica accendit cedrum odoriferam ad lucem nocturnam, addensans acuto pectine telas subtiles. Hinc cœperunt audiri voces, et furores leonum excutientium vincula et rudentium per mediam noctem: et setosi porci, et ursi cœperunt frendere in stabulis, et species magnorum luporum ululare: quos Circe, crudelis Dea, mutaverat efficacibus herbis ex figura hominum in vultus et pellem ferarum. Quæ talia portenta ne paterentur pii Trojani, propecti in portum*

*Sprot.—13. odoratum Ondart. ad l. Leid. nocturno in lumine Medic. et Zuhl. a m. sec., quæ vulgaris est ratio.—14. Idem versus Ge. i, 294.—15. gemitus leonum: noli substituere velle fremitus. Nam et illud poëtis solenne: v. c. Lucan. vi, 688. Drak. ad Silium i, 425.—16. rugentum pr. Moret. a m. sec., inscite.—18. forma Franc.—19. sæva post sævire. Libri nil mutant.—20. in abest tribus ap. Burm. et Hamb. sec. Induerat vultus Circe. Porro Montalb. in terga vultusq. Etiam et t. f. nonnulli Pier.—21. patiantur Bigot.*

## NOTÆ

pervenit. De *Circæ* monte et *Circæ* venefica, Solis filia, *Æn.* iii. 368.

11 *Inaccessos lucos*] Accessit eo tamen Ulysses cum sociis. Igitur *inaccessos* dicit, quorum difficilis accessus, quo nemo debeat accedere propter illecebrarum pericula. Sic *Ge.* iii. 5. dixit: *Illaudati Bœtiridis aras*, id est, quem nemo debet laudare, quamvis eum Isocrates laudaverit.

12 *Lucos resonat cantu*] *Personat, resonare docet.* Neutrum, pro activo: ut fere *Æn.* vi. 832. *Assuescite bello.* Porro *Circe writ cedrum*, sive tædam e cedro, pretiosa arbore, quæ cariem non sentit, et unde oleum exprimitur. *Percurrit telas*: telam texit, opus muliebri, de quo *Æn.* iii. 483. *Pectine arguto*, id est, vel stridulo, vel acuto.

16 *Rudentum*] Proprium est asinorum *rudere*, *Ge.* iii. 374. Leo dicitur *rugire*, sed vox ista recentiorum scriptorum est.

19 *Quos hominum ex facie, &c.*] Dicitur *Circe* potu medicati liquoris et virgæ tactu mutasse homines in feras. Et sic in sues mutavit Ulyssis socios, præter Eurylochum, qui domum ejus ingredi noluerat; et Ulysses, qui esu cujusdam herbæ, *moly* nomine, præservatus a Mercurio fuerat. Hos tamen postea *Circe*, Ulyssis rogatu, pristinæ restituit formæ. Ita *Hom. Odys.* x. 135. *Sæva Dea* appellatur ab Homero ibid. *Σαυὰ θεὸς*; quia divini generis, Solis filia. De *Neptuno*, *Æn.* i. 129.

Delati in portus, neu littora dira subirent;  
 Neptunus ventis implevit vela secundis,  
 Atque fugam dedit, et præter vada fervida vexit.  
 Jamque rubescebat radiis mare, et æthere ab alto 25  
 Aurora in roseis fulgebat, lutea bigis:  
 Cum venti posuere, omnisque repente resedit  
 Flatus, et in lento luctantur marmore tonsæ.  
 Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum  
 Prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amœno, 30  
 Vorticibus rapidis, et multa flavus arena,  
 In mare prorumpit. Variæ circumque supraque  
 Assuetæ ripis volucres et fluminis alveo  
 Æthera mulcebant cantu, lucoque volabant.  
 Flectere iter sociis terræque advertere proras 35  
 Imperat, et lætus fluvio succedit opaco.  
 Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,

*illum, et ne appellerent ad funesta littora; Neptunus inflavit vela prosperis ventis, et acceleravit cursum, et impulit naves ultra spumosum hoc mare. Et jam mare rubescebat luce, et ab alto caelo Aurora crocea splendebat in equis duobus roseis: quando venti quieverunt, et omnis flatus subito cessavit, et remi laborant in mari immoto. Tunc autem Æneas vidit e mari magnam sylvam: per illam Tybris, grato fluvio, celeri impetu, et flatus plurimis arenis, proruit in mare: diversæ aves, assuetæ littoribus et alveo fluvii, circum et supra recreabant cantu caelum, et per sylvam volabant. Subet socios detorquere cursum, et appellere proras littori: et gaudens subit amnem umbrosam. Age modo, o Erato, explicabo, qui reges,*

—22. *dura* duo Burm.—26. *in croceis* conj. Schraderus ad Musæum p. 289. Sed in *roseis bigis* non tam erat hærendum, quam in mira colorum temperatione: post *rubescebat* mare, *roseæ* bigæ et *lutea* aurora.—27. Tum ex Schol. Horat. et Statii laudat Burm.—28. *luctatur* Mentel. pr.—29. *hinc* Zurich. et Witt. *ingenti* Menag. sec.—30. *et inter* Dorvill.—31. *Vorticibus*, cum aliis, antiquissimi Medicus et Romanus; it. fragm. Vatic.—32. *præcipitat* pro div. lect. tert. Moret. *superque* Witt. *suprema* Gnd. a m. pr.—34. *Æquora* Serv. ad iv Æn. 524. *sonabant* Diomedes iii Instit. Grammat.—35. *socios aliquot* Pier. Men-

## NOTÆ

25 *Jamque, &c.*] De Aurora, ejusque bigis, Ge. i. 249. De luteo colore, Ecl. iv. 44.

28 *Tonsæ*] Remi: sic dicti, vel quia fiunt e ligno attonso et dolato; vel quia aquas *tondent*, vel *tundunt* et verberant: Enniana et Lucretiana vox. Lucr. l. ii. 554. 'Antennas, pro-ram, malos, tonsasque natantes.'

30 *Tiberinus*] Fluvius, vel potius fluvii Dens. De eo, Æn. viii. 330.

36 *Fluvio succedit opaco*] *Umbrosam*, propter arbores ripam hinc inde imbrantes.

37 *Erato*] Musa, quæ versibus præest amatoris, ab *épōs* amo. Hanc invocat, quia bellorum sequentium origo ex amore Turni et Æneæ in

Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem  
 Cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,  
 Expediam, et primæ revocabo exordia pugnae; 40  
 Tu vatem, tu, Diva, mone. Dicam horrida bella;  
 Dicam acies, actosque animis in funera reges,  
 Tyrrhenamque manum, totamque sub arma coactam  
 Hesperiam. Major rerum mihi nascitur ordo;  
 Majus opus moveo. Rex arva Latinus et urbes 45  
 Jam senior longa placidas in pace regebat.  
 Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica  
 Accipimus; Fauno Picus pater; isque parentem

*quæ tempora rerum, quis status fuerit veteris Latii; quando peregrinus exercitus primo applicuit classem Italico littori: et revocam initia primi belli. Tu, Dea, tu doce poetam. Narrabo bella horrida: narrabo exercitus, et reges ira impulsos in eadem, et turmas Tyrrhenas, et Italiam universam consociatam ad arma. Oritur mihi gravior series rerum, suscipio opus difficilius, quam prius. Rex Latinus, jam grandævus, gubernabat agros et urbes quietas in pace diuturna. Audimus hunc natum Fauno et Marica nympha Laurente. Picus fuerat pater Fauni:*

\*\*\*\*\*

tel. pr. a m. pr.; et sic Ge. Fabricius scriptum viderat.—38. *antiquus* Moret. pr., quod vulgare esset. *fuerat* libri Pierii et Giphanii, unde is faciebat, *fueret*, importuno archaismo. *classe* Goth. sec.—41. *Tum* Franc. *dic h. b. dic a.* alter Voss.—42. *aptosq.* Goth. pr.—44. *et major* sec. Rottend. *rerum* major Goth. pr.—46. *placidus* Dorvill. *gerebat* pr. Moret. *in bella* *gerebat* sec. Hamb.—47. *genitum et nympha* Goth. sec. *ex nympha* Leid. unus. *Laurente* Leid. alius. *Mirica* Bigot.—48. *P. patrique parentem* Parrhas.—

# NOTE

Laviniam. De Musis, Ecl. III. 69.  
 De Latio antiquo et Ausoniis, infra 54.

43 Tyrrhenam] Tuscam, Etruscam,  
 Æn. II. 781. De Hesperia, Italia, Æn.  
 I. 534.

47 Hunc Fauno, &c.] Obscura est  
 admodum hujus familiæ series, et  
 fabulis confusa. Multi discedunt a  
 Virgilio, qui tres a Saturno gradus  
 tantum numerat: Saturnum, Picum,  
 Faunum seu Fatuelum, et Latinum.  
 Alii novem distinguunt gradus; in  
 iisque geminum Saturnum, geminum  
 item et Picum et Faunum: aiuntque  
 ea junioribus Pico et Fauno tribui a  
 Virgilio, quæ priscis tribui debuissent.  
 Addunt hos Aboriginum reges  
 fuisse, qui Latini deinde a Latino

dicti sint: quanquam Latinorum no-  
 men multo fuisse Latino rege anti-  
 quius quidam volunt, inter quos ipse  
 Virgilius, ut diximus Æn. I. 10. De  
 Saturno ejusque fuga in Italiam, Æn.  
 VIII. 319.

Laurente Marica] Uxor Fauni,  
 seu Fatueli, dicta est Fauna, aut Fa-  
 tua. Nomen habuere a *fando*, vel  
*fatu*: quia furore correpti futura *fari*  
 ac dicere solebant. Marica autem  
 nympha, ex qua Faunus suscepit  
 Latinum, juxta Arnobium fuit Circe:  
 juxta alios ipsa Fauna; quæ a Min-  
 turnensibus, ad ostia Liris fluvii, sa-  
 ero in laco colebatur. Laurens vo-  
 catur ex regionis nomine: de quo,  
 infra 63.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 M

Te, Saturne, refert; tu sanguinis ultimus auctor.

Fillus huic, fato Divum, prolesque virilis

50

Nulla fuit, primaque oriens erepta juventa est.

Sola domum et tantas servabat filia sedes,

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Multi illam magno e Latio totaque petebant

Ausonia; petit ante alios pulcherrimus omnes

55

Turnus, avis atavisque potens: quem regia conjux

Adjungi generum miro properabat amore;

Sed variis portenta Deum terroribus obstant.

Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,

Sacra comam, multosque metu servata per annos:

60

*et Picus te patrem habebat, o Saturne; tu primum caput ejus familie. Filius Latino et soboles mascula nulla erat, Deorum voluntate: et nascens mortua fuerat in prima infantia. Filia unica tenebat domum et totam regionem: jam apta marito, jam nubilus ob adultam ætatem. Plurimi e magno Latio et tota Italia illam ambiebant. Ambit præ ceteris omnibus formosissimus Turnus, potens avis et atavis: quem assumi generum uxor regis mirifico studio instabat: sed prodigia Deorum obstant per varios terrores. Laurus erat in medio domus, in intimis recessibus, sacra secundum frondes, et ob religionem servata per multos annos. Pater Latinus dice-*

~~~~~

50. *hinc f.* Ven.—51. *est deest* Bigot. et Goth. sec.—52. *tantos s. nata penates* laudat Schol. Stat. 1 Theb. 572.—53. *v. et jam* Witt.—54. *jam pro illam* tert. Rottend. a m. pr. e binis Burmann. deest.—55. *ante omnes p. unus* sec. Moret.—57. *magno p.* Bigot. *p. honore* Goth. tert.—59. *in abest* Erf. *in medio, in p. quatuor* Burm. et Goth. tert. *in medio p.* Oudart. *alto pr.* Moret.—60. *S. coma* aliquot Heins. cum Nonio, sed præstat græca ratio.—63. *Lau-*

NOTÆ

52 *Filia*] Lavinia, quæ demum Æneæ nupsit, occiso Turno, Æn. xii.

54 *Magno e Latio, totaque . . . Ausonia*] Duplex *Latium* fuit: antiquum, a Tybri fluvio ad Circæum montem, *Circello*. Novum, seu magnum, a Tybri ad Lirim amnem, qui nunc est *Garigliano*, complectens Volcos, Auruncos, Æquos, &c. Hæc tamen Latii extensio a Romanis regibus est, multo Æneæ temporibus recentior: unde suspicantur multi, Latium hic pro tota Italia sumi, quemadmodum et Ausoniam. *Ausones*, Trojanis temporibus multo antiquiores, Italiæ partem incoluerunt inferiorem, quæ ad Siciliam accedit. Mox, quia notissimæ rebus gestis evaserant, factum est,

ut eorum nomine a Græcis vocaretur tota Italia, a Sicilia usque ad Alpes. Pulsi deinde ab aliis, ultimo condescerunt inter Volcos et Campanos, circa Lirim, Caietam, et Minturnas; et *Aurunci* tunc appellati sunt. Vide Cluver. Italiæ l. iii. 9.

56 *Turnus, avis, &c.*] *Dauni* et *Venilia* filius: Rutulorum rex. *Venilia* soror erat Amata Latini uxoris, divinis honoribus affecta, Æn. x. 76. *Daunus* maternum genus ducebat a Jove per Danaën, infra 372. paternum a Pilumno, Deo etiam habito, Æn. x. 76. De *situ Rutulorum*, infra 794.

Regia conjux] *Amata*, *Venilia* soror.

Quam pater inventam, primas cum conderet arces,
 Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
 Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis.
 Hujus apes summum densæ (mirabile dictu),
 Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ, 65
 Obsedere apicem; et, pedibus per mutua nexis,
 Examen subitum ramo frondente pependit.
 Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
 Adventare virum, et partes petere agmen eadem
 Partibus ex isdem, et summa dominarier arce. 70

batur dicasse illam Phæbo, repertam cum fundaret prima mœnia; et ab illa dedisse nomen Laurentibus incolis. Apes densæ, res mira dictu, trans lecem aërem volantes magno stridore, insederunt supremum illius cacumen: et pedibus invicem conjunctis, examen repentinum pependit e frondoso ramo. Statim vates dixit: videmus appropinquare hominem peregrinum; et exercitum ex eadem regione querere hanc eandem regionem, et regnare in hac suprema arce. Præterea dum Lavinia virgo

rentesque Gud. a m. sec. cum aliis, sed recentt.; et sic Arusianus Messius. Neque vero aliter quam quarto casu accipiendum *Laurentis*.—64. Pro *summum* Medic. a pr. m. *talamum*, et Vratisl. *lauri dense*. *densæ summum* Parrhas. *densæ* Witt. m. *visu* Bigot.—65. *super æ*. Zulich. a m. pr. *trans æquora* quatuor Barm. cum Goth. pr.—66. *Consedere* sec. Moret. *sub mutua* D. Heins. ed.—69. *p. p. agmine* Rom. cum aliis Pier., minus bene.—70. *eisdem* Dorvill.

NOTE

62 *Phæbo sacrasse*] Quia laurus Phœbo dilecta. De *Phæbo*, Ecl. III. 62.

63 *Laurentes colonis*] *Laurens*, nomen constat fuisse primo inditum sylvæ laureæ, quæ circa littus Tyrrheni Maris fuit, a Tybri orientem versus perfecta. Inde vicina regio *Laurens* etiam dicta est. Inde *Laurens* dicitur Marica nympa, Fauni uxor, 47. Inde Picus, Latini avus, dicitur etiam *Laurens*, 171. Inde Turnus ipse eodem appellatur nomine, 650. quia Rutulorum regionem sylvâ illa attingebat. Porro cum arces primas ibidem condidisse Latinus dicatur; et *Laurens* Picus, ejus avus, eodem loco regiam habuisse, 171. aut sibi male consentit Virgilius, aut dicendum, regiam quidem a Pico esse conditam;

a Latino *arces*, sive munitiones, additas; et urbem, a lauro præcipuæ magnitudinis, appellatam esse *Laurentum*, quod nomen sylvæ tantum et regioni commune prius fuerat. Urbs posterioribus dicta est *Lauro-lavinium*; non quod eadem fuerit cum *Lavinio*; sed quod exhausta bellis utraque, et Laurente et Lavinio, utriusque incolæ Laurentum confluerint, et urbem communi nomine dixerint, ut suspicatur Cluverius in Antiqua Italia, l. III. 3. atque ut ei videtur, ea nunc dicitur *Paterno*.

66 *Pedibus per mutua nexis, &c.*] De hac apum glomeratione, quæ *uva* dicitur, Ge. IV. 257. et 558. De *apum examine*, Ecl. VII. 13.

70 *Partibus ex isdem*] Apes e Tyrrheni Maris partibus venerant Lau-

Præterea, castis adolet dum altaria tædis,
 Ut juxta genitorem astat Lavinia virgo,
 Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
 Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
 Regalesque accensa comas, accensa coronam, 75
 Insignem gemmis; tum fumida lumine fulvo
 Involvi, ac totis Vulcanum spargere tectis.
 Id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
 Namque fore illustrem fama fatisque canebant
 Ipsam; sed populo magnum portendere bellum. 80
 At rex sollicitus monstribus, oracula Fauni,
 Fatidici genitoris, adit, lucosque sub alta

accendit altaria sacris facibus, et stat prope patrem: (res horrida) visa est corripere ignem longis capillis, et comburi flamma sonante secundum omnia ornamenta; et visa est accensa secundum regias comas, accensa secundum coronam spectabilem gemmis: deinde fumans visa est cingi rutilanti luce, et jactare ignem tota domo. Hoc autem cæpit haberi terribile et visu admirabile. Etenim aiebant ipsam illustrem fama et fortuna futuram esse, sed minari genti magnum bellum. At rex territis his prodigiis vadit ad oracula fatidici Fauni patris sui, et consulit sylvas sitas

—71. *e castris* pr. Hamb. *quum a.* Nonius ternis locis. De *adolere* v. sup. ad lib. i, 708.—72. *Ut bene* e codd. probavit Heins. post Pier. Vulgo: *et.*—74. *cremare* Montalb. a m. sec.—75. *que abest* tribus Burm.—76. *lumina* Menag. alter. *lumina fulva* sec. Hamb. *fulva re fumo* Dorvill.—77. *ac totum* Menag. sec. *tectis V. s. totis* Goth. tert.—78. *Hoc v. multi* Heins. et Burm., item Goth. sec.; *visu ac* tert.—80. *portendere* Mentel. pr. a m. pr. *telum* Hugen. a m. pr.—81. *Ac rex* Menag. pr. *sollicitus monstorum* Donat. Ms.

NOTE

rentum, insederant lauri apicem: quo significabatur, exteros Tyrrhæno Mari venturos, victores futuros, summum imperium adepturos. *Domina-ric.* Extensio syllabæ, pro, *dominari*.

71 *Adolet altaria tædis*] *Adolet* thus ad altaria domesticorum Deorum, *Æn.* i. 708. 'flammis adolere Penates.'

77 *Vulcanum*] Deum ignis, pro igne, ut *Ge.* i. 295.

82 *Lucosque sub alta Albunæ*] *Albunæ* fons est profundissimæ altitudinis: unde erumpit fluvius *Albula*, nunc *la Solforata*, sulfurcis aquis memorabilis, quæ primo frigida sunt, mox inducunt calorem. *Albula*, paulo infra

Tybur, influit in *Anienem* fluvium, nunc *Teverone*. Odor ejus et sapor corruptus est: unde ait Virgilius exhalare *mephitim*. Est autem *Mephitis*, Juno aëri corrupto prædens; cui ædes apud Hirpinos fuit ad lacum Amsancti, ex Plinio l. ii. 93. et apud Cremonam, ex Tacito, Hist. l. iii. Hic *Mephitis* pro ipso putore sumitur, ut Vulcanus pro igne, Jupiter pro aëre. Juxta Scaligeram vox Etrusca est, a Syris deducta, apud quos gravitatem odoris significat. Apud Albunæ *sylva* fuit sacra Musis, ex Martiali: ibidem culti sunt Fauni, ex Virgilio et Statio: ibidem, ex Lactantio, nympha *Albunæ*, quæ

Consulit Albunea : nemorum quæ maxima sacro
 Fonte sonat, sævamque exhalat opaca mephitim.
 Hinc Italæ gentes, omnisque Cœnotria tellus,
 In dubiis responsa petunt. Huc dona sacerdos
 Cum tulit, et cæsarum ovium sub nocte silenti
 Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit :
 Multa modis simulacra videt volitantia miris,
 Et varias audit voces, fruiturque Deorum
 Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
 Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus
 Centum lanigeras mactabat rite bidentes,

85

90

sub alta Albunea ; quæ Albunea sylvæ maxima sylvarum resonat sacro fonte, et umbrosa emittit densam mephitim. Italæ nationes et omnis terra Cœnotria accipiunt inde responsa in rebus incertis. Sacerdos cum obtulit illic dona, et per noctem tacitam jacuit super pelles suppositas ovium immolaturum, et quæstivit illic somnum ; videt multas figuras vagantes mirabilibus modis, et audit voces multiplices, et fruitur sermone Deorum, et alloquitur Acheronta e profundo Averno. Tunc etiam ipse pater Latinus, poscens responsa, illic sacrificabat de more centum oves

Fabric.—84. *ponte* Porphy. ad Horat. *sævumq.* Medic. *servamq.* Arusianus. *exaltat* Mentel. pr. a m. pr. et Goth. alter : *mephitim* Heins. recepit e Medic. et aliis, auctoritate Grammaticorum, et more Virgilii flectendi græca latine. *Volgo mephitim.* Librarii scribunt fere *mestim* vel *mestlin.* Rom. *mestlem.*—85. *Hic* Franc. *que* abest binis Burm.—86. *r. ferunt* Goth. pr., ut alias dici solet.—87. *Contulit* multi scripti et edd. Ceteri *cum tulit*, quod jam Benedictus emendavit, et ante eum Naugerius. Voss. *attulit.* Heins. conj. *ut tulit.* et *scelerum* Goth. pr.—88. *Pellicibus* Dorr. Has librarius forte malebat ; non nunc Latinus.—89. *pallentia m.* sec. Moret. repetitum ex Ge. I, 477. vid. Burm.—92. *Sic et* pr. Moret. *tunc* plurimi. *dum* sec. Rottend.—93. *mactarat* Goth. sec. *mactavit* sec. Rottend. et Gud. a m. sec.—94. *earum*

NOTE

Sibylla fuit Tiburtina. De *Italæ* et *Cœnotriæ*, Æn. I. 534.

87 *Cæsarum ovium sub nocte, &c.]* Plinius l. xvi. 44. 'Apud Tiburtes' (unde non longe abest Albunea) 'extant ilices tres, etiam Tiburte conditore eorum vetustiores. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum.' Pausanias autem in Atticis loquens de Amphiarao, insigni somniorum interprete, qui a Græcis ideo inter Deos relatus est; ait, apud Oropum, Atticæ maritimam urbem, Amphiarai fontem esse ac

templum : ubi arietem immolant, cuius substrata in pelle dormientes nocturna visa expectant. Ex iis colligit Cerdanus, ejusmodi sacra a Tiburte Amphiarai filio translata esse in Italiam; eaque a Virgilio esse Fauno attributa, quæ Amphiarao Græci tribuerant.

91 *Acheronta affatur Avernis]* Per *Acheronta*, fluvium infernum, de quo Æn. vi. 323. umbras Deosque Inferorum intelligit. Per *Averna*, Inferorum ostia, de quibus Æn. vi. 237. ipsos indicat Inferos.

Atque harum effultus tergo stratisque jacebat
 Velleribus. Subita ex alto vox reddita luco est : 95
 Ne pete connubiis natam sociare Latinis,
 O mea progenies, thalamis neu crede paratis ;
 Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant, quorumque ab stirpe nepotes
 Omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens 100
 Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.
 Hæc responsa patris Fauni, monitusque silenti
 Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus :
 Sed circum late volitans jam Fama per urbes
 Ausonias tulerat ; cum Laomedontia pubes 105

lanigeras ; et jacebat extensus super earum pelle et stratis velleribus. Vox repentina emissa est ex intima sylva : O mea proles, ne quære jungere filiam tuam conjugio Latino ; neve confide lectis preparatis. Venit gener peregrinus : qui progenie sua extollet nostrum nomen ad sidera ; et cujus de stirpe posteri videbunt omnis versari et regi sub pedibus suis, quacumque Sol recurrens aspiciit geminum Oceanum. Latinus ipse non continet in ore suo hæc responsa Fauni patris, et hæc monita data per noctem tacitam ; sed jam fama circumundique volans sparsarat ea per urbes

~~~~~

Pier. aliquot. *tergo* exquisitè pro *tergis*. *latebat* Goth. sec.—95. *subito* Medic. Colot. cum aliis Heins. *subit* Gud. a m. pr. *subito ex alto* Witt. est deest binis Goth.—96. Si subtilis esse velis, scribendam erat *Connubis*. *sociasse* Cledon. lib. II Art. Grammat.—97. *neu* Heins. e Medic. et aliis. Vulgo *nec*. Witt. *ne*.—98. *venient* Medic. cum magna parte codd. Pier. et Heins., it. Ald. tert. Sed bene jam Serv. vidit *veniant* melius convenire vaticinio, quod, quæ futura sunt, ut præsentia nuntiat.—99. *ad astra* Goth. sec. *ferant* Medic. et omnes antiquiores cum edd. inde ab Aldo ; quod oratio castigata pedestris postulat. Sæpe tamen poëtam videmus ab hac lege recedere, et id, quod minus usitatum est, frequentare : ita et h. l. altera lectio est *ferent*, quam Heins. recepit ex Leid., cui aliquot alios adjungit Burmannus sed recentes nulliusque auctoritatis ; et videri potest hæc lectio ab emendatore venisse, qui *videbunt* ante oculos habebat : atqui est et illa doctior ratio, ut tempora varientur, ut sæpe in simili positu apud Homerum fit, ut *qui ferant et videbunt* jungantur. *ab st.* Heins. e Medic. et Gud. Vulgo *a stirpe*. conf. lib. I, 630.—101. *Respicit* ex Helenio Acrono laudat G. Fabric. cf. Barn. *Accipit* Goth. pr. et tert., male ; nam mare exiipit Solem, non Sol occidens mare.—102. *Hæc præcepta* aliquot Pier., quod Caninghamus tanquam verius prætulit.—103. *sus* Menag. pr.—104. *circum volitans late* Goth. sec.—105.

#### NOTÆ.

96 *Latinis*] E Latio, quod complectitur Aborigines, Rutulos, Laurentes, Volcos, &c. supra 54.

100 *Utrumque recurrens*, &c.] Magnitudinem notat futuri imperii Romani ; vel ab oceano orientali ad occidentalem, qua Sol diurno motu re-

currit ; vel ab oceano septentrionali ad meridionalem, qua Sol annuo motu discurrit. De curio Solis motu, Ge. I. 238.

105 *Ausonias*, &c.] Supra 54. *Laomedontia pubes*, a Laomedonte Trojano rege, Ge. I. 502. *Agger*, Æn. v. 44.

Gramineo ripæ religavit ab aggere classem.

Æneas, primique duces, et pulcher Iulus,  
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ;  
Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam  
Subjiciunt epulis (sic Jupiter ille monebat) 110  
Et Cereale solum pomis agrestibus augment.  
Consumtis hic forte aliis, ut vertere morsus  
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,  
Et violare mapu malisque audacibus orbem  
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris : 115  
Heus ! etiam mensas consumimus ? inquit Iulus.

*Italicas: cum juvenis Trojana applicuit naves ad crepidinem herbosam littoris. Æneas, et præcipui duces, et formosus Ascanius, sternunt corpora sua sub ramis arboris altæ: et inchoant epulas, et in gramine supponunt cibis placentas e frumento, sicut ipse Jupiter suggerebat, et onerant illud solum panis fructibus agrestibus. Illic ceteris assumtis, cum inopia ciborum cogeret eos vertere morsus in panem exiguum; et frangere manu ac dentibus audacibus orbem fatalis crustæ, nec abstinere a panis quadris: Ascanius jocans, dixit: Heus!*

\*\*\*\*\*

*Laomedontea aliquot Heins., male. v. Ge. I, 502.—106. classem vel funem pr. Hamb., quod vulgare.—108. deponunt sub ramis Dorvill.—109. per herbam Heins. legit cum Grammaticis et cum vetustissimo quoque, monente idem Pier. Vulgo, per herbas; quæ vulgaris esset ratio.—110. Jupiter ille, Heins. ex Prisciano et Medic. a sec. m. Mediceo Pierii aliisque suis (adde Goth. tert.) reposuit, copiose idem astruxit, et, qui viri præstantissimi mos erat, ubi in elegantiorum formulam incididerat, in omnes alios locos intulit, in quibus Jupiter ipse legitur. Servat tamen hoc Romanus quoque.—112. C. jam forte epulis Ven. vertere morsu pr. Rottend., quod pro verti dictum esse possit; sed ortum est ex morsu, morsum, quod habent aliquot Pier.—113. penuria scribunt duo Burm.—115. crustæ Bigot. Fuisse qui frusti legerent, ex Cerda intelligitur. Crustum est exquisitior et rarius forma pro vulgari, crusta. Argotatur et hic Servius.—116. Heu Parrhas. consumimus aliquot Pier. et tres Burmanniani, si recte capio, item Pompon. Sab., nec male. Sic in hac re*

#### NOTÆ

*Adorea liba*, placentas ex frumento purissimo, quod ador sive far appellatur: Æn. VII. 33. Et forte, quia appellat liba, innuit Virgilius sacrificia Diis tum primum ab Ænea facta esse: et e placentis libatis oblatisque socios pavisse farinam, ut e victimarum extis fieri solitum videbimus Æn. VIII. 183.

111 *Cereale solum*] Solum est, quod cuique rei sustentandæ supponitur, Ecl. VI. 35. Ceres, Dea frumenti,

panis, Æn. v. 79. *Cereale solum*, quadra e pane.

114 *Orbem Fatalis crustæ*] Mox vocabit quadram, tum mensam; et placentas intelligit, quæ pro patinis tum fuerant, et vero sæpe esse solebant apud veteres. Hæc vocum diversitas e placentæ figura repetenda est. Erat enim rotunda quidem, sed lineis duabus decussatim in medio signata: itaque quatuor veluti quadris distincta. Ita Cerdanus e veteribus poetis,

Nec plura alludens. Ea vox audita laborum  
 Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore  
 Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.  
 Continuo, Salve fatis mihi debita Tellus, 120  
 Vosque, ait, o fidi Trojæ salvete Penates.  
 Hic domus, hæc patria est. Genitor mihi talia, namque  
 Nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit :  
 Cum te, nate, fames ignota ad littora vectum  
 Accisis coget dapibus consumere mensas; 125  
 Tum sperare domos defessus, ibique memento  
 Prima locare manu molirique aggere tecta.

*etiam comedimus mensas. Nec dixit plura. Vox illa audita indicavit prima terminum laborum: et pater excepit eam primus ab ore loquentis, et secum expendit admiratus oraculum. Statimque dixit: Salve, terra debita mihi per factum; et vos salvete, o Penates Trojani. Hic est domus, hæc est patria. Etenim nunc reminiscor, pater Anchises deposuit apud me talia secreta fatorum: Fili, aiebat, quando fames coget te appulsum incognitis littoribus comedere mensas, cibis deficientibus; tunc fatigatus memento sperare sedem certam, et manu stutere*

~~~~~

apud Dionys. ἀλλ' ἡμῖν ἥδη γε καὶ ἡ τρώεσσα κατέδηδοναι.—117. Heins. distinguere malebat: nec p. alludens ea vox etc., quod bene expulit Burm.—118. *primumq.* Menag. pr. *primaq.* sec. Rottend. et Dorvill. *primusque* malit Trapp., quod prosaico esset propius.—119. Corripuit Ven.; non male, inquit Heinsius. Burmannus conj. *arripuit*; uti accipi, arripi, omen solet. Nihil tamen mutat, et *eripere* ad vulgarem superstitionem refert, tanquam prohibuerit Æneas, ne Ascanius plura forte inominata subiceret, et ideo *pressit*, forte manu sua os Ascanii. Liberalior et simplicior ratio videtur hæc, quam in nota posui, *eripuit* ad solam celeritatem dicentis et interponentis verba spectat; exquisitius est quam *arripuit*, *rapuit*. cf. sup. lib. II, 619. Sic ἀρπάζειν, προαρπάζειν τὰ λεγόμενα. cf. Guell. Nec hic de omine sed de vaticinii exitu et eventu agitur. *pressit*, est vocem Ascanii repressit; nam excepto sermone alter interpellatur et reprimitur, quo minus loqui pergat. *et stupef.* est in aliis. *stipefactus* Pier. codd. etiam hic. n. *dixit* Parrhas. n. *possit* Goth. tert.—122. *hic p.* septem apud Burm. cum Goth. sec. *et* Goth. pr. *est* deest Ven. et Goth. tert.—123. *f. a. canebat* Parrhas.—125. Servius interpretatur, quasi legerit: *ancisis. Ambenis* aliquot Pier. ex lib. III, 257, ut Heins. monuit. *assumptis* Bigot. *accensis* Gud. a m. pr. *accessis* Goth. sec.—126. *superare, spirare*, aberratt. apud Heins. *domus* multi. *defixus* Ed. Ven.—127. *tecto* Franc.—128. *Hæc erit* Menag. alter cum Goth.

NOTÆ

119 *Stupefactus numine*] Oraculo divino, quod ex Ascanii ore erumpebat; aut potius oraculi divina quadam solutione. *Pressit*. Vel, *continuit silentio*: vel potius, *secum tacite expendit*.

121 *Trojæ Penates*] Dii regionis illius patrii ac domestici; qui, cum iis Penatibus conjuncti, quos Troja advehimus, jam communi nomine Penates tutelaresque Trojæ ac Trojanorum dicendi estis.

Hæc erat illa fames; hæc nos suprema manebat,
Exitiis positura modum.

Quare agite, et primo læti cum lumine Solis, 130

Quæ loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
Vestigemus, et a portu diversa petamus.

Nunc pateras libate Jovi, precibusque vocate

Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.

Sic deinde effatus frondenti tempora ramo 135

Implicat, et Geniumque loci, primamque Deorum

Tellurem, Nymphasque, et adhuc ignota precatur

Flumina; tum Noctem, Noctisque orientia Signa,

illæ ac cingere manibus primam urbem. Illa fames erat ista: hi casus extremi erant destinati nobis, allaturi finem miseriis. Agite igitur: et sub primam lucem Solis inquiramus læti, quænam sint hæ regiones, aut quinam homines occupent eas, ubi sint urbes illius nationis; et abeamus in loca remota a portu. Nunc effundite pateras in honorem Jovis, et precibus invocate patrem Anchisen, et rursus afferte cinum in mensas. Sic locutus, postea cingit caput ramo viridi, orat Genium hujus loci, et Terram primam Deorum, et Nymphas, et Deos fluviales adhuc incognitos: deinde

~~~~~

sec. hæc vox Vratisl. monebat sc. Anchises, Serv. et ed. Ven. manebant Rom., quod arridere potest. Sic vi, 84 *sed terra graviora manent.*—129. *Exiliis* in quod facile incldas, si memineris Æn. ii, 780 *Longa tibi exilia et vastum maris æquor arandum*, conj. Burm.; et sic Goth., solenni varietate. Enimvero *exitia* sunt calamitates, ærumnæ, ut toties *damnum*, *noxa*, *clades*, et similia, et Græcorum, ἀρνη, βλάβη, λύπη, λοιγός, ὄλτρος et alia.—130. *primum* duo Burm. cum Goth. sec. Erf. *limine* Moret. sec., perpetuo lapsu. vid. vi, 255.—131. *quære* Dorvill. *habitant* duo Burm. ex intpt. *ubi m. grais* Goth. tert.—133. *libare* notis Goth. tert., prave et hoc. *Libare pateras* satis intelligitur esse dictum pro: *libare cinum*; ne quis *pateris* emendandum putet; etsi et hoc eleganter diceretur. *notate* Puget.—135. *Sic demum fatus* alter Hamb. *affatus* aliquot Burm. *l. lauro* tres ejusdem: quod arridere potest; nam lauro abundabat ille tractus.—138. *noctique* conj. Voss., male; nam vulgare esset. *noctique*

#### NOTÆ

128 *Illæ fames*] Prædicta, non tantum ab Harpyia Cælæno Æn. iii. 257. sed etiam ab Anchisæ: sorte Æn. vi. 890. ubi filio memorat futura bella in Italia; 'Et quocumque modo fugiatve feratve laborem.'

130 *Primo cum lumine Solis*] Post terræ lucis initio. Hunc enim diem in excensu, et libationibus, et Deorum veneratione posuerunt. De *libatione* in mensa, Æn. i. 740. De *divinitate Anchisæ*, Æn. v. 59. 96. 98. De *Geniis locorum*, Æn. v. 95.

136 *Primamque Deorum Tellurem, &c.*] Juxta Hesiodum, qui in Theogon. 117. post Chaos primam Deorum ponit Terram, quæ primo genuit Cælum: ex Cælo Oceanum, Saturnum, Gigantes, &c. Æneas deinde *Nymphas* precatur, de quibus Ecl. ii. 46. Et *Flumina*, quæ suos quoque Deos habere putabantur. Et hos adjungit *Telluri*, quia eam ornant atque incolunt.

138 *Noctem, &c.*] Deam item, apud Hesiodum 123. prognatam e Chaos,

Idæumque Jovem, Phrygiamque ex ordine Matrem,  
Invocat, et duplices Cœloque Ereboque parentes. 140

Hic Pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto  
Intonuit; radiisque ardentem lucis et auro  
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.  
Diditur hic subito Trojana per agmina rumor,  
Advenisse diem, quo debita mœnia condant. 145

Certatim instaurant epulas, atque omine magno  
Crateras læti statuunt, et vina coronant.

Postera cum prima lustrabat lampade terras

*Noctem, et sidera surgentia per noctem, et Jovem Idæum, et matrem Phrygiam per ordinem invocat, et geminos parentes e cœlo et ex Inferis. Tunc Jupiter omnipotens intonuit ter serenus e supremo cœlo, et monstravit e cœlo nubem coruscantem auro et radiis luminis, ipse commovens eam manu. Tunc statim rumor spargitur per exercitum Trojanum, venisse diem quo ædificent urbem destinatam. Certatim renouant epulas, et gaudentes magnis præagiis disponunt pocula, et coronant vina. Quando*

Rom. *horrentia s. Parrhas.*—141. *cælo ter* Cuning. ex ed. prioc. et 1476.—142. *que abest* Dorvill. et antro Goth. sec. Forte *aura* magis placere possit; nam proprie et docte *aura* lucis et fulminis dicitur; ut supra vi, 204 vidimus. Tamen nec male *nubes ardens radiis et auro lucis* pro vulgari, radiis aureis; nota figura. *νεφέλη χρυσοειδής*, ex qua intonuit.—144. *Deditur* scripti omnes Heins., nisi quod tres dicitur, et Sprot. editur. *Diditur* tamen Pieriani aliquot exhibebant, et agnoscit Ge. Fabric., sicque jam emendatum a Nangerio, et a Benedicto e Cod. Pal. *per agm. murmur* Ven. et pro var. lect. Gud. et pr. Hamburg.—145. *condent* aliquot Pier. et tres Heins. cum Erf. Licet et hoc tueri.—146. *ordine* Zullich. *agmine* pr. Hamb. et Bigot. Sed *omine magno* absolute dictum, cum tam clarum et manifestum augurium ipsis datum esset, etc.—147. *Crateram* Moret. sec. vid. ad i, 728.—148. *primo* aliquot

#### NOTÆ

et parentem Dei atque Ætheris: unde cum ea conjungit *Signa* sive *astra*, quæ noctu oriuntur et apparere incipiunt. Noctem invocat, ut imminentem; quia timebat sibi tum ab incolarum insidiis.

139 *Idæumque Jovem*] Natum in Ida Cretæ monte, et educatum in Dictæo ejusdem antro, Ge. iv. 151. De matre *Phrygia*, Cybele, in Phrygia præcipue culta, Æn. iii. 111.

140 *Duplices Cœloque Ereboque parentes*] Venerem matrem, quæ in cœlo; et Anchisen patrem, cujus idolum quidem apud Inferos erat,

anima tamen in cœlo apud Superos. Æn. vi. 748. De *Erebo*, profundo Inferorum loco, Æn. iv. 510.

141 *Clarus ab alto Intonuit*] Fulmen sereno cœlo cadens, modo fausti, modo infausti ominis, Ge. i. 487.

142 *Radiis lucis et auro*] *Lucis aureæ*. Sic Ge. ii. 192. 'pateris libamus et auro.'

144 *Diditur*] Non deditur: hoc enim a *dedo*, *trado*; illud, a *didō*, *distribuo*. Horat. Sat. i. ii. 2. 66. *servis ... munia didit*. Lucretius frequentissime. De *coronatione vini*; cum, vel implentur vino pocula, vel reipsa cin-

Orta dies: urbem, et fines, et littora gentis  
 Diversi explorant; hæc fontis stagna Numici, 150  
 Hunc Tybrim fluvium, hic fortes habitare Latinos.  
 Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni  
 Centum oratores augusta ad moenia regis  
 Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes,  
 Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris. 155  
 Haud mora; festinant jussi, rapidisque feruntur  
 Passibus. Ipse humili designat moenia fossa,  
 Moliturque locum; primasque in littore sedes,  
 Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.  
 Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum 160

*dies postera nascens cinxit terras luce; separati inquirunt urbem, et terminos, et littora hujus nationis: discunt, hæc esse stagna fontis Numici, hoc esse flumen Tybrim, hic manere generosos Latinos. Tunc filius Anchisæ imperat centum oratores electos ex omni ordine ire ad magnificam urbem regis, omnes coronatos ramis Minervæ: et portare illi viro munera, et petere pacem pro Trojanis. Non est mora: jussi properant, et vadunt celeribus passibus: Æneas ipse describit muros depressa fossa, et inchoat urbem, et in littore cingit primam habitationem vallo et pinnis in formam castrorum. Et jam juvenes perfuncti itinere videbant turres et domos alias*

Pier. Etiam Benedictus veterem lectionem esse ait, cum primo.—150. *Dicere* Menag. pr. a m. pr. ex v. 132. *hic f.* Parrhas. et Witt. Serviana etiam h. l. corruptelis et Grammaticorum nugis scatent. Sed omnino pauca sunt in ista farragine, quæ, nulla exploratione prævia, tollere ac suscipere se posse adolescentes sibi persuadeant velim. Habent Serviana laudem suam, sed non hanc, quam mihi ipsi aliquando persuadere volebam, ut ad interiorem poetæ interpretationem multa inde lucrarer.—150. *Numici* [scilicet] ipsi, nam est *Numicius*.—151. *hinc f.* pr. Rottend.—153. *angusta* Ven.—154. *ramos tres* Heinsii, ipse malebat *ramos*.—155. *ciros* pr. Rottend. *ferre jubet* Gud. a m. sec.—155. *que abest* Leid.—160. *emensis* Gud. a m. pr. et *tecta* multi Pier. et Heins. *Latini* Medic. cum aliis plurimis, it. edd. Mediol. Ald. et al. *La-*

# NOTÆ

guntur floribus, Æn. III. 525. et Ge. II. 528. De *lampade*, pro *Sole*, Æn. IV. 6.

150 *Stagna Numici*] Fontem Numicii fluvii, cujus brevissimus cursus est prope Laviium, inter Laurentum et Ardeam. Hunc fontem aiunt sacrum fuisse Annæ Perennæ, quam Ovidius Fast. III. 551. putat Annam esse Didonis sororem, eo profugam, post necem sororis direptamque ab Iarba Carthaginem: nunc est *Rivo di*

*Nemi*. De *Tybrī*, Æn. I. 17. De *Latinis*, supra 54.

154 *Ramis Palladis*] Olivæ, Palladi sacræ, Ge. I. 14. De *Pallade*, Æn. I. 43.

157 *Designat mania fossa*] Locum ad orientalem Tybris ripam, paulo supra maris littus, cui nomen Trojæ dedit, ex Livio et Dionysio Halicarn. ubi deinde *Ostia* urbs ab Anco Marcio Romanorum rege condita est.

160 *Tecta Latinorum*] Redundat syllaba in versu, ut in isto, Ge. I.



Ardua cernebant juvenes, muroque subibant:  
 Ante urbem pueri, et primævo flore juventus,  
 Exercentur equis, domitantque in pulvere currus;  
 Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis  
 Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt: 165  
 Cum prævectus equo longævi regis ad aures  
 Nuntius ingentes ignota in veste reportat  
 Advenisse viros. Ille intra tecta vocari  
 Imperat, et solio medius consedit avito.  
 Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis, 170  
 Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,  
 Horrendum sylvis et religione parentum.  
 Hic sceptrâ accipere, et primos attollere fasces

*Latinorum, et appropinquabant muro. Ante urbem pueri et juvenes in prima pubertate exercentur equis, et regunt currus in arena, aut intendunt difficiles arcus, aut vibrant brachiis spicula flexibilia, et provocant se cursu atque jactu telorum. Tunc nuntius vectus equo refert ad aures grandævi regis venisse magnos homines in habitu incognito. Ille jubet eos adduci intra domum, et sedit in avito solio, in medio suorum. Fuit in altissima parte urbis domus magna, magnifica,educta centum columnis, palatium Laurentis Pici, tremenda ob sylvas et religionem majorum. Initium erat regibus, inde sumere sceptrâ, et erigere primos fasces: hæc curia erat illis*

~~~~~

tinorum non nisi Mentel. et Menag. cum recentibus tribus Burmanni exhibent, item bini e Goth. Sed auctoritatem graviorem dant libri Pieriani, Servius et Asper Grammaticus. *tecta domorum* ed. Ven. ex lib. XII, 132, Burm.—161. *murosq.* Rom. pr. Mentel. et pro var. lect. Leid. cum Witt. Sed vulgatam defendit Arusianus Messius. Et est doctius, *subire tecto*, quam, *tectum*. Contra *succedere tectum* doctius quam *tecto*. *muroque propinquunt* Gud. pro var. lect. —162. et *privo* Oudart. *primoque* in f. Bigot.—163. *Exercentur* Gud. a m. pr. in deest pr. Mentel., et *que* Bigot.—166. Tum aliquot Pier. *prævectus* ex Pier. et suis recepit Heinsius, ut sit, ante Trojanos urbem invectus: ut *præire*, *præcedere*. Cur enim poëtæ non licuit nova voce uti ad analogiam facta? Alii legunt: *provectus*, quod frustra defendit Burm.—167. in deest tertio Mentel. et tert. Goth. *reportant* alter Hamb. *reportat* est simpliciter pro portat. Argutatur Burmannus, dum emissum ante nuntium fuisse conjectat.—168. *inter* duo Burm.—169. *medio* alter Hamb.—171. *Urbe* f. *media* lectum alicubi ante Pierium; et sic aliquot Heins. et Burm. cum Goth. tert. *mediæ* Dorvill.—173. *Hinc* Ald. pr. et Junt. et pars codd. Heins.

NOTÆ

295. 'Vulcano decoquit humorem.' Notat *Laurentum*, urbem Latini regiam.

171 *Laurentis regia Pici*] De illa regia, et *Laurente agro*, supra 63. De *Pico*, 47. et infra 189.

173 *Attollere fasces omen erat*] *Fasces*

posuit, pro quibuslibet imperiti insignibus: nondum enim fascium hic usus erat. *Omen* posuit pro *initio*: quia veteres, gravissimarum rerum initio, captare omina et auspicia et auguria solebant: unde *auspicium* etiam, et *auspicari*, dicimus, pro, *initium* capere

Regibus omen erat; hoc illis curia templum,
 Hæ sacris sedes epulis; hic ariete cæso
 Perpetuis soliti patres considerare mensis.
 Quinetiam veterum effigies ex ordine avorum
 Antiqua e cedro, Italusque, paterque Sabinus

175

templum, hic locus destinatus sacris conviviis: hic mactato ariete patres solebant sedere ad mensas longas. Imo præterea stabant in vestibulo per ordinem imagines veterum patrum ex antiqua cedro, et Italus, et pater Sabinus plantator vitis, tenens in

//////////

et Burm. cum Goth. pr. et p. tollere Witt.—174. templo Bigot.—175. Hæc Rom. cum binis Burm. et ed. Mediol. hic ed. Ven. sacræ tres Heins. et Medic. Pierii. sacris ades Ven. et tert. Rottend. a m. pr.—178. e Heins. e snis et Pier., alii ex. Aliis utrumque abest, in aliis adhæsit e priori voci: antiquæ cedro, et hinc Schol. Stat. antiquæ cedri. v. apud Pier. et Heins.—

NOTE

et incipere: et inaugurari, pro, in dignitatem aliquam assumi.

174 Curia templum] Curia, locus est ubi res publicæ curantur: sive divinæ, ut sacrificia; sive humanæ, ut judicia, consilia: unde aliquando cum templo fere convenit; aliquando ab eo diversa est, ut hic. Qui curiæ præerat, dicebatur inde apud Romanos curio: et postquam populus Romanus a Romulo tres in tribus distinctus est, singulæ tribus divisæ sunt in decem curias, sic dictas a locis, quo sacrorum negotiorumque causa separatim cives conveniebant.

175 Ariete cæso Perpetuis, &c.] Arietis sacrificium illis in partibus tum in usu fuisse jam diximus, 87. Perpetuis mensis: in longum porrectis, ubi continua serie sederent convivæ; non vero distinctis in sedilibus. Sic Æn. viii. 183. Perpetui tergo bovis. Porro considerare, non in lecto recumbere ad mensas, heroicis temporibus moris fuisse diximus, Æn. i. 702.

178 Italus] Hunc aiunt quidam fuisse Siculorum regem: Dionysius potentem virum, Ænotrum genere, et ex eorum Arcadum prosapia, qui duce Ænotro Lycaonis filio illuc ex Peloponneso venerant: eumque pro-

pagato imperio, regionem Ænotriam ante dictam, nomine suo Italiam nuncupasse.

Sabinus Vitisator, &c.] Sabinus nomen dedit Sabinis, genti ex Lacedæmoniiis quidem, ut vulgo existimatur; sed, ut Cluverius probat, ex Oscis Ausonibus oriundæ. Filius fuit Sancæ, hujus regionis Genii, qui alio nomine Dius Fidius, alio item Semo dicebatur: ut patet ex Ovid. Fast. vi. 213. Hunc vitem et segetes coluisse non liquet: quare multi verum hunc totum 'Vitisator, curvam servans,' &c. referunt ad Saturnum. At certe structura versus omnino ad Sabinum esse referendum ostendit. Et si conjicere fas est: puto hunc Sabinum, ejusque patrem Sancum, artem serendæ terræ in eo tractu reperisse; unde Sancus dictus sit Semo; non quasi semihomo, id est inter homines Deosque medius, ut interpretatur Vossius; sed a seminando: atque ita vitisator et falce armatus pingitur ejus filius Sabinus; quod fortasse artem illam a patre inventam perfecit, et vitium culturam eidem addiderit. De Saturno, Æn. viii. 319. De Jano bifronte, infra 610. De vestibulo, seu atrio, in quo disponebantur imagines, Æn. iv. 666.

Vitisator, curvam servans sub imagine falcem,
 Saturnusque senex, Janique bifrontis imago, 180
 Vestibulo astabant; aliique ab origine reges,
 Martiaque ob patriam pugnando vulnera passi.
 Multaque præterea sacris in postibus arma,
 Captivi pendent currus, curvæque secures,
 Et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra, 185
 Spiculaque, clypeiue, ereptaque rostra carinis.
 Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat

imagine falcem curvatam; et senex Saturnus, et effigies Jani bifrontis; et alii reges a prima origine, qui certando pro patria tulerant vulnera bellica. Et præterea pendent circa sacra limina arma plurima, capti currus, et curvæ secures, et cristæ capitum, et magna claustra portarum, et spicula, et scuta, et rostra avulsa navibus. Ipse Picus, domitor equorum, sedebat cum baculo Quirinali, et vestitus parva tre-

179. *curva* Voss.—180. *senes* Franc. *biformis* sec. Rottend. et a m. sec. Hagen. cum Goth. sec.—181. *vestibulum* Zulich. a m. pr. *astabant* est pro vulgari, *stabant* in v.—182. Burmannus *Martiaque* ex Servio cum Romano (Pierii) et editis omnibus legendum statuit. De editis verum hoc non est: nam in his qui inde ab Aldd. constanter legitur; etsi Benedictus in Junt. emendare jusserat *que*. Malim equidem *qui* et *que* abesse. Sed vereor, ne totus versus aliunde in margine adhæserit. An alius poëta dixerit *Martia vulnera*, ut *arma Martia, signa Martia, æphra retyea*, ignoro. *Reges* sunt omnino regio sanguine nati et veteres heroës, *Ævactes*. Sic ipse Æneas toties rex, ut inf. 220.—183. *sacrisque* Oudart.—185. *castra* Oudart. pro *claustra*.—186. *arreptaque* Ven.—187. *parvaque* vel *falcuque* Zulich. Ceterum transpositi esse versus hi

NOTÆ

181 *Ab origine reges*] Allusum aliqui putant ad populos Aborigines, quibus tunc Latinus imperabat. Hos quidam volunt primos fuisse Italix incolas, ibidem natos, non aliunde advectos, ideoque dictos *Aborigines*, cujusmodi homines Græci vocant *αὐτόχθονας*. Alii ex variis nationibus vagis collectos, unde *Aberrigenes* dicti sint, ab *aberrando*. Alii vero plures, Dionysio Halicarnasseo duce, eosdem putant fuisse cum Cœnotris: qui ex Arcadia profecti, annis ante bellum Trojanum plusquam quadringentis, in Italiam appulsi, montes patrio more incoluerint; indeque quasi cognomine quodam appellati sint *Aborigines*, ab *ἔπος mons*. Videtur Virgilius primam opinionem tenere, Æn. viii.

§14. De *postibus*, Æn. ii. 442. De *cristis galearum*, Æn. vi. 780. De *rostris*, in prora navium prominentibus, Æn. v. 142.

187 *Quirinali lituo, &c.*] *Lituum*, hic baculus est augurum, in summa parte incurvus, quo cœli regiones ad consulendos avium volatus distinguebant; alibi tuba est, ejusdem formæ, Æn. vi. 167. Igitur *succinctus ad trabem* duntaxat pertinet, non ad *lituum*: nemo enim *ciactus* baculo dici potest. *Quirinalis* dicitur: quia, ex Plutarcho, Romulus augurandi mire peritus fuit, ob eamque rem lituum solebat gestare: qui deinde studiose servatus in curia Saliorum, quæ est in Palatio, cum ea deflagrasset, inventus est integer, ut est apud Cicer.

Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat
 Picus, equum domitor: quem capta cupidine conjux
 Aurea percussum virga, versumque venenis, 190
 Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas.
 Tali intus templo Divum patriaque Latinus
 Sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit;

bea; et sinistra manu ferebat scutulum: Picus, quem amatrix Circe, correpta nimia cupiditate, percussum aurea virga et transformatum venenis, fecit avem; et variavit coloribus ejus alas. Latinus sedens intra tale templum Deorum et avitam domum, accessit Trojano ad se sub tecta: et prior dixit hæc ore tranquillo iis

~~~~~

quinque 187...191 *Ipse Q.* et ante vs. 188 retrahendi videri possunt: ut regibus subjungatur unus aliquis insignior Picus. Potnit tamen Virgilius maluisse alterum.—188. *anchise et anchille* in Goth. ex *anchile*, ut alii scribunt v. c. fragm. Vatic. *ferebat Ven.*—189. *equis d. sec.* Rottend.—190. *Aurea sc. virga*, nota synæresi; male Servius jungi vult *aurea conjux*.—191. *fecit avem* Hugén. *Circe tres Heins.*—192. *Divum templo* Medic. Pier. *temploque*

#### NOTÆ

de Divin. l. i. 30. Cum ergo Romulus appellatus sit *Quirinus*; ideo lituus hic, *Quirinalis*, per anticipationem vocatur.

187 *Parva Succinctus trabea*] *Trabea*, toga fuit, communis sive albi coloris: in eo dissimilis *prætexta*: quod *prætexta* purpureo limbo tantum in ima ora prætexeretur; trabea multis fasciis virgisque purpureis, instar trabium transversis ac discurrentibus, ornaretur: iisque, vel intextis, vel assutis. Ornamentum fuit equitum in decursione publica, quæ Idibus Julii fiebat: item et consulum in aperiendo Jani templo: aliquando etiam augurum, qualis hic ornatus Pici describitur. A Romulo trabeam usurpatam, prætextam a Tullo Hostilio primum inventam habemus ex Plinio l. ix. 89. Quare Virgilius, qui eam attribuit Pico, prolepsi sive anticipatione usus est. Dicitur hæc Pici trabea, *parva*: id est stricta, brevis, atque angusta, quales initio togæ fuerunt; non laxior et fusior, quales deinde luxus induxit. De *ancilibus*,

scutis minoribus ac rotundis, Æn. viii. 664.

189 *Picus, equum domitor, &c.*] *Studiosus equorum* dicitur ab Ovid. Metam. xiv. 322. mutatusque in avem picum, *picert*, a Circe; quod, ob fidem uxori suæ Canenti servandam, ejus amorem sprevisset. Fingitur mutatus in picum: quia avis illa maximi usus fuit in captandis auguriis, qua in arte idem rex excelluit, unde et augurali habitu hic describitur. *Aurea virga*] Aliqui legunt *aurea*, in primo casu, ut ad Circe referatur, quemadmodum *Venus aurea* appellatur Æn. x. 16. Alii, *aurea*, in sexto casu, ut ad virgam referatur; quemadmodum diximus Æn. i. 702. *Aurea composuit sponda*. Vocatur Circe *conjux*, id est amatrix, quæ conjugis loco optabat esse: ut Ecl. viii. 18. 'Conjugis indigno Nisæ deceptus amore.'

191 *Sparsitque coloribus alas*] Purpureo et fulvo, quibus pici pennæ distinctæ sunt. De *Teucris* et *Dardanidis*, Trojanis, Æn. i. 230.

Atque hæc ingressis placido prior edidit ore :

Dicite, Dardanidæ, neque enim nescimus et urbem, 195

Et genus, auditique advertitis æquore cursum,

Quid petitis? quæ causa rates, aut cujus egentes

Littus ad Ausonium tot per vada cœrula vexit?

Sive errore viæ, seu tempestatibus acti,

(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto) 200

Fluminis intrastis ripas, portuque sedetis;

Ne fugite hospitium, neve ignorete Latinos

Saturni gentem, haud vinclo nec legibus æquam,

Sponte sua veterisque Dei se more tenentem.

Atque equidem memini (fama est obscurior annis) 205

Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris

Dardanus Idæas Phrygiæ penetrarit ad urbes,

*ingressis: O Trojani (neque enim ignoramus et urbem et genus vestrum, et cogniti direxistis huc mari navigationem) dicite quid petitis? quæ causa tulit per tot maria cœrula ad littus Italicum naves vestras, aut cujus rei indigentes? Sive pulsi errore riarum, sive procellis (qualia multa navigantes tolerant per altum mare) ingressi estis ripas fluvii nostri, et statis in portu; ne fugatis hoc hospitium: et ne nesciatis Latinos esse populum Saturni, non justum per vincula legum, sed sponte sua, et continentem se in consuetudine illius antiqui Dei. Et sane recorder (quanquam fama illa minus nota est ob vetustatem) Auruncos senes ita narrare: quomodo Dardanus, natus in his arvis, pervenit ad Idæas urbes Phrygiæ, et ad*

*Deum alii Pieriani.—194. Atque hic Dorvill. ingressus Ven.—196. cursum revocavit Heins. ex libris et edd., vulgo alli cursum.—198. Littusque A. Dorvill. Littus et A. Franc. per tot Ven. per v. fervida Moret. tert. ex v. 24 huius libri. texit Medic. a m. pr.—200. Qualia sæpe aliquot Pier.—201. portusque Franc.—202. Nec f. Medic.—203. aut v. Dorvill. et legibus Comment. Cruqu. ad Horat. ap. Burm.—204. veterisque ævi a Servio lectum esse suspicabatur Markland. ad Stat. p. 185. serentem codd. apud Pier. Putes forte esse ferentem. Sed ferre se est incedere. Wakefield Sylv. iii, p. 11 em. gerentem. Videat vir doctus, annon hoc pedestre et tenne sit, gerere se more Dei. Sed v. Notam.—205. eadem alter Hamb. idem Menag. pr. Porro Heins. conj. fama tsi; quo carere possumus. cf. Burm.—206. Auruncos alii, quod Ge. Fabricius diversum populum prodere putabat. Perperam. Ausonios Vratisl. a m. pr. Auricomos codd. ap. Pier. ex librarii stupore, ut et Auruncos in Rom. Auruncos in al. et argis Goth. alter. in agris Erf.—207. penetrarit Heins. recepit ex pr. Moret. et ex Pierii Rom. alisque: alii, etiam fragm. Vatic., penetravit; hoc malim retineri: est enim gravitatis*

#### NOTÆ

202 *Latinos Saturni gentem, &c.*] Indicat ætatem auream. De qua, Ecl. iv. 6. Ge. i. 125. De *Saturni* in Italia regno, Æn. viii. 319. De *Auruncis* et *Ausonibus*, supra 55.

207 *Dardanus Idæas, &c.*] Hoc narravimus Æn. iii. 167. Æn. i. 239. De *Ida*, monte Troadis in Phrygia, Æn. i. 385. De *Tyrrhena* regione, Æn. ii. 781.

Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.  
 Hinc illum Corythi Tyrrhena ab sede profectum  
 Aurea nunc solio stellantis regia cœli 210  
 Accipit, et numerum Divorum altaribus addit.  
 Dixerat. Et dicta Ilioneus sic voce secutus :  
 Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos  
 Atra subegit hyems vestris succedere terris,  
 Nec sidus regione viæ littusve fefellit : 215  
 Consilio hanc omnes animisque volentibus urbem  
 Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam  
 Extremo veniens Sol aspiciebat Olympos.

*Samum Thraciam, quæ nunc vocatur Samothracia. Nunc palatium aureum cœli sideri excipit solio illum hinc profectum e Tyrrhena urbe Coriti, et donatus aris augeat numerum Divorum. Dixerat: et Ilioneus sic respondit voce verbis ejus: Rex, eximia proles Fauni: nec nigra tempestas coëgit nos agitados mari intrare in regnum vestrum; nec astrum, aut litus, abduxit nos a recta regione viæ. Omnes consulto et animis libentibus appellimur ad hanc urbem: ejecti regnis, quæ Sol oriens ex ultimo cælo spectabat olim amplissima. Initium nostræ stirpis est a Jove; Tro-*

~~~~~

epicæ. v. ad 1, 710.—208. *Samon* Medic. *Samon* alii.—209. *Hunc illum* pr. Hamb. *Corithi, Choriti, Chariti, Coriti* etiam hic aberrant librarii, ut sup. III, 170. *Coriti Cyrena* Exc. Burm.—211. *numero Divorum altaribus addit*: Heins. ediderat; solius Gudiani auctoritate. Impedita lectio, etsi sic expedias: *regia cœli addit eum numero Divorum, altaribus* h. e. per altaria, aris in ejus honorem exstructis; vel in altaribus, templis. At durum hoc: *cælum addere aliquem numero Deorum per altaria*. Vulgata ante Heinsium lectio erat: *numerus Divorum altaribus augeat*: nec inodo in ed. Ven. et Mediol., sed in omnibus, quantum video, etiam antiquioribus, inque his Aldd. Eamque, quod mireris, tuentur codd. permulti, et ipse Medic. cum fragm. Vatic. At *numerus Divorum altaribus addit* Rom. cum aliis Pier. et ex Heinsiauis forte plures exhibebant; sicque Erf. In altera hac, quæ codicum auctoritate firmatur, lectione nihil est, quod desideres; itaque reposui; sive ut sit: *addit altaribus Divorum enim, numerum, h. numeri incrementum; sive simpliciter, et altaribus Divorum addit numerum, augeat numerum altarium*: unde venisse videtur altera lectio *auget*. In Ciri 201 venit—*Cognatos augens reges numerumque suorum Ciria*. . .—212. *dictum* Medic. a m. pr. *dicto* Gud. a m. pr. *locutus* sec. Moret.—214. *succumbere* sec. Moret. *tectis* ante Heins. vulgg.

NOTE

208 *Threiciamque Samum*] *Samos* triplex. I. Maxima, ad occidentem sinus Corinthiaci, in Mari Ionio, nunc *Cephalonie*, de qua, Æn. III. 271. II. Minor, ad occidentem Ionie, in Mari Icario, nunc adhuc *Samo*, de qua Æn. I. 20. III. Minima, ad meridiem Thracie, contra ostia Hebri fluvii, in *Delph. et Var. Clas.*

Mari Ægæo, communius *Samothracia* dicta, nunc *Samandraci*: de qua hic sermo est. De *Corito* oppido Tusciæ, nunc *Cortona*, Æn. III. 170.

217 *Regnis, quæ maxima, &c.*] Priamus enim maximæ parti minoris Asiæ imperabat, Æn. III. 1. De *ortu Dardanii a Jove*, Æn. III. 167.

Virg.

3 N

Ab Jove principium generis; Jove Dardana pubes
 Gaudet avo; rex ipse Jovis de gente suprema 220
 Troius Æneas tua nos ad limina misit.
 Quanta per Idæos sævis effusa Mycenis
 Tempestas ierit campos; quibus actus uterque
 Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis:
 Audiit, et si quem tellus extrema refuso 225
 Submovet Oceano, et si quem extenta plagarum
 Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
 Diluvio ex illo tot vasta per æquora vecti
 Dis sedem exiguam patriis littusque rogamus
 Innocuum, et cunctis undamque auramque patentem. 230
 Non erimus regno indecores; nec vestra feretur
 Fama levis, tantive abolescet gratia facti;
 Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.

jana juvenus gloriatur Jove parente: rex Æneas Trojanus, ipse e summa familia Jovis, misit nos ad tuam domum. Si terra ultima celat aliquem interfuso oceano; si zona Solis torridi, porrecta in medio quatuor zonarum, separat aliquem a ceteris hominibus: is quoque audit, quanta procella belli, erumpens e crudelibus Mycenis, pererraverit agros Idæos; et quo fato geminus orbis Europæ atque Asiæ commissus sit. Ab illo excidio, jactati per tot maria immensa, poscimus pro Dîis domesticis sedem angustam, et littus securum, et aquam atque aërem communem omnibus. Non erimus dedecori regno tuo, nec levis fama vestra inde habebitur, nec delebitur gratia tanti beneficii, nec parnibit Italos admisisse sinu suo Trojan.

.....

edd. et codd. pars.—221. nunc ad l. pr. Moret. ad lumina Zulich. mittit pr. Hamb. cum fragm. Vatic.—224. concurritur Parrhas. concurreret Rom.—225. si quam Rom.—226. Hiatus constitue post Oceano; non in quem. exempla Menag. pr. extrema Ven.—228. Distinguere alios post Dilecto ex illo, ut cum antecedd. jungatur, narrat Servius.—230. auramque undamque Sprot.—231. nostra Oudart. fuletur Ven.—232. tantique pars scriptt. et edd. aboleatit duo Mentel. et a pr. m. Reg. aboleatit Goth. sec. dolatit Goth. tert. aboleatit Hugen., Heinisius malebat, abolebit. At poeta docte posuit antiquum verbum, quod et in Lucretio occurrit v, 732.—233. Ausonio

NOTÆ

220 *Jovis de gente* . . . Æneas] Et paterno genere, per Dardanum; et materno, per Venerem. *Idæi campi*, Trojanum, ubi mons Ida, Æn. II. 801. *Mycenis*, urbe Peloponnesi, Agamemnonis regia, Æn. I. 288. *Europæ atque Asiæ orbis*: Græci, qui ex Europa; Trojanum, qui ex Asia. *Orbis*: pro mundi parte hic sumitur.

225 *Audiit, et si quem, &c.*] Intelligit incolæ, si qui sunt, zonæ frigidæ; quam ultra oceanum, ad meridianum et septentrionalem polum hinc inde recedit: et incolæ zonæ torridæ, quam in medio orbis itineri Solis subjacet. Da his tribus zonis et aliis duabus temperatis, Ge. I. 233.

Fata per *Æneæ* juro, dextramque potentem,
 Sive fide, seu quis bello est expertus et armis ; 235
 Multi nos populi, multæ (ne temne, quod ultro
 Præferimus manibus vittas ac verba precantia)
 Et petiere sibi et voluere adjungere gentes.
 Sed nos fata Deum vestras exquirere terras
 Imperiis egere suis. Hinc Dardanus ortus 240
 Huc repetit, jussisque ingentibus urget Apollo

Juro per fata Æneæ ; et per dextram ejus potentem, seu fide, seu bello et armis, si ullus expertus est eam ; multi populi, multæ nationes, et petierunt, et voluerunt nos sociare sibi : ne sperne nos, quia sponte portamus manibus tæniis et verba supplicantium. Sed voluntas Deorum coëgit nos jussis suis quærere regionem vestra. Dardanus hic ortus est, huc revertitur : et Apollo magnis oraculis impellit nos ad

Franc., vitiose. accepisse pr. Hamb. Dorvill. et Leid. pigebat alter Mentel. a m. pr. librarii lapsus ; sed Heinsius commodiorem lectionem in eo inveniebat, ut ad Dardani in Phrygiam adventum referretur. Argute magis quam vere.—235. *sive quis b. expertus et armis* Medic. Pierii. *fidem* duo Burmann., et unus, in armis.—236. *et multæ* Parrhas.—237. *Proferimus* aliquot Pier. et duo Heins., sed *præferre* est proprium in hac re. cf. Burm., et *verba*, multi ; tandem *ac verba precantia* haud dubie vera lectio restituta post Benedictum in Junt. 1510, qui bonos ac vetustos codd. hoc habere ait, tum Pier. ab Heinsio e Mediceo aliaque ; Burmannus etiam Ed. Ald. et Mediol. memorat ; sed omnes Aldd. consentiunt in vulgata : *et verba precantum*. Hoc etiam Rom. exhibet, *precantis* Bigot. *vittasque precantia verba* in litura fragm. Vatic. cum aliis Pier. et Heins. *vittasque precantia regno Ven. manibus ac verba p. vittas* ed. Ven.—239. *Et nos* Dorvill.—240. *Imperiis cogere* aliquot Pier., forte pro *coëgere*.—241. Salebrosa oratio meo quidem judicio : *Hinc Dardanus ortus Huc repetit, jussisque i.*—Numici ; ad quam tamen neminem offendisse video, ne ad interpretationem quidem : de qua Notam vide. *Huc* jam in Venetis Ald. aliaque vetustioribus expressum video ; et sic Medic. fragm. Vatic., nec aliunde varietas notata, nisi quod Rom. *Hinc repetit, jussisque—Tyrrhenum et Tybria et f. v. s. N.* Menagii autem pr. *Hunc repeti jussis ing.* (Abest *que* etiam in sec. Moret. et sec. Rottend.) *Hinc r.* Ven. Ita bis dictum esset : *hinc Dardanus ortus, Hinc repetit* : ut *ortus* sit pro singulari ; *hinc, hinc* inquam, *ortum*, *rd yévos*, repetit, ducit. *Hic* Serv. Dan. ad iv, 259. Sed in his vocibus *hinc, hunc, hic, nunc, hac*, semper magna esse solet varietas ex scribendi compendio ; ut forte conjicias fuisse : *Nunc repetit, jussisque ingentibus urget Apollo, Tyrrhenum Tybrim et fontis vada sacra Numici*. Ut sit : *Nunc* Apollo repetit, li. e. repetere jubet, Tybrim. Hæc saltem Latine dicta essent. Ut tamen ex animo dicam, omnes tres versus inde a verbis : *Hinc Dardanus ortus Huc v. Tyrrhenumque* alieni esse videntur, aut ex margine serius attexti, ad explendum hemistichium *Imperiis egere suis* ; aut ex variis

NOTE

237 *Præferimus manibus vittas*] Supplices, tam apud Latinos quam apud Græcos, solebant olivæ ramum præferre, revinctum laneis vittis ; quæ in manns supplicum dependebant :

unde dicuntur passim etiam *relaminu*, et *infulæ* ; quod velarent manus et quasi vincirent : capitum vero infulæ vulgo etiam essent e tæniis vittique laneis, *Æn.* ii. 133.

Tyrrhenum ad Tybrim, et fontis vada sacra Numici.
 Dat tibi præterea Fortunæ parva prioris
 Munera, reliquias Troja ex ardente receptas.
 Hoc pater Anchises auro libabat ad aras ;
 Hoc Priami gestamen erat, cum jura vocatis
 More daret populis ; sceptrumque, sacerque tiaras,
 Iliadumque labor vestes.

245

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
 Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret,
 Intentos volvens oculos. Nec purpura regem
 Picta movet, nec sceptrum movent Priameia tantum,
 Quantum in connubio natæ thalamoque moratur ;
 Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.

250

Tybrim Tyrrhenum, et ad fluenta sacra fontis Numici. Præterea Æneas offert tibi exigua dona præteritæ fortunæ, reliquias servatus e Troja incensa. Anchises pater ejus libabat hac patera aurea ante altaria : hic erat ornatus Priami, quando juxta consuetudinem reddebat jus populis contocatis, et sceptrum, et sacra tiara, et vestes, opus Trojanarum mulierum. Inter talia verba Ilionei, Latinus tenet cultum defixum intuendo, et stat immotus loco, volvens oculos attentos : nec purpura colorata, nec sceptrum Priami tam movet regem, quam attendit ad conjugium et nuptias filix, et meditatur in animo oraculum antiqui Fauni : hunc esse illum gene-

poëtæ tentaminibus, quæ chartis ille illeaverat, a Tucca confecti.—242. *Timici et Thymici* codd. apud Burm.—243. *Dat sc. Æneas*, et sic vulgo explicatur. Sic oratio ad v. 221 retrahitur : *Troius Æneas tua nos ad limina misit—Dat tibi p.* Quod tamen satis durum esse quis non videt? inprimis cum orationis cursus ad Apollinem hoc referat, v. 241, sensu tamen repugnante. Videtur poëta, quæ media sunt, secundis curis elaborasse, neque illis cetera satis accommodasse.—245. *Huc tert. Rottend. ad aurum Menag. pr. et sec. Goth.*—247. Paulo calidior quis conjectare possit : *Hoc Priami gestamen erat—sceptrum ; Assaracique tiaras ; Iliadumque labor vestes.* cf. Notam.—248. *vestis* aliquot Burmann.—250. *oblitu* Franc. et Ven.—253. in deest Zulich. in *connubia* Ven. *Esse connubio* trisyllabum e superioribus meminimus.—254. *volvens* a pr. m. fragm. Vatic. et aliquot Pier., ut

NOTÆ

242 *Tyrrhenum ad Tybrim, &c.*] De eo, Æn. II. 781. De Numicio, supra 150. De libatione ad aras, Æn. I. 740.

247 *Sacerque tiaras*] Pilens fuit omnium fere orientalium principum, igitur et Phrygum : oblongus, rotundus, in acumen desinens, pendulis ad aures vittis insignitus : cujus acumen erectum quidem reges ferebant ; ceteri

ab rege illustres viri, paulum inflexum.

248 *Iliadumque labor vestes*] Vestes acu pictæ, quod Phrygum inventum fuit : unde et *Phrygiones* dicuntur ejusmodi artifices. *Iliades*, Trojanæ mulieres, Phrygiæ.

254 *Sortem*] Oraculum, Æn. IV. 346. De *paribus auspiciis*, pro, pari potestate, Æn. IV. 102.

Hunc illum fatis externa ab sede profectum 255
 Portendi generum, paribusque in regna vocari
 Auspiciis; huic progeniem virtute futuram
 Egregiam, et totum quæ viribus occupet orbem.
 Tandem lætus ait: Di nostra incepta secudent,
 Auguriumque suum! Dabitur, Trojane, quod optas. 260
 Munera nec sperno. Non vobis, rege Latino,
 Divitis uber agri Trojæve opulentia deerit.
 Ipse modo Æneas, nostri si tanta cupido est,
 Si jungi hospitio properat, sociusque vocari,
 Adveniat; vultus neve exhorrescat amicos. 265
 Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
 Vos contra regi mea nunc mandata referte.
 Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ,
 Non patrio ex adyto sortes, non plurima coelo
 Monstra sinunt: generos externis affore ab oris, 270

rum, profectum e peregrina regione, destinatum fatis; et hunc vocari in regnum aequali potestate: hinc orituram sobolem illustrem virtutibus, et quæ potentia subiciat totum orbem. Denique lætus ait: Dii prospera reddant nostra consilia, et sua auguria. Vir Trojane concedetur tibi quod cupis. Nec contemno dona vestra. Regnante Latino, non deficiet vobis sæcunditas divitis agri, aut abundantia Trojæ. Tantummodo veniat ipse Æneas; si tantum est ipsi desiderium nostri, si properat conjungi mecum jure hospitii, et appellari socius; et ne timeat vultus benevolos. Erit mihi pars fœderis, tetigisse dextram regis. Vos vero jam reportate regi mea dicta. Est mihi filia, quam non oracula ex patrio sacrario, non multa prodigium e coelo missa permittunt me sociare marito nationis nostræ. Edicunt hoc superesse Latio: nempe centurum esse generum e peregrinis regionibus, qui posteritate sua

ad ait continnetur oratio. *voluit Fauni pr. Moret.—255. Hinc i. Parrhas. et fragm. Vatic. ab s. Heins. cum potioribus. Alii a sede. profectum aliquot Pier.—256. generos e Servio memorat Burm. que abest aliquot Heins.—257. Ominibus Oudart. a m. sec., sed v. iv, 102. huic p. Heins. e Medic. et aliis; vulgo hinc p. Goth. tert. hunc.—258. et omittunt multi apud Heins. et Burm., et sane abesse malim. qui v. fragm. Vatic. a pr. m.—259. victus ait Menag. di vestra duo Burm.—260. Auspiciumque Menag. pr.—261. nec vobis Parrhas.—262. Trojæque tres Burm.—263. est deest alteri, Voss.—264. adjungi h. properet Oudart. sociusque cum Brunckio revocavi: in recentiores, puto inde a Dan. Heinsio, venit sociusce. In codd. utrumque habetur. sociusq. sociusve duo aberrant ap. Burm.—265. abhorrescat Witt.—266. Par Ven.—268. nostræ q. j. gentis Menag. pr. qua Rom.—269. patriæ tres Burm. nec Goth. sec.—270. sinant Leid. a m. pr. e. nam affore Ven. e. nam fore Parrhas. g. e. af-*

NOTÆ

262 *Uber agri*] Substantive pro et Isocrates, et Græci poetæ Tragici, ubertate terræ, Ge. ii. 185.
 266 *Tyranni Regis*. Sic enim Plato, De adyto, Æn. ii. 297.

Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant. Hunc illum poscere fata
 Et reor, et, si quid veri mens augurat, opto.
 Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
 Stabant ter centum nitidi in præsepibus altis :
 Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci
 Instratos ostro alipedes pictisque tapetis.
 Aurea pectoribus demissa monilia pendent.
 Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.
 Absenti Æneæ currum geminosque jugales,
 Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem,
 Illorum de gente, patri quos dædala Circe

275

280

extollat ad sidera nostrum nomen. Et opinor hunc illum esse quem fata petunt; et id cupio, si mea mens conjicit aliquid veri. Hæc locutus pater, elegit equos ex omni multitudine. Trecenti bene curati erant in altis stabulis. Statim imperat equos, coopertos purpura et variatis stragulis, dari singulis Trojanis per ordinem: aureæ phalæræ pendent demissæ in pectora: tecti auro mordent sub dentibus aurum rutilum. Imperat dari Æneæ absenti currum et geminos equos jugales, ex origine cælesti, exhalantes ignem naribus: de stirpe illorum, quos ingeniosa Circe, suffurata

~~~~~

*fore regnis Hic Latio Menag. pr.—272. ferent duo Burm. exposcere Ondart.—273. verum Sprot.—274. eligat alter Hamb.—275. tricentum, trecentum, in Goltianis, ut solent infimi ævi librarii scribere.—276. Omnes ext. Catræus edidit. v. Burm.—277. instructos Ven. et plerique Pier., solenni permutatione.—279. Strati a. Ven. et Parrhas.—280. Æneæ absenti Goth. sec.—281. flagrantis fragm. Vatic.—282. Circeæ idem fragm. et duo Burm. etiam hic, ut alibi. v. snp. 191. Comment. Cruqu. ad Horat. i Sat. 6, 77 sic laudat: quos illi d. C. S. de matre*

#### NOTÆ

277 *Instratos ostro alipedes*] *Alipedes*, equi veloces et quasi alatis pedibus: desumpta vox e Lucretio, qui cervos ita nuncupat, l. vi. 765. *Ostro*, purpura e sanguine ostrei expressa, Ge. ii. 506. *Pictis tapetis*, stragulis purpureis, sed acu pictis et variatis: pictura enim de acn sæpe dicitur: reperitur *tapes, tapete, tapetum*.

278 *Monilia*] *Phalæras* quidam interpretantur. Et vero phalæræ sunt Plinio, pensilia ornamenta: quamquam Suidæ sunt scutula in fronte; Herodoto tegumenta circa maxillas.

282 *Patri quos dædala Circe, &c.*]

Fingitur hic a Virgilio Circe, Solis filia, paternis equis equam clam supposuisse, quæ hos Latini equos ex eorum semine pepererit: unde *nothi* dicuntur, id est non legitimi, quorum tamen notus est pater: quorum enim ignotus est, ii dicuntur *oparii*: a Græca voce *ὀπίος*, quæ idem significat. *Circe* dicitur *dædala*, id est, ingeniosa: vel a Dædalo ingenioso artifice, *Æn.* vi. 14. vel a *δαίδαλος* *artificiosus facio*. Sic Lucretius, Minervam, Terram, linguam, *dædalum* passim appellat. Dicitur autem *Circe* a quibusdam fuisse Marica illa nympha, mater Latini, de qua 47.

Supposita de matre nothos furata creavit.

Talibus Æneadæ donis dictisque Latini

Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant. 285

Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis

Sæva Jovis conjux, aurasque invecta tenebat :

Et lætum Æneam classemque ex æthere longo

Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.

Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ ; 290

Deservisse rates. Stetit acri fixa dolore.

Tum quassans caput, hæc effundit pectore dicta :

Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris

Fata Phrygum ! num Sigeis occumbere campis,

Num capti potuere capi ? num incensa cremavit 295

*patri suo Soli, creaverat nothos e matre supposita. Trojani post talia munera et verba Latini revertuntur excelsi in equis, et referunt pacem. Ecce autem aspera uxor Jovis referebat se ab Argis Inachiis, et ibat elata per aërem, et procul ab usque Pachyno Siculo vidit ex aëre lætum Æneam et classem Trojanam. Videt Trojanos jam struere domos, jam confidere regioni, reliquias naves: stetit affixa illic, præ gravi dolore: deinde movens caput, emisit e pectore hæc verba: Vah gentem odiosam, et fata Trojanorum opposita voluntati meæ! An potuerunt perire in campis Sigeis? an capti potuerunt capi? an Troja combusta combussit homines? Ergo re-*

\*\*\*\*\*

*salos furata creavit.*—284. *Æneades* Rom. lati d. d. Dorvill. *dictis donisque* Serv.—286. *ab agris* Goth. pr.—287. *que abest* Menag. pr. *invicta* Mentel. pr. *curasque inventa* Franc.—288. *longo* Heins. ex Mediceo recepit; accedit Hugen. Ex Romano nihil notatum est. At ceteri omnes cum fragm. Vatic. et edd. *longe*. Vereor, ne alterum sit ex eo deliciarum genere, quod librariorum incuriæ debemus.—289. *adusque* Rom. *Pahyno, Pachino, Pachinno, Pachynno* aberratur.—290. *sidere terræ* plerique Pier. et Menag. alt., ac Moret. pro div. lect., antiquæ; sed *fidere terræ* ex poetæ usu et Arusiani Messii auctoritate defenditur ab Heinsio.—292. *Dum q.* alter Hamb. *effundit* Heins. e melioribus; alii *effudit*.—293. *factis* conj. Waddel., temere. *totis contraria nostris* Jo. Schrader. in schedis.—294. non tres Heins., et mox iidem cum aliis, etiam Goth. tert., non *capti*. Ita cum indignatione efferenda hæc erunt. *succumbere* Mentel. pr. et Menag. alter. o. *terris* Goth. sec.—295. *Nunc* c. Medic. et Mentel. pr. *nunc* et non etiam mox pro *num* nonnulli apud Burm. aut *incensa*

#### NOTÆ

286 *Inachiis Argis*] De Argis, urbe Peloponnesi, Junoni cara, Æn. i. 19. 288. *Inachii* dicuntur, vel ab Inacho Argivorum rege; vel ab Inacho fluvio, qui prope urbem fluit, ex Strabone l. viii. De *Pachyno*, promontorio Siciliæ meridionali, *Cape Passaro*,

Æn. iii. 699.

294 *Fata Phrygum*] De *fatibus*, Æn. i. 243. De *Phrygia*, ibid. 385. De *Sigeo*, Troadis promontorio, Æn. vi. 500. De *numine*, Æn. i. 137. De *Teucris*, ibid. 239.

Troja viros? medias acies, mediosque per ignes  
 Invenere viam. At, credo, mea numina tandem  
 Fessa jacent, odiis aut exsaturata quievi—  
 Quinetiam patria excussos infesta per undas  
 Ausa sequi, et profugis toto me opponere ponto. 300  
 Absumtæ in Teucros vires cœlique marisque.  
 Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis  
 Profuit? optato conduntur Tybridis alveo,  
 Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem  
 Immanem Lapithum valuit; concessit in iras 305  
 Ipse Deum antiquam genitor Calydonæ Dianæ;  
 Quod scelus aut Lapithas tantum, aut Calydonæ merentem?

*pererunt iter per medios exercitus et medias flammæ? At, opinor, mea potestas denique jacet lassæ: aut satiata deposui odium. Imo etiam ausa sum persequi inter aquas eos expulso patria, et toto mari me objicere iis exulibus. Vires cœli et maris consumptæ sunt contra Trojanos. Quid profuerunt mihi Syrtes, aut Scylla, aut magna Charybdis? tignuntur alveo desiderato Tybridis, tuti a mari atque a me. Mars potuit ecertere crudelem nationem Lapitharum: ipse pater Deorum permisit furori Dianæ veterem Calydonæ: quam tantam pœnam sceleris merentibus Lapithis*

\*\*\*\*\*

Bigot. *creavit* Exc. Burm. *cremarat* Leid.—297. *an credo malebat* Ge. Fabric., minus bene. *ac* duo Burm. *mea munera* Menag. alter.—298. *haud* Caris. Inst. Grammat. lib. 1 et edd. vetustiores Macrobbi. *haud* etiam bini Goth. cum Erf. *haud exsatiata quierunt* Parrhas. *Fessa jacent odiis, aut distinguuntur* in Vratisl. *exsatiata* Oblongus Pierii. Omnia perperam. Quam piget talia exscribere!—300. *me abest* alteri Hamb. *me toto* duo Burm. *exponere* aliquot Pier. cum Menag. pr.—301. *assumtæ* Goth. sec. Formam loquendi illustrat Burmann. ad Propert. iv, 6, 65.—302. *Syrteis* aliquot ap. Burm. *aut t.* Leid. *quid dira Charybdis* aliquot Pier.—303. *potiuntur* Ven. ex interpretatione. Vide lib. v, 243 *portu se condidit alto*.—304. *prendere* Leid.—305. *Laphytum* scribunt Goth. *potuit* Bigot. et Schol. Statii. *in iram* Franc. *in aras* vulgg. edd. Macrobb. iv Sat. 2.—306. *antiquas* Parrhas., scil. *iras*.—307. Lectionem hanc Heinsius e Mediceo a m. sec. repetiit, sed eo

#### NOTÆ

302 *Quid Syrtes, &c.*] In Libyco Mari vadosi sinus, Æn. i. 115. De Scylla scopulo, et Charybdi voragine in freto Siculo, Æn. iii. 420.

304 *Mars perdere gentem Lapithum, &c.*] Pirithous Lapitharum rex, de quo Æn. vi. 601. 617. ad suas cum Hippodame nuptias cum Centauros Deosque omnes, uno excepto Marte, invitasset: Mars utramque gentem Lapithas et Centauros, clade utrimque maximæ inter pocula commisit.

Ita Servius, quem sequuntur ceteri interpretes. De *Lapithis*, et *Centauro*, Thessaliæ gentibus, Ge. ii. 456. Ge. iii. 38.

306 *Calydonæ Dianæ, &c.*] CENEUS Calydonis rex, in Ætolia, circa ostia Eveni fluvii: cum Diis omnibus, excepta Diana, primitiis frugum obtulisset: irata Dea aprum immisit, a quo vastatus est late ager Calydonius, donec a Meleagro Cenei filio fera occideretur. Ovid. Met. viii. 273.

Ast ego magna Jovis conjux nil linquere inausum  
 Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,  
 Vincor ab Ænea. Quod si mea numina non sunt 310  
 Magna satis: dubitem haud equidem implorare quod us-  
 quam est.

Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.  
 Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,  
 Atque immota manet fatis Lavinia conjux:  
 At trahere, atque moras tantis licet addere rebus; 315

*aut Calydone? Sed ego, magna uxor Jovis, quæ potui nihil omittere intentatum, quæ converti me in omnia, superor ab Ænea. Quod si mea divinitas non est satis potens; non sane dubitabo invocare quicquid usquam est: si non possum flectere Superos, commovebo Inferos. Sit ita, non permittetur mihi arcere eos ab regno Latini; et Lavinia fati destinatur Æneæ uxor certissima: sed licet differre, et adhibere*

ducentibus aliis, pr. Hamb. Menag. sec. Moret. sec. et pro var. lect. Moret. tert., item Prisciano ap. Heins., in quibus: *Lapithas tantum et Calydone merentem*. Ea lectio cum paulo doctior esset, miras librariorum aberrationes peperit. Scilicet vulgari dicendi modo subjiciendum erat: *Quod autem tantum scelus commiserant Lapithæ vel Calydon, quo tantam pœnam mererent?* Hic primum exquisitiorem rationem adhibuit, a Græcis ductam. *scelus merere*, pro, per scelus, scelere, merere pœnam. Nec aliter sup. II, 229 *scelus expendisse merentem*, pro, pœnas expendere merendo propter scelus. Jam hoc idem offerri poterat per casum sextum: *Lapithis aut Calydone tantum scelus*, h. pœnam, non merentibus; et sane sic vulgo legi statim videbimus: *Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?* Verum inversiones amans poëta porro usus est forma Atticis frequentissima, qua antecedenti structuræ accommodatur illa, quæ sequitur: concessit Jupiter Dianæ in iram *Calydona: merentem* aut *Lapithas tantum aut Calydone merentem?* sc. id, concessi? ut recte Pierius supplet (non, perdidit, vel, vidisti, ut Pomponius, qui ceteroqui eandem lectionem interpretatur, quam Aproniani esse non dubito, qui Mediceum correxit). Jam varietatem videamus. Vulgo, ut modo dixi, lectum et editum etiam in Aldd. et quæ hinc fluxere: *aut Lapithis tantum aut Calydone merente*, quod Servius defendit, et per se ferri poterat; sed, ab interpolatore illud esse, ex reliqua diversitate intelligas; nam passim: *Lapithis t. a. Calydone merentem* legitur, etiam in fragm. Vatic.; et sic Priscianus, qui plures lectiones affert, et Servius in nonnullis libris invenerant. In Medic. a pr. m. necnon in pr. Hamb. pro var. lect. *Lapithis tantum aut Calydone merentes*. Tum Montalb. *Calydone merentem*. Gud. cum aliis, *Calydone merente*. Edd. Ven. et Mediol. *Lapithis tantum aut Calydone merente*. Dorvill. et Witt. *Lapithas tantum Calidone merente*. Romanus cum Gothanis: *Lapithis tantum aut Calydone merentem*. Heinsius conj. *Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydoni merenti?* ingenioso lusu.—308. *nil vergere* Menag. pr.—309. *Quod potui idem*.—310. *Vincor* Medic. a m. pr.—311. *aut equidem* Mentel. pr. et pr. Goth. *explorare* Voss. Hugen. pr. Hamb. *est* a multis abest.—313. *esto regnis* duo Burm. cum Medic. Pier.—315. *Attrahere* Dorvill. *Hæc trahere* Lutat. ad Stat. apud Burmannum, qui *trahere* absolute dici docet; de quo

## NOTÆ

312 *Acheronta*] Numina Inferorum, 315 *At trahere, &c.*] Quomodo Dii fati ob stare possent, diximus Æn. I. 243.

At licet amborum populos excindere regum.  
 Hac gener atque socer cœant mercede suorum.  
 Sanguine Trojano et Rutulo dotabere, virgo;  
 Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum  
 Cisseis prægnans ignes enixa jugales;  
 Quin idem Veneri partus suus, et Paris alter,  
 Funestæque iterum recidiva in Pergama tædæ.  
 Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petivit.  
 Luctificam Allecto dirarum ab sede sororum

320

*moras tantis rebus; sed licet evertere populos utriusque regis. Gener et socer faciant fœdus hoc præmio suorum. Puella, habebis pro dote sanguinem Trojanum et Rutulum: et Bellona destinatur tibi pronuba. Nec solum Hecuba filia Cissei gravida peperit facies conjugales: Veneri etiam suus filius erit idem, et alter Paris, et fax iterum pernicioxa contra Trojam recidivam. Postquam protulit hæc verba, descendit tremenda in terras. Excitat ex dono dirarum sororum*

quis dubitet? tamen vel sic intelligendum, trahere res, negotium, et similia, h. protrahere.—316. *Ac* duo Burm. *excindere, excidere, excedere* aberrant librarii et hic, ut alibi.—317. *At g. Medic. Hac gener inde socer* Bigot., utrumque eleganter. *socer atque gener* Goth. pr. *cotant* Mentel. pr.; Burm. conj. *Hac g.—mercede, duorum sanguine, T. cui bono? non dicam.*—319. *At B. Leid.*—320. *prægnas* scribunt Gud. Medic. et alii, hic et alibi. *Prægnans Cisseis* Lutat. ap. Burm.—322. *recidivæ* videtur Servius legisse.—324. *Lethificam A. et D. Parrhas. Luctiferam* pr. Hamb. *Allecto* Medic.

## NOTÆ

317 *Mercede suorum*] Damno populorum; quæ *merces* ironice dicitur. Ita Cicero Tuscul. III. 12. 'Nam istuc, nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in anima, stuporis in corpore.'

319 *Bellona....pronuba*] *Bellona*, Dea bellorum præses, Martis soror, quæ eidem ad bellum eunti currum et equos parat: Græcis dicta *Enyo*. *Pronuba*, mulieres dicebantur, quæ nuptias conciliabant, eaque administrabant quæ pertinebant ad nuptias, et nuptam in lecto collocabant: eas oportebat viro nuptas fuisse, ad bonum omen.

320 *Cisseis prægnans ignes, &c.*] Hecuba Priami nxor, Cissei Thraciæ regis filia, antequam pareret Parin, visa est sibi facem utero gestare, *Æn.* I. 31. *Ignes enixa jugales*, intellige Parin ipsum, vel incendium Trojæ, quod

illius partus et conjugii fructus fuit: dicitur enim *jugale* quicquid ad conjugium pertinet; et conjugium ipsum, *jugum*, *Æn.* IV. 59.

321 *Idem Veneri partus, &c.*] *Æneas*, Veneris filius, erit alter Paris, altera ruina Trojæ, quam a se excitam in Italia iterum perdet.

322 *Recidiva Pergama*] Explicant plerique *repullulantia, reparata*: ego simpliciter, *iterum cadentia*, ut *Æn.* IV. 344. Qui enim deducunt a *cado* et arboribus, quæ cæsæ et recisæ repullulant; non advertunt ob stare mensuram syllabæ secundæ brevem; unde melius a *cado*, quam a *cado* derivatur. *Pergama*, arces Trojæ urbis, *Æn.* I. 470.

324 *Allecto, &c.*] De hac Furia, aliisque duabus, *Ge.* III. 552. *Æn.* VI. 572. De *Plutone*, *Ge.* IV. 467.

Infernisque ciet tenebris: cui tristia bella, 325  
 Iræque, insidiæque, et crimina noxia cordi.  
 Odit et ipse pater Pluton, odere sorores  
 Tartareæ monstrum: tot sese vertit in ora,  
 Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.  
 Quam Juno his acuit verbis, ac talia fatur: 330  
 Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,  
 Hanc operam, ne noster honos infractave cedat  
 Fama loco: neu connubiis ambire Latinum  
 Æneadæ possint, Italosve obsidere fines.  
 Tu potes unanimos armare in prælia fratres, 335  
 Atque odiis versare domos; tu verbera tectis

*et infernis umbris Alecto luctuosam: cui bella tristia, et iræ, et insidiæ, et crimina pernicioosa sunt cordi. Ipse etiam pater Pluton aversatur hoc monstrum, aversantur sorores infernæ: tot convertit se in species, tam crudeles sunt figuræ ejus, tot dira producit serpentes. Juno animat eam his verbis, et loquitur talia: O virgo filia Noctis, concede mihi hunc laborem proprium, hoc officium: ne nostra gloria vel fama, victa, cedat locum; et ne Trojani possint circumvenire Latinum prætextu conjugii, et invadere regionem Italiam. Tu potes commovere in pugnas fratres conjunctissimos, et turbare odiis familias: tu immittere*

et ceteri omnes Heinsiani. Sic et Rom. cum fragm. Vatic. Sic et alii minoris census, ut Erf. Haud dubie recte, Græcorum poetarum exemplo, qui ita primam per se brevem producant in ἄλκτος, ut apud Homerum ἄλκτος πολεμίζων. Sic Orph. 966 Voss. ἄλκτος, et in Hym. 68, 2. etsi alioqui nomina Furiarum seu Eumenidum ab antiquioribus memorari haud meminerim. In fine *Dearum* Caris. et alii codd., *Mediceus* quoque a m. pr. cum fragm. Vatic., minus quidem eleganter. *Sorores* tamen versu hinc tertio iterum memorantur; et inf. 454 *dirarum ab sede sororum* recurrit. Solet autem poeta, nisi sui parum memor sit, talia diversis locis variare.—329. Merula ad Ennium substituere volebat Ennium: *Tartarinæ*. male. conf. Burm.—329. *Quam s.* Voss. pr. tot s. aliquot Burm. p. ora c. plerique Pier. item Sprot. et Goth. sec. Placebat Heinsio, nescio quare, cum ora ex superiore versu adhuc auri insideat. *Pullulat et colobris* scribit Rom. et alii, ex pronuntiatione sæculi sui: quæ ipsa res dubitationem facere potest, an verum sit, quod narrant, Virgilii ævo et antiquioribus proprium id fuisse, ut pronuntiarent *vortunt, volgus, robus*, et inf. v. 399 *torcom*.—330. *his a. dictis* aliquot Pier. Sprot. ed. Ven. Goth. sec.—331. *Nunc duo* Heins. *laborum* Rom., quod durum foret: *hanc laborum*.—333. non c. Ven. *connubis* pronuntiatum; ut alibi.—334. *possent* Medic., tum ne et que legitur pro ve.—335. *unanimes* ante Heins. legebatur

## NOTE

331. *Virgo sata Nocte*] *Virginem* vocat Furiam. Vel simpliciter, pro pella: quomodo Pasiphaë dicitur *virgo*, Ecl. vi. 52. Vel peculiari Furiarum nomine: quæ sic dicuntur, quia

severæ et in puniendo incorruptæ: undæ Ajax flagellifer apud Sophoclem v. 847. vocat eas *αἱ παρθένους*, *semper virgines*. Noctis et Acherontis erant filię.



Funereasque inferre faces; tibi nomina mille,  
 Mille nocendi artes. Fœcundum concute pectus,  
 Disjice compositam pacem, sere crimina belli;  
 Arma velit, poscatque simul, rapiatque juvenus. 340  
 Exin Gorgoneis Allecto infecta venenis  
 Principio Latium et Laurentis tecta tyranni  
 Celsa petit, tacitumque obsedit limen Amatae:  
 Quam super adventu Teucrum Turnique hymenæis  
 Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant. 345  
 Huic Dea cœruleis unum de crinibus anguem  
 Conjicit, inque sinum præcordia ad intima subdit:  
 Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.  
 Ille, inter vestes et levia pectora lapsus,

*domibus verbera et mortiferas tædas: tibi sunt mille species et mille artes nocendi: concita animum fertilem, disturba pacem confectam, semina causas belli: fac ut juvenus velit arma, simulque petat, et corripit ea. Postea Allecto imbuta venenis Medusæis, primo adit Latium et altam domum regis Laurentis, et obsidet portus quietas Amatae: quam fœmineæ sollicitudo et ira cruciabat, flagrantem ob adventum Trojanorum et nuptias Turni. Dea injicit ei colubrum unum e capillis cœruleis, et submittit in sinum usque ad profundum cor: ut acta in furorem per id monstrum evertat totam familiam. Ille lapsus inter vestes et pectus lece, serpit nullo tactu, et*

\*\*\*\*\*

cum parte codd., quæ vulgarior forma est. cf. sup. iv, 8.—339. *dissice* vulgo omnes codd., ex more; pronuntiationis tamen magis vitio, arbitror, quam doctrinæ subtilitate, ac si sit *dissicere* pro *dissecare*; ut viri docti sibi persuadent apud Guell. et Cerdam.—340. *p. s. Trojana juvenus* aliquot Pier., minus bene.—341. *Ex hinc* duo Burm. et Goth. tert., ut solent recentes librarii scribere. *Allecto*. cf. ad v. 324. *infacta* Gud. i. *medullis* Menag. pr.—342. *L. t. Latini Parrhas.*, ex intpt.—343. *obsidit* Gud. et Mentel. alter a m. pr., quod Heins. illustrat. *pectus* A. Erf., sed eo nondum perventum nunc.—346. *Hinc* Ven.—347. *subdens* nuns Rottend. cum Erf. *mittit* Menag. pr.—348. *domum* et m. Rom.—349. *decia* tert. Rottend. *corpore* aliquot Pier. et

#### NOTÆ

337 *Tibi nomina mille*] Vel intelligit mille pestes, Furiarum quasi famulas, quæ passim in earum comitatu ponuntur a poetis, distinctæ variis nominibus: ut sunt Luctus, Pavor, Fames, Discordia, &c. Vel intelligit *causas nocendi*: frequenter enim *nomen* pro *causa* sumitur: unde passim *quo nomine*, pro *qua de causa*.

341 *Gorgoneis venenis*] Quia Medusa una e Gorgonibus, Æn. ii. 616. caput habuit serpentibus horridum:

quod a se abscissum Persens cum per Africam circumferret, stillantes inde in terram sanguinis guttæ totidem in angues venenosos mutatae sunt, unde multitudo tanta venenorum et serpentum in Africa. Ovid. Metam. iv. 620. et Apollonius l. iv. 1314. De *Latia*, supra 54. De *Laurenti* regione, 63. De *tyranni* nomine, 206. De *Teucris*, Æn. i. 239. De *hymenæis*, Ge. iii. 60.

Volvitur attactu nullo, fallitque furem,  
 Vipeream inspirans animam; fit tortile collo  
 Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ,  
 Innectitque comas, et membris lubricus errat.  
 Ac dum prima lues udo sublapsa veneno  
 Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem;  
 Necdum animus toto percepit pectore flammam:  
 Mollius, et solito matrum de more, locuta est;  
 Multa super nata lacrymans Phrygiisque hymenæis:  
 Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,  
 O genitor? nec te miseret natæque, tuique?  
 Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet  
 Perfidus, alta petens abducta virgine, prædo?  
 At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,

*subreptit furenti infundens halitum vipereum: magnus ille coluber fit aureus torques circa collum, fit tænia longæ vittæ, et implicat capillos, et lubricus vagatur per membra. Et quidem dum prima pestis submissa humido veneno movet sensus, et immiscet flammam ossibus, et nondum animus excepit incendium toto pectore: tum locuta est tranquillius et solita consuetudine matrum, fletus multum ob filiam et nuptias Trojanas: O pater, an Lavinia datur ducenda Trojanis? nec miseret te, et filia, et tui? nec miseret te matris: quam perfidus ille prædo deseret primo vento, abiens mari, abrepta virgine? Nonne pastor Phrygius sic intravit Spartam, et sic*

Ven.—350. a tactu, ac tactu, intactu, aberratt. apud Burm.—351. spirans Medic.—353. Annectitq. Franc.—354. At dum tres Burm. et aliquot Pier. uno Rom.—355. Prætentat Znlich., perpetuo lapsu, ut sup. Ge. III, 250. Æn. I, 506. v, 828.—356. concepit Rom., sed hoc est commune verbum.—357. est abest Medic.—358. super natæ sc. hymenæis, multi Heins. Burm. Erf. et Goth. alter etiam: natæ l. Turnique h. ex intpt. cf. inf. 398. lacrimis Mentel. pr.—359. Exulibus ducenda datur vel E. abducenda d. pars librorum Pier.; interpolatum a Grammatico, qui primam in Lavinia corripere volebat. cf. ad vi, 84.—360. gnatæque et hic scribitur in nonnullis. gnatique Probus, mendose; sic tamen Goth. quoque sec. natiq.—361. Nec matris miseræ malebat Jo. Schrader. in schedis. primum tres Burm. et Erf.—362. adducta Parrhas. abrepta pr. Rottend. et codd. Servii.—363. An non aliquot Pier. et Medic.

## NOTE

350 Attactu nullo] Sensibill, quem Amata perciperet.

352 Tænia vittæ] Tænia, extrema pars vittæ: promiscue vulgo sumuntur. De sacro vittarum usu, Æn. II. 133.

361 Aquilone] Vento septentrionali, Ecl. vii. 51. Hic pro quolibet vento.

363 At non sic Phrygius, &c.] Legi-

tur An non? per simplicem interrogationem: et at non? per interrogationem ironiæ conjunctam. Pastor, Paris qui primo pastor fuit, Æn. I. 31. Phrygius, Trojanus c Phrygia, Æn. I. 385. Lacedæmona, Spartam in Peloponneso, Æn. II. 577. De Helenæ ortu ex Leda, et raptu, Æn. I. 654. Æn. vi. 511.

Ledæamque Helenam Trojanas vexit ad urbes.  
 Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum, 365  
 Et consanguineo toties data dextera Turno?  
 Si gener externa petitur de gente Latinis,  
 Idque sedet, Faunisque premunt te jussa parentis:  
 Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris  
 Dissidet, externam reor, et sic dicere Divos. 370  
 Et Turno, si prima domus repetatur origo,  
 Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.

*abstulit Helenam Leda filiam in urbem Trojanam? Quid erit tua sacra fides, quid antiquum studium tuorum, et dextera toties data cognato Turno? Si quaeritur Latinis gener e gente aliena, et id statutum est, et mandata patris Fauni urgent te: certe existimo alienam regionem eam omnem, quæ non subdita dominationi nostræ separatur a nobis; et existimo sic Deos loqui. Præterea si requiratur prima origo familiae Turni; patres Turni sunt Inachus et Acrisius, et media Græcia. Post-*

cum aliis Heins., quod vulgarius esset. v. Heins. ad ix, 144. Damnat quoque Servius ad h. l. *at nam alter Hamb. Phrygios Medic.*—364. *ad urbes Heins. e codd. Vulgo, ad arces.*—365. *facta f. et cura a. Deorum Erf. jura Parrhas. et jura Ven., male. et etiam binis aliis.*—367. *genus Parrhas. patitur alter Menag. et Goth. pr.*—369. *quæ subdita Parrhas. Totus versus abest Goth. tert.*—370. *Desidet Reg. poscere Medic. a m. pr., variatione non insolita. Nam dicere est constituere, constitutum habere. cf. Ernesti ad Tac. A. xi, 4.*—371. *Æterno si Parrhas. Turni Sprot. et Montalb. domo codd. Servii.*—372. *pater Oudart.*

## NOTÆ

366 *Consanguineo Turno*] Matrem habebat Veniliam, sororem Amatæ.

367 *Si gener, &c.*] Eludit oraculum Fauni, de quo supra 81. probatque illud in Turnum cadere: tum quia Rutuli non parebant Latinis, et sic externi poterant dici, quamvis vicini: tum quia e Græcis Argivis ortus erat Turnus; Æneas contra e Dardano Italo.

372 *Inachus Acrisiusque, &c.*] *Inachus* Argivorum rex fuit, qui nomen fluvio ibidem dedit. *Acrisius* ex ejus fuit posteris: pater *Danaës*, quam cum audisset parituram esse filium, a quo ipse foret occidendus: turre virginem inclusit. Hæc illic vitata a Jove, sub aurei imbris specie per tegulas delapso, peperit *Perseum*. Ideo inclusa cum puero in area ab

*Acrisio*, et in mare projecta, allapsa est secundum Græcos scriptores, ad insulam *Scriphum*, unam e *Cycladibus* in *Ægæo* Mari; ibique a *Polydecte* suscepta est: secundum Latinos, ad littus *Apuliæ*, ubi *Pilumno* regi, Turni avo, nupsit; et *Ardeam* condidit in *Rutulorum* finibus: *Pilumnus* *Dannum*, *Daunus* Turnum ex *Venilia* *Amatæ* sorore genuit.

*Mediæque Mycenæ*] *Argos* et *Mycenæ*, vicinæ *Peloponnesi* urbes, ita ut commune *Junonis* templum haberent, inter utramque positum, ex *Strab. lib. viii.* uni eidemque principi parebat tota illa ditio, *Acrisii* tempore; nec distinctum *Mycenis* regnum constitutum est, nisi sub *Pelopis* posteris, ut notat ibidem *Strabo*. Quare ob viciniam et indistinctum

His ubi nequicquam dictis experta, Latinum  
 Contra stare videt, penitusque in viscera lapsum  
 Serpentis furiale malum, totamque pererrat : 375  
 Tum vero infelix, ingentibus excita monstis,  
 Immensam sine more furit lymphata per urbem.  
 Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,  
 Quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
 Intenti ludo exercent ; ille actus habena 380  
 Curvatis fertur spatiis ; stupet inscia supra

quam frustra aggressa his verbis Latinum, cernit enim contra persistere ; et postquam furiosum venenum colubri intime lapsum est in viscera, et penetrat eam totam : tunc vero misera, commota magnis monstis, sævit ultra modum furiosa per easdem urbem : quemadmodum aliquando turbo cursitans sub torto flagello, quem pueri vacantes ludo agitant in magnum orbem circa atria spatiosa ; ille impulsus flagello vagatur sinuosis spatiis : turba ignara obstupescit, et agmen impube miratur

\*\*\*\*\*

et Schol. Cruq. Horatii.—374. *lapsus est* duo Burm.—376. *magnis exercita monstis* pro div. lect. Gud.—377. *Ingentem s.* Oudart. “quæ glossa est, inquit Burm. ; forte *incensum*, nam Statius, qui ex fonte Virgiliano sua, teste Latatio, derivavit, iv Theb. 382 *Erectam attonitis implet clamoribus urbem.*” Non satis equidem hæc assequor, sed in *immensum*—per urbem hæere aliquis potest, si parvam et angustam urbem Laurentum cogitet. Poëta tamen etiam in ceteris res passim Latinorum ad majus et splendidius evexit. Recordare modo regiam Latini v. 170 sq. Et *immensa* urbs simpliciter pro magna dicta est. Alioqui in mentem venire potest scriptum fuisse *Immensum*—*furit* ; noto poetarum more.—378. *toto Menag.* pr., noto errore. *sub verbera* Ed. Dan. Heins.—379. *magni* alter Hamb. in *magno* tres Burm.—380. *habenas* Rom. et alii Pier. *habenas* Goth. pr.—381. *Curvatus* Franc. et Dorvill. *inscia turba* vulgatum erat ante Heins. *super inscia supra* sunt qui legant ap. Pier. Sed *stupet inscia supra* Medic. cum aliis, etiam Pierianis ; quo bene monet Hein-

#### NOTÆ

dia imperium, Argos et Mycenæ promiscue pro uno eodemque regno, ac fere loco, habentur a poetis, inprimisque a Virgilio. Hæc sufficientia testimonia, pauca e multis : Æn. ii. 178. Sinon a Calchante admonitus ait fuisse Græcos, excindi Trojam non posse : ‘omina ni repetant Argis’ id est, nisi Argos redeant : statimque refert eos, Calchantis admonitu : ‘patrias vento petiisse Mycenæ.’ Ergo Mycenæ et Argos pro eadem urbe usurpatæ. Item Æn. vi. 638. sic ait de duce Romano : ‘Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenæ :’ id est,

Argivorum regnum eruet. Constat enim ex Strabone loco citato, Mycenæ non a Romanis, sed ab ipsis Argivis esse erutas, ita ut suo tempore ne vestigium quidem earum reperiretur. Itaque hic : *mediæque Mycenæ*, significant *mediam Græciam*, *mediam Peloponnesum* : partem pro toto, locum certum pro incerto.

377 *Lymphata*] Furiosa. Vel a *Nymphis*, *lympharum* præsidibus, quæ eos, a quibus erant conspectæ, in furorem agebant : ita fere Festus. Vel quod in rabiem acti, *lymphæm*, id est, æquam timeant : ita Isidorus.

Impubesque manus, mirata volubile buxum ;  
 Dant animos plagæ : non cursu segnior illo  
 Per medias urbes agitur populosque feroces.  
 Quinetiam in sylvas, simulato numine Bacchi, 885  
 Majus adorta nefas, majoremque orsa furorem,  
 Evolat, et natam frondosis montibus abdit ;  
 Quo thalamum eripiat Teucris, tædasque moretur :  
 Euoe Bacche, fremens, solum te virgine dignum,  
 Vociferans ; etenim molles tibi sumere thyrsos, 890  
 Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.

*buxum versatile ; ictus adjiciunt vim buxo : regina non lentior quam ille cursum, vagatur per medias urbes et populos furentes. Imo præterea, causa grandius crimen et causa majorem furorem, abit in sylvas, sub ficta religione Bacchi, et occulit filiam in montibus umbrosis : ut auferat hoc conjugium Trojanis, aut retardet nuptias, fremens Evox Bacche : clamans te unum dignum esse puella, o Bacche. Et vero rumor spargitur, puellam gestare pro te thyrsos teneros, circumire choris tuam*

\*\*\*\*\*

sins graphice designari pueros turbini intentos et quodammodo incumbentes præ studio et ardore lusus. Sic tamen jam Benedictus in Juntina : “ *supra* habet antiquus codex, sicque legendum : expressit autem puerorum morem conglobatorum et inhiantium ipsi turbini, atque mirantium, quod ita in gyrum turbo vertatur.”—382. *Impubisque* alii. Sic quoque Pieriani aliquot et Heins.—383. *nec Parrhas. ipso* pr. Hamb.—384. *agitat* Zulich. superscripto *se.*—385. *in sylvis* Medic. a m. pr. et Witt. ut pars Pier. *Idem nomine.*—386. *adorta* multi Pier. et Heins., ut alibi quoque ; cf. vi, 397. *majoremque exorsa* f. Ed. Ven. *majorem exorsa* Rom. *orsa* an *ausa* Franc. Sic et Schrader. conj. Saltem parum placet juxta positum *adorta orsa.*—387. *Evolat* pr. Moret. *montosis frondibus* pr. Menag. *addit* Goth. tert. et sec. Moret. In Parrhas. versus 388 erat ante hunc.—388. Qui alter Hamb. *thalamo* Moret. a m. pr. *tædasce* malebat idem vir doctus Jo. Schrader., ut aut eripere, aut saltem moras addere malit ; ut sup. 315.—389. *Evoe, Euhoe, Euhoc, Heuhoc* scribitur. Male. Est *Evoë, furcens* Menag. pr.—390. Pro *etenim, suadet* Menag. pr. ex glossa. At *etenim* præclare Ζολ γὰρ τοι.—391. *choros* Heins. retinuit jam

#### NOTE

382 *Buxum*] *Buxus* arbor est : *buxum*, lignum arboris, *buys*, ex quo fit turbo, lusorium instrumentum versatile, Gall. *sabot*.

385 *Bacchi, &c.*] De eo, deque *thyrsis*, hastis pampino vestitis, Ecl. v. 29. De *Bacchiis*, mulieribus eidem sacris, quarum furorem simulabat Amata, Æn. iv. 301. De vociferatione *Bacchica eua*, vel *evoë*, Æn. vi. 517. De choro seu saltatione mulierum circa Deorum simulacra, Æn. iv. 62. De

verbo *lusto*, pro *circumco*, Æn. i. 612.

391 *Tibi pascere crinem*] Mos apud Græcos, Romanos, Barbaros, capillos Diis sacrare : idque fiebat duobus modis, vel eos fluentes et incædus alendo ; vel detondendo, et templis appendendo, aut mortuorum tumulis injiciendo. Contendit tamen Cerdanus semper sacratos fuisse per tonsuram ; nec solitos ali, nisi ut postea secarentur.

Fama volat; Furiisque accensas pectore matres  
Idem omnes simul ardor agit, nova quærere tecta.

Deseruere domos: ventis dant colla comasque.

At aliæ tremulis ululatibus æthera complent,

395

Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.

Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum

Sustinet, ac natæ Turnique canit hymenæos,

*imaginem, alere comam dicatam tibi: et eadem cupiditas impellit simul omnes matres inflammatas furiis in pectore, ad quarrendas domos novas. Reliquerunt domos: præbent ventis colla et capillos: aliæ autem implent ærem tremulis clamoribus, et indutæ pellibus gestant hastas ornatas pampino. Ipsa regina in medio furiosa tenet pinum flammantem, et canit nuptias filiae suæ et Turni, volvens oculos sangui-*

ante editum in Ald. pr. Junt. tum a Ge. Fabricio et aliis. Intrudere volebat hoc idem vi, 231. Ab Heinsio et Burmanno non plura super lectione monita esse miror. Quantum ex iis colligo, *choros* plures libri exhibent; uti et plerique Pieriani, et inter eos Rom. At *choro* Medic. a m. pr. Leid. et Exc. Burm., item Goth. tert. cum edd. antiquioribus, quarum duas Ge. Fabric. laudat, sed primo loco memorandæ Ald. sec. et tert. *choris* Ed. Mediol. et pro var. lect. Hamb. pr. *chorus* Goth. sec. Vidimus auctoritates lectionum; videamus nunc rationes. *Te lustrare choros* ita interpretari video Ge. Fabricium et alios, *Te id est, propter te, tui honoris causa.* Quod durissimum est; et sic tibi dicendum erat. Saltem malis *lustrare te per choros*, pro *choris*; vel illam *lustrare choros* (transitive, ducere choros) circa te. Commodior ratio esset et ordo verborum, ut *choros* subjectum facias: *Etenim choros* (ait illa) *sumere tibi thyrsos, lustrare te et pascere tibi crinem.* Ita *chori lustrant Bacchum*, qui circa eum ducuntur; nam Deum suis sacris ac choreis interesse contacti Bacchico furore existimant; ita ut is pro chorago ipsis sit, ut Horatius viderat Bacchum cum Nymphis et Satyris choros ducentem tanquam choragum: nam sic interpretabere ii Carm. 19 *docentem carmina et discentes et cures acutas.* At vel sic incommodum est illud, quod ad *choros* actio refertur, dum *Amata* nunc agere rem deberet. Itaque præfero alteram lectionem, *choro*, quam, etsi non interpretantur, Guellius tamen et Cerda Cuninghamsque nunc quoque Brunn. sequuntur. Satis solennis est librariorum in tali verborum positu aberratio. Ait igitur *Amata, se sumere Baccho*, Bacchicorum sacrorum causa, *thyrsos, se lustrare eum choro*, h. choros circa eum ducere, *se crinem ipsi pascere*, adeoque promissum, et nunc solum, habere. *Lustrare choro*, h. choros circa aliquem ducere, infra quoque legitur x, 224 *Nymphæ agnoscunt longe regem (Æneam) lustrantque choreis.* In Franc. erat *Et lustrare.* Porro tibi *crencere* pr. Rottend. a m. sec. In Vratisl. post hunc versum sequebatur hemistichium *Reginam accensam*, quod ex glossa irrepsit. At illud in mentem venire potest, an continuanda sit oratio: *Etenim—pascere crinem Fama volat.* Sed vetat rō *etenim*, quod a tali sententia abhorret.—392. *incensas* imitator versificator in Anthol. Lat. clxxviii, 145. *pectora* malebat Heinsius cum duobus libris.—394. *domus* tres Heins. cum parte Pierian. et Goth. tert.—395. *At illæ* Medic. a m. sec.—397. *Æ. vertice*

## NOTE

397 *Pinum Sustinet*] Facem nuptialem, quæ frequenter e pinu, Ecl. vii. 29. Facies eas non tantum a pueris, sed a matre etiam latas, præcipue apud Græcos, probat Cerdanus ex Euripide et Apollonio.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 O

Sanguineam torquens aciem; torvumque repente  
 Clamat: Io matres, audite, ubi quæque, Latinæ; 400  
 Si qua piis animis manet infelicis Amatæ  
 Gratia, si juris materni cura remordet:  
 Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.  
 Talem inter sylvas, inter deserta ferarum,  
 Reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi. 405  
 Postquam visa satis primos acuisse furores,  
 Consiliumque omnemque domum vertisse Latini:  
 Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis  
 Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem  
 Acrisioneis Danaë fundasse colonis, 410

*nolentos, et subito clamat immaniter: Io matres Latinæ, audite omnes ubicunque estis: si quis amor restat piis animis erga miscram Amatam, si sollicitat vos cura auctoritatis maternæ, resolvite tæniæ capillorum, celebrate mecum orgia. Sic undique per sylvas, per deserta ferarum, Allecto impellit reginam furiis Bacchi. Postquam Dea funesta visa est sibi satis stimulasse primas iras, et turbasse omnem familiam atque consilium Latini: statim aufertur nigris alis inde ad muros Rutuli audacis: quam urbem Danaë dicitur condidisse civibus Acrisioneis, huc adnecta*

\*\*\*\*\*

p. sec. Moret., miro lusu.—399. *S. volvens* Sprot. et Schol. Statii ap. Heins. *turnumq.* Goth. pr., ac si vellet *Turnum clamat*, mire opportuno errore. *torvom*; hærebam, an hoc relinquerem; hic enim causa adest: nam antiqui post u nunquam aliam literam u ponebant, sed in o mutabant: *servos, Davos*: ut etiam ad h. l. Benedictus e Donato ad Terent. notavit. In ejusdem Cod. erat *torvom*. Enimvero in Med. cod. legitur *torvom*. Sic inf. x, 170 *torvus* editur constanter, at Rom. *torvos*. Cum igitur nulla in his exprimendis constantia nec sit nec esse possit: cf. sup. ad v. 329, nolui in uno et altero loco antiquam rationem affectare, quam nunc, ut satis tibi constes, per totum carmen vix retineas.—400. *ubicunque* vulgg. ante Heins., qui codicum et Prisciani auctoritate reposuit *ubi quæque*; quod et in aliis locis alteri cessit. vid. Heins. At hoc idem jam dederat Aldina sec. et tert. et hinc profectæ. Scilicet *ubi quæque* exquisitior est ratio, quam poëta sequi debet. Videtur quoque *ubi quæque* lectum esse, et sic conj. Cunningham. (Lectum sic a Prisciano, ut sit pro: quacumque; Benedicto observante).—403. *quatite orgia mecum* conj. Jo. Schrader.—405. *R. alloquio* Goth. tert.—406. *Plus quam sec.* Menag.—407. *Conciliumq.* Montalb. et plerique Pier., in quorum parte est etiam, *evertisse*.—408. *fulvis* pr. Menag., unde Heins. opinabatur *furvis*. Sed Burm. provocat ad viii, 369.—409. *qua* Parrhas.—410. *Acrisioneis* vulgo

#### NOTE

400 Io] Vox est omnes prope affectus exprimens, dolorem, gaudium, &c. *id.* De orgiis, Bacchi sacris, *AEn.* iv. 301.

403 *Solvite crinales vittas*] Quæ virginum et matronarum capillos coërcabant, non meretricum, Unde Ovid.

de Arte l. i. 30. 'Este præcul vittæ tenues, insigne pudoris.' Eas resolvere, furoris et inverecundiæ nota fuit, Baccharumque mos.

410 *Acrisioneis colonis, &c.*] Quod fabulæ de arca Danaë effutiant, et supra narravimus, 372. hoc videtur

**Præcipiti delata Noto. Locus Ardea quondam  
Dictus avis: et nunc magnum manet Ardea nomen;**

*celeri vento: locus ille appellatus est olim a majoribus Ardua, et nunc nomen insigne*

legitur (sed tantum in recentioribus: nam Aldd. omnes et Junt. aliæque *Acrisioneis* agnoscunt. Mutatum forte a Stephano). Sed Heins. emendavit *Acrisioneis* ab Acrisius, Acrisione, *Ἀκρίσιον*, et hinc *Ἀκρίσιον*. Nec aliter Salmas. ad Solin. p. 41. Enimvero sic est idem ac *Danaëus*; nam *Ἀκρίσιον* est Danaë; quis autem ferat Danaën condidisse Ardeam colonis Danaëitis? Non video, quid ni ab *Ἀκρίσιος*, *Ἀκρίσιον*, *Ἀκρίσιον* formatum esse possit; et ab ipso Acrisio coloni nomen habent h. l. melius quam a Danaë. Sic quoque apud Ovid. Met. v, 239 *Acrisioneæ arces* dictæ Argi, quos Acrisius tenebat, non Danaë. Servius nugatur, qui Danaë *Acrisioneis* jungi vult, ut sit *Ἀκρίσιον*. Revocare igitur præstat *Acrisioneis* ab *Acrision* pro *Acrisius*. Nec aliter habet Medic. et al., etsi ratio grammatica plus in his valet, quam omnis librariorum auctoritas. Porro *Dane*, *Daphne* aberratur.—411. *locus Ardua quondam* aliquot Pieriani, et sic manifestum est Servium legisse, qui, *Bene*, ait, *allusit*, nam *Ardea quasi Ardua dicta est, id est magna et nobilis*. (Miror, non potius altam et edito loco sitam interpretari Servium; nam talis veteris Ardeæ situs adhuc ex vestigiis intelligitur. vid. Vulp. Vet. Latium T. v, p. 163 sq.). In iis atque, quæ subiunguntur, poeta videri potest mutationem aliquam significare velle: *quondam locus dictus Ardua; et nunc magnum* (alludit hoc ad *arduum*) *manet Ardea nomen*. Verum de hoc nomine nihil aliunde constat; nec similis mutationis exemplum succurrit. Heinsius et Burmannus nihil monent; vellem tamen declarassent saltem, quomodo id, quod nunc scriptum est, acceperint. Nam: *Locus Ardea quondam Dictus avis*; num *avis*, h. majoribus? an *Ardea avis*? ut urbs dicta sit Ardea, *avis* (cf. Ge. i, 364) nomine; quod idem nomen fabulam satis ineptam peperit, ex cinere urbis Ardeæ avem ardeam evolasse, apud Ovid. xiv, 574. 580. Probabilior saltem ratio esset ea, quam Servius ex Hygino de Italicis urbibus servavit, ut ab augurio avis ardeæ dicta esset urbs; sed altera frequentata est a veteribus. Meo sensu alterum hoc, ut *Ardea avis* jungatur, ludicrum aliquid in se habet. Manebo itaque in ratione ea, quæ simplicissima est: Urbs olim dicta Ardea a majoribus. Manet etiamnum nomen loci nobile (sc. propter veterem Turni Rutulorumque famam); sed urbs pristina fortuna et opibus antiquis (vid. Liv. i, 57) excidit; hoc enim est *Sed fortuna fuit*, male ab intpp. acceptum; notum est dicendi genus: *fuit Troja; fuit fortuna*. conf. Burm. Nunc nihil superest præter nomen. Erat autem jam Maronis tempore Ardea cum ceteris vicinis locis solo æquata. vid. Strabo v, p. 232. Itaque Silius imitatus h. l. lib. i, 293 *Magnanimis regnata ciris, nunc Ardea nomen*; nil nisi nomen superest.—412. *D. avis*,

#### NOTE

hic Virgilius de *navi* interpretari, quæ, cum Argivis aliquot, furam Danaë in Italiam ceperit: quo allapsa, favente vento meridionali, *Noto*, condidit ibidem Ardeam, in gratiam colonorum Argivorum, quos advexerat secum e regno Acrisii patris sui. Ardea, urbs fuit regia Rutulorum, in finibus Latii, mare Tyrrhenum versus, ad orientem Laurenti; nunc vicus nomen retinens. Nomen, vel ab

Ardea ave, cujus ex augurio condita est, teste Hygino apud Senecam, quem qui sequuntur explicant hic vocem *avis*, de *volucris*; videturque Ovidina Met. xiv. 574. allusisse ad illam urbis originem, cum eandem ab Ænea excisam et in Ardeam avem mutatam fingit: vel dicta est ab arduo situ: unde Servius, et Mss. apud Pierium complures: '*locus Ardua quondam Dictus avis*,' id est, *majoribus*.



Sed fortuna fuit. Tectis hic Turnus in altis  
 Jam mediam nigra carpebat nocte quietem.  
 Allecto torvam faciem et furialia membra  
 Exiit: in vultus sese transformat aniles,  
 Et frontem obscenam rugis arat; induit albos  
 Cum vitta crines; tum ramum innectit olivæ;  
 Fit Calybe Junonis anus templique sacerdos;  
 Et juveni ante oculos his secum vocibus offert:  
 Turne, tot incassum fusos patiēre labores,  
 Et tua Dardaniis transcribi sceptrā colonis?  
 Rex tibi conjugium et quæsitā sanguine dotes

415

420

*restat Ardea. Sed casus ita tulit. Illic Turnus tenebrosa nocte jam capiebat mediam somnum in sublimi domo. Alecto deponit ævum vultum, et membra furiosa: mutat se in speciem vetulæ, et sulcat rugis frontem sædam: assumit capillos albos cum tænia: tum impetiat iis coronam olivæ. Fit Calybe, vetula Junonis, et sacerdos ejus templi: et exhibet se juveni præ oculis cum iis verbis: Turne, an feres tot labores abire frustra, et tua regna transmitti Trojanis advenis? Rex abnuat tibi matrimo-*

~~~~~

Goth. sec. et nunc Apronianam esse lectionem notat Pompon. Sab. Alios habere sed nunc. et nunc tantum alii. manet Heins. e libris: post Pierium. Alii tenet; sic edd. Aldd. priores; sed mutavit Nangerius; et nomen Goth. pr.—413. tedis Goth. sec.—414. media nigram et media nigra, aberrant. codd. Pier. et Heins. mediam magna Goth. sec. nigra mediam Franc. capiebat sec. Moret.—416. Exit et in aliquot Pier. cum Franc. Videtur hoc reconditam doctrinam habere: membra exit. Sed manifesta est corruptela. Primum librarii lapsu Exiit et in scriptum erat; ut metro consuleretur, alii sic emendaverant, Exit et in, alii, Exiit et vultus quod et ipsum libri habent. Venetas: Exiit, in vultus et se.—418. nectit Gud. a pr. m.—419. Chalibe, Catibe, Catibo, Chalibe, Chalibo, imperite a librariis scriptum. Editum ubique Chalybe. At Brunckius in Medic. scriptum viderat Calybe, et recte restituit; est enim Καλύβη. Jam autem deteriorum ætatum perpetuus mos, c in molliorem sonum ut mutetur. Apud Donatum Beroë, ex lib. v, 620. Porro a Servio jam ordo verborum factus: Fit Calybe, et Junonis templi anus sacerdos. Burmannus aliam rationem subjicit: Fit C. anus et sacerdos templi Junonis. Alterum darum, alterum solutæ orationi propius videtur. Junonis anus dubito jungi posse, ut sit, Junoni sacra anus. Forte melius rem sic expedit: vulgaris ratio erat: sacerdos anus (s. vetula) templi Junonis; pro hac doctius dixit poëta: sacerdos anus Junonis et templi.—420. juvenem duo Burm.—422. Dardaneis pr. Moreti, ut solent indocti librarii. transcribis sec. Hamb.—423. et abest aliquot Pier.

NOTÆ

413 *Fortuna fuit, &c.*] Vel ad superiora refertur: 'Fortuna casusque fuit, ut nomen urbi tandem remanserit, tot aliis urbium nominibus aut mutatis aut sepultis.' Vel ad subsequenta: 'Fortuna casusque fuit, quod Turnus tum dormiebat,' &c.

418 *Cum vitta crines, &c.*] Calybe, poëta sacerdotem fingit templi Junonii, quod Ardeæ fuisse indicat: unde favor Junonis in Turnum. Vittas illa sive infulam sacerdotalem gerebat, Æn. II. 133. 'Innectit ramum olivæ,' in coronam, infulæ superpositam.

Abnegat, externusque in regnum quæritur heres.
 I nunc, ingratis offer te, irrise, periclis; 425
 Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.
 Hæc adeo tibi me, placida cum nocte jaceres,
 Ipsa palam fari omnipotens Saturnia jussit.
 Quare age, et armari pubem portisque moveri
 Lætus in arma para, et Phrygios, qui flumine pulchro 430
 Consedere, duces pictasque exure carinas.
 Cœlestum vis magna jubet. Rex ipse Latinus,
 Ni dare conjugium et dicto parere fatetur,
 Sentiat, et tandem Turnum experiatur in armis.
 Hic juvenis, vatem irridens, sic orsa vicissim 435
 Ore refert: Classes invectas Tybridis alveo
 Non, ut rere, meas effugit nuntius aures.
 Ne tantos mihi finge metus: nec regia Juno

nium et præmia parata sanguine, et heres peregrinus quaritur ad regnum. I modo, illuse, expone te inutilibus periculis: i, supera Tuscos exercitus, protege pace Latinos. Ipsa autem omnipotens Juno filia Saturni palam jussit me dicere hæc tibi, dum dormis tranquilla nocte. Age igitur, et lætus cura juventutem armari et emitti portis ad bellum: et succende duces Phrygios, qui sederunt ad pulchrum fluvium, et pictas naves. Magna potestas Deorum hoc imperat. Ipse rex Latinus, nisi consentit conficere matrimonium, et stare promissis, sentiat et experiatur denique Turnum in bello. Tum juvenis ridens vatem, ita vicissim ore reponit verba: Non, ut putas nuntius ille fugit meas aures, classem ingressam esse fluvium Tybrim: ne mihi finge

—424. *Denegat Ven. aternusq. Dorvill. heros Vratisl.*—426. *i abest Reg. interne multi Heins. duo Goth. et a pr. m. Medic. prosterne Parrhas. et st. aliquot Pier., et fore nonnulli Heins. rege.*—427. *jacerem conj. vir doctus in Misc. Obs., notante Burm.*—430. *parat alter Hamb., sed ultima litera subnotata. jube, ex interpretatione, Colot. Medic. Scheffer. Sed sequitur jubet v. 432. et abest pr. Mentel. binisque Burm.*—433. *conubium sec. Rottend. et Goth. tert. d. p. jubetur aliquot Pier.*—435. *His Ven.*—436. *Ora Sprot. alveo Heinsius recepit secundum Rom. aliosque Pierianos, Medic. Gud. et Voss. pro var. lect. Vulgo, undam, quod cum aliis codd., ut Erf., etiam fragm. Vatic. retinet, et revocavit Brunck. Alii, unda, ut Medic. et al., vel undas, ut duo Goth. Sane utrumque bene dicitur; nec adest causa, cur alterum alteri præferas: nisi forte dixeris variari posse orationem, cum jam sup. 303. occurrisset: optato condantur Tybridis alveo. Legimus fluminis alveum VII, 33 et IX, 32. At nec minus unda Tybridis, unda Tiberini, fluminis undas. Si itaque hanc reponis lectionem, mox veniat qui alteram inferat; si hæc reposita sit, veniat paulo post, qui iterum priorem retrahat. Tales mutationes nec utilitatem nec voluptatem afferunt: faciunt tantum molestiam.*—438. *Nec duo Burm. cum*

NOTE

426 *Tyrrhenas, i, sterne acies*] Adversus quos Latinis bellum gerentibus Æn. II. 781. De Junone, Saturni filia, Æn. I. 27. De Phrygiis, Trojanis, Æn. I. 385, opem Turnus sæpe tulerat. De iis,

Immemor est nostri.

Sed te victa situ verique effœta senectus, 440

O mater, curis nequicquam exercet, et arma

Rēgum inter falsa vatem formidine ludit.

Cura tibi, Divum effigies et templa tueri :

Bella viri pacemque gerent, *quis bella gerenda.*

Talibus Allecto dictis exarsit in iras. 445

At juveni oranti subitus tremor occupat artus;

Deriguere oculi; tot Erinny's sibilat hydrys,

Tantaque se facies aperit. Tum flammea torquens

Lumina cunctantem et quærentem dicere plura

Repulit, et geminos erexit crinibus angues, 450

Verberaque insonuit, rabidoque hæc addidit ore:

tantas causas timendi; regina Juno non est oblita nostri. Sed, o mater, senectus fracta annis et imbecilla ad cognoscendam veritatem frustra agitat te curis, et decipit vatem falso timore super bellis regum. Cura sit tibi custodire simulacra et templa Deorum: viri, quibus bella debent esse curæ, administrent bella. Allecto eripit in furorem talibus verbis. At repentinus tremor invadit membra juvenis loquentis: oculi cohorruerunt: tot colubris sibilat Furia, tam horrendum vultus ejus exhibet æ. Tum Allecto contorquens oculos ignitos, repulit morantem et parantem loqui plura, et extulit duos colubros, et adjecit hæc ore furioso: Ecce ego

~~~~~

Goth. sec.—444. *gerant* Heins. e Medic. et aliis. Vulgo *gerent*; cf. Burm., quod tamen fragm. Vatic. quoque tuetur, cum Palat. ap. Bened. idque cum Brunkio revocavi; habet enim majorem vim. In edd. utrumque apparet: in Aldd. et quæ hinc fluxere *gerant*: at inde a Commel. Steph. et al. *gerent*. Nonnulli quoque *gerunt*, Witt. *ferant*. Reliqua quis bella gerenda cum Heumanno Burmannus bene vidit esse rescindenda, ut ab aliena manu assuta. Saltem otiose subjecta sunt.—446. Et Witt. aut Menag. pr. *subitos* Heins. intulerat e conjectura confirmata a Mentel. pr. a m. sec. Sed tales delictum adversus librorum auctoritatem inferri non debebant; *subitus*, edd. et librorum, etiam optimorum, in his fragm. Vatic., lectio et ipsa elegans est. Alii *subito*.—447. *Diriguere* vulgg. codd. et edd. ante Heins. et Pier. *tot crinis* Franc.—448. *fumea* Rom., male.—450. Absurde Servius, quem Pomponius sequitur, *geminos* de similibus serpentibus accipit. Burm. conj. *gelidos*. Quidni autem duo angues in capite inter ceteros extolli a Dea poterant, ut alias unus exurgit, v. c. Stat. xi Theb. 66. Ovidius, qui Maronem ante oculos habuit, Met. iv, 494 *Inde duos mediis abruptis crinibus angues* etc.—451. *verbe-*

#### NOTÆ

440 *Victa situ verique effœta*] *Situs*, squalor est ex vetustate contractus, Æn. vi. 462. *Effœta*, dicitur mulier quæ cessavit factus emittere et parere: unde *veri effœta*, erit, quæ cessavit vera dicere et cognoscere; quales vetulæ,

quæ falsa sæpe pro veris accipiunt.

447 *Erinny's sibilat hydrys*] *Erinny's*, commune Furiarum nomen, Æn. ii. 337. *Hydrus*, vel *hydra*: proprie serpentis genus in aquis degens, ab *hæp* aqua.

En, ego victa situ, quam veri efficta senectus  
 Arma inter regum falsa formidine ludit;  
 Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum;  
 Bella manu letumque gero. 455  
 Sic effata facem juveni conjecit, et atro  
 Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.  
 Olli somnum ingens rumpit pavor, ossaque et artus  
 Perfundit toto proruptus corpore sudor.  
 Arma amens fremit; arma toro tectisque requirit. 460  
 Sævit amor ferri, et scelerata insania belli;  
 Ira super; magno veluti cum flamma sonore  
 Virgea suggeritur costis undantis æni,  
 Exultantque æstu latices; furit intus aquai

nam illa obruta annis, quam senectus imbecilla ad cognoscendum verum decipit falso metu inter bella regum. Attende ad ista: venio e domo sororum funestarum: fero in manibus bella et mortem. Sic locuta torquet tædam in juvenem, et figit sub pectore faces fumantes nigra luce. Magnus timor abstulit illi somnum: et sudor profusus toto corpore rigavit et ossa et membra. Ille furens poscit arma, quærit arma per lectum et domum. Fervet cupido armorum, et vesana rabies belli, et præterea ira. Sicut quando flamma excitata e virgis supponitur magno crepitu lateribus ollæ arææ epumantis, et undæ ardore subboiliunt: tum violentia aqua furit intus,

~~~~~

regue Montalb., ut lib. v, 579 insonuit flagello. Sed alterum exquisitius; fecit flagellum resonare. Tum rapido alii, et sic ante Heins. vulgg.—452. non ego Latat. ad Stat., et c. s. verique eff. Donat. ad Terent. apud Burm. effata Goth. sec. et Rom.—453. falso Rom.—454. Aspicere Goth. sec. Olim fuere qui distinguerent: *Respice: ad hæc adsum*; vid. Serv.—455. gero vel cano Zulich. Male. Nam respicit ad sup. 443 sq.—456. alto Parrhas.—457. flammantes Parrhas. de tert. Rottend.—458. Illi ingens somnum Rom. et alii Pier. Illi quoque fragm. Vatic. rumpit Heins. cum melioribus. Vulgo rupit. atris Goth. pr. ossaque ductus sec. Moret. Notabile utique, sudorem perfundere ossa. Ora et artus ratio postulare videtur.—459. Perfundit item Heins. pro vulgari: perfudit; at pr. Rottend. profundit; et multi, etiam fragm. Vatic., præruptus, ut alibi quoque solent.—460. A. tumens Montalb., sed A. amens etiam sup. ii, 315. tectoq. sec. Rottend.—462. Optandum erat, ut viri docti docerent, quomodo hæc acciperent: *Ira super*. Vulgo videtur interpretari cum Cerda: insuper; accessit demum ira. Ita saltem distinctio erat accommodanda: s. i. belli, *Ira super; veluti*. Sane *super* eo sensu apud poetam et alibi occurrit, v. sup. ii, 71: cf. viii, 245. xi, 226. Sed sententia inde exit jejuna et tanto poeta indigna: *Sævit amor... insania, insuper ira*. Dicendum saltem erat, *super* esse pro copula: *Iraque*. Exilitas tanta facile a poeta evitari poterat, si scriberet, *Ira furit* vel simili modo. *Super* pro, superest, superat, occurrit et alibi (ut iii, 489). Si pro superare, ebullire, erumpere illud dictum docere possem, bona efficeretur sententia. Donatus ita interpretatur, ac si *super* pro, super his, dictum velit: *Tantum contraria desiderabat, ut irasceret sibi, quod nondum iret ad bellum*. Saltem *ira super* eo est expediendum, ut sit, quod περί, pro περίεστι, Græcis poetis, v. c. οὐ περί μὲν πρόφρων ἁπαλὴ καὶ θυμὸς ἀγρώπων Il. K. 244. de Ulysse. plus quam amor ferri et insania belli, furit ira.—463. surguntur Franc.—464. In Erf. corrector ante oculos

Fumidus atque alte spumis exuberat amnis;
 Nec jam se capit unda; volat vapor ater ad auras.
 Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
 Indicit primis juvenum, et jubet arma parari,
 Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
 Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.
 Hæc ubi dicta dedit, Divosque in vota vocavit:
 Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
 Hunc decus egreium formæ movet atque juventæ;

463

470

et fluvijs fumidus alte exundat spumis: nec jam unda continet se, vapor niger surgit in ærem. Itaque rupta pace, imperat præcipuis juvenum iter ad regem: et jubet arma instrui, suos Italiam tueri, et pellere hostem ultra terminos regionis: ait se satis esse contra utrosque, et Latinos et Trojanos. Postquam protulit hæc verba, et invocavit Deos ad vota sua audienda: Rutuli mutuo incitant se ad bellum. Hunc incitat eximia species pulchritudinis et juventutis regis sui; illum reges ejus majores

.....

habuisse videtur *Exsuperant*. Verum exultare est τὸ ἀναβλῆναι. Ap. Hom. I. c. eat λάβης ἢ εἰ ἔνδον—πάντοθεν ἀμβολᾶδην. Quod lebes idem est κλίσση μελλόμενος puta poetica forma dictum. pro eo, quod in lebetæ continetur, adipe; pro κλίσση μελλομένη. aquai Heins. retraxit, nam vulgg. aquæ vis, quod et Cuninghamius maluit retinere. Memorabilis est Servii nota: "aquai: Hanc diæresin Tucca et Varius fecerunt; nam Virgilius sic reliquerat: furit intus aquæ vis, Fumidus atque—amnis; quod satis asperum fuit." Judicio quidem adjecto vix subscribas; multo enim mollior altera hæc ratio. Nisi forte Serviana aliter se habebant, ut ex glossa primi Moret. suspiceris: "Aquæ vis opposuit Tucca, quia nimis aspere sonavit aquæ amnis, quod Virgilius prius ibi posuit." Certe illa, aquai amnis, satis dure dicta videntur; etsi sic rursus aquæ Ecl. VIII, 87 Propter aquæ rivum; quod etiam Pomponius ex pleniori Servio comparat. Sed defenditur hæc lectio aquai noto Probi lib. I Art. Grammat. loco, ubi quatuor tantum locis priscam illam secundi casus formam a poetâ agnoscere docet. Accedit Medic. Mentel. sec. et a m. sec. Rottend. sec., tum pro div. lect. tert. et Leid. pr. Item Schol. Persii. v. Heins. At aqua vis omnes ceteri libri agnoscant, quorum familiam ducit Rom. cum fragm. Vatic. Inter editas Aldinæ hoc idem tuentur; sed mutatum in Junt. et repositum aquai ad Benedicti ductam, qui et ipse suspicatur, narratiunculam apud Servium esse commentitiam; nam nihil a Tucca mutatum esse debuisse e lege Augusti. Provocat idem ad Quintilianum (I, 7, 18, ubi non in omnibus legitur aquai, sed tantum alterum aulæ). Vix talia ad liquidum perducere possunt; potuit vis ab uno codice abesse et suppletus esse versus a docto viro sic, ut scriberet, aquai; potuit quoque ab initio aquai scriptum esse, et eo neglecto a librario, aquæ reflectum in aquæ vis. P. Scriverii lectionem *Exsultante æstu latices erugit aquai* refellit Heinsius. Cui vacat, refellere potest et aliam Schraderi ad Musæum p. 233. —465. *spumans* Bigot. *fumis* Leid. *vapor altus* Erf. —468. *Inducit* Ven. et abest pr. Hamburg. —469. *Italia* alter Menag. I. et d. pr. —470. *que* in fine abest multis, ex more. —472. *Certant* Franc. —473. *juventa* aliquot Pier.

NOTE

470 *Venire*] Esse. Sic Ge. I. 29. *Teucris*, Æn. I. 239. De Styge, et *Cocyto*, Æn. VI. 323.
 'An Deus immensi venias maris.' De

Hunc atavi reges; hunc claris dextera factis.

Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet, 475
 Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis;
 Arte nova; speculata locum, quo littore pulcher
 Insidiis cursuque feras agitabat Iulus;
 Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
 Objicit, et noto naris contingit odore, 480
 Ut cervum ardentes agerent: quæ prima laborum
 Causa fuit, belloque animos accendit agrestes.
 Cervus erat forma præstanti et cornibus ingens,
 Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum
 Nutribant, Tyrrheusque pater, cui regia parent 485

res; istum manus ejus clara factis. Dum Turnus implet Rutulos audacia animosa, Allecto Stygiis alis immittit se in Trojanos: intuita per novam fraudem locum in littore, ubi formosus Ascanius persequabatur feras insidiis et cursu. Hic puella Cocytia immittit canibus furorem repentinum, et percellit nares odore cognito, ut agiles insequerentur cervum: quod fuit primum caput calamitatum, et inflammavit ad bellum animos rusticos. Cervus erat eximia specie, et altis cornibus: quem filii Tyrrhei alebant abstractum ab uberibus matris, et ipse pater Tyrrheus, cui subdita

et Goth. sec.—474. *clari d. facti* Medic. Pierii.—475. *Dum T. animis Rutulos* multi Heins. *animos Rutilis* Reg.; error autem *rutilus* pro *Rutilus* sæpe in libb. occurrit. Illud vero miror, cum corripiantur in hac voce syllabæ, Græcis scribi vocem per diphthongum *ov*, 'Πουρούλοι.—477. *qua* Oudart. pro var. lect. Bene Holdsworth observabat *arte nova* non bene jungi cum *speculata* locum; nam in hoc, quod locum speculabatur, ars Alelectus spectari non potuit. Itaque interpungi vult: *se concitat alis Arte nova, sp. l.* Sed non magis *Ars nova* ad volatum referri potest. Saltem *Arte nova*—*rabiem objicit*; sed cum alia interjecta essent, v. 479 *Hic* interserit. Locus autem sic distinguendus: *Dum Turnus... se c. alis. Arte nova, sp.... Iulus, Hic s.... Objicit* etc.—478. *nefas* pro *feras* Goth. tert.—479. *Cocitica, Cocitina* aberratt.—481. *agilent* Ven. qui Franc. et pro var. lect. pr. Hamb. *laborum* cum melioribus Heins. post Pier. At vulgo, *malorum*, ex intrp.—482. *animas* pr. Rottend. *incendit* pr. Menag. *concedit* Bigot.—483. *formæ præstanti* Hugen. et pr. Rottend. *formæ præstans* Bigot. v. Æn. 1, 75.—484. *Thyrridæ, Tyrridæ, Tiridæ*, et *Thirus, Tirrus, Tirius, Tyrus, Tyrrus*, aberratt.—485. *Tyrrhusque* Heins. ex libris maluit: nec aliter Aldd. et hinc ductæ: quas deseruit Commeliniana, quæ Palatinum codicem expressit, Pulmanniana et aliæ. Ante Heinianum (h. e. in iis editionibus, quibus utebatur Heins., puta edd. Dan. Heinssii, Pulmanni et similes) legebatur *Tyrrhusque*, quod præferas, quia altera in *Tyrrhides* a poeta producta est; *Suppedit, Suppeditus*. Exemplum in contrarium esse potest *Belides* sup. lib. 11, 82, sed nomen illud adhuc suspectum habeo. Tum non vana est observatio doctissimi Ouwens Noct. Hagan.

NOTÆ

485 *Tyrrhusque pater*] Hunc fuisse Ænea, fugisse Laviniam, ut diximus Latino, pecoris custodem ait Dionys. Æn. vi. 763.
 Halic. et ad eum deinde, mortuo

Armenta, et late custodia credita campi.
 Assuetum imperiis soror omni Sylvia cura
 Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
 Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
 Ille, manum patiens, mensæque assuetus herili, 490
 Errabat sylvis; rursusque ad limina nota
 Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
 Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
 Commovere canes: fluvio cum forte secundo
 Deflueret, ripaque æstus viridante levaret. 495
 Ipse etiam, eximiæ laudis succensus amore,
 Ascanius curvo direxit spicula cornu:
 Nec dextræ erranti Deus affuit; actaque multo
 Perque uterum sonitu perque ilia venit arundo.
 Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit, 500

erant armenta regis, et commissa erat late cura agrorum. Sylvia soror eorum omni studio decorabat illum docilem imperio, cingens ei cornua floribus teneris; et pectebat ceruum, et lavabat in parvis fontibus. Ille patiens tangi manu, et assuetus mensæ domini, vagabatur per sylvas; et postea referebat se ipse ad domum cognitam, quamvis protecta nocte. Canes furiosæ venantis Ascanii excitaverant illum procul errantem: cum forte enatasset pronò fluvio, et leniret calorem in herbosa ripa. Ipse quoque Ascanius, inflammatus cupiditate pulchræ laudis, curvato arcu corneo intendit sagittam: nec defuit Alecto manui incertæ, et sagitta arundinea impulsæ magno stridore transiit per uterum et per ilia corvi. At ceruus vulneratus fugit in notam

p. 607, multorum nominum duas esse terminationes, unde diversa patronymica ducta sunt: *Tyndaridas* habemus, cum tamen *Tyndareus* frequentetur; fuit igitur etiam aliquando *Tyndarus*. Ita etiam *Tyrrheus* et *Tyrrhus*, quod alibi occurrit. vid. in Nota.—486. *lati Rom.* sed Pierius spreverat, Heinsius autem e Medic. aliisque prætulera. Recte vero Burm. revocavit *late*, quippe doctius dictum; ut *late rex* 1, 25 et al. *campi est Goth. sec.*—487. *A. in silvis Menag. pr.*—488. *innectens l. intexens Goth. tert.*—489. *Potabatque* aliquot Pier. *Sectabatque Sprot. feram pr. Hamb. Ed. Ven., male. v. Burm. cf. sup. 11, 51.*—490. *manu (ex manu) Sprot. Vratisl. Medic. manuum* aliquot Pier.—491. *que abest Zulich. ad menia Erf.*—493. *rapidi* aliquot Pier.; al. *rapida, rabidi, male.*—495. *r. æ. undante* aliquot Pier. *lavaret multi.*—496. *exuria laudis Sprot. nimia Dorvill. accensus Gud. et Moret. qu.*—497. *derexit Gud.*—498. *affuit cum antiquioribus scribit Heins. Vulgo abfuit; alii affuit.*—500. *inter* aliquot Heins.—502. *replebat Heins. e Medic. et a pr. m.*

NOTE

489 *Ferum*] Natura ferum animal, cultu mansuetum. Sic equum appellavit Æn. 11. 61. 'inque feri curvam compagibus alvum.'

498 *Deus*] *Alecto*: nam *Deus* etiam

genere communi, de fœmina dicitur: Æn. 11. 632.

499 *Ilia*] Partes imi ventris, circa summas coxas.

Successitque gemens stabulis, questuque cruentus
 Atque imploranti similis tectum omne replebat.
 Sylvia prima soror, palmis percussa lacertos,
 Auxilium vocat, et duros conclamat agrestes.
 Olli, pestis enim tacitis latet aspera sylvis, 505
 Improvisi adsunt: hic torre armatus obusto,
 Stipitis hic gravidis nodis; quod cuique repertum
 Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Tyrrheus,
 Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
 Scindebat, rapta spirans immane securi. 510
 At sæva e speculis tempus Dea nacta nocendi
 Ardua tecta petit stabuli; et de culmine summo
 Pastorale canit signum, cornuque recurvo
 Tartaream intendit vocem: qua protinus omne
 Contremuit nemus, et sylvæ intonueræ profundæ; 515
 Audiit et Triviæ longe lacus; audiit amnis

domum, et gemens intravit stabulum, et sanguinolentus ac similis petenti opem, implevit questu totam domum. Sylva soror feriens humeros manibus prima petit opem, et inclamat duros rusticos. Illi repentini adveniant: nam Furia exasperans eos clam latet in sylvis: hic armatus titione praesto, hic nodis gravis fustis: furor convertit in arma quicquid obvium est unicuique querenti arma. Tyrrheus, cum forte funderet adactis cuneis quercum fissilem in quatuor partes, horrendum iratus, correpta securi convocat multitudinem. At crudelis Furia, nacta e speculis tempus nocendi, conscendit altum culmen stabuli, et de supremo vertice canit signum pastorale, et curvo cornu contendit vocem infernam: qua statim omnis sylva intremuit, et intima arbores sonuere. Audiit etiam procul lacus Dianæ, audiit fluvius Nar albus aqua

Gud., item Sprot. et Reg. Vulgo, *replevit*.—505. *Olli* Heins. cum melioribus. Alii, *illi*.—506. *armatur* Sprot. *abusto* et *adusto* aberrant. apud Pier. et Burm.—507. *hi* Menag. pr. *gravidis* Goth. sec. est multi addunt, etiam Pier.—508. *ira fuit* Pier. aliquot; *dedit* Bigot. cf. Burm.—509. *Quadrifidam* Dorvill.—510. *Scindebant* Medic. et Scheffer., ut ad agrestes referatur.—511. *e* aberat multis Pier.—512. Ante Heins. distinxerant vulgg. post *petit*.—514. *incendit* Rom. et aliquot Burm.—515. *Insonuit* e Grammaticis laudat Heins. *Concussitur* pr. Rottend. *insonuere* Rom. et alii Pier. et Heins. *sonuere* Ed. Mediol. et Schol. Statii cum binis Goth.—516. In multis *audii* scribitur, et hinc inseritur in nonnullis et ante *amnis*. Menag. pr. *audii* omnis, quod placet Bur-

NOTE

509 *Quadrifidam quercum*] Fissilem in quatuor partes, id est, in multas partes: numerus certus pro incerto.

514 *Tartaream vocem*] *Tartarus*, profundus Inferorum locus, Æn. vi. 134.

516 *Triviæ lacus, &c.*] Lacus Dianæ

Aricinæ, juxta Ariciam urbem, tribus circiter leucis Laurento dissitus, ad septentrionem, nunc *Lago di Nemo*. Trivia, Dianæ nomen, a triviis ubi colebatur, Æn. iv. 511.

Sulfurea Nar albus aqua fontesque Velini ;
 Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.
 Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum
 Dira dedit, raptis concurrunt undique telis 520
 Indomiti agricolæ ; necnon et Troia pubes
 Ascanio auxilium castris effundit apertis.
 Direxere acies. Non jam certamine agresti,
 Stipitibus duris agitur sudibusve præustis ;
 Sed ferro ancipiti decernunt, atraque late 525
 Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent
 Sole lacessita, et lucem sub nubila jactant :
 Fluctus uti primo cœpit cum albescere vento,

sulfurea, et fontes Velini: et matres timidæ presserunt pueros ad ubera. Tunc autem agricolæ indociles correptis armis undique accurrunt prompti ad vocem, qua dirum cornu impulit sonum: et Juventus etiam Trojana castris patentibus immittit subsidium Ascanio. Ordinauerunt agmina: non jam pugnatio prælio rustico, fustibus duris, aut palis præustis: sed dimicant gladiis dubiis, et rigescit nigra seges strictorum ensium; et arma ærea, Sole percussa, emicant et emittunt splendorem ad nubes: ut quando fluctus cœpit albescere primo vento: tunc mare tollit se sensim,

manno.—518. *At Menag. pr. ad ubera* Ondart., quod alibi occurrit.—519. *Quin vero pr. Moret. a m. pr.—520. Scribitur fere concurrunt, ex pronuntiatione. occurrunt aliquot Pier.—521. Troica Witt.—522. Dubitat Burm., an legendum sit, campis e. a. Cur tamen in castris apertis hæreas, cum domus aperta, foribus apertis, bene dicatur?—523. Derexere Medic. surrexere pr. Hamb. pro var. lect. nec jam Parrhas. in certam. Ondart. agrestis Medic.—524. Stypitibus passim scribitur apud Parrhas. cf. Burm. sudibusque duo ejusdem.—525. decertant Bigot. a m. sec. v. III Ge. 20. utraque sec. Moret.—526. tristis s. Parrhas. armaque Zulich.—527. Sole percussa pro var. lect. Moret. tert. ex intpt. et lumen aliquot Pier., tum sub lumine pars Pier. et Heins. c. Erf. sub lumina duo Burm. sub limine duo alii; Gothani vulgatam tuentur.—528. in fine ponto Rom. et Medic., quorum in eadem lectione conspirantium haud levis auctoritas est, et pro var. lect. Gud., item Macrob. v Sat. 13, ut taceam codd. e vulgo, binos Goth.; in altero quidem puncto est. Probat Heinsius, ut primo ponto sit: a littore, et respondeat Homérico *ἔκ πληγῆς*, in loco, quem poëta ante oculos habuit Iliad. Δ. 423. Sed tempestate oriente fluctus ex alto versus littus aguntur, non a littore primum moveri incipiunt, ut jam Burmannus monuit. Tum vero in Homérico loco non *ἔκ πληγῆς* responderet Virgiliano primo ponto; sed *Πόντος μὲν τὰ πρῶτα κ.*, et*

NOTÆ

517 *Sulfurea Nar albus aqua*] *Nar*, nunc *Nera*, fluvius Umbriam Sabini-
 numque agrum disterrinans, et in-
 fluens in Tybrim. Nomen a Sabina
 voce *Nar*, quæ sulfur significat, ob
 vim odoremque aquarum,

Fontesque Velini] *Lacus Velinus*,
 ab *ἔλος πάλις*: nunc *Lago di Pie di*
Luco, ab oppido vicino: in Sabinorum
 finibus exonerans se in Narem flu-
 vium.

Paulatim sese tollit mare, et altius undas
 Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo. 530
 Hic juvenis primam ante aciem stridente sagitta,
 Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo
 Sternitur; hæsit enim sub gutture vulnus, et udæ
 Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.
 Corpora multa virum circa, seniorque Galæsus, 535
 Dum paci medium se offert; justissimus unus
 Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis:
 Quinque greges illi balantum, quina redibant
 Armenta, et terram centum vertebat aratris.
 Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur, 540

et erigit undas altius, deinde surgit in aërem ex intimo fundo. Hic Almon juvenis, qui maximus erat filiorum Tyrrhei, prosternitur sagitta sonante ante primum agmen: nam plaga hæsit sub jugulo, et sanguine obstruxit viam liquidæ vocis et letem spiritum. Multa corpora hominum sternuntur circa illum: inprimis senex Galesus, dum exhibet se conciliatorem pacis, qui unus omnium fuit olim æquissimus, et ditissimus agrorum Italicorum: quinque greges ovium, et quinque armenta redibant illi, et scindebat terram centum aratris. At dum ea fiunt per agros Marte adhuc

hoc quidem sensu, ut sit pro, *primum in ponto, in alto*. Versus hi sunt: 'Ὡς δ' ἔρ' ἐν ἀγιάλῳ πολυηχέτ' κύμα θαλάσσης' Ὀρῶντι' ἐπασσύτερον, Ζεφύρον ὑποκνήσαντας, Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεσθαι, αὐτὰρ ἔπειτα Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλη βρόμῃ. Burmannus malit: *summo—ponto*, ut imo fundo opponatur. Sed manifesta satis res est, *ponto* ex altero loco Ge. III, 237 huc esse translatum, nbi in *medio ponto*. Variare autem poetam verbo uno vel altero, ejusmodi versus, quos iterum ponit, ab ipso Heinsio aliquoties monitum est. Uti itaque altero loco fluctuum primos ortus in alto (*in medio ponto*), sic nunc fluctuum ortus a prima auræ impulsione, *primo vento*, memorat.—530. uno Franc. uno et Dorvill.—532. *Natorum Tyrrhei* libri Pier. Ex iisdem et suis Heinsius *Almo* scripsit pro *Almon*; nullum enim nomen Latinum *on* literis finiiri, ait Sosipater. Quod equidem inter Grammaticorum argutias referam. *Almon* est communior forma; *Almo* rarior. Sic *Agamemno*, *Tarcho* et alia pro vulgari *Agamemnon*.—533. *Exit enim* aliquot Pier. cum Dorvill., ut sit quod lib. IX, 432 *viribus ensis adactus Transiit costas*. Sed natum hoc ex scriptura: *exit. gurgite* duo Burm.—534. *que abest Witt*.—535. *Galesus* Heins. cum melioribus etiam hic, ex *Galæsus*. Vulgo *Galesus*. conf. ad Ge. IV, 126. *Galæsus* Rom.—536. Cum p. sec. Rottend. *pacis m. Parrhas. sese* Ald. Junt. *se offert medium* Montalb. *se* plane excidit Ondart.—537. *que abest* Franc. Witt. *agris* Medic. Pierii, tresque Burm. *armis* alter Hamb. Sed *arvis* recte retinent ceteri. Esse pro *in arvis* monet Burm. Cuninghamius *agris* retraxit; docere id *greges et armenta*. Non sequar subtilitatem.—538. *et quina* sec. Moret.—539. *terras* duo Goth., male. *et centum terram* Witt.—540. *sævo*

NOTE

537 *Ausoniis arvis*] Italicis, 54.

538 *Quina redibant*] E pasta in stabula.

540 *Æquo Marte*] Antequam Latinorum præcipui occisi essent, dum adhuc æqua utrimque esset fortuna

Promissi Dea facta potens, ubi sanguine bellum
Imbuit, et primæ commisit funera pugnae,
Deserit Hesperiam, et, cœli convexa, per auras
Junonem victrix affatur voce superba :

æquali : Furia composita promissi, postquam inchoavit bellum sanguine, et incepit
cædem primi prælii ; relinquit Italiam, et vecta per spatia cœli, victrix alloquitur

Marte emendat Marklandus ad Stat. Sylv. v, 2, 21. Obnuntiat divinationi Burmannus, sed quid *æquo Marte* sit, parum expedit. Scilicet est, pari utrimque belli fortuna, pugna in neutram partem inclinata ; ut alias *dubio, cæco, Marte* pugnatur. *Æquus* autem pro, æqualis, satis frequens est. Paulo aliter, nec tamen multum diverse ap. Lucan. III, 586 *ratis . . . dextrum lævumque tuctur* *Æquo Marte latus*. De congressu ex loco iniquo in locum æquum deducto Curtius IV, 1 *De regno æquo, si rellet, Marte contenderet*.—541. *bellum. tetum* pro var. lect. pr. Hamb. ex interpretatione.—542. *c. sanguine* p. Goth. sec. ex antecedente versu. *muncra* p. conj. Markland. ad Stat. v Sylv. I, 21, quod et ipsum bonum esset.—543. Memorabilis est Servii nota : *Probus, Asper, Donatus (is tamen Donatus, quem habemus, evolavit per auras ad Junonem, interpretatur) dicunt, hoc loco per bis accipiendum, ut alloquatur Junonem per cœli convexa et per auras (quod durissimum esset : etsi Burmanno non displicet). Potest tamen (et hæc melior ratio) esse epexegetis per auras id est cœli convexa ; nec enim aliud sunt auras. (Quæ sequuntur, assuta esse videntur). Dicit etiam quidam commentarius convecta esse legendum, ut sit ipsa convecta ; quod difficile in exemplaribus invenitur. Consentiunt sane omnes codd. in convexa, nisi quod Medic. a m. pr. *conversa*, quod Cuningham. probat, cumque eo Brunckius recepit : meo sensu tenue et exile est ; sec. Moret. *connexa*, vitiose. Cum tamen verborum junctura paulo insolentior sit, Canterus ap. Heins. conjecit : *cœli convexa peragrans vel pererrans* ; satis jejune. Musonius *convexa* pro *convecta* dictum esse volebat, sc. Alecto vecta per auras. Cerda cum Turnebo *Furiam convexam* dici posse putavit, ut *amnis dexterus* IV Ge. 293 sqq., *perperam* utique. Equidem bene intelligo, si verba ad naturalem ordinem revoces (*per auras, cœli convexa*), expediri quodammodo priorem versum ; illud tamen nondum concoquere possum : *Furiam alloqui Junonem per auras*. Latet, puto, facilis ad indagandum lectio : *cælique evecta* per auras, et peperit vitium*

NOTE

prelli. Sic Donatus : quem malo sequi, quam Servium, qui explicat *aperto Marte* : aut Ascensium, qui interpretatur *æquo et plano campo*. De *Marte*, Eccl. IX. 12.

541 *Promissi Dea facta potens*] Compos facta rei, quam Junoni effecturam se promiserat.

542 *Imbuit*] *Tinxit, perfudit* : metaphorice : *incepit, instituit* : per translationem a *lanis, vasculis*, quæ primum liquore aliquo perfunduntur ; vel a primis infantum potionibus,

quas puerilis vocis imitatione *buas* ab antiquis dictas esse, Nonius ex Catone et Varrone testatur. Si igitur hic sumatur propria significatione, sensus erit : *Tinxit sanguine bellum, id est bellica arma* ; ut mox 554. '*sanguis novus imbuit arma*.' Si sumatur metaphorice, sensus erit : *Incepit bellum sanguine* : quo more dixit Propertius l. IV. 10. 5. '*Imbuis exemplum primæ tu, Romule, palmæ*.' id est, *incipis, instituis, das exemplum*. De *Hesperia, Italia, Æn.* I. 534.

En, perfecta tibi bello discordia tristi; 545
 Dic, in amicitiam coëant, et foedera jungant.
 Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros :
 Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
 Finitimas in bella feram rumoribus urbes,
 Accendamque animos insani Martis amore, 550
 Undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros.
 Tum contra Juno : Terrorum et fraudis abunde est.
 Stant belli causæ: pugnatur cominus armis;
 Quæ fors prima dedit, sanguis novus imbuat arma.
 Talia connubia, et tales celebrent hymenæos 555
 Egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.
 Te super ætherias errare licentius auras

verbis superbis Junonem : Ecce dissensio conflata est tibi per bellum triste: nunc jube ut conveniant in societatem et faciant pacem. Siquidem perfudi Trojanos Italico sanguine; præterea hoc adjiciam illis rebus, si tua voluntas mihi nota fiat: incitabo rumoribus vicinas urbes ad bellum, et inflammabo animos furiosa cupiditate Martis, ut undecumque accurrant ad subsidium: diffundam prælia per campos. Tunc Juno vicissim ait: satis est terroris et doli: manent causæ belli: certatur cominus armis: sanguis novus tinxit arma, quæ casus prima obtulit. Eximia soboles Veneris, et ipse rex Latinus peragant talia conjugia et tales nuptias. Ipse pater rector supremi

compendium *roû que*.—545. *belli d. tristis* aliquot Pier., quæ vulgaris erat ratio. Quæ sequuntur ad meum sensum distinxi: *En...tristi; Dic...jungant. Quandoquidem A. r. s. Teucros, Hoc etiam his addam* sqq. Vulgata ratio erat: *Dic...jungant: Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros. Hoc etiam his addam* etc.—546. *Sic* Sprot. et pars Pierianorum. Nec displicet. Eadem diversitas v, 551. *ut coëant* duo Bnrm., ut 551.—547. *Quando equidem* Rom.—548. *tunc si m. sec.* Hamb. *sit mihi* Menag. pr. vide iv, 125. *voluptas* Erf.—550. *insano Mart. amore* conj. Cuningham.—551. *ut a. coëant* Sprot., ut inf. 582 *undique collecti coëant*.—552. *ac f.* ante Heins. legebatur. *abundet* Rom. est abest Goth. tert.—553. *pugnantur* Dorvill. *quo minus* Franc.—554. *sors multi etiam h. l. imbuat* Parrhas.—555. *connubia* statim per Aldd. in contextum venerunt. Brunck. revocavit *conjugia*, in quod omnes Pier. et Heins. et tres Goth. c. Erf. consentiunt, præter Mentel. pr. *connubia*. Sed aliquoties jam vidimus tri syllabum *connubia*. Porro qu. Moret. cum pr.

NOTÆ

546 *Dic, in amicitiam, &c.*] Fac, si potes, ut in amicitiam redeant. Et est ironica Furie jactatio, quasi dicat: Eas ego turbas excitavi, quas nec tu ipsa Juno componere possis. *Ausonio sanguine*, v. ad 54.

547 *Quandoquidem, &c.*] Ceteri conjungunt cum superioribus: ego

subsequentibus adjicio, hoc sensu: Quandoquidem tam feliciter Trojanos Rutulis commisi; permitte mihi, ut alias etiam gentes huic bello admeam. De *Marte*, Ecl. ix. 12. De *hymenæis*, Ge. iii. 60. De *Venere*, Æn. i. 260. De *Olympo*, Ecl. v. 56. De *Coccyto*, Æn. vi. 323.

Haud Pater ille velit, summi regnator Olympi.
 Cede locis. Ego, si qua super fortuna laborum est,
 Ipsa regam. Tales dederat Saturnia voces. 560
 Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
 Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
 Est locus Italiae medio sub montibus altis
 Nobilis, et fama multis memoratus in oris,
 Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum 563
 Urget utrimque latus nemoris, medioque fragosus
 Dat sonitum saxis et torto vertice torrens:
 Hic specus horrendum, sævi spiracula Ditis,
 Monstratur, ruptoque ingens Acheronte vorago

cali nollet te vagari liberius super spatia caelestia. Recede ex his locis: si aliquod discrimen superest in hoc negotio, ego ipsa regam illud. Saturni filia protulerat talia verba: Furia vero explicat alas sonantes colubris, et addit regionem Cocyti, relinquens loca alta et superna. Est locus in medio Italiae, sub altis montibus, insignis et celebratus fama in regionibus plurimis, nempe valles Amsancti. Latus sylvarum, nigrum spissis foliis, premit utrumque hunc locum: et in medio ejus torrens tumultuosus edit strepitum vixis erumpente vortice. Ostenduntur hic antrum horribile, et ostia aevi Platonis: et magna vorago apertis Inferis pandit aditus pestiferos: quibus ab-

Hamb. omittit et.—558. ipse aliquot edd. et codd. v. sup. v. 110.—559. si qua modo alter Hamb. est deest multis Pier. et Heins.—560. geram Hamb. pr.—561. extollit Parrhas. anguibus Trappius post Cuningham. emendabat, ut membranae essent alarum; parum feliciter. v. Not.—562. petens Franc. super a. duo cum ed. Dan., natum ex superardua junctum scripto.—563. in medio edd. et codd. nonnulli. Sed in exulare fecit Heinsius.—564. forma Erf. memoratur Dorvill.—565. Amsancti Medic., ut Amsanctus ap. Cic. Plin. et Claudianum scribitur. Romanus et ed. Ven. anfracti. in plerisque est aberratum ansancti, it. ansanti, anranti, ansanea, an calles sancti. Mox frontibus alter Mentel.—566. utrumque aliquot Heins. cum Goth. pr. fragosis, ut ad saxis referatur, aliquot Pier. Heins. et Burm.—567. vortice nonnullae edd., sed vertice est librorum scriptura.—568. Hic specus horrendus antiqui codd. apud Serv. et. ms. Giphani, hic quidem sequente et, quod in multis, etiam in edd. legebatur, sed anblatum ab Heinsio codd. meliorum, etiam Pierianorum, auctoritate. sacrum Goth. pr.—569. Monstratur multae edd. et codd., inprimis quae in sup. versu et retinent. At Heinsius revocavit ex aliis monstratur; unde comitior exit oratio. mons sterilis alter Hamb., miro errore. Ceterum

NOTÆ

563 Amsancti valles, &c.] In Hirpinis, qui Apuliam ab oriente, Campaniam ab occidente habent: medio fere spatio, inter mare superum sive Adriaticum, et inferum sive Tyrrhenum: est vallis, in qua lacus Amsanctus, nunc Mufiti, a Mephitis templo quod ibi olim fuit, ut diximus

supra 83. aquis nigris, et odore terrimis, in medio lacus ad viri proceritatem ingenti fragore ebullientibus. Unum ex ostiis Inferorum Itali credidere, et inde Amsanctus dictus est, id est circum sacer: ambi enim, vel ambe, veteribus fuit circum, ab ἀμφί. Ditis, Platonis, Ge. iv. 467.

Pestiferas aperit fauces; quis condita Erinny's, 570
Invisum numen, terras cœlumque levabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. Ruit omnis in urbem
Pastorum ex acie numerus, cæsosque reportant
Almonem puerum fœdatique ora Galæsi; 575
Implorantque Deos, obtestanturque Latinum.
Turnus adest, medioque in crimine cædis et ignis
Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari;
Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.
Tum, quorum attonitæ Baccho nemora avia matres 580

condita Furia, odiosa Dea, liberabat cælum et terras. Interea filia Saturni non segnis addit bello manum ultimam. Omnis multitudo pastorum recurrit e prælio in urbem: et referunt occisos Almonem puerum et caput Galæsi cæsi, et invocant Deos, et precantur Latinum. Turnus adest, et in medio cadaverum augeat timorem cædis et incendii: atque Troianos admitti in regna, gentem Phrygiam associari, se ejici domo. Tunc, illi, quorum matres percitæ Baccho percurrunt sylvas inacces-

observes membra sibi non accurate satis respondentia, etsi res non exemplis caret: *Hic specus—monstratur et vorago aperit. raptique alter Menag.—570. a. voces pr. Mentel. condit Medic. uterque cum aliis Heins. et Burm. Lectio jam Servio notata.—571. et t. Ald. terram aliquot Pier. cælum terrasque Parrhas. levavit aliquot Pier. et Witt. Wakefield deleta virgula post Erinny's jungit: numen terras cælumque levabat; pro, terras numine levabat, ut illud: roseas laniata genas. doctius quidem, sed durius.—573. Imponit Gud. a m. pr., Goth. pr. in urbe ap. Priscian.—574. cælumque Goth. tert., sed cæsos Almonem et Galæsum. Pro hoc ora Galæsi dixit.—575. fœdatique Sprot. et Franc.—576. abest versus a Goth. tert.—577. et igni ex Medic. et aliis Heins. reposuerat, cum ante lectum esset et igne. Burman. locum habebat suspectum, cum de igni nihil præcesserit; ad conjecturam tamen cædis iniquæ descendere non debebat, cum ipse lectionis diversitatem laudet: ignis. Atqui hæc ipsa vulgata ante Heins. erat lectio; eaque hand dubie vera, modo interpunctio mutetur: medioque in crimine (inter criminationes Trojanorum), cædis et ignis Terrorem ingeminat, h. ingeminat terrorem cædis et ignis; minatur cædem et ignem. Prævisse jam Donatum video, qui ita interpretatur: et idem geminabat terrorem, quem populus fecerat, epondens omnia cædibus et incendio peritura. Lectio hæc Aldinaram, nisi quod prave interpungitur post cædis, Steph. Plant. Dan. Heinsii et omnium, quas inspicio, editionum, nescio in quo vulgari exemplari mutata esse debuit, in quod Heinsius casu inciderat. igni ex uno Romano notavit Pierius; igni Pompon. quoque interpretatur: furore et seditionis impetu.—578. geminat Sprot. ingeminat Ven. que post Teucros Heins. sustulit, codd. auctoritate.—579. limite Parrhas.—581. thyrsis Menag. pr. insultare*

NOTE

Acheronte, Æn. vi. 323. Erinny's, Furia, Æn. ii. 337.

575 Fœdati] Vulnerati, cæsi. Vide Æn. ii. 55. 'ferro Argolicas fœdare latebras.'

Delf. et Var. Clas.

577 Crimine] Cæsis cadaveribus, quorum cædem Turnus crimini vertebat Trojanis. De Teucris, Æn. i. 239. De Phrygia, ibid. 285. De Baccho, ejusque thiasis, seu choreis, Ecl. v. 29.

Virg.

3 P

Insultant thiasis, neque enim leve nomen Amatae,
Undique collecti coeunt, Martemque fatigant.

Illicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deum, perverso numine poscunt;

Certatim regis circumstant tecta Latini.

585

Ille, velut pelagi rupes immota, resistit:

* Ut pelagi rupes, magno veniente fragore,*

Quæ sese, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet; scopuli nequicquam et spumea circum

Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

590

Verum, ubi nulla datur cæcum exsuperare potestas

Consilium, et sævæ nutu Junonis eunt res:

sas cum choris, conveniunt undique congregati, et exercent bellum: neque enim levis est auctoritas Amatae. Statim omnes, iratis Diis, flagitant dirum bellum, contra auspicia, contra voluntatem Deorum. Certatim cingunt domum regis Latini: ille obstitit, velut rupes maris immobilis: veluti rupes maris, magna tempestate instant; quæ multis fluctibus circum sonantibus sustentat se mole sua: frustra scopuli et saxa spumantia circumstrepunt, et alga impacta appellitur lateri. Sed quandoquidem nulla offertur facultas evitendi insensum consilium, et res fiunt ad arbitrium duri

de choro quidni æque dicatur ac de equo vel de ovibus hædisque exultantibus Ge. iv, 11 *floribus insultant*.—583. *scilicet* Medic. ap. Burm., dissentiente Foggino. Verum etiam Pompon. Sab. "*Apronianus legit scilicet*." Goth. sec. *Illic. cunctis* Oudart. *omnia* nonnulli ap. Pier.—584. *nomine* Medic.—585. *circum dant* ed. Ven. *tecta tyranni* Medic. Pierii, quod defendi posse censet Burm., si *reges* legatur cum Menag. et Hamb. pr.—586. 587. Elegantiæ in repetitione agnoscebant Pierius et Ursinus. Sed aliter instituenda erat oratio, si venustas inde petebatur. Incurrit in oculos vitium, quod *hæ* vers. insidet. Aut versum priorem, aut hunc alterum, *Ut pelagi*, esse spurios persuasum jam habebat Heins., quanquam de hoc altero id censere malebat. Et deerat ille pr. m. ab altero Mentel. et pr. m. a Bigot. Contra prior versus, *Ille velut p.* a Macrobio laudatur lib. vi, 3. Equidem ita existimare malim, esse utrumque inter versus nondum a poeta absolutos et elaboratos. Cum alterum adjecisset, priorem mox morte præventus mutare nequit. *rupis* Witt. *p. moles* tres quatuorve. Nisi hoc ad superiorem versum spectat, nam in hoc Pier. ex nonnullis codd. notavit, *pelagi moles. magno rupes* Parrhas.—588. *vallantibus undis* alter Hamb.—589. Olim interpungebant post *scopuli*; hinc nonnulli mox omisere copulam. v. Pier. et Heins. Habet utraque lectio, quod placeat et quod displiceat. Rotundior est oratio in antiquiore, *quæ sese—Mole tenet scopuli; nequicquam et sp.* Multo magis, si et ejeceris, *nequicquam spumea circum Saxa fremunt*. At nunc inducitur illud: *rupes quæ tenet se mole scopuli*; adeoque *rupes se tenet rupe*. In interpunctione altera *scopuli et Saxa fremunt*: quod non tantopere ingratum est. Ge. iii, 276 *Saxa per et scopulos*.—590. Pro *illius* ap. Pierium alii *aspera*, alii *infusa*, Goth. sec. *inversa*; mox *infunditur* alter Hamb. *retunditur* sec. Rottend.—591. *capitum* Parrhas. *superare* Rottend. *expugnare* aliquot Pier. *potestas* est pro vulgari *facultas*, nec hoc pro illo reponendum.—592. ut s. Goth. pr. *cunctis*

Multa Deos aurasque pater testatus inanes,
 Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella !
 Ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas, 595
 O miseri. Te, Turne, nefas, te triste manebit
 Supplicium ; votisque Deos venerabere seris.
 Nam mihi parta quies ; omnisque in limine portus ;
 Funere felici spoliior. Nec plura locutus
 Sepsit se tectis ; rerumque reliquit habenas. 600
 Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
 Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum

Janonis: pater sæpius attestatus Deos et aërem vacuum, ait: Heu! vincimur fatis, et rapimur tempestate. O miseri, vos ipsi persolvētis has pœnas sacrilego sanguine. O Turne, spectabis te crimen et tristis pœna: et tardioribus precibus implorabis Deos. Nam quies est mihi parata, et omnis portus est in conspectu: tantum privabor morte felici. Nec plura locutus, clausit se domo, et deposuit regimen rerum. Erat consuetudo in Latio Italico, quam urbes Albanæ solennem perpetuæ

Rom.—593. *testatur* Medic. et alii Pier. et Heins. cum tribus Goth., minus comite; tum *aras inanes* Hamb. alter a m. pr. et pro var. lect. prior, ut *aras* fœderis aut hospitii designet. Blanditur hæc lectio Burmanno et Marklando ad Statii Sylv. præf. p. XII, qui in altera nullum esse sensum pronuntiat. Miror viros doctos de adjecto, *inanes*, non cogitasse; quæ tandem sunt h. l. *aras inanes*? Ex altera parte quæ magis frequens et obvia ratio, quam ut precantes et obtestantes manus ad cælum tollant, *Deos cælumque testentur*? et pro *cælo* non feremus *auras* dictas? ut inf. IX, 24 *multa Deos orans, oneravitque æthera votis*.—594. *procellas* Medic. *procellis* Montalb. et aliquot Pier.—598. *que* a nonnullis Pier. abest. in *lumine* alter Hamb. et Zulich. In illis *omnisque in limine portus* impedita est oratio, ut unusquisque facile videt. Servii explicatio nihili est: *securitas omnis in portu est*; nec plus proficit Donatus: *Portus mihi erit limen domus meæ, quod egressurus non sum*. Erat saltem *limen portus* accipiendum tanquam dictum pro *portu*; uti autem vulgari ratione in *portu* esse, navigare, dicimur, ita h. l. in *limine portus*. Duritiem habet omisam *sum*. *Sum omnis*, totus, in limine, aditu, portus. Itaque sequor Pompon. Sab., qui hæc habet: *senex sum et in portu vita mea est*; quasi *esset*: *et totus sum in aditu portus*; in portu navigo. Nam ut *omnis* retrahatur ad *quies*, ut sit: *mihi parta est quies, eaque omnis jam est in l. p.*, putidum esset. Interea malim equidem totam hanc laciniam assutam statuere, versus inexploto relicto. Etiam Markland. ad Stat. II Sylv. 2. 7, totum hemistichium suspectum habebat. Waddellii conjectura: *omnisque sensum vix habet*. Burman. conj. *mortisque in limine portus*. Saltem esse deb. *portusque in limine mortis non leti*, ut Cnl. 223. Cunningham. *omnisque in l.*, quod non magis assequor; alius vir doctiss. *nascique in l. p.*; saltem, *ratis estque cursusque in l.* Sed variari hæc possent multis modis, sine fructu ad poëtam.—599. *Munere* pr. Moret.—600. *relinquit* Menag. uterque.—601. in *Latio Hesperio* ali-

NOTÆ

598 Nam mihi, &c.] Nam mihi nihil timere, cum sit in propinquo portus mortis; cujus non amittam quietem, sed tantum honores fortasse, et pom-
 pam funebrem; capta et vastata a Trojanis urbe mea.
 601 Hesperio in Latio, &c.] De Hesperia, Italia, Æn. I. 534. De Latio

Roma colit, cum prima movent in prælia Martem,
 Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,
 Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos, 604
 Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa :
 Sunt geminæ Belli portæ (sic nomine dicunt)

seruauerunt ; quam nunc Romani potentissimi orbis seruant, quando concitant Martem in prima certamina : seu parant inferre manu triste bellum Getis, aut Hyrcanis, aut Arabibus ; seu proficisci contra Indos, et persequi Auroræ populos, et repetere signa a Parthis. Sunt duæ portæ belli, appellant eas hoc nomine, venerabiles

quot Pier. quem pr. una Thuan. Macrobr. iii, 8 argutatur super voc. *sea*.—604. *Sive G. i. manus seu tendere ad Indos* laudat Schol. Cruqu. ad Horat. iii Od. 24. Charisius autem lib. i Inst. Gr. p. 77 *Hyrcanisve A. parant indicere bellum. sive inferre manus*. Tum Witt. *Gothis*. Tres ap. Heins. *manum*.—605. *Hircanisque* multi Pier. et Ed. Mediol.—606. *Parthisque* duo Burs. *Parthosve* Zulich.—607. *Sunt Geminæ* emendatio Jo. Marii Matii ap. Heins.

NOTÆ

supra 54. De *Alba*, Ascanii regia urbe, Æn. i. 275. Æn. viii. 48.

604 *Sive Getis, &c.*] Populis Daciæ, Thracum vicinis : circa ostia Danubii. Ge. ii. 115. De his triumphaverat paulo ante hæc Virgilii tempora M. Licinius Crassus proconsul, Augusti auspiciis, anno u. c. 726.

605 *Hyrcanisve Arabisve, &c.*] *Hyrcania*: olim Parthiæ pars. Æn. iv. 367. Huic nullum privatim bellum a Romanis illatum est ; sed Parthis, quorum imperio continebatur *Arabia*: cujus populi *Arabes*, vel *Arabi*: ingens Asiæ quasi peninsula: Syriæ, Mesopotamiæ, et Parthorum imperio contermina: Ge. ii. 115. Hanc penetrare et subigere tentavit Augustus anno 730. duce expeditionis Ælio Gallo, juxta Strabonem ; non Ælio Largo, ut mendose legitur apud Dionem ; neque Cornelio Gallo, de quo Ecl. x. ut male Casaubonum in Strabonis l. xvii. commentari ostendit Valesius in Ammianum.

Tendere ad Indos, Auroramque, &c.] Constat ex Diono, Indos pacem auxisse cum Augusto, et ad eum dona advexisse, cum Sami hyemaret, sub finem anni 734. aut initium sequentis : cum Augustus in urbem rediret

ex Asia et Syria, ubi multa composuerat. Constat, Phraatem regem Parthorum, veritum ne bello ab Augusto peteretur, eidem in Syria versanti signa captivosque remisisse, quotquot Crassi Antoniique cladibus Parthi ceperant : Idque accidisse circa ætatem anni 734. At cum hæc propius accedant ad mortem Virgilii, quæ anno 735. contigit : non dubito quin Virgilius, non quidem de hac ipsa signorum receptione, et itinere Augusti ; sed de ejus apparatu explicandus sit : quæ omnia contigere circa annum 732. Nam, ut habet Dio, Augustus itineri se dedit antequam inirent magistratum consules anni 733. Idem signa et captivos a Parthis repetiit sub finem anni 731. Quo forte tempore etiam legatos ab Indis de pace accepit : siquidem ait Dio, eos pacem per legatos prius petiisse quam eam Sami conficerent. Atque hinc Virgilius, qui hæc Romanum videbat, ad bellum tendere existimavit, cum tamen deinde pace petfecta sint. De *Indis*, Ge. i. 57. De *Aurora*, Ge. i. 144. De *Parthis*, Ecl. i. 63.

607 *Sunt geminæ, &c.*] Virgilius utitur anticipatione. Templum enim

Religione sacræ et sævi formidine Martis:

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri

Robora; nec custos absistit limine Janus.

610

Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnæ,

Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino

religione et metu crudelis Martis: centum vectes ærei, et æternæ vires ferri claudunt eas; et Janus custos non recedit a portis. Quando stat senatoribus certum consilium belli; ipse consul, notabilis trabea Romulea et cinctu Gabino, aperit illas

ut Janus Geminus designetur. Janus Geminus sæpe memoratur: an usquam Geminus solum et absolute, merito dubites. Idem multo etiam durius e Prisciano contendit nra voce scribendum esse *Belliportæ*; etsi verum est, ipsum templum per *portas Belli* fuisse declaratum; erat enim *διόπορ*, et portam in postico quoque habebat; cf. Plutarch. Numa p. 73. *Belli* per majusculam literam exarandum est. Est enim Numen h. l. cf. Not.—608. et abest Franc. *form. Belli* Parrhas.—609. *externaque* Parrhas.—611. *Hæc* Medic. a m. sec., ut referatur ad *limina*, interpolatum.—612. *cinctoque* Mentel. pr. *cinctusque* Menag. pr. et Goth. tert. Similis variatio Liv. v, 46 pr. Sa-

NOTÆ

Jani ad bellum aperiri, non nisi a Numa, secundo Romanorum rege, institutum est. Cetera pete ex Æn. l. 298.

609 *Vectes*] *Vectis*, instrumentum in modum trabis aut pali crassioris, quo vel janus adversus vim manuntur, vel promoveatur impellunturque moles onerum, vel diruuntur muri: a *vehendo* dictum: idque ex ære, ferro, ligno.

610 *Custos limine Janus*] Vel quia status ejus erat in limine bifrons: vel quia præerat omnibus januis, quæ ab ipso sic dictæ sunt. Præerat enim omnibus initis domorum, quæ *januæ* sunt; anni, qui mēsis *Januarii*, &c. Primus rex fuit et antiquissimus Italiæ, qui Saturnum hospitio excepit. Hunc aliqui Noë, aliqui Japhet Noë filium putant. Vini nomen in Italiam invexit, arasque, et templa, et portarum ac clavium usum. Ab aliis primus dicitur Deorum. *Bifrons* pingitur, vel quia cum Saturno regnum partitus est, et maxima conjunctione cum eodem vixit: vel quod ob summam prudentiam, præterita sciret, futura provideret: vel quod

Italiam gentes a feris moribus ad mansuetiores traduxerit, quæ duplex vita duplici vultu notatur: vel quod Græcus origine, ut quidam volunt, lingua duplici loqueretur.

612 *Quirinali trabea cinctuque Gabino, &c.*] De *trabea*, quæ *Quirinalis* ab inventore *Romulo* dicta est, supra 188. *Cinctus Gabinus* fuit: cum togæ lacinia, quæ sinistro brachio vulgo imponebatur, inde subducta, in tergum ita rejiciebatur, ut contracta retraheretur ad pectus, atque ita in nodum necteretur: qui nodus sive cinctus, togam contrahebat, breviorremque et strictiorem reddebat. Ita Ferrarius, qui de re vestiaria quam accuratissime scripsit. Nomen et originem derivat Servius a Gabiis, Latii urbe: ubi cum cives sacris operarentur togati, subito ingruentibus hostibus, cum non esset spatium arma sumendi, sic succinctis contractisque togis ad pugnam exierunt. Hoc ritu consul bella indicebat, duces et imperatores spolia hostium cremabant, sacra sæpe bello faciebant, devovebant se, &c.

Insignis, reserat stridentia limina Consul ;
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cetera pubes,
Æreaque assensu conspirant cornua rauco. 615
Hoc et tum Æneadis indicere bella Latinus
More jubebatur, tristesque recludere portas.
Abstiniuit tactu pater, aversusque refugit
Fœda ministeria, et cæcis se condidit umbris.
Tum regina Deum cœlo delapsa morantes 620
Impulit ipsa manu portas, et cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante ;
Pars pedes ire parat campis ; pars arduus altis
Pulverulentus equis furit ; omnes arma requirunt. 625
Pars leves clypeos et spicula lucida tergunt
Arvina pingui, subiguntque in chte secures :

et stridentes earum cardines ; ipse inclamat bellum : tum reliqua juvenus imitatur eum, et ærea tuba respondent concentu rauco. Tunc quoque Latinus cogebar indicere bellum Trojanis illo ritu, et aperire fœnentas portas. Sed pater abstiniuit a tactu portarum, et abhorrens fugit turpe ministerium, et abscondit se in obscuro tenebris. Tunc regina Deorum filia Saturni, delapsa e cœlo, ipsa percussit manu portas obsistentes, et emoto cardine fregit postes belli ferratos. Italia, prius quiescens et non turbata, nunc flagrat. Hi partim robant ire pedites per agros : partim sœviunt sublimes et excitantes pulcrem altis equis : omnes quærant arma : partim purgant arvina pingui scuta polita et spicula splendida, et acunt secures in

bino plerique ap. Pier. et Bigot. a m. sec.—613. stridenti limine conj. Burm., perperam. has, str. limina, ex apposito dixit. Etsi præcesserat v. 610 limine. Deberet esse scriptum stridenti cardine : verum hoc est poetam in ordinem cogere, non ejus lectionem restituere.—614. cum duo Burm.—615. accensu Menag. pr. ab sensu Franc. accentu conj. Heins.—617. videbatur duo Burm. reducere duo alii. excludere ed. Mediol. et Goth. pr.—618. aduersus tres apud Burm.—619. antris Dorvill.—620. dilapsa Ven. d. per auras pr. Hamb. pro var. lect.—622. rumpit Medic. cum aliis. rumpunt duo. ferratas portas Parrhas. a m. pr.—623. Arusianus Messius in suo libro legerat Ardet in excitam Ausoniam. Argutatur in hoc librarii lapsu Heins. Vulgatam fragm. Vatic. quoque tnetur.—624. parant Gud. a m. pr. et Zulich., hic quidem male ; nam variandum erat poetæ in numeris. Mars Zulich. a m. pr. et Menag. alter, stupore librarii, quem pars arduus male habebat. artis Medic. a m. pr.—625. fugit Dorvill. a m. pr.—626. tergunt plures et probatiores Pierii : item Medic. et alii cum Probo apud Heins. Ceteri tergunt cum trinis Goth. lutea tergunt Vratisl. torquent Parrhas.—627. subjiciuntque Rom. que abest binis Burm.—628. jubet Medic.,

NOTE

621 *Cardine verso, &c.*] De cardine portarum, Æn. i. 452. De postibus, Æn. ii. 442. De Ausonia, Italia, supra 54.

627 *Arvina pingui, &c.*] Est ævum, sive pinguedo illa, quæ inter carnem et cutem animalium est. Cos, foemini generis, lapis est quo cultri æcuuntur.

Signaque ferre juvat, sonitusque audire tubarum.
 Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes
 Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum, 630
 Ardea, Crustumerique, et turrigeræ Antemnæ.
 Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque salignas
 Umbonum crates; alii thoracas aënos,
 Aut leves ocreas lento ducunt argento;
 Vomeris huc, et falcis honos, huc omnis aratri 635
 Cessit amor; recoquunt patrios fornacibus enses.
 Classica jamque sonant; it bello tessera signum.

cote : et placet portare vexilla, et audire sonitum tubarum. Itaque quinque magnæ urbes deflexis incudibus recidunt tela: Atina potens, et Tibur excelsum, et Ardea, et Crustumium, et Antemnæ turritæ: cavant tutas galeas capitum, et texunt e salice crates clypeorum: alii excidunt loricas areas, vel politas ocreas argento flexili. Illuc abiit studium vomeris et falcis, illuc omnis cura aratri: recoquunt patrios gladios in fornacibus: et jam buccinæ sonant: datur symbolum, signum

forte jubet, addit Heins. juvant Rom.—629. *Quin adeo* Goth. pr., manifesto vitio. Nec videtur poeticus sermo eam formam ferre. *impositis magnæ Parthas*.—630. *Latina* fragm. Vatic. a m. pr.—631. *Ardua* Goth. sec. *Crustumiumq.* ed. Ald. pr. et Junt., sed emendatum statim in Ald. sec. *Crustumenumq.* Menag. pr. *Crustumiumq.* Goth. pr., quod ap. Silium legitur viii, 367 et *Crustumia pira* snp. Ge. ii, 88. et abest Rom. *Antennæ, Attennæ, Antennæ*, aberrat. cf. Heins.—632. *Tegmine* alter Menag. *suta* conj. Heins.—633. *crutis* fragm. Vatic., sed emendatum *cratis*. *corracas* Franc. *aëneos* Medic., eleganter, ait Heins. Saltem ferri potest.—634. *Pars levis* Schol. Horat. Art. 26. *condunt a.* Goth. tert., lapsu minus felici.—636. *recoquunt, recoquant*, scribitur, ut solebant multi. *recoquent* duo Mentel. cum Goth. tert. *primos* Goth. pr.—637. *tessera* Zulich. et Goth. tert.—638. *rapidus r.* Medic. a m.

NOTÆ

630 *Atina, &c.*] Urbs in septentrionali regione Volscorum, in Apennini jugo, nunc adhuc nomen retinens. *Tibur*, nunc *Tivoli*, in septentrionali parte veteris Latii, prope cataractam Anienis fluvii e rupibus præcipitantis: *superbum* dicitur: vel ob illas rupes, propter quas *supinum* dicitur ab Horatio, Od. i. iii. 4. 23. et *altum* a Martiali, Epig. lib. vii. 12. vel ob superbiam, qua cum Romanis jam potentissimis ausi sunt bellum gerere, anno u. c. circiter 400.

631 *Ardea, &c.*] *Ardea*, Rutulorum caput, supra 410. *Crustumium*, vel *Crustumia*, non longe ab urbe

Roma: in illo Sabinæ regionis angulo, quem Anio in Tybrim procurrens efficit: nunc forte *Marcigliano Vecchio*. *Antemnæ*, vel *Antenna*, nunc dirutum oppidum, ad confluentem Anienis in Tybrim; sed in Latio, non in Sabinis: ideo sic dictum, quod ante annes positum sit.

633 *Umbonum crates*] Scutorum fulcra e salice, quæ deinde corio vestiebant. *Umbo*, media pars est scuti eminentior, Æn. ii. 546.

637 *Classica, &c.*] *Tubæ*: sic dictæ, quod iis multitudo *calaretur*, id est *coaretur*, sive ad bellum, sive ad concionem: unde et *classes* dictæ sunt, tum

Hic galeam tectis trepidus rapit; ille frementes
Ad juga cogit equos; clypeumque auroque trili cem
Loricam induitur fidoque accingitur ense.

640

Pandite nunc Helicon, Deae, cantusque movete,
Qui bello exciti reges, quæ quemque secutæ
Complerint campos acies; quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim, Divæ, et memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

645

belli. Hic festinus extrahit galeam e tecto: ille jungit ad currum equos frementes, instruiturque clypeo et lorica cum triplici licio auri, et armatur fidei gladio. Nunc, o Musæ, aperite Helicon, et suggerite mihi cantus istos: quinam reges excitati fuerint ad bellum; quinam exercitus secuti unumquemque operuerint campos; quibus hominibus abundaverit jam tunc tellus Italica nutrix mea, quibus bellis flagraverit. Nam vos, Divæ, meministis, et potestis narrare illa: vix levis rumor fama percrevit ad

pr. capit alter Menag. *trementes* Gud. a m. pr. et Franc. *frequentes* Erf.—640. *Lorica* Rom.—641. *monete* magna codd. pars, ut solet, etiam Servius, et pro emendatione fragm. Vatic. bene et hoc; bene et alterum, quod jam habemus. Heinsius conjiciebat, *cantusque monete*, ne bis idem versus occurreret; nam legitur ille totidem verbis lib. x, 163. At vero quot versus in Virgilio et in Homero essent mutandi, si hoc sequi vellemus! Et sic præferam utique *cantusque monete* alterutro loco.—642. *exciti* Medic. Colot. et Burm. Excerpta. Alterum doctius: *exciti*; et *bello*, ad bellum. *quemcumque* Gud. a m. pr. *quem quæque* Dorvill.—643. *complerint* Rom. et vett. apud Pier. et pars Burm. cum binis Goth.; et hoc magis epicum. *complerint* alicubi legi Pierius narrat. *acies campos* Exc. Burm. *acies, quibus arserit armis* Witt., librarii fraude. v. Burm. q. I. *tantum Fl.* vulgata aliqua ante Pier. legit.—644. *adserit* Rom.—646. *At* tres ap. Burm. cum tert. Goth. *fama* Oudart. *dih-*

NOTE

exercitus, non tantum navales, sed etiam terrestres; tum civium partes ad censum distributæ. *Tuba* autem proprie recta fuit, a *tubo* sive canali dicta. *Cornu*, omnino flexum, a *boum* cornibus: ex quibus factum est, priusquam vere conflaretur, unde dicta est *buccina*. *Litus*, paulum incurvus, figuræ inter tubam et cornu mediæ.

637 *Tessera*] Proprie figura est, sex constans æquis lateribus, omni ex parte quadrata; lusorii talis, quales hodie habemus, non absimilis: nomen a *τεσσαρα* quatuor. Varios habuit usus, præcipue in bello: ubi significabat signum illud, quod ab impera-

toribus ad tribunos, a tribunis ad centuriones, et per eos ad alios deinde milites pertinebat: vel ut milites invicem se cognoscerent, vel ut iis imperatorum mandata innotescerent. Aliquando inscripta fuit, aliquando vocalis: ut frequenter sub Cæsare *Venus genitrix*, sub Mario *Lar Deus*, sub Sylla *Apollo Delphicus*.

639 *Ad juga cogit equos*] Tunc enim viri principes e curru pagabant. De *lorica auro trili cem*, Æn. iii. 467.

641 *Helicon, Deæ, &c.*] *Deæ*, Musæ, Ecl. iii. 60. *Helicon*, mons Boeotiar, Musis sacer, Parnasso vicinus.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
 Contemtor Divum Mezentius, agminaque armat.
 Filius huic juxta Lausus, quo pulchrior alter
 Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. 650
 Lausus, equum domitor, debellatorque ferarum,
 Ducit Agyllina nequicquam ex urbe secutos
 Mille viros; dignus, patriis qui lætior esset
 Imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.

Post hos insignem palma per gramina currum, 655
 Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulchro
 Pulcher Aventinus; clypeoque insigne paternum
 Centum angues cinctamque gerit serpentibus Hydram;
 Collis Aventini sylva quem Rhea sacerdos

nos. Primus Mezentius contemtor Deorum asper incipit bellum e Tyrrhena regione, et instruit exercitum. Lausus filius huic prope adest; quo nemo alter fuit formosior, excepto corpore Laurentis Turni. Lausus ille, domitor equorum, et victor ferarum, ducit mille viros frustra secutos ipsum ex urbe Agyllina: dignus qui felicius esset paterno regno, et cui Mezentius non fuisset pater. Post hos formosus Aventinus, genitus formoso Hercule, ostentat per campos currum illustrem victoria et equos victores: et praefert in scuto insigne patris; nempe centum serpentes, et hydram circumdatam serpentibus. Rhea sacerdos, mulier conjuncta Deo, protulit il-

bitur Zulich. vox alter Goth.—647. in id Montalb.—648. Mezentius scribit Medic. et Rom., quod ad legentis fastidium defendit Pierius. Mezentius Witt., et Mezentius duo Burm. Medentium veteres dixisse, Priscianus, Mezentium, Velius Longus tradit. Totum hemistichium: Mezentius agminaque armat a Goth. altero aberat.—649. hunc juxta Medic. a m. pr. hunc Lausus juxta, et huic fuerat L., et huc juxta alii apud Pier. hic juxta Rottend. tert. a m. pr.—652. Est Ἀγύλλα. Agellina nonnulli. Agelina Franc. et Dorvill. cum Goth. alt. Agullina Maronem dedisse arbitratur Heinsius.—653. quo sec. Rottend. pro var. lect. ex interpretamento. patris Dorvill. a m. pr.—654. sed cui Leid.—655. insignem fama Macrobr. Sat. v, 15. non insolenti varietate. per gr. circum Menag. pr. per agmina Witt. a m. pr.—656. ostendit aliquot Pier. Hercule forti codd. ap. Pierium, ex interpretatione.—659. in sylva Sprot. et Leid. unus, et aliquot Pier. Rheus Leid. Reba Hamb. sec. Rhea h. l. est ex 'Pela vel 'Pelē, v. c. ap. Cal-

NOTE

647 Tyrrhenis ab oris, &c.] De Tyrrhena regione, sive Tuscia et Etruria, Æn. II. 781. De Mezentio, Æn. VIII. 481. De Laurente Turno, supra 63.

648 Agyllina nequicquam ex urbe, &c.] Agylla, urbs Etruriæ, fere in confinio Latii, leuca paulo plus una distans a littore, a Pelasgis et Thessalia prefectis condita et appellata; a Tyrrhenis vero e Lydia oriundis capta, et Care dicta: nunc Cerveteri:

regia Mezentii: unde expulsus a suis, cum reliquiis fidelibus sibi subditorum Turno se conjunxerat. Nequicquam: cum et Mezentius et Lausus et Turnus hoc bello morituri essent.

657 Insigne paternum Centum angues, &c.] Insigne ad memoriam paternæ victoriæ compositum: scilicet debellatæ hydre, in angues innumeros pullulantis: Æn. VIII. 300.

659 Collis Aventini, &c.] Unus e

Furtivum partu sub luminis edidit oras,
 Mixta Deo mulier, postquam Laurentia victor,
 Geryone extincto, Tiryntius attigit arva,
 Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.
 Pila manu sævosque gerunt in bella dolones ;

lum in auras lucis furtim in sylva collis Aventini: postquam Hercules victor ab occiso Geryone pervenit in regionem Laurentem, et lavit vaccus Hispanas in fluvio Tusco. Milites ejus præferunt manu ad pugnam pila et duros dolones: et certant acumine

limach.—660. *Fortivo partu* plerique codd. ap. Pier. *furtivo* unus Leid. a m. pr., quod Catræus dedit, nec vidit se deterius et vulgarius pro exquisitiore dare; nam, qui *furtivo partu* editus est, eum elegantius *furtivum* poeta appellat. *furtivum ediderat partu sub l. auras* ed. Ven. *partus* Rom. *luminis* alter Hamb. et Gud. *ad sublimen edidit auras* sunt qui legant ap. Pier. *sub luminis oras* Heinsius ex Medic. et aliis reposuit, jam Pierio e codd. probatum; in nonnullis *horas*; in ceteris et in vulgg. Aldd. et cett. ante Heins. *auras* legitur: quod nollem mutatum esse, cum altero in loco Ge. II, 47 idem servatum sit. Nec dubito *oras* nihil aliud esse quam antiquam scripturam et pronuntiationem *τοῦ auras*. cf. ad Ge. II, 47.—663. *in flumina* Gud. *Hiberas*

NOTE

collibus, quibus insidet Roma, nunc *Monte di S. Sabina*. Ambiguum relinquit Virgilius, an colli nomen ab illo Herculis filio, an illi potius a colle nomen fuerit. Cum autem *Rheam sacerdotem* appellat, Herculi in sylvis furtivo amore conjunctam; præluit ad *Rheam Sytiram* Vestalem, quæ deinde circa hunc eundem locum, ex Marte Romulum concepit, Æn. I. 278.

662 *Geryone extincto, Tiryntius, &c.*] *Geryon*, *Geryonis*: vel *Geryones*, *Geryonæ*, vel *Geryoneus*, *Geryonei*: quia Græce dicitur, Γερων, Γερωνης, Γερωνεύς. Rex fuit Hispaniæ: qui tria dicitur habuisse corpora, quod tribus etiam insulis Hispaniæ adjacentibus imperaret, Balearicæ majori, minori, et Ebusæ: vel quod tres essent fratres amore conjunctissimi, quibus devictis, Hercules eorum armenta diripuerit, et secum in Italiam advexerit. *Tiryntius*, nomen Herculis: *Tyrus*, urbs fuit Argis vicina, ubi nutritus est Hercules. De *Laurentibus arvis*, supra 63.

663 *Tyrrheno in flumine, &c.*] *Ty-*

bri, qui Tyrrhenos sen Etruriam a Latio dividit: unde dicitur quoque Æn. II. 781. *Lydius*, a Tyrrheno Lydo, qui regnum ibi constituit. *Iberia*, nomen Hispaniæ, ab Ibero fluvio, qui nunc est Ebre.

664 *Pila . . . dolones, &c.*] Milites Aventinæ regionis armat poeta. I. *Pilis*: quæ propria deinde fuerunt tela Romanorum, hastilia manuum implentia, septem circiter pedes longa, quorum tertia pars in ferreum mucronem hamatum abibat. II. *Dolonibus*: contis ingentibus ligneis; quibus vel præfixum erat ferrum ita breve, ut vix appareret; vel ferrum ipsum latebat intra lignum, indeque cum erat opus evibrabatur: ideo nomen habent a *dolo*. III. *Verratis*, quæ vocat *veru Sabellum* et *teretem mucronem*: quæ in eo tantum videntur a pilis diversa fuisse, quod ferrum tenuius haberent, pila latius. Porro *veru Sabellum* et *teres mucro*, non sunt diversa; sed res eadem per dijectionem expressa, ut Ge. II. 192. 'pateris libamus et auro.'

Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.
 Ipse pedes, tegumen torquens immane leonis,
 Terribili impexum seta, cum dentibus albis
 Indutus capiti, sic regia tecta subibat
 Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

665

tereti, et veru Sabello. Ipse pedes, quassans pellem ingentem leonis, impexam horribilibus pilis cum dentibus candidis, et cinetus ea circa caput: sic intrabat domum regiam terribilis, et opertus circa humeros indumento Herculeo. Postea duo fratres

duo Moret. Iberos aliquot Pier.—665. *Ut t.* Oudart. Heins. conj. aut.—666. *tegumen* Heins. e Medic. (a Foggino *tegimen* expressum) et tribus aliis. In reliquis, etiam Pierianis, *tegimen*. Vulgo *tegmen*: v. sup. ad III, 594. Eadem varietas in Livio et aliis observata.—667. *implexum* aliquot Pieriani, et duo Barm. *impecum* Dorvill. *implexu* Rom.—668. *tunc r. t. tenebat* Sprot. *subibat* Rom. Ceterum, quomodo interpretes hæc acceperint, ex vulgari quidem interpunctione non assequor; *Terribili impexum seta, cum dentibus albis Indutus capiti, sic regia tecta subibat Horridus*.—Omnino post *tegumen torquens durum* est *Indutus capiti*. Ergo *idem tegumen torquet* et id, h. e. eo, *indutus est capiti*? Mox *idem humero innexus amictu* est. Mollius esset, si scriptum foret *indutum* sc. *tegumen capiti*, nisi *indutus* substantivè positum, ut sit *indumentum capitis*: ut inf. 688. 689 *fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti*; sic nunc *indutus capiti*. Interpongam saltem plene aut in fine versus 667: *albis. Indutus capiti sic, regia tecta subibat Horridus Herculeoque humeros innexus amictu*; aut, quod facere præstat, post *Indutus capiti*: *Sic regia tecta subibat*. Licet quoque suspicari, vitium in *torquens* latere; nam, si eo sublato substituantur epitheton leonis, v. c. *Ipse pedes tegumen Nemæi, vel Gætuli, immane leonis*: omnia bene se habent, ut sit: *Ipse pedes tegumen—indutus*. Fuit vir doctus qui conjiceret: *tegumen tollens*, ut inf. VIII, 141. Probabile mihi videtur locum ultimam poetæ manum expectasse, et, quæ varie ab eo tentata fuerant, ex ejus codice a Tuca esse apposita: ita ut aut servandi essent vs. 666. 667 expunctis 668. 669, aut hi, expunctis illis prioribus. Possis quoque locum interpolatum dicere: ejice versum importunum 668 *Indutus capiti, sic regia tecta subibat*, quæ a sensu et loco aliena sunt, et juncturam verborum enecant: præclare tum procedunt reliqua hunc in modum: *Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello: Ipse (pugnat) tegumen torquens immane leonis Terribili impexum seta cum dentibus albis, Horridus Herculeoque humeros innexus amictu*. Attamen ad sensum meum vel sic ultimus versus *Horridus*—otiosus est.—669. *Herculeos* q. Goth. tert. *innixus* Rom. et duo Barm. *indutus* Bi-

NOTÆ

665 *Sabello*] Vel *Sabino*, vel *Samnitico*. Hoc enim nomen utrique genti commune fuisse ostendit Cluverius passim in antiqua Italia: quod utrique communis origo esset; nempe ab *Ausonibus*, qui deinde *Opici* sive *Osci*, tum *Sabelli*; deinde in plures divisi partes, *Samnites* ad ortum, *Sabini* ad occasum dicti sunt. Et situs quidem Sabinorum, qui Romæ et Aventino colli propiores fuerant,

probat hic *Sabellum* de *Sabinis* debere intelligi. Intelligit tamen Lipsius de *Samnitibus*: quia *Samnitum* nomen a telo deducit Festus, quod *σάβιλος* Græci dicunt, qua voce vertit semper Dionysius verbum Livii. Hæreo tamen in prima sententia.

669 *Herculeo amictu*] Hercules enim indutus vulgo fuit pelle Nemæi leonis, a se occisi.

Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, 670
 Fratrís Tiburti dictam cognomine gentem,
 Catillusque acerque Coras, Argiva juvenlus;
 Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
 Ceu, duo nubigenæ cum vertice montis ab alto
 Descendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem 675
 Linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens
 Sylva locum, et magno cedunt virgulta fragore.

relinquunt muros Tiburtinos, populum appellatum nomine Tiburti fratris eorum: nempe Catillus, et generosus Coras, juvenes Argivi: et inter media arma incedunt ante primum agmen. Quemadmodum duo Centauri nubium filii, cum descendunt e summo cacumine montis, deserentes ceteri cursum Omolen et Othrym nicosum: tum sylva præbet illis currentibus latum spatium, et arbuscula ce-

got.—670. *T. limina Parrhas.* et cod. apud Pier.—671. *Tiburni Rom.*, quod Cerda præfert. Sane apud Horat. i, 7, 13 *Tiburni lucus*, etai et ibi variant codices. v. Torrent. et Lambin. cf. inf. lib. xi, 519. *Tiburni* expressum dedit Brunck., idque et ipse malim. Vitium nasci potuit e versa antec. habet tamen et altera forma *Tiburti* suas auctoritates: v. Exc. viii.—672. *Chatillus, Catthillus, Cathillus, Cathilis, Cathilus, Catullus*, aberrationes. *Choras* Goth. sec. *Coras* Moret. tert. cum tribus aliis Burm., utroque Goth.; et sic Schol. Horatii Cruquianus ad i Od. 7, et i Od. 18.—673. *inter bella Goth.*—675. *Omolen, Emalon, Amolen, Tymolen*, aberrant. librariorum. Nam *Ὀμόλη* satis nota ex Pausan. ix, 8. Steph. Byz. h. v., Mons idem Centaurorum clade notatus ap. Eurip. Herc. fur. 371. *Panis* sedes ap. Theocr. vii, 103. Urbem simili nomine Homolen vel Homolium, laudat Strabo lib. ix, p. 675 B. et Ptolemæus, notante Julio Sabino, qui docet alios legere *Oloen* pro *Pholoen*. Sed is Arcadiæ mons est. Mox in *Ōdypus* alii errores: *Othrymque, Othirumque, Tyrrinque, Nothumque*. At Medic. *Othrumque*, et vulg. ante Heinsium *Othrymque*. Tandem *nivalem* Vratislav.—676. *rabido* Exc. Burm. Ge. Fabricius interpungebat: *Linquentes: cursu rapido dat e.*—677. Ex Miscell. Obsa. Vol. i, 17 notatur ad h. l. reprehensio poëtæ, qui *post sylvam virgulta*, post majus minus commemorando, versus viam inregerit. Respondet ibi vir doctus alius, sed parum commode; nec magis commode Schrader. ad Musæum p. 164 a generaliiori poëtam ad specialius transire. Dicendum erat, *virgulta* poëtico sermone jungi cum *sylvis* et eodem loco haberi,

NOTÆ

670 *Tiburtia*, &c.] De *Tibure* urbe, 630.

672 *Argiva juvenlus*] *Coras*; *Tibura*, *Tiburtus* vel *Tiburnus*; et *Catillus*, prima brevi apud Statium, longa apud Virgilium, seu *Catilus*, quo dactylo usus est Horatius: filii tuere Amphiarai Argivi juxta multos; conditores Tiburis et aliarum in Italia urbium, quo venerunt post prodigialem ad Thebas necem patris, de qua Æn. vi. 445. Sextius apud Solinum hos tres

Amphiarai nepotes facit, et Catilli filios. Cato ibidem, Catillum Tiburis conditorem, non Argivum, sed Arcadem cœneot, classis Evandri præfectum.

674 *Nubigena* . . . *Centauri*] Superiore parte humana, inferiore equina: Inione et nube geniti, Thebanum populi, Ge. iii. 38. Æn. vi. 286.

675 *Homolen Othrymque*] *Montes Thebanice*. De *virgultis*, Ge. ii. 21.

Nec Prænestinae fundator defuit urbis,
 Vulcano genitum pecora inter agrestia regem
 Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
 Cæculus. Hunc legio late comitatur agrestis :
 Quique altum Præneste viri, quique arva Gabinæ
 Junonis, gelidumque Anienem, et roscida rivis

680

dant magno fragore. Neque abfuit Cæculus, conditor urbis Prænestina: quem regem omnia sæcula putaverunt natum Vulcano inter pecudes agrestes, et repertum in ignibus. Multitudo rusticana late cingit ipsum: et homines qui habitant Præneste excelsum, et qui campos Gabinæ Junonis, et frigidum Anienem,

nec inferius illo esse. Simili modo *arbusta* pro arboribus, nulla cum extenuatione. Vide lib. vi, 704. xii, 522. Et *virgulta* aliquoties in libro Ge. tertio pro *sylvis* dixit: Lucretii exemplo, quem v. lib. v, 933. 934. 1366. Porro *cedant* Gnd., unde Heins. conj. *se dant*.—678. *Nem* duo Burm. *deficit* Rom. Versus 679. 680 suspecti erant Jac. Bryant; nec injuria; est enim paulo abruptior oratio versuum horum interpositu, et languent illa *omnis quem credidit aetas*.—681. *late legio* Medic. et Parrhas. *comitantur* tert. Mentel. a m. pr.—682. *Præneste* passim in libris. Sed Gr. est ἡ Πραεστηρος. v. Heins.—683. *roscida* duo recentes ap. Burm. cum uno Geth. Sic passim scribitur.—

NOTÆ

678 *Prænestina, &c.*] *Præneste*, antiqui Latii urbs ad orientem Romæ, nunc *Palestrina*. Hanc a Præneste Ulyssis nepote conditam aliqui aiunt: Virgilius et alii quidam a Cæculo, quem e Digitiorum fratrum sorore conceptum narrant, cum eam Vulcanus sub scintillæ specie vitiasset; et a matre abjectum juxta templum Jovis, ad ignem repertum esse, cum ei fumus oculos aliquantulum læsisset, unde Cæculus appellatus est. Hæc e Solino et Servio fabula concinnata. Suspicio tamen hunc Cæculum non fundatorem proprie urbis Prænestinae dici, sed tantum instantiatorem. Causam suspicandi videbimus Æn. viii. 561. Hujus amplissima ditio hic describitur, ab urbe Prænestina ad Circæum fere montem, longo circuitu Lanrentes ac Rutulos amplexa. De *Vulcano*, ignis præside, Ge. i. 295. De *legione*, quæ hic improprie sumitur pro quovis agmine,

Ge. ii. 280.

682 *Gabinæ Junonis, &c.*] Enumerat populos sub Cæculi signis militantes. i. Igitur *Prænestinos*. ii. *Gabios*, urbem ubi religiose Juno colebatur: de qua Æn. vi. 773. iii. *Anienem*. *Anio*, *Anien*, vel *Anienus*, fluvius est deteminans vetus Latium a Sabinis, deinde in Tybrim influens: hodie dicitur *Teverone*: habebatque fontes in finibus septentrionalibus Hernicorum. iv. *Hernica saxa, &c.* *Hernici*, populi fuerunt novi Latii ad orientem, inter Ægnos, Marcos, et Volcos: Sabini fuisse generis vulgo putantur, siquidem ait Servius *hera* Sabinis dici *saxa*, unde genti nomen. Horum caput *Anagnia*. Horum fines ad meridiem fere attingit fons *Amaseni* fluvii, nunc *Toppia*: qui inde per Pomptinas paludes, circa Circæum promontorium, in mare Tyrrenicum evolvitur.

Hernica saxa colunt; quos, dives Anagnia, pascis,
 Quos, Amasene pater. Non illis omnibus arma, 685
 Nec clypei currusve sonant: pars maxima glandes
 Liventis plumbi spargit; pars spicula gestat
 Bina manu; fulvosque lupi de pelle galeros
 Tegmen habent capiti; vestigia nuda sinistri
 Instituire pedis; crudus tegit altera pero. 690

At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,
 Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
 Jam pridem resides populos, desuetaque bello

et rupes Hernicas irriguas rivis: quos alis, opulenta Anagnia, quos tu, o pater Amasene. Arma non sunt illis omnibus, nec sonant iis acuta aut currus: maxima pars fundit glandes plumbi lividi: pars præfert manu duo spicula, et habet ad tegmentum capitis pileos fulvos de pelle lupi: retinquent plantæ sinistri pedis nudes, calceus crudi corii operit alteras. At Messapus, domitor equorum, soboles Neptuni, quem nemini licitum erat occidere nec igne nec ferro, repente concitat ad pugnas

684. *Hernica* Exc. Burm. *Anagnia* Goth. alter. *Anagnia* Ven. *pascis* prætulit Heins. ex nonnullis Pierianis. Vulg. *pascis*. Ita variari videri potest oratio; et prætulit Wakefield. Apud Servium liber: *misit*.—686. *currusque* codd. Pier. et sec. Rottend.—687. *liventis* p. pr. Moret. *liventes* tert. Mentel. *linguentes* Leid., sed *livens* plumbum bene de colore plumbi nativo nigricante. *spargunt* et *gestant* Ven. a m. pr.; alterum in binis aliis. *gestat* sec. Rottend.—688. *fulvosque* Ven.—689. *habent* Heins. ex suis et Pier. Vulgo, *habet*. *Tegmina habent* Gud. a m. pr. *capitis* Medic. a m. pr.—690. *crurum* Schol. Juvenalis ap. Heins. *cero* Rom.—691. *Mesapus, Messapus*; etiam apud Græcos scribitur, at vitiose, *Mesaphus, Messaphus* in Mss. h. l.—692. *nec sistere* aliquot Pier.—693. *resides animos* Bigot., forte ex lib. 1, 725. 726 *et vivo tentat prævertere amore Jampridem* resides animos *desuetaque* corda, at

NOTE

686 *Glandes Liventis plumbi, &c.*] Armat poëta milites Cæculi, 1. *Funda* et *glandibus plumbeis*. II. *Spiculis* duobus, id est, meo iudicio, hastilibus minoribus ac tenuioribus, quorum crassities unius digiti, ferrum pedale, lignum tripedale: quæ inter arma velitum describit Lipsius. III. *Galoris* e lupina pelle, id est, pileis turbinatis et in acumen desinentibus. IV. *Perone*, hoc est, calceamento rustico e erudo corio, ad tutelam dextri pedis, cum sinister nudus esset: qui mos Ætolorum fuit: unde Macrobius *Hernicos* non e Sabinis, sed e Pelasgis

oriundos putat, per quos hunc morem Ætolicum acceperint.

691 *Mesapus, &c.*] Græcus ex *Anthedonia*, *Bæotia* regione, ubi *Mesapio* monti nomen dedit: postmodum profectus in Italiam, occupavit extremam ejus peninsulam ad orientem, quæ *Messapia* ab eo, deinde *Calabria* vocata est. Dicitur *Neptunia proles*, ob navigandi peritiam; *equum domitor*, quia equus Neptuno sacer est, Ge. l. 14. Huic tamen regnum Virgilius a *Calabria* longe diversum attribuit, nempe in orientali *Etruriæ* parte, ad septentrionem *Romæ*.

Agmina, in arma vocat subito, ferrumque retractat.

Hi Fescenninas acies Æquosque Faliscos, 695

Hi Soractis habent arces Flaviniæque arva,

Et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.

Ibant æquati numero, regemque canebant :

Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni,

Cum sese e pastu referunt, et longa canoros 700

Dant per colla modos ; sonat amnis, et Asia longe

Pulsa palus.

Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto

subditos dudum otiosos ac turmas desictas bello, et resumit arma. Hi duces Messapi regunt exercitus Fescenninos et justos Faliscos. Hi incolunt rupes Soractis, et campos Flavinius, et lacum Ciminum cum monte, et sylvas Capenas. Incedebant digesti ordine, et celebrabant regem suum. Quemadmodum aliquando canentes cycni in serenis nubibus, cum referunt se e pastu, et emittunt numerosam vocem per colla oblonga: tum resonat amnis et palus Asia procul repercussa. Nec ullus existimaret strui armatum exercitum ex tanta multitudine, sed æriam nubem

vi, 814 *residesque morebit Tullus in arma viros; porro bella Medic.*—694. *retractant* Leid. *retorquent* Oudart. a m. pr.—695. *Fescellinas, Phasiernas*, et *æqui curruque Faliscos* misere depravatum in nonnullis. Vitiosam scripturam *æquos* deservi. v. Not. *Æquosque Faliscosque* qui cum Cuninghamio emendant, inter quos etiam Jensi de Fetiæ. 3, non vident Æquos inter Etruriæ populos memorari non posse. In Goth. tert. hemistichia extrema v. 695 et 696 erant permutata.—696. *Flaviniæque* pars codd. Heins. *arma* Franc.—697. *Cymini* vulgg. *Calenos* Rom.—699. *inter flumina* Gud. cum altero in marg. *inter aëra* Parrhas.—700. *a pastu* aliquot codd. apud Macrob. v Sat. 8, sed e p. Ge. i, 381. iv, 186. 434.—701. *longæ* Gud. *longa* Ven.—703. *Nec q. Reg. exactas* Ven. *examine* alter Hamb., et Leid. *ex nomine Lani*: Mira Lectionis varietas a nemine notata in Pompon. Sab. occurrit; subjunctis

NOTÆ

695 *Fescenninas acies*, &c.] Sub Messapo erant. i. *Fescennia* sive *Fescennium*, oppidum Etruriæ, aulo infra confluentem Naris in Tybrim: unde orta est licentia nuptialium carminum, quæ *Fescennina* dicta sunt: nunc quibusdam dicitur *Galesæ*. ii. *Falisci*: populi paulo infra Fescenniam; quorum urbs *Falerii*, quæ *Faliscum* aliquando appellatur. *Æquos* dixit, quia legum duodecim tabularum aliqua supplementa Romani ab iis acceperant. Ita Servius. iii. *Soracte*: mons in agro Falisco: nunc *Monte di S. Silvestro*. Dixit *arces* pro

rupibus illius montis: ut Ge. iv. 461. *Flerunt Rhodopeiæ arces*. iv. *Flaviniæ arca*: vel urbs, vel ager, præterquam Virgilio et Sillii versibus ignotus. v. *Cimini*: mons et lacus cum *Ciminia* sylva, ad occidentem in Etruriam interior subit. Suspiciatur Cluverius montem eum esse, qui modo nuncupatur *di Viterbo*; lacum, *di Ronciglione*. vi. *Capena*: urbs cum luco et templo Feroniæ, ad ripam Tybris, inter agrum Faliscum et Veientem fuit: nunc *Canepina*. De *cycnorum* cantu, Escl. viii. 55. De *Asia* palude in Lydia, Ge. i. 383.

Misceri putet: aëriam sed gurgite ab alto
Urgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

705

Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,

710

raucarum avium impelli ex alto mari ad littora. Ecce Clausus, ex antiquo sanguine Sabinorum, ducens magnam turbam, et ipse instar magnæ turbæ: is a quo nunc et tribus et gens Claudia propagatur per Latium, ex quo tempore Romæ ex parte concessa est Sabinis. Simul magna cohors Amiterna, et antiqui Quirites:

his: Lanus quidam putant fuisse patrem Messapi. Ex nomine Lani Misse. æt. ac. Lanus fuit dux Læstrygonum, ut in commentario in Homerum. De Lamo Grammaticum cogitasse manifestum est. v. Od. K. 81. Ceterum *et tanto* non satis placet; etsi in Apollonio est *τόσσον στόλον*. Quorsum enim magnitudo agminis commemoratur? Vir doctus conj. *agmine tali*, ut syllaba ultima ex fine versus sequentis adhæserit priori. Sed *tanto* pro *talis* sup. 448 *tantæque se facies aperit*. Deficit nos, censeo, vera lectio.—704. *putat* Medic. a m. pr. Dorvill. *atheream* Menag. pr.—706. *Sabinarum* Gud. a m. pr. p. *de nomine* Goth. tert.—707. *Clausus* Montalb. *ipsi* Gud. a m. pr.—708. *e quo* Medic. a m. pr. *tribus ingens* alter Hamb. et Goth. pr.—709. *in abest* tribus Burm. *postquam pars est d.* aliquot Pier.—710. *Aminerna* pr. Rottend. a m. sec.

NOTÆ

706 *Sabinorum, &c.*] *Sabini*, orti juxta aliquos ex Lacedæmoniis; juxta diligentissimum scriptorem Cluverium, ex Opicis et Ansonibus indigenis Campaniæ habitatoribus: eam habuerunt Italiæ partem, quæ est ad septentrionem Latii: inter fluvios Narem, Tybrim, Anienem; et montem Apenninum: nunc regio retinet fere nomen, estque sub ditione Pontificia.

707 *Clausus*] *Atta Clausus*, post exactos reges, cum tota familia et quinque millibus clientum et amicorum, e Sabinorum urbe Regillo, Romam transmigravit: utque ad formam Romanam nomen aptaret suum, Appius Claudius dici voluit. Ideo in patriciorum numerum admissus est: ager ei trans Anienem fluvium attributus: et cum Romulus populum Romanum in tres partes distribuisset, quas ideo dixerat *tribus*; nimirum *Tatiensem*, *Rhamnensem*, et *Luccrensem*; fuerunt

a posteris aliæ complures additæ, inter quas *Claudia* tribus. At hic *Clausus*, de quo Virgilius, e majoribus illius Claudii fuisse fingitur. De voce *instar*, *Æn.* vi. 865. De *Latio*, supra 54.

709 *In partem data Roma Sabinis*] Bis id contigit. Primo post prælia pro raptis Sabinis Romanos inter ac Sabinos diu commissa: quæ sic composita sunt, ut Romulus et Tatius communiter regnum administrarent, Sabini Romam commigrarent e Caribus snis; et Roma quidem Romuli servaret nomen, Romani vero Quirites a Caribus, Sabinorum urbe, dicerentur. Secundo id contigit in Claudio, qui, ut diximus, post expulsos reges admissus est: et de hac secunda admissione poetam puto explicandum.

710 *Amiterna cohors, &c.*] Loca enumerantur varia Sabinorum. 1. *Amit-*

Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuscae;
 Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
 Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
 Casperiamque colunt, Forulosque, et flumen Himellae;
 Qui Tybrim Fabarimque bibunt, quos frigida misit 715

omnis multitudo Ereti, et Mutuscae oliviferae: qui occupant urbem Nomentum, et Roseos campos Velini lacus; qui rupes horridas Tetricae, et montem Severum, et Casperiam, et Forulos, et fluvium Himellam: qui potant Fabarim et Tybrim:

ipsaque Quir. Parrhas.—711. Heriti apud Pier. Erecti, Eireti, Eriti, Eruti, et erti, Creti, aberrationes; et mox Mitusae, Mutiscae, Mutescae, Mitiscae. In marmoribus est Trebula Mutusca.—712. rosida aliquot Pier. et alii ap. Heins., unde factum rosida, perperam. v. Excurs. viii. conf. Heins. et Burm.—713. Tetrici Ven., sed Tetricam montem Varro alii agnoscunt. cf. Heins. idem horrentis revocavit e codd. vulgo: horrentes. tum, amnemque Severum Gud., perperam.—714. Casperulam aliquot veteres: etiam Pompon. emendatum a Pierio. Eadem depravatio apud Silium viii. 416 observata. v. Heins. Caspercam, Caspiam ex compendio scripturae, et Casscam (Goth. sec.) corruptelae sunt: ut et Ferulos, Florulos, Feroles, item Himilla, Hymella, Hymilla.—715. Tybrim et Tiberim, tum Faburum, Faberim, Sabarim, Fabarym, Fabrim, multi.

NOTE

ternum, nrbs in latere orientali regionis illius et Apennini jugis, nunc excisa, prope oppidulum S. Vittorino. II. Priaci Quirites. Non Romani, sed Curenses, ex urbe Curibus, unde Romani Quirites dicti sunt: in parte regionis plane opposita et occidentali: nunc Vescovio di Sabina. III. Eretum, vicus in angulo meridionali, fere ad confluentem Alliae et Tybris, nunc Monte Ritundo. IV. Nomentum, Ereto vicinum ad orientem, nunc Lamentano. V. Mutusca, aliter Trebula, vicus in septentrionali parte, ultra paludem Reatinam, nunc Monte Leone. VI. Rosea rura Velini, pars agri Reatini, sic a Plinio, Varrone, Festo appellata, a rore, qui fertilissimum tractum illum efficit: circa Velinum fluvium, nunc Velino; et Velinum lacum, nunc Lago di Pie di Luco. VII. Tetrica et Scererus, montes incerti situs: a Blondo circa fontem Fabaris fluvii collocantur, in parte occidentali; hic Monte Negro, ille Monte di S. Giovanni: a Cluverio, in angulo Delph. et Var. Clas.

septentrionali circa Nursiam urbem, ubi la Grotta di Sibylla. VIII. Casperia, paulo supra Cures, oppidum, nunc Aspra. IX. Foruli, vicus in rupe circa Amiternum, excisus. X. Himella fluvius, prope Casperiam nascentis, in Tybrim infra Cures delabitur: nunc Aia. XI. De Tybri, Æn. viii. 330. XII. Fabaris, vel Farfarus, in orientalem Tybris ripam influens, nunc Farfu. XIII. Nursia, ultima Sabinarum urbium ad septentrionem, inter Apennini pruinis, quare frigida appellatur; nunc Norcia. XIV. Hortanum, vel Horta, urbs apud confluentes Naris ac Tybris; in Etruria quidem, sed Sabinis contermina: nunc Orta. Classes, exercitum terrestrem interpretor, non navalem, ut diximus supra 637. XV. Latini, qui Sabinis contermini sunt ad meridiem, supra 54. XVI. Allia, fluvius in orientalem Tybris ripam irrumpens, paulo infra Eretum: ubi Romani a Gallis Senonensibus graviter deinde cæsi sunt, nunc Rio di Mosso.

Virg.

3 Q

Nursia, et Hortinæ classes, populique Latini;
 Quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
 Quam multi Libyco volvantur marmore fluctus,
 Sævus ubi Orion hybernis conditur undis,
 Vel cum Sole novo densæ torrentur aristæ,
 Aut Hermi campo, aut Lyciæ flaventibus arvis.
 Scuta sonant, pulsuque pedum conterrita tellus.

720

Hinc Agamemnonius, Trojani nominis hostis,

quos Nursia nivosa mittit, et classes Hortinæ, et gentes Latina: et quos Allia, nomen funestum, dividens interfuit. Tam multi: quam multi fluctus agitantur in mari Africano, quando asper Orion occidit in aquas hybernas: vel quam densæ aristæ coquantur Sole novo, aut in agris Hermi, aut in arvis flaventibus Lyciæ. Clypei resonant, et terra tremis commota pulsu pedum. Hinc Hæcæus Agamem-

Fararis in cod. Pomponii Sabini.—716. Nosia Medic. a m. pr. Nyrnia duo Heins., porro Ortinæ et Urtinæ. Catræus malit Hortinæ, perperam.—717. Quosque sequens Witt. intraluit Dorvill. interfuit Menag. pr. interrenit excitat Ascon. Pedian. Divinat. in Verr., quod Heinsio placebat. Halia Parrhas. Alia Rom.—718. in L. Menag. pr. v. littore plerique Pier. et sex Heins., sed marmore doctius, et sic Medic. Rom.—719. cond. annis Sprot.—720. vel quam haud dubie legendum esse, pronuntiabam in prima editione, ut sit quam densæ pro quam multa. Atque ita emendarunt jam Faber et alii, et receptum nondum esse mirabar. Exhibitum idem in edit. Pinciana 1495. Retinet tamen nunc me, primo, quod ingrata est oratio, vel quam Sole novo densæ; tum, quod in Menag. fuit vel quot, aliquanto lenius. Nihil autem tuto reponi posse arbitror, quoties aliqua lectio pluribus modis mutari potest. In Goth. sec. erat Ut cum. In Mediceo vulgaris est lectio, contra quam Hurmannus tradit.—721. in campo Goth. tert. Mirabar neminem in Libyæ incidisse: quod video nunc contigisse Jo. Schrædero in schedis.—722. curaque pedum Medic. tremis exercitu primum vulgatum, quantum video, a Naugerio in Ald. tert. Exhibebant eam lectionem Medic. et Porcius Pierii, Montalb. Voss. et a m. sec. Moret. tert. cum Zulich. Reliqui longe plures numero, etiam vetustissimi, Rom. et Medic., habent: pedum conterrita tellus; quod revocavi cum Brunckio; alterum autem ex lib. xii, 445 retrac-

NOTÆ

718 *Libyco...marmore, &c.]* Æn. i. 162. *Orion*, astrum formidabile, non tantum ortu, ut diximus Æn. i. 539. sed etiam occasu hyberno. De *Orione*, Æn. iii. 517.

720 *Cum Sole novo, &c.]* Multi codices scribunt *quam*: legendum tamen suspicor *quam*, *quam densæ*: ut sit saulor sensus hujus secundæ comparationis. Per *Solem novum*, non ver; sed æstatem primam intelligit, qua maturescunt aristæ. *Hermus*, Lydiæ fluvius, regionis feracissimæ, Gê. ii.

137. *Lycia*, ferax item frumenti, meridionalis Asiæ Minoris regio, Æn. iv. 143.

723 *Agamemnonius, &c.]* Agamemnonis filius aliquis nothus: qui horrore paternæ cædis, de qua Æn. iii. 54. in Italiam fugiens, dicitur ab Ovidio et Solino Faliscorum urbem condidisse. Quibus tamen non assentitur Virgilius, qui longe alia in parte regnum ejus constituit, nempe circa Campaniam, quæ est ad orientem Latii, habetque ad orientem Pi-

Curru jungit Halesus equos, Turnoque feroces
Mille rapit populos : vertunt felicia Bacche 725
Massica qui rastris ; et quos de collibus ætis
Aurunci misere patres, Sidicinaque juxta
Æquora ; quique Cales linguunt ; amnisque vadosi
Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper,
Oscorumque manus. Teretes sunt aclydes illis 730
Tela : sed hæc lento mos est aptare flagello.

novius, hostis Trojanæ gentis, alligat equos curru, et adducit Turno mille bellicosos populos. Adsunt, qui fūdunt rastris Massicum facundum vino : et quos Aurunci patres miserunt e montibus excelsis : et qui sunt prope mare Sidicinum : et qui proficiuntur Calibus : et accola Vulturni fluminis vadosi : et similiter durus Saticulus, et agmen Oscorum. Arma sunt illis aclydes teretes, sed mos est eas alligare loro flexili : cetra protegit sinistras manus : curvi gladii sunt illis ad pugnandum.

tum in h. l. suspicor.—724. *Aleus* fere scripti. *Halesus*, *Alanus* al. *equos Aleus* Bigot., perperam, ut vel ex Ovidii locis constat.—725. *veniant* Rom.—727. *Aurunci* aliquot Burm. *A. m. senes* Medic. a m. pr. Colot. *Fidicinaque* Vratial. *longe* Bigot.—728. *Littora* Cerda, quod unde acceperit non assequor.—729. *que* abest binis Burm. *Satelicus*, *Sapticulus*, duo alii. *Satilicus* unus Goth.—730. *Tumcorum* Rom. et aliquot Pier. *Hoscorum*, *Moscorum*, *Ysorum*, *Oscorum* aliæ sunt depravationes. *aclydes* Medicus, etiam Pompon. Sab., verius, quodque ab Heinsio non receptum esse miror, ex ἀκλύδαι, quod jaculorum genus est, ἀκλύδαι. Contra, quod vulgatum est, *aclydes*, *aclydas*, ut *aclydes*, formata ratio grammatica forte admittit ; sed notio vocabulo nulla commoda subest. *acides*, *alcides*, librariorum sunt ludibria.—731. *hic* Menag. pr. et Goth. tert. *tereti* duo Burm. ex priorē versu. *bacillo* pro *flagello*

NOTE

centinos et Hirpinos, ad septentrionem Samnium, ad meridiem mare.
726 *Massica qui, &c.*] Campaniæ gentes et loca præcipua. i. *Massicus mons*, ad mare, in confinio novi Latii, ad occidentem agri Falerni, tractus totus vino percelebris : nunc *Monte di Dragone*. De *Baccho*, Ecl. v. 69. De *rastris*, Ge. i. 160. ii. *Aurunci*, reliquæ Opicorum sive Ausonum in Italia, qui inter Campaniam et Volscos conederunt, supra 64. iii. *Sidicini*, pars eorundem Opicorum alia, quæ in mediterraneis Auruncorum finibus conedit, circa Teanum urbem, et juxta Virgilium etiam ad littus aliquantum pertinuit. iv. *Cales*, plurali numero, oppidum supra Massi-

cum montem Campaniæ : nunc *Calci*. v. *Vulturmus*, etiamnum retinens nomen, fluvius Campaniæ ipsam a Samnio magna parte determinans, et ad meridiem agri Falerni in mare influens. vi. *Saticula*, vel *Satricula*, urbs ad orientem Vulturni et Capuæ, nunc *Caserta*. vii. *Osci* : nomen diminutum ab *Opicia*, gente Ausonia, et hujus regionis indigena.
730 *Teretes aclydes, &c.*] Arma Campanorum. i. *Achlydes teretes* : id est, vel exigua missilia, quod censent aliqui, quia plures ab eodem gestantur apud Valerium : vel clavæ breves, eminentibus hinc inde acuminibus asperæ, loro sive flagello alligatæ, ut post impactum vulnus revocari possent. Nomen : vel quasi *aclydes* ab

Lævas cætra tegit; falcati cominus enses.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
 Œbale, quem generasse Telon Sebethide nympha
 Fertur, Teleboun Capreas cum regna teneret
 Jam senior; patriis sed non et filius arvis
 Contentus, late jam tum ditione premebat
 Sarrastes populos, et quæ rigat æquora Sarnus,

735

dum cominus. Neque tu omitteris non memoratus versibus nostris, o Œbale: quem Telon dicitur genuisse e Nympha Sebethide, cum jam senex obtineret Capreas, regnum Teleboarum: at vero filius non contentus paterna regione, jam tum late occupat imperio gentes Sarrastes, et campos quos Sarnus perluit; et qui habitant Rufas, et

conj. Jo. Schrader. ex iis, quæ sunt ap. Reines. Var. Lect. p. 640.—732. *Lævas* Heins. e libb. post Pierium. Vulgo erat *lævam*. Alii *læva scetra* et *aceptra*. Scriptura *cætra* satis firmata est a viris doctis, imprimis Drakenb. ad Silium et Livium.—734. *genuisse* Hugen. *Telum*, *Thelon*, et *Sebetide*, *Sedethide*, *Sebetide*, *Sebethride*, *Sebthride*, *Suberetide*, *lebetide*, monstra depravationis.—735. *Cupras* Dorvill. *Capreis* Schol. Juvenal. ad Sat. x, 72.—736. *patriis* Reg. *sed non jam* Pier. aliquot, et recepit Catræus. *jam non* et Zullichem.—737. *jam dum* Witt. *tenebat* Medic. cum magna codd. parte. Ex Æn. i, 240 et 626 irrepsisse putabat Heins.—738. *Sarrastis* Heins. ex vetustioribus. Vulgo *Sarrastes*. Corrupte al. *Sarrastres*, *Screstres*, *Sarrastris*, *Sarrantes*. At *Sarrastas* nusquam vidi memoratos. Silius viii, 538 *Sarrastes etiam populos totasque videres Sarni multis opes*. et *qua rigat* Rom. et aliquot Heins. cum Witt.

NOTE

ἀκὶς *acumen*; vel quasi ἀγκυλίδες, ab ἀγκύλη, quæ jaculi species fuit ejusmodi loro alligati. ii. *Cætra*, scutum loreum, Afris Hispanisque familiare: vocem putat Maurorum Vossius. iii. *Ensis*, in falcis modum curvatus: *harpen* appellat Ovidius, tribuitque Perseo, ab ἄρπη *falx*.

734 *Sebethide Nympha*] Filia *Sebethi*, ad Neapolim fluvii, *Fiume della Maddalena*.

735 *Teleboun Capreas, &c.*] *Capreae*, plurali numero, insula est contra Surrentinum promontorium, deliciæ olim Tiberii Cæsaris, nunc *Capri*: quam tenuerunt Teleboæ, ex Acarnania, Epiri regione, profecti.

738 *Sarrastes, &c.*] Parebant Œbalo populi circa Surrentinum promontorium: nempe Campani orientales,

Hirpini, et Picentini. i. *Sarnus* fluvius loca tractus illius alluit, nunc *Sarno*: fluens per Campaniam, ex Hirpinorum finibus, in illud sinus Neapolitani latus, quod Surrentino promontorio terminatur. Hujus accolæ vocat *Sarrastes*. ii. *Rufæ*, vel *Rufa*, vel *Rufrium*, nunc *Ruvo*: urbs ad orientem remotior, in extremis Hirpinis Lucaniam versus. iii. *Betulum* et *Celcna*: urbes ignoti situs. iv. *Abella*, non *Bella*, ut male habent quidam codices: nunc *Avella*: urbs ad septentrionem Sarni: in angulo Campaniæ Samnitibus et Hirpinis confini: excelso situ, quare *despectare* subjectos populos videtur: ferax namque, quæ inde *avellane* dictæ sunt, quas non *mala* quidem, sed *poma* appellat Plinius l. xv. 22.

Quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celennæ,
 Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ : 740
 Teutonico ritu soliti torquere cateias ;
 Tegmina quis capitum raptus de subere cortex ;
 Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis.
 Et te montosæ misere in prælia Nersæ,
 Ufens, insignem fama et felicibus armis : 745
 Horrida præcipue cui gens, assuetaque multo
 Venatu nemorum, duris Æquicula glebis.
 Armati terram exercent, semperque recentes

Batulum, et agros Celenna; et quos muri Abellæ fructiferæ despiciunt: solent vibrare cateias more Teutonico: quibus cortices detracti e subere sunt galeæ capitum, et quibus splendent aræa peltæ, splendent gladii ærei. Te quoque, o Ufens, montosæ Nersæ miserunt ad bellum, illustrem fama et pugnis felicibus: te, inquam, cui præsertim paret Æquicola, natio aspera, et assueta frequenti venatione sylvarum, in dura terra: hi armati colunt terram, et semper placet eis congerere novæ

qui r. Franc.—739. *Rufas* Heins. e vetustioribus. Vulgg. *Rufas*. Tum *Batulum* Rom. et Gud. a m. pr. *Batylum* Medic. a m. sec. *Butulum* Zulich. *Baculum* Goth. tert. *Celene* Medic. a m. pr. *Celennæ* aliquot Pier. cum Heins. multis. *Calemnæ* Rom. alii *Calenæ*, *Calemnæ*, *Celena*, *Celænæ*. Etiam Goth. tert. *quique arva*.—740. *mania Bellæ* omnes Pier. et Heins. Scilicet antiqua scriptura: *maniabellæ*. Sed jam ante Servium emendatum fuit: *mania Abellæ*. Pompon. *Avellæ*. In Servianis etiam narratiuncula occurrit, *Nolæ* primum a poeta fuisse scriptum, sed mutatum nomen propter negatum ipsi hospitium. Similis fabula de loco Ge. II, 213.—741. *catheas* Witt. *catelas* Rom. *catellas* Medic. et al. *catenas* Hugon.—742. *raptæ* Witt.—743. *auratæque* ed. Ven. *æneus ens*. Serv. ad Æn. I, 299.—744. *ventosæ* Goth. sec. *mentosæ* tert. *Nersæ* Heins. e codd. Vulgo, *Nursæ*: etsi neutrum alibi occurrit. *Narsæ*, *Persæ*, aberrant. *Nyræ*, Rom. *Nursæ*, *Nirsæ* tres Goth.—745. *Ufens* Menag. pr. cf. inf. 802. Nullus habet *Oufens*, ut marmora et codd. alibi scribunt.—746. *a. bello* Witt., sed in marg. *multo*.—747. *duri* Rom. *Æquicula* recte Heins. emendavit e codd. Nam vulgg. *Æquicola*, quæ deprava-

NOTE

741 *Teutonico, &c.*] Arma populorum illorum. I. *Cateia*, quæ ab Aventino tormenti genus fuisse dicitur, unde torquebantur saxa: melius ab Isidoro, telum, quod propter gravitatem non longe evolabat, sed vi maxima perfringebat. Hæc Gallorum erat propria, *Teutonumque*: qui Germaniæ erant populi, circa Cimbricam Chersonesum, ubi nunc *Dania*. II. *Galea* e cortice suberis, qui levissimus et spississimus est, *liège*. III. *Peltæ aratæ*, quæ breve scutum fuit, in mo-

dum Lunæ mediæ, vel hederacei folii: eaque, vel tota ærea; vel ærea lamina protecta. IV. *Ensis æreus*.

744 *Et te montosæ, &c.*] *Æqui*, vel *Æquicoli*, seu *Æquiculi*, quam hic *Æquiculam gentem* appellat Virgilius: fuere ad orientem superioris partis antiqui Latii: a fontibus Anienis, fere ad usque Tibur: nunc pars est Campaniæ Romanæ: ibi urbs olim fuit *Nursæ*, jam ignoti situs. De *tenatu*, pro *tenatu*, Ecl. v. 20.

Convectare juvat prædas, et vivere raptō.

Quin et Marrubia venit de gente sacerdos, 750

Fronde super galeam et felici comtas oliva,

Archippi regis missu, fortissimus Umbro :

Vipereo generi et graviter spirantibus hydrys

Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,

Mulcebatque iras, et morsus arte levabat. 755

Sed non Dardaniæ medicari cupidus ictum

Evaluit ; neque eum juvere in vulnera cantus

Somniferi, et Marsis quæsitæ montibus herbæ.

Te nemo Anguitiæ, vitrea te Fucinus unda,

prædas, ac vicere latrociniiis. Præterea venit quoque Umbro generosissimus, nimis regis Archippi, sacerdos ex Marrubia natione, ornatus super cassidem foliis oleæ felicis : qui solebat cantu et tactu infundere soporem generi viperarum, et hydrys noxiæ halantibus ; et mitigabat furorē earum, et sanabat arte morsus. Sed non potuit sanare vulnus Trojanī teli : neque carmina soporifera, et gramina collecta in Marsis montibus, profuerunt ei contra plagas. Te sylvæ Angitiæ, te Fucinus aquis

vatio Grammaticorum est.—750. *Marrubia* Medic. cum al. Heins. *Marubia* pæne omnes Pier. *Marrula* Rom., alii *Marubia*, *Marricia*. Straboni est : *Μαρρίον*.—751. *galea* tert. Rottend.—752. *Archippi*, *Archipi*, *Alcippi* in Nibis. *jussu* Franc. edd. Ven. et Mediol. cum Goth. sec. et tert., qui et *Umbo*.—754. Tellex apud Burm. legebat : *cantuque herblaque volebat*. *perperam*. v. Not. ad h. v.—755. *feras* Sprot. et *mortes* Montalb. a m. pr.—756. *Dardaniæ* duo Burm.—757. *neque enim* Goth. tert., non male. in *colere* plerique veteres Pier. et Medic. a pr. m., et superscriptum ab alia : *ad vulnera*. add. Erf.—758. *in montibus* ante Heins., qui sustulit in codd. auctoritate.—759. Variant codd. *Angitiæ* et *Anguitiæ* ; Medic. *Angutiæ*, Rom. *Angitte*, nonnulli quoque depravate *Argitiæ*, *Argicæ*, *Argiæ* : *Angutiæ*, *Angiciæ*. Sed *Angutiæ*

NOTE

750 *Marrubia*, &c.] *Marsi* : ad orientem ac septentrionem Æquorum, inter continua Apennini jnga : gens orta, vel juxta Plinium, Gellium, Solinum, e Circes filio ; a quo vim adversus venena et serpentes dicitur accepisse : vel e Sabinis, quod propter linguæ communionem Cluverio magis placet : vel, juxta alios, a Marsia rege Lydorum. Loca Marsorum præcipua fuerunt, i. *Archippe*, urbs olim, quæ hiata terræ hausta et in Fucinum lacum dissoluta est : quo ex nomine Virgilius Archippi regis nomen finxit. ii. *Marrubium* vel *Mar-*

rucium, regionis caput, in ejus meridianis finibus, infra lacum Fucinum, juxta fontes Liris fluvii : ea nunc *Morreæ* dicitur. iii. *Lucus* sive *nemus Angutiæ* : quæ fuit juxta Solinum soror Circes, venitque cum ea in Italiam, et vicina Fucino lacui occupavit. *Lucus* hic ad occidentem lacus situs fuit : hodie oppidum *Luco*. iv. *Fucinus* lacus, fere in media regione, propius tamen ad meridiem descendens : nunc *Lago Fucino* ; vel a vicino oppido, *Lago di Celano*. De *hydrys*, supra 447. De *Dardania*, Trojana, Æn. i. 239.

Te liquidi flevēre lacus.

760

Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius : insignem quem mater Aricia misit,
Eductum Egeriæ lucis, humentia circum

pellucidis, te puri lacus luxerunt. Veniebat quoque Virbius, soboles Hippolyti clarissima bello: quem mater Aricia misit illustrem, educatum in sylvis Egeriæ, iuxta

~~~~~

firmatur lapide Gudiano p. LIV, 9. cf. Heins. et Drakenb. ad Sil. VIII, 500; et videntur utique veteres nomen hoc ab anguibz duxisse. Tum *Ficinus, Focinus, Fulcinus, Fuscinus*, aberrant.—760. *lacus nemorosaque l'empē* explent hemistichium Vratial. et Dorvill. cum Goth. pr.—762. *Verbius* et *Aretia* Rom., ex more veterum pronuntiandi. *Atria* Goth. pr. *Ariola* Parrhas.—763. *Hymettia* ab Heinsio, qui tamen ipse improbat, et ab Burmanno relictum miror: nam Cunningham. post Ruæum, Catræum, Trappium *hummentia* recte retrahit. Monnit quoque Jo. Schrader. Emendatt. p. 8. Sed retinuit forte viros doctos dubitatio, unde tam erudita lectio in poetam venerit. Fraudem tamen detegere in promptu est. Vera lectio est *hummentia*, quam præstantissimi codd. Rom. et Medic. servant, una cum Parrhas. Franc. et ed. Ven. ap. Burm., sicque emendatum per Naugerium ed. tert. Ald. 1513. Scriptum hoc fuit in aliis *umentia, umetia, humecia*, in Gud. *ymettia*, quod alii ap. Heins. depravarunt in *himetia, himecia, imetia, ymettia, hemetia, humetia*, unde perperam eruditiores *Hymettia* fecerunt, quod alienissimum ab h. l. est. Quod vero multo etiam magis fraudi fuisse videtur, fuit ascriptus locus alter huic simillimus lib. IX, 584 *Symathia circum Flumina* etc., unde in Leid. transit *Symetia*, in Goth. sec. *Sinnetia*, in alios *Cymetia*. Nemo itaque dubitet, *hummentia* veram esse lectionem: ut recte censuere Quell. cum Gifanio, Cerdà

#### NOTE

761 *Hippolyti proles, &c.*] *Hippolytus*, Thesei Athenarum regis filius, a noverca Phædra frustra interpellatus de stupro, ideoque ab eadem de vi in se parata falso delatus ad patrem: cum ad littus maris currum ageret, devotus a patre, equis subito marini monstri incursu efferatis raptatus ac discerptus est. Diana ejus cultu et castitate commota, per Æsculapium, Phœbi et Coronidis filium, revocavit eum in vitam, commendavitque ipsum Egeriæ Nymphæ Aricini memoris: ubi inter minores Divos cultus fuit, appellatusque Virbius, lago inter *ciros* bis fuerat. Fingitur a Virgilio filium habuisse sibi cognominem, qui Turni auxilio venerit.

762 *Mater Aricia*] Vel est *Aricia*, urbs antiqua Latii, tribus circiter leucis Laurento dissita ad septentrionem, nunc *la Riccia*: quæ *mater* dici-

tur, quomodo Italia, Ge. II. 173. 'magna parens frugum...Magna virum.' Vel *Aricia* quædam Nympha, quam videtur fingere Virgilius amatam ab Hippolyto Virbio, matremque secundi hujus Virbii: quæ Ariciæ urbi nomen dedit: ut Virbius vicino Ariciæ colli, cujus Persius et Cornutus meminerunt.

763 *Egeria lucis, &c.*] Circa Ariciam nemus ingens fuit, dictum Dianæ, vel Egeriæ; ubi nunc oppidum *Nemo*: item templum Dianæ Scythicæ vel Tauricæ; et lacus Dianæ Aricinæ, nunc *Lago di Nemo*. Lacus multis impletur fontibus, quorum præcipuus fons *Egeria* dictus est. Hanc nympham Numa Pompilius, Romanorum rex secundus, sibi esse conjugem fingebat; ab eaque legum instituta se accipere. Eandem fingit Ovidius, ex morte Numæ nimum dolentem, Dia-

Littora, pinguis ubi et placabilis ara Dianæ.

Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercæ  
Occiderit, patriasque explerit sanguine poenas 766

*littus humidum, ubi est ara Diana pinguis et placida. Quippe ex fama narratur Hippolytum, resuscitatum herbis medicinalibus et amore Dianæ, iterum venisse sub astra caelestia, et sub aërem superiorem cæli; postquam obiisset fraude novercæ,*

~~~~~

et aliis.—Vs. 764. dubito an satis sanna sit; certe languet illud: *ubi ara Dianæ est pinguis et placabilis*: etsi bene novi *pinguis*, ut Homeri *πλωγνός*, ad victimarum frequentiam, *placabilis*, ad Scythicam religionem referri, qua homines mactabantur, quod nunc Ariciæ non ita fiebat; ut hactenus adeo, quæ olim implacabilis dici poterat, jure videri posset *placabilis Dea*: id quod a Dea ad aram translatum, ut sit ara placabilis, qua litatur, ad quam Dea adeo placatur. At ingrata sunt quæ copulantur: *pinguis et placabilis ara*. Saltem et deletum malim: *pinguis ubi placabilis ara Dianæ*; sic *ara pinguis est Dianæ* nunc *placabilis*. Cluverius in Ital. ant. p. 934 legit: *pinguis ubi implacabilis ara Dianæ*, uti *imitem* dixit Silhus.—766. *Deciderit* pr. Hamb. pro var. lect., quod Burmanno placebat propter v. 768, mihi non item. *explevit* idem et Witt.

NOTÆ

næ miseratione in fontem illum conversam fuisse.

763 *Humentia circum Littora*] Ita e Romano codice, apud Pierium, emendandum duximus: cum vulgata lectio, *Hymettia*, careat sensu. Nam *Hymettus*, mons apibus et melle celebris, in Attica est, et primam habet syllabam brevem: neque nllum in eo Italiæ tractu nominis hujus vestigium esse, Gifanias, Pimponius, Nascimbænus sentiunt.

764 *Placabilis ara Dianæ*] In Taurica Chersoneso colebatur Diana sanguine exterorum hominum, quotquot illuc appelebant. Diana Iphigeniam Agamemnonis filiam, e sacrificio subductam, et illuc ex Anlide translata, sibi in sacerdotem consecraverat, Æn. II. 116. Orestes Agamemnonis filius, ad ulciscendam necem patris, matrem Clytæmnestram interfecerat, Æn. III. 331. Ideo Furiis agitatus, inter cetera piacula, jussus dicitur in Tauricam abire Chersonesum, indeque Dianæ simulacrum eripere. Eo igitur cum amico Pylade profectus, jussu regis Thoantis tan-

tum non immolatus est: sed agnitus a sorore clam cum ea Dianæ simulacrum abduxit: et, ut est magna fabularum varietas, Mycenæ illud transtulit, juxta Hyginum; Athenas, juxta Euripidem; juxta Latinos plerosque Græcorum æmulos, Ariciam. Suspiscatur Cluverius hanc religionem ab Italis per Pelasgos et Arcadas esse acceptam. Constat vero victimas humanas his omnibus locis esse mactatas ad memoriam Taurici sacrificii, non tanta tamen apud Aricinos immanitate. Neque enim illic omnes exteri immolabantur: sed servus aliquis fugitivus, in illo nemore tamdiu sacerdotio fungebatur sub regis *nemorensis* nomine; donec ab alio fugitivo provocatus ad certamen, ab eo occideretur. Unde *placabilis* ara illa dicitur a Virgilio; et a Valerio Argonaut. II. 304. 'soli non mitis Aricia regi.' Perstabat adhuc illa religio Caligulae tempore: cujus in vita, Suetonius c. 35. 'Nemorensi regi, quod multos jam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit.'

Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
 Ætheria et superas cœli venisse sub auras,
 Pæonis revocatum herbis et amore Dianæ.
 Tum Pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris 770
 Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
 Ipse repertorem medicinæ talis et artis
 Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas.
 At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
 Sedibus, et nymphæ Egeriæ nemorique relegat : 775
 Solus ubi in sylvis Italis ignobilis ævum
 Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.

et soltrisset sanguine pœnas patri, discerptus ab equis efferatis. Tunc pater omnipotens, ægre ferens ullum hominem emergere ex infernis tenebris ad lucem vitæ, ipse demisit fulmine ad aquas infernas filium Apollinis, inventorem talis medicinæ et artis. Sed alma Diana abscondit Hippolytum arcanis locis, et dimisit ad Egeriam Nympham et ad sylvam: ut illic solus in sylvis Italicis incognitus duceret vitam, et illic diceretur Virbius, mutato nomine. Unde etiam equi corneis ungulis

s. mensas Leid. pro div. lect.—769. Vulgg. *Pæoniis*, quod quatuor syllabis poetæ probatum esse non potuit: a *Παιών*, quod Apollinis cognomen est (flexum quoque in *Παιήτωρ*, e quo *Παιήτριος* ap. Hom., *Παιδων*), *Παιώνος*, *Παιώνιος*, duci debuit: vide v. c. Pansan. i, 24. At *Παιώνιος* ad *Παιόνας* Thraciæ et Macedoniæ spectat. Scribendum *PæonIs*, aut saltem *Pæoniis* accipiendum tribus syllabis, quod et Brunn. monet. In Dorvill. erat *Pæonis*.—771. ad limina aliquot ap. Burm. et edd. apud Cerdam: qui recte monet lumina requiri propter umbras.—773. *Phæbigenam* recte jam inde ab Aldd. constanter habent edd. *Pænigenam* Servius in suo habuit, "*matris pœna genitum*: alii *Phæbigenam legunt, ut Probus.*" Addit Sabinus etiam Apronianum ita legere: quod miror; nam in Mediceo *Pænigenam* occurrit, inepta lectio, nata ex errore calami: *Phænigenam*, quod in multis est. *Pæniginam* Rom. *Penigenam* Goth. tert. *Phænigenam* Mentel. pr. *Denigneam* Rottend. sec. De Æsculapio, Phæbi f., a Jove fulmine percusso obvia est fabula. Tum *detrazit* Dorvill. *ad undas* Rom. Medic. Gud. a m. pr. et al., etiam edd. ap. Pier., itaque erat præferendum, ut sibi constarent editores.—776. *ibi* Medic. a m. pr. Ven. et iterum v. sequ. cum Hamb. *ignorabilis* Medic.—777. *que* deest Pier. plerisque; atque ita

NOTÆ

769 *Pæonis herbis*, &c.] Herbis medicis: *Pæon* enim, etsi certum medici nomen inducitur ab Homero, Iliad. v. 899. et alibi: videtur tamen commune medicorum rerumque medicarum fuisse nomen, ab Apolline medicorum Deo deductum, qui *Pæon* ipse dictus est; qua de causa, diximus Æn. vi. 657. *Pæonis* pro *Pæoniis*.

773 *Phæbigenam*, &c.] *Æsculapium*,

Phæbo et Coronide genitum, Phlegiæ Lapitharum regis filia, Æn. vi. 618. Hic Æsculapius, cum arte medendi insignis, non unum Hippolytum, sed alios complures ad vitam revocasset; fulmine adactus est ad Inferos a Jove: Apollo Cyclopas, fabricatores fulminis, sagittis confixit: Jupiter Apollinem ob eam cædem cœlo expulit, coëgitque mortali regi servire, Ga

Unde etiam templo Triviæ luoisque saceratis
Cornipedes arcentur equi; quod littore curram
Et juvenem monstris pavidi effudere marinis.
Filius arduos haud secius æquore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.

780

Ipse inter primos præstanti corpore Turans
Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est:
Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes:
Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
At levem clypeum sublatis cornibus Io

785

expelluntur a templo et sylvis dicatis Dianæ: quia territi monstris marinis abjecerunt in littore curram et juvenem. Filius ejus Virbii nihilominus impellebat arduos equos in planitie campi, et curru ibat ad bella. Ipse Turnus egregio corpore incedit inter primos, gestans arma, et supereminet toto capite. Huic cassis excelsa, cristata tribus juba, sustinet Chimæram, emittentem gutture flammam Ætnæas: tanto magis illa fremens et minax diris flammis, quanto magis arviunt

//////////

malit Pierius. Verbius Gud. et Dorvill. v. ad v. 762.—778. Triviæ templo al.; et sic editum ante Pier. *luco T. templisque* Goth. tert. *saceratas* Dorvill.—779. *littora* Ven. Markland. ad Stat. i Sylv. ii, 45 conj. *littora circum* Heu juvenem, suavi lusu. Tum quo littore aliquot Pier., *perperam*.—780. *pavide* Gud. a m. pr. *effundere in armis* Dorvill. *effundere in harenis* Goth. tert.—781. *haud segnius* pars Pier., item Dorvill. et Witt. a m. pr. cum Goth. tert., perpetua aberratione. *haut setius* Rom., pro more suo. v. ad Ge. ii, 277.—784. *Venerat* Goth. sec., pessime. v. Not. Hic vs. deest Menag. pr.—785. *crinata* alter Menag. et Ven.—786. *afflantem* Menag. pr. et Franc. cum binis Goth.—787. *Jam mag.* Medic. Tum Goth. alt. *Qua mag.* Goth. apud Quintil. lib. ix, 3, qui inter archaismos refert. Scilicet vulgare erat: Quo—Hoc.—789. Ad

NOTÆ

III. 2. De Styge, Æn. vi. 323. De Trivia, Diana, quæ colebatur in triviis, Æn. iv. 611.

781 *Haud secius*, &c.] Nihilominus, non segnius: etsi pater Hippolytus ab equis laceratus fuisset, supra 761. De voce *secius*, Ge. ii. 277. De *Chimæra*, Æn. vi. 288. De *Ætnæis ignibus*, qui pro quibuscumque hic sumuntur, Æn. iii. 578. De *jubis equinis* in apice galeæ, Æn. iii. 468.

789 *Io*, &c.] Inachus Argivorum rex, fluvio ibidem nomen dedit: unde pro fluvio ipse sumitur a poetis. Hu-

jus fluvii filia Io cum amaretur a Jove: ab eodem, ne a Junone agnosceretur, in juveneam est conversa. Juno juveneam a Jove petiit, acceptamque dedit custodiendam pastori: cui centum erant oculi, nomen Argus. Is a Mercurio sopitus fistulæ cantu, et obtruncatus est. Juno pastoris oculos pavoni imposuit suo, juveneam furore perculit: quæ in Ægyptum usque fugiens, ibi tandem a Jove pristinae reddita est formæ: nupsitque Osiridi regi, et ab Egyptiis sub Isidis nomine culta est. Hanc fabu-

Auro insignibat, jam setis obsita, jam bos, 790
Argumentum ingens, et custos virginis Argus,
Cœlataque annem fundens pater Inachus urna.
Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densentur campis, Argivaque pubes,

prælia fuso sanguine. At Io, ex auro, cornibus erectis, jam operta pilis, jam bos, ornabat politum clypeum Turni, (argumentum illustre) et Argus custos puella, et Inachus ejus pater emittens fluvium ex urna cœlata. Nubes peditum sequitur Turnum, et agmina scutata congregantur totis campis, et juvenus Græcia, et turma

God. Et Sprot.—790. insignabat Darvill. insigni ibat Goth. sec. obstita Rom. jam bis alter Menag.—793. pilata nonnulli ap. Cerdam; ex Æn. XII, 121 pilataque plenis Agmina se fundunt portis.—794. densentur Heins. ex Medic. aliisque. Defendit quoque Serv. conf. sup. ad Ge. I, 248. 419. Alii densantur.

NOTÆ

lam imposuit Turnus clypeo, quia originem ab Inacho ducere gloriabatur, supra 372.

794 *Argivæque pubes, &c.*] Populos enumerat, qui ducem Turnum sequebantur, non quod omnes ei subditi, sed quod ei milites mitterent suos. I. *Argiri*: hand dubie ipsi *Ardeæ* incolæ, ex Danaë Argiva orti, 372. unde *Acrisione*i vocati sunt, 410. II. *Aurunci*: reliquæ Ansonum, inter Volscos et Campanos considentes, 64. Hos tamen aliis etiam locis sparsos fuisse videbitur Æn. II. 316. III. *Rutuli*: populi Latinis consanguinitate quidem et connubiis ac vicinitate conjuncti; sed Turno tamen, non Latino subditi: quorum præcipua sedes; ab oriente, Antio Volscorum oppido maritimo; ab occidente, Numicio amne; a meridie, Lanuvio Latinorum urbe, continebatur. IV. *Sicani*: vel fuerunt certæ cujusdam urbis in Latio populi, siquidem eos Plinius I. III. 5. numerat inter quinquaginta tres Latii populos qui suo tempore sine vestigiis interierant. Vel reliquæ Siculorum, quos omnino primos Italiæ incolas contendit fuisse Cluverius ex Dionysio: qui deinde ab Aboriginibus et Pelasgis e Græcia profectis pulsati, in

Sicaniam insulam fugerunt, eamque suo ducisque sui nomine *Siciliam* appellaverunt: unde Siculi, quotquot erant in Italia superstites, ex sociorum suorum victoria, Sicani etiam sunt dicti. V. *Sacraui*: quorum originem Cluverius, ex Festo, Servio, ac Dionysio ita concinnat; ut velit partem fuisse Pelasgorum et Aboriginum, qui post pulsos a se Siculos vicissim a Sabinis ex meridie ingruentibus pulsati sint Reate oppido, ultra Anienem fluvium, et sedes circa locum, ubi nunc est Roma, quæsiverint: unde, quia Reate *sacra* Cybeles magno erant in honore, *Sacraui* appellati sint. VI. *Labici, Labicani* vel *Lavicani*: quorum urbs *Labicum*, nunc *Zagarolo*, in septentrionali veteris Latii parte supra Tusculum. VII. *Accolæ Tybris*, de quo Æn. VIII. 330. De *saltibus*, pro sylvis, Ecl. VI. 55. VIII. *Accolæ Numicii*, fluvii, de quo supra, 150. IX. *Circæi*, incolæ Circæi montis et promontorii, quo Latium vetus ad orientem terminatur; mons hodie *Circello*, Æn. III. 386. X. *Anxur*, neutro masculinoque genere: ubi Jupiter ab urbe dictus *Anxur* aut *Anxurus*, singulari cultu colebatur: non puer et imberbis, ut somniant post Servium gram-

Auruncaeque manus, Rutuli, veteresque Sicani,
Et Sacranæ acies, et picti scuta Labici:

795

Aurunca, et Rutuli, et antiqui Sicani, et agmina Sacrana, et Labicani picti secun-

Variabant Pierii quoque codd.—795. *Aurunca* Ge. Fabricii codex, et sic ille vel *Arunca* scriptum solebat; vetere more. Mox *Siculi veteresque Sicani* Serv. ad 1 *Æn.* 2 landat; memoriæ, ut credi par est, vitio. Male tamen me habent hi *Rutuli* sequentibus mox v. 798 *Rutulis collibus*: ut adeo Servii errorem cupide amplectar.—796. *Sarrana* et *Sarana* aliqui: *Saturna* Menag. pr. *Gaurana* edd. Macrob. v Sat. 15, ubi Thnan. *Gaurina*. Sed *Gaurus* apud Puteolos alienus ab his locis. v. Exc. viii, ubi ad h. v. Mox *Lybici* Menag. pr. *Libici*,

NOTÆ

matici; sed promissa barba, ut constat ex numo apud Constant. Landum cum inscript. JOVIS AXUR. Nugantur iidem Grammatici, cum nomen illud Græcum volunt, quasi *ἄρουρα* *ἔπος* sine novacula: ait enim Plinius l. iii. 5. nomen esse a Volscâ lingua repetitum. Urbs postea a Græcis, propter situs asperitatem, dicta est *Τραχύν* *Trachine*, a *τραχύς* *asper*: indeque *Turracina*, vel *Terracina*, nunc *Terracine*, ad orientem Circæi montis, apud Volscos. xi. *Feroniæ* lucus, cum fonte ac templo, fuit inter Circæos et Terracinam. Quænam autem hæc fuerit Dea, ambigitur. Aiunt plerique Junonem esse: aliter tamen videtur, cum Feroniam Virgilius, Herili Prænestini regis matrem faciat *Æn.* viii. 564. quod in Junonem cadere non potest, quæ nullos nisi ex Jove liberos suscepit. Narrat Dionysius, Lacedæmoniorum numen fuisse: qui illuc impulsus Lycurgi temporibus, *Feroniæ* Deæ locum dicaverint, quod eos feliciter mari ferri contigerat. Innuvit tamen idem l. iii. Latinorum et Sabinorum numen esse, quod Græci sua lingua vertunt, *Ἀνθοφόρον*, *Floriferam*; alii *Φιλοτέφανον*, *amanem coronarum*; alii aliter: quæ omnia Deam florum aut hortorum fuisse significant. xii. *Saturæ palus*: quæ et *Pomptina*, inde et *Pomptina* et *Pontina* dicta est, maritimam fere omnem Volscorum regionem prætexens, longitudine leuca-

rum circiter duodecim: a loco quem vocabant olim *Tres Tabernæ*; nunc *Cisterna*, ad usque *Terracinam*: quæ pars ejus extrema ad orientem, eadem latissima erat: duobus fluviis ibi restagnantibus, *Amaseno* nunc *Toppia*, et *Ufente* nunc *Aufente*, a quo palus ipsa etiamnum appellatur *l'Aufente palude*. Unde porro *Pomptina* dicta sit, patet: nempe ab urbe Volscorum *Suessa Pometiæ*, mediterranea illa quidem, sed cujus ager ad mare pertinebat abibat in has paludes. Unde autem *Saturæ* nomen acceperit, non ita liquet. Ego sic statuo: Virgilium voluisse utrumque *Pomptinæ* paludis terminum hic significare: ab oriente quidem *Ufentem* fluvium; ab occidente vero fluvium *Asturam*, ejusdem nunc nominis. Quippe huc *Asturam*, Strabo *Στρόαν*, Festus *Sturam*, vetus codex apud Sigonium in librum octavum Livii, *Saturam* vocat. Hoc autem fluvio definitam ab occidente fuisse paludem, nec ipse negabit Cluverius: siquidem initium paludis petit a *Tribus Tabernis*, et agro *Suessæ Pometiæ*; quæ urbs utraque ad *Asturam* fluvium sita erat. Hujus paludis spatium tres et viginti urbes olim fuisse tradit Plinius: per mediam Appius aggere viam stravit, suo appellatam nomine: siccare conati sunt variis temporibus Cornelius Cethegus, Augustus, et Theodoricus.

Qui saltus, Tiberine, tuos, sacrumque Numici
 Littus arant, Rutulosque exercent vomere colles,
 Circæumque jugum; quis Jupiter Anxurus arvis
 Præsidet, et viridi gaudens Feronia luco; 800
 Qua Saturæ jacet atra palus, gelidusque per imas
 Quærit iter valles atque in mare conditur Ufens.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla,
 Agmen agens equitum, et florentes ære catervas,
 Bellatrix: non illa colo calathisque Minervæ 805

dum clypeos: qui colunt tuas sylvas, o Tybri, et sacram ripam Numici; et scindunt vomere colles Rutulos, et montem Circæum: quibus agris imperat Jupiter Anxurus, et Feronia gaudens sylva virente: qua porrigitur nigra palus Pomptina, et qua frigidus Ufens pandit sibi viam per profundas valles et mergitur in mare. Præter illos Camilla venit e natione Volscæ, ducens turmam equitum et catervas fulgentes æreis armis, bellicosa puella: non illa quidem puella assueta secundum fæmineas

Linici Goth. bini.—797. *Munici* Leid.—799. *Anxurus* rectius scribi post Ursinum putabat Heinsius, quoniam sic in codd. Silii VIII, 333, et in numo gentis Vibie expressum (vid. Thesaur. Morell. Haverk. tab. 2, II. Nec simulacrum Jovis Anxuris, quod Guellius ad se pervenisse narrat, aliud quam hujus nomi fuisse arbitror. Quem autem altero loco numum, alienum a Jove Anxure, laudat, qui *Jovem crescentem* exhibebat, is Gallieni vel Salonini esse debuit; diversus est numus, cujus alteram faciem laudat cum capra sine sessore et verbis: *Joci conservo*. Aug., qui inter raros habetur, v. Bandur. T. 1, p. 164): et quia *Zebis* *Ægypus* dictus sit *imberbis*. Sed illa etymologia ad grammaticorum nugas est ableganda; nam Volscum nomen Anxur est; tum, litteram *x* excidere in numis et titulis, nihil novi. In Græco Augusti numo Jovis caput cum voce *Ἀγξυρος* occurrit apud Golzium Numism. Gr. Augusti t. 75, XXIIX, verum aut sibi fraudem fieri passus est aut facere voluit aliis. Codices depravationibus suis vulgatam confirmant. Rom. *Anxurus*, alii *Anxirus*, *Anxurus*, *Anxurus*, *Anxyris*, *Anxiris*, *Anxeris*. Sed Medicus diserte *Anxurus* cum binis Goth., et parte codd. Heins., cujus Cod. Scheff. *Anxur et arvis*, unde ille malebat *Anxur et arv.*, frustra. In Aldd. *Anxuris*; etsi Ald. sec. 1505 dederat *Anxurus*, tamen reditum est ad illud alterum, nec ab eo decessum nisi a Pulmanno et Dan. Heins., qui revocarunt *Anxurus*.—800. *Feronia* Parrhas.—801. *Astura* alios legisse notat Servius: perperam; nam *Astura* fl. et oppidum paulo remotius est a Satura palude. vid. Cluver. p. 1003. Errorem jam Julius Sabinus arguit.—802. *voltritur* aliqui apud Cerdam, cum Leid. *Ufens* Ven. cf. sup. 745. *utens* Goth. tert.—803. *Volsca* multi, ut solent. *Volsca* pr. Hamb.—804. *A. a. comitum* alter Hamb. *florante ætate catervæ*, vana Waddellii emendatio ap. Burm. v. Not.—805. *calathisque* Parrhas.—808. *volasset*

NOTE

803 *Volscæ de gente Camilla*] *Volsci*, gens bellicosa, Rutulos et Latinos, ab occidente; Auruncos, et Campanos ab oriente; Hernicos et Æquos a septentrione attingens: incerti generis, sed linguæ a Latina diversæ ac

sibi propriæ. E mediterraneis hujus regionis urbibus milites advexisse puto Canillam, cum maritimæ fere Turnum sequerentur. Hujus Camillæ casus et origo narrantur Æn. xi. 536.

804 *Florentes ære catervæ*] *Ornatæ*,

Fœmineas assueta manus; sed prælia virgo
 Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos.
 Illa vel intactæ segetis per summa volaret
 Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas;
 Vel mare per medium, fluctu suspensa tumentis, 810
 Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
 Illam omnis tectis agrisque effusa juventus
 Turbaque miratur matrum, et prospectat euntem,

manus colo et calathis Minervæ; sed assueta tolerare difficiles pugnas, et præcurrere ventos cursu pedum. Illa vel volasset per summam herbas segetis non tangendo, nec fregisset currendo teneros calamos; vel habuisset iter per medium mare sustentata undis tumidis, nec madefecisset aquis teneros pedes. Omnis juvenus egressa domibus et agris, et turba matrum admiratur illam et aspicit incedentem: attendens

~~~~~

Stephanus emendabat ap. Burm., quia læsisset sequitur. Nunc satis constat, nec alterum ab usu poetarum recedere. At *infractæ segetis* Wakefield nunc emendavit in Sylva crit. P. III, p. 140 atque in ipsum poetam intulit, *verissimam hanc emendationem* esse professus, *vulgatam ab ineptiente quodam monacho miracula captante profectam*. Ingeniosam esse emendationem, quam Homericus locus facile cuivis offerat, lubenter concedo: ubi equæ ἀκρον ἐν ἀνθερίων καρπὸν θεόν, οὐδὲ κατέκλων, neque infringebant, ducere potest ad *infractæ segetis*. Enimvero *infractus* quoties apud Maronem occurrit, est, valde fractus vel fractus simpliciter, ex infringere: neque alio sensu *infractus* occurrit apud bonos scriptores. *Intactam* segetem non esse ad etymum revocandam, quippe in poeta, per se patet. Quis enim, si Ge. IV, 540 *intacta cervice juvencos* audierit, de eo cogitet, an nunquam ne propius quidem admotum fuerit jugum! Etiam in pedestri oratione diceremus, tam leviter aliquem insistere vestigiis, ut vix terram attingat. Poëtica autem ratio non modo permittit, sed et jubet res in majus angere, ut mirationem faciant. Esse loca, in quibus *frangendi* vocabulum occurrit, haud miror; nam versum Homericum ante oculos habuere, quem ipse Virgilius expressit simulque τὸ *intactæ segetis* ipse uberius declaravit: *nec teneras cursu læsisset aristas*. Ut Claudianus in loco hinc expresso de Cons. Honor. 199 *segetemque levi percurrere motu—nec proterat ungula culmos*. Et Ovid. Met. κ, 654. 655 *sicco freta radere passu Et segetis canæ stantes* (h. e. intactas) *percurrere aristas*. Calphurnius autem Ecl. VI, 57 *Tangeret ut faciles, sed non curvaret, aristas*. Variavit itaque Statius Theb. VI, 640 *Raraque non fracto vestigia pulvere pendunt*. At propius ad Maronis rationem accedit ipse Apollon. I, 183 de Polyphemi celeritate: supra mare currebat, οὐδὲ θεῶν βάτρε πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκροισι ἴχθυσι τεργόμενος. Argutabimur et in hoc? atqui et hoc expressum statim videbis a nostro: *celeris nec tingeret a quore plantas*. Si *cursus per mare* factus placet, quo *nec planta mari tingitur*, potestne displicere *cursus per segetem* factus sic, ut *nec aristas attingerent plantæ*? Ipse Maro Ge. III, 194. 195 *per aperta colans—Æquora, vix summa vestigia ponat arista*.—809. *arenas* alter Hamb. v. Burm.—810. *fluctus s. tumentes* aliquot Pier.—814. *A. læsere animis* Gud. Idem vir

#### NOTÆ

*fulgentes*: metaphora, de qua Ge. II. *Minervæ* tribuuntur, quia lanificii tex-tiliumque operum habetur præses, &c. De *calathis*, canistris, ubi fila et lana et alia reponuntur, Ecl. II. 46. *Æn.* v. 284.

Attonitis inhians animis : ut regius ostro  
 Velet honos leves humeros; ut fibula crinem 815  
 Auro internectat; Lyciam ut gerat ipsa pharetram,  
 Et pastorem præfixa cuspide myrtum.

*stupentibus animis; quomodo regalis ornatus tegat purpurea nitidos humeros; quomodo fibula colligat crinem auro; quomodo ipsa ferat Lyciam pharetram, et myrtum pastorem armatam cuspide.*

doctus, Wakefield, correxit *ostri*: quod et ipsum bene dictum esset, forte quoque facilius: *regius ostri honos*. alterum tamen doctius: *ostro*. ut sit: *honos regius velat ostro*, purpura: quorsum igitur mutantur ea, quæ bene se habent, forte etiam melius!—815. *letos h. et f. Goth. sec. humerosque leves Ven. ut f. vestem* pr. Menag. et duo Heins. pro div. lect. cum Goth. tert., scilicet tanquam magis obvium. Nam *fibula* in capilli ornatu nondum reperi; nec tamen probabile fit, *vestem* a librariis in *crinem* mutari potuisse.—816. *aut g. duo Burm. ferat et illa alii ap. Pier.*—817. *Ut p.* cum Goth. tert.

NOTÆ

814 *Ostro Velet honos, &c.*] *Purpura* ex ostrei sive muricis sanguine expressa, Ge. II. 506. *Lyciam pharetram* tribuit, pro qualibet insigni pharetra: quia sagittandi arte Lycii nobiles. De illa Asiæ Minoris meridiana regione, Æn. IV. 143. *Myrtum*, hastili-  
 bus ob ligni firmitatem aptam arborem fuisse, jam notavit Virgilius, Ge. II. 447. *Pastoralem* appellat, quia vita sylvestri ac pastorali instituta a Mætaho fuerat Camilla, ut videbitur Æn. XI. 569.

P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER VIII.

---

### ARGUMENTUM.

**TURNUS** Venulum ad Diomedem mittit, ut eum ad belli societatem alliciat. **Æneas**, Tyberini fluvii monitu, iter eodem consilio suscipit ad Evandrum: qui ex Arcadia profugus in Palatino monte consederat. Evander, sacris **Herculis** tum intentus, **Æneam** iisdem adhibet: eorum originem edocet, victoriam scilicet **Herculis** de Caco, regionis illius insigni olim prædone. Tum **Æneam** quadringentorum equitum subsidio juvat: iisdem **Pallantem** filium præficit: **Æneam** ad Tyrrhenos, expulso Mezentio regem poscentes, cum certa regni auxiliique spe dimittit. **Æneas** postridie, parte altera copiarum secundo flumine ad suos remissa, cum altera Tyrrhenos adit. Interim **Venus** arma **Æneæ** suo defert, a **Vulcano** fabricata: clypeum imprimis, in quo **Æneas** res præclare olim gerendas a Romanis posteris mira arte coelatas admiratur. Præcipuus eo in opere locus est **Augusto**; cujus egregiam de **Antonio** et **Cleopatra** **Ægypti** regina victoriam, triplicemque triumphum, diligentius poëta describit.

UT belli signum Laurenti Turnus ab arce  
 Extulit, et raucō strepuerunt cornua cantu ;  
 Utque acres concussit equos, utque impulit arma :  
 Extemplo turbati animi ; simul omne tumultu  
 Conjurat trepido Latium, sævitque juvenus 5  
 Effera. Ductores primi Messapus et Ufens,  
 Contemtorque Deum Mezentius, undique cogunt  
 Auxilia, et latos vastant cultoribus agros.  
 Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,  
 Qui petat auxilium, et, Latio consistere Teucros, 10  
 Advectum Æneam classi, victosque Penates

*Postquam Turnus extulit ex arce Laurenti vexillum belli, et tubæ sonuerunt raucō strepitu ; et postquam excitavit generosos equos, et postquam commovit arma : statim animi turbati fuerunt : simul totum Latium conspirat ut in tumultu subito, et juvenus ferox furit. Præcipui duces Messapus, et Ufens, et Mezentius contemtor Deorum, colligunt undecumque subsidia, et spoliant agricolis arva spatiosa. Venulus mittitur etiam ad urbem magni Diomedis : ut poscat opem : et doceat Diomedem, Trojanos stare in Latio, Æneam navibus appulsum esse, et inducere*

1. At Zulich. et Erf. a pr. m. signum belli pr. Hamb.—2. crepuerunt Leid. stupuerunt Goth. sec.—3. Atque a. Goth. tert. concessit pr.—6. Mesapus et Mesappus in codd.—7. Contemtor superum Witt. Mezentius Rom., ut al.—10. considerare Gud., ut alibi. Illustrat Heins.—11. Adventum Zulich. Vrat, ed. Junt. cum Goth. tert. Æneam edd. plerique. classe ed. Ven. vectosque

NOTE

1 *Belli signum*] Virgilius loquitur hic ex more Romanorum, apud quos triplex erat militiæ genus. *Sacramentum*, cum milites jurabant, se non nisi confectis militiæ temporibus, sive stipendiis, ex reipublicæ exercitu discessuros. *Conjuratio*, cum in subito tumultu dux, cui singulos sacramento adigere non vacabat, e Capitolio duplex attollebat vexillum ; roseum unum quo pedites ; cæruleum, quo equites conveniebant ; simulque jurabant omnes. *Evocatio*, cum diversi diversas in partes ad cogendos exercitus mittebantur. Ita fere Servius. *Vexillum* autem Romanis fuit velum minus, quadratum, ex hasta suspensum. De *Laurento urbe* ; quam Turnus,

adnitente Amata, habenis rerum a Latino relictis, belli sedem fecerat, Æn. vii. 63. De *cornibus, tubis*, Æn. vii. 637.

3 *Concussit equos, &c.*] Excitavit equos sonitu cornuum : milites impulsu armorum, id est, allisis ad clypeos hastis ; cujus moris innumera sunt apud auctores vestigia. De *Latio*, Æn. vii. 54. De *Messapo*, ibid. 691. De *Ufente*, ibid. 744. De *Mezentio*, ibid. 647.

9 *Diomedis ad urbem, &c.*] *Arpos*, vel *Argyrippam*, urbem in Apulia Daunia, conditam a Diomede. De ea, deque *Diomede*, Æn. xi. 243. De *Teucris*, Æn. i. 289. De *Penatibus Æneæ*, Troja advectis, Æn. ii. 717.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 R

Inferre, et fatis regem se dicere posci,  
 Edoceat, multasque viro se adjungere gentes  
 Dardanio, et late Latio increbescere nomen.  
 Quid struat his coeptis, quem, si Fortuna sequatur, 15  
 Eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi,  
 Quam Turno regi, aut regi apparere Latino.

Talia per Latium : quæ Laomedontius heros  
 Cuncta videns, magno curarum fluctuat aestu ;  
 Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, 20  
 In partesque rapit varias, perque omnia versat.  
 Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen aënis  
 Sole repperctum, aut radiantis imagine Lunæ,  
 Omnia pervolitat late loca, jamque sub auras  
 Erigitur, summique ferit laquearia tecti. 25  
 Nox erat : et terras animalia fessa per omnes  
 Alituum pecudumque genus sopor altus habebat :

*Deos suos victos a Græcis, et dicere se vocari fatis in regnum, et plurimas nationes sociare se huic homini Trojano, et ejus nomen late spargi in Latio : et addat, cognosci ab ipso Diomede clarius, quam a rege Turno, aut a rege Latino, quid Æneas machinetur his consiliis, quem optet exitum certaminis, si fortuna ipsi favcat. Talia fiunt per Latium : quæ omnia cernens Trojanus heros, agitur inagnis fluctibus curarum : et modo huc modo illuc distrahit mentem eagem, et differt in partes diversas, et volvit per omnia. Veluti quando lux tremula, emissa a Sole aut specie rutilantis Lunæ, resiliens e vasis arcis, pervagatur late cuncta loca : et jam attollitur in ærem, et perstringit laquearia supremi tecti. Nox erat, et profundus somnus tenebat animalia lassa, et genus volucrum ac pecorum, per*

\*\*\*\*\*

Leid. a m. sec.—12. *Auferre* Goth. tert. *se ducere* alter. Tum in tertio hemistichia v. 12 et 14 permutata : *et fati r. dicere posse*, et : *Dardanio et late L. i. n.*—13. *se jungere* pr. Hamb.—14. *Dardanium et—nomen* vir doctus in Misc. Obs. iv, Tom. II, p. 380, non prorsus male ; etsi enim vir *Dardanius* et similia sæpe occurrunt, tamen *nomen* nude positum minus gratum videtur : *increbescere* vulg. vid. i Ge. 359. Asperior sonus antiquioris usus esse et austeritatem gravitatemque epicam adjuvare videtur.—15. *Quid s. inceptis* Oudart. *Quid studeat capt.* Goth. sec. *quæ si* tert. Rottend.—16. *cupiet* aliquot Pier. et duo Burm. *cupiant* ed. Bas. *cupiat* ed. Ven.—19. Sup. iv, 532 *magnoque irarum fluctuat aestu*. 561 *varioque irarum fluctuat aestu*. XII, 486 *vario nequicquam fluctuat aestu*.—20. 21. Versus supra lecti iv, 286. 286.—20. *celerem nunc huc* duo Goth.—23. *radiantis* Gud. et pr. Rottend. cf. inf. 616.—25. *multos lacunaria legisse* narrat Serv., satis inducte.—26. *a. veras* Goth. sec. vs. 26. 27. laudantur in Controvers. Senecæ lib. III. contr. 16. a Julio Montano, nobili poëta : *Virgilii imitationem bene cessisse* censente, qui illos optimos versus *Varronis expressisset in melius* : “ Deslerant latrare canes urbesque allebant ;

#### NOTE

18 *Laomedontius heros*] Æneas, ex familia, Ge. III. 85. De laqueariis, eadem, qua Laomedon, rex Trojanus, interstitis trabium, Æn. I. 720.

Cum pater in ripa gelidique sub ætheris axe  
 Æneas, tristi turbatus pectora bello,  
 Procubuit, seramque dedit per membra quietem. 30  
 Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno  
 Populeas inter senior se attollere frondes  
 Visus; eum tenuis glauco velabat amictu  
 Carbasus, et crines umbrosa tegebat arundo;  
 Tum sic affari, et curas his demere dictis: 35  
 O sate gente Deum, Trojanam ex hostibus urbem  
 Qui revehis nobis, æternaque Pergama servas,  
 Expectate solo Laurenti arvisque Latinis,  
 Hic tibi certa domus; certi, ne absiste, Penates;  
 Neu belli terrere minis. Tumor omnis et iræ 40  
 Concessere Deum.  
 Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,  
 Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus,

*omnes terras: quando pater Æneas, sollicitus animo ob difficile bellum, decubuit in ripa et sub axe frigidi æëris, et permisit corpori tardam quietem. Ipse Tiberinus senex, Deus regionis, flumine amœno, visus est erigere se inter populeas arbores: lixum subtile tegebat eum viridi veste, et opaca arundo inumbrabat capillos. Tunc cœpit alloqui Æneam, et auferre sollicitudinem his verbis: O nate ex familia Deorum, qui reducis ad nos urbem Trojanam ex hostibus, et tueris Pergama perpetua: expectate in terra Laurente et campis Latinis: hic sedes certa est tibi, certi Penates: ne cesses ab incepto: neve terrearis comminatione belli: omnis indignatio et iræ Deorum cessaverunt. Et ne existimes somnum suggerere tibi hæc inanità: mox magna sus, a te inventa sub ilicibus littoreis, quæ pepererit fatuus*

\*\*\*\*\*

"Omnia noctis erant placida composta quiete." Solebat Ovidius de his versibus dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus ultima pars absunderetur, et sic desineret: "Omnia noctis erant."—28. Tum duo Burm.—33. Cum Junt. et Ald. pr., sicque Rom., emendate eum Ald. sec.—35. Cum Moret. sec. adfatur Dorvill.—38. loco Medic., et in marg. alibi solo. Laurentum Serv. ad v. 12.—39. certive abs. Dorvill. adsiste al. ap. Pier.—40. tumor Heins. e libris secundum Pier., alii timor.—41. profugis nova mania Teucris suppletur versus in multis, quos Serv. Heins. et Burm. viderunt: perperam accepta voce concessere. Esse qui consedere legant, a Taubmanno notatum.—42. nec vana putes Rom. ni vana putas Gud. a m. pr., non male, inquit Heins., immo ad sensum pessime. Jamque (tibi ne v. p. hunc f. s.) Lit. Parrhas.—43. sub ilice durus Rom., nec nisi recenter correctum. Vss. 43. 44. 45. 46 jam supra lecti III,

#### NOTE

28 *Ætheris axe*] Sub aperto æëre.  
 Æn. II. 512. De Tiberino, infra  
 330. De carbaso, lini specie, Æn. IV.  
 417. De Pergamis, arce Trojæ, Æn.  
 I. 470. De Laurente agro, Æn. VII. 63.

De Penatibus, Æn. II. 717.  
 37 *Revehis nobis*] Gens enim Trojana per Dardanum ex Italia olim profecta erat, Æn. III. 167.



Triginta capitum foetus enixa, jacebit ;  
 Alba, solo recubans, albi circum ubera nati. 45  
 Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum :  
 Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis  
 Ascanius clari condet cognominis Albam.  
 Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod instat,  
 Expedias victor, paucis, adverte, docebo. 50  
 Arcades his oris, genus a Pallante profectum,

*triginta porcellorum, jacebit humi strata ; alba ipsa, et porcelli albi circa matrem.  
 Hic erit locus urbis, hæc certa quies a laboribus, ex quo præaugurio, annis triginta  
 recurrentibus, Ascanius fundabit Albam urbem nobili nomine. Non prædico tibi  
 dubia. Jam attende, dicam tibi paucis verbis quomodo conficiam quod innuit, ad  
 obtinendam victoriam. Arcades, gens orta a Pallante, qui secuti sunt socii Evand-*

390. 391. 392. 393, nunc, puto, male repetiti.—45. *recubant a.*—nati Medic.  
 —46. Abest versus a Medic. et a pr. m. a Gudiano. Sane ille cum trinis  
 prioribus occurrebat sup. III, 393. Nunc eo vix careas propter seqq. Malim  
 sublatis esse vs. 47. 48. *Ex quo*—Ascanius sunt enim molesti (v. Not.) et a  
 Tiberini persona et consilio ac tempore alieni: translati huc ex altero loco.  
 Quid? quod suspicari licet, totum locum, forte ex ipsis Maronis schedis, a  
 Tucca insertum esse. Lege modo carmen sic continuatum et placebit illud:  
*Concessere Deum; Nunc qua ratione, quod instat, Expedias victor, paucis, adverte,  
 docebo. ex quo est* &c. ἡ πόλις pro bre; nam ut sit *ex quo*, secundum quod  
 portentum, durissimum est.—47. *tridenis* duo Burm. cum pr. Goth.—48. *con-*  
*dens* alter Hamb. c. c. *urbem* Goth. tert., quod equidem malim a poeta pro-  
 fectum in vaticinio.—50. *Expediam* a m. pr. Medic. et Gud. *Expedies* Goth.  
 sec.—51. *hic* Medic. is eraso h. Dorvill. Jungo autem: *Arcades his oris* sc.  
 habitant:—*Hi bellum assidue* sq. Durius videtur parentheses facere, et

## NOTE

48 *Albam, &c.*] Cognomento *Longam*, ob situm, inter lacum et montem inde Albanum appellatum: Roma dissitam quindecim circiter millibus ad orientem. Hæc ab Ascanio condita: postquam annos triginta Lavinii regnatum esset: ex augurio repertæ albæ suis, cum triginta porcellis, ut habent Romani scriptores. At anni illi triginta, de quibus Tiberinus loquitur, non ab hoc ipso Æneæ adventu numerandi sunt: sed ab urbe Lavinio condita; aut potius ab ipsa Æneæ morte, qui tres annos regnavit, ut dictum est Æn. I. 270.

51 *Arcades, &c.*] *Arcadia*, regio est Peloponnesi media: Ecl. IV. 58. Hinc profectus est Evander: vel ob

occisum ex errore patrem, ut narrat Servius; vel ad educendam coloniam, ut vult Pausanias in Arcadicis: conseditque juxta Tybrim in monte et oppidulo quod vocavit *Palantium*, *Pallanteam*, *Palatium*; vel ab urbe Arcadiæ Pallantio, unde profecti fuerant, juxta Pausaniam, Dionysium, et Livium; vel a Pallante Arcadis rege, proavo suo, juxta Virgilium. Matrem habuit, juxta Solinum, *Nicostratam*, quæ ob fatidica carmina *Carmentis* a Latinis dicta est; patrem, juxta plerosque, Mercurium. Condita deinde Roma est in eo monte, qui *Palatinus* dictus est, nunc *Palazzo Maggiore*, seu *Palatino*.

Qui regem Evandrum comites, qui signa secuti,  
Delegere locum, et posuere in montibus urbem,  
Pallantis proavi de nomine Pallanteum :  
Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina ; 55  
Hos castris adhibe socios, et fœdera junge.  
Ipse ego te ripis et recto flumine ducam,  
Adversum remis superes subvectus ut amnem.  
Surge age, nate Dea ; primisque cadentibus astris  
Junoni fer rite preces, iramque minasque 60  
Supplicibus supera votis. Mihi victor honorem  
Persolves. Ego sum, pleno quem flumine cernis  
Stringentem ripas, et pingua culta secantem,  
Coeruleus Tybris, coelo gratissimus amnis.  
Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit. 65

*drum regem et vexilla ejus, elegerunt sedem in his regionibus, et fundaverunt in montibus urbem Pallanteum, e nomine Pallantis proavi Evandri. Hi semper bellum gerunt cum populo Latino. Hos adjunge socios exercitui tuo, et alliga tibi per fœdus. Ego ipse ducam te per ripas meas et rectum fluvium, ut subvectus rivas facile remis fluvium adversus te fluentem. Age surge, fili Veneris : et primis stellis occidentibus, offer religiose preces Junoni, et placa submissis votis iram et minas ejus ; exhibebis honorem mihi, quando eris victor. Ego sum ille, quem vides lambentem ripas tumidis aquis, et dividendem agros fertiles, Tybris caruleus, fluvius acceptissimus Diis. Hic mihi est ampla domus, fons erumpit apud altas*

\*\*\*\*\*

jungere *Arcades his oris*—hi bellum assidue sq.—55. *ducent* Hamb. sec.—56. *fœdere* alii ap. Serv. et Gud. ac pr. Moret. cum al. ap. Burm., sed offensa aure.—57. *ripis* sane parum commodum, secundum, intra ripas, alveo. *tecto* Menag. pr. pro *recto* ; et sic Cerda conj. ad v. 95. 96. Schraders autem conj. *sylois* et *tecto fl.* eleganter sane.—58. *in amnem* Witt. *superes remis* aliquot Pier.—59. *age* excidit Rom. et aliis Pier., in aliis suppletum o. Mentel. pr. a m. pr. ait.—60. *iramque* complures ap. Heins. et Burm.—61. *domis* multi ap. Pier. et Heins., sed *votis* tumentur Rom. et Medic. cum al. ; et venit forte *donis* ex sup. iii, 440.—62. *Persolvit* Witt. *quem pleno gurgite c.* aliquot Pier.—63. *ruentem* Moret. sec. quod probat Heins. et illustrat, ut erat ille paulo proelivior ad captandas elegantias secretiores et exquisitiores, etiam ubi ab ingenio scriptoris et loci erant alienæ. Sed multo probabilius, librarium casu in hanc vocem incidisse, quam tot alios codices esse depravatos. Nec, quod Burm. bene monuit, placidum flumen bene dicitur ruere. Tum Auson. et ipse *secantem* legit Mosell. 460. Witt. a m. pr. *sequentem*.—65. *certa domus* Gud. *cæsis* Medic. a m. pr. *exit* antiquæ pro *erit* emendat Faber : et Heins. *exit* transitive pro *effert, exerit, accipit*. Utrumque

# NOTÆ

57 *Recto flumine*] Absque errore, expedito itinere.

59 *Cadentibus astris*] Decedentibus sub primam diei lucem. Æn. iv. 81.

63 *Pingua culta*] Loca culta et pingua, Ge. i. 153.

65 *Magna domus, &c.*] Sensus est : 'Hic mihi magna domus exit : ' as-

Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto,  
 Ima petens. Nox Æneam somnusque reliquit.  
 Surgit, et, ætherii spectans orientia Solis  
 Lumina, rite cavis undam de flumine palmis  
 Sustulit, ac tales effundit ad æthera voces : 70  
 Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde est,  
 Tuque, o Tybri tuo genitor cum flumine sancto,  
 Accipite Ænean, et tandem arcete periclis.  
 Quo te cumque lacus, miserantem incommoda nostra,  
 Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis ; 75  
 Semper honore meo, semper celebrabere donis,  
 Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

*urbes. Sic locutus est fluvius: deinde mersit se profundis aquis descendens ad intima: nox et somnus deseruit Æneam. Surgit, et aspiciens surgentem lucem caelestis Solis, hausit religiose cavis manibus aquam de fluvio, et emisit ad cælum talia verba: Nymphæ, Nymphæ Laurentes, a quibus est origo fluviorum: et tu, o Tybri pater, cum tuo sacro fluvio, admittite Æneam, et denique protegente a periculis. Quocumque fonte tua aqua detinet te, miserescentem calamitatum nostrarum; quacumque regione crumpis formosissimus: semper decoraberis cultu meo, semper muneribus meis, o tu qui es amnis cornutus, rex aquarum Italicarum. Succurre*

perperam. Vid. Not.—66. *fluvio* Gud. a m. pr. *lacu et fluvio* Heins. conj. *fluvii* conj. Heumann. Sed vid. Not.—67. *relinquit* aliquot Pier., inter quos Rom.—70. *Sustinet* Rom. aliquot Pier. cum Medic., Gud., aliisque ap. Heins., ex interpolatione puto. *effudit* lectum ante Heins. *diffudit* ed. Ven.—72. *Tu quoque Tybri* duo Burm. o aliis excidit; in aliis: *Tuque o Tybri, tu, o*, apud Pier. et Heins., quod probabat Ge. Fabric. cum Caninghame. Alii aliter turbant. *tu flumine* Thusco Bigot. Vulgata est apud Serv. et Macrob. vi, 1, ubi docet ex Ennio adumbratum esse verum. Nam is: *Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto cecinerat. xaneto* codd. ap. Pier. cf. Burmann. Sec. ad Antholog. p. 73. Etiam ex Livio notum est lib. ii, 10. *Tiberine pater, inquit, te sancte precor.*—75. *tenent* Rom. cum binis Heins. et fragm. Vatic., it. Erf. q. loco Parrhas.—76. *venerabere* plerique Pier. et bini

## NOTE

surgit paulatim, lapsu temporis: id est, fundabitur, erigetur. Et Romanus innuit, quæ his in regionibus ædificanda erat, caput reliquarum urbium futura. De fonte Tybris, infra 330.

69 *Undam de flumine*] Ad lavandas purgandasque manus ante preces: qui mos multis exemplis ab interpretibus firmatur. Æn. ii. 719.

71 *Genus amnibus, &c.*] *Nymphæ,*

aquarum et fontium quorumlibet præsides: quorum ex colluvie fiunt augmenturque fluvii. De *Laurente regione*, Æn. vii. 63.

77 *Corniger Hesperidum, &c.*] *Rex* Italicarum aquarum; non magnitudine sua, qui honos Eridano tribui debet, et vero tribuitur Ge. i. 483. sed ob futuram magnitudinem regniæ urbis Romæ, quam præterfisset. Deinde potest Æneas hunc ei honorem

Adsis o tantum, et propius tua numina firmes.

Sic memorat, geminasque legit de classe biremes,

Remigioque aptat; socios simul instruit armis. 80

Ecce autem, subitum atque oculis mirabile monstrum,

Candida per sylvam cum foetu concolor albo

Procubuit, viridique in littore conspicitur sus:

Quam pius Æneas tibi enim, tibi, maxima Juno,

Mactat, sacra ferens, et cum grege sistit ad aram. 85

Tybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem

Leniit, et tacita refluens ita substitit unda,

Mitis ut in morem stagni placidæque paludis

Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset.

Ergo iter inceptum celerant; rumore secundo 90

*tantummodo, et præsentī auxilio confirmā vim tuorum promissorum. Sic loquitur: et eligit duas naves e classe, et accommodat ad remigandum: simul accingit socios armis. Ecce autem prodigium repentinum et admirandum visus: sus alba, ejusdem coloris ac fetus albus, jacuit per sylvam, et cernitur in viridi littore: quam adeo pius Æneas tibi immolat, tibi, o maxima Juno, offerens tibi sacrificia, et constituit ante altaria cum turba porcellorum. Tybris per eam noctem, quam longa fuit, sedavit flumen suum inflatus: et retro fluens stetit fluctibus sic tranquillis; ut æquaret planitiem aquarum in modum mollis stagni et quietæ paludis, ita ut labor abesset in remigando. Igitur rumore prospero deproperant iter sus-*

~~~~~

Heins., ex interpretatione. Alia in Witt. *honorabere*.—78. *Adsis* et aliquot Pier. o tandem vulgo lectum ante Heins., qui e suis et Pier. emendavit. proprius scriptum viderat Serv. *placidus* apud Donatum, ex inpt. tua omnia emendaverat Palmer. Spicileg. p. 616. Sed *numen* pro voluntatis quacumque significatione, monito et oraculo, poëtis dictum occurrere alibi jam monitum est. n. *serpes* Oudart.—79. *memorans* pr. Voss. *geminas legit* Franc. *memorans geminas legit* Parrhas.—80. a. *socios: simul* alii male distinguunt. v. Burmann. s. *atque instruit* Sprot.—81. Laudat hunc et omisso versu 82 tres seqq. auctor libelli de Progenie Augusti.—82. *fata* Sprot.—85. *ad aras* aliquot ap. Burm.—86. *est abest* aliquot Pier. et Heins., mendose. conf. sup. iv, 193.—87. *Lenit* Rom. contracte. *sustulit* Goth. tert.—88. *et in m. alter* Menag.—89. *et l. Witt.*, et sic legere dudum malebam. *abiret* ed. Ven. *abiisset* Rom.—90. *incertum* Non. Marcell. in *Rumor. peragunt* Rom. pars Pier. et Heins. librorum, cum Goth. tert. Macrob. et Nonio Marcello. *peragunt* Gyd. *celebrant* Medic. Pierii, cum alt. Hamb. et ed. Ven. *accelerant* Goth. sec. *rumore* pro *Rumone* positum putabat Servius;

NOTÆ

habere: cum nondum Eridanum, aut majorem ullum in Italia fluvium viderit. De cornibus fluviorum, Ge. iv. 371. De *Hesperia*, Italia, Æn. i. 534. De *biremibus*, Æn. v. 119.

90 *Rumore secundo*] Sparso inter milites, de successu itineris bene omni- nantes. De *Abiete*, *apin*, arbore quæ hic pro nave sumitur, Ge. ii. 68.

Labitur uncta vadis abies : mirantur et undæ ;
 Miratur nemus insuetum fulgentia longe
 Scuta virum, fluvio pictasque innare carinas.
 Olli remigio noctemque diemque fatigant,
 Et longos superant flexus, variisque teguntur 95
 Arboribus, viridesque secant placido æquore sylvas.
 Sol medium cœli conscenderat igneus orbem :
 Cum muros arcemque procul ac rara domorum
 Tecta vident ; quæ nunc Romana potentia cœlo
 Æquavit : tum res inopes Evandrus habebat. 100
 Ocyus advertunt proras, urbiq̃ue propinquant.
 Forte die solennem illo rex Arcas honorem

ceptum. Abies oblita pice decurrit fluctibus : et aquæ mirantur, sylva inassucta his spectaculis miratur, clypeos hominum procul splendentes et pictas naves cœli flumine. Illi remigando traducunt noctem et diem, et prætervehuntur longos circuitus, et inumbrantur diversis arboribus, et trajiciunt virides sylvas tranquillo flumine. Sol ardens pervenerat ad medium spatium cœli : cum longe aspiciunt muros, et arcem, et paucæ culmina domorum, quæ Romana magnitudo nunc extulit ad cælum : tunc Evander possidebat rem angustam. Statim appellant illuc naves, et accedunt ad urbem. Forte illo die rex Arcadius Evander offerebat solenne sacri-

~~~~~

id enim antiquum Tybris nomen fuisse. Sicque lectum in codd. Sprot. *Rumone id est fluvio*, pr. Hamburg. qu. Moret. Exc. Burm. Zulich. a m. pr. Esset adeo *Rumone secundo*, Tybri secundo. Equidem *anne secundo* dictum bene novi : an Tybri secundo, Rheno secundo, dicatur nescio. Etiam Xaver. Matthæi defendebat *Rumone secundo*, sed accipit : Tybri favente : in Excitationibus per saturam (Neap. 1759. p. 79). Enimvero *rumor* est proba vox antiqua de strepitu aquarum ex remigio. v. Not. Interpungebatur antea : *Ergo iter inceptum celerant rumore secundo*. Recepi, quod jam olim dixeram, melius factum videri : *celerant ; rumore secundo Labitur uncta vadis abies*. Et sic quoque vidi malle virum doctissimum Burgess ad Dawes. Miscell. p. 446. idque secutum video Wakefield.—91. *uda* aliquot Pier., sed vid. Not. *uncta abiesque vadis* Leid. unus.—92. *mirantur* pr. Menag. et a m. pr. Gud. cum fragm. Vatic. assuetum alter Hamb. *inceptum* Menag. pr.—93. *quæ abest* binis Burmann. *pictas fluvioque* ed. Ven. Interpungi potest modo haud uno, prouti junxeris : aut : *Miratur nemus scuta et carinas innare fluvio*. aut *fulgentia longe Scuta virum fluvio*, p. aut ut nunc feci : *miratur nemus fulgentia longe scuta ; et miratur fluvio pictas innare carinas*. quod mihi splendidius visum.—94. *navigio* Ven.—97. *medio* Sprot. *considerat* Franc. *axem* pro div. lect. pr. Rottend.—98. *arcæ* Oblongus et quidam alii Pier., quod recepit Catræus, ut sint septem colles, quibus postea Roma fuit imposita. Sed *arx* simpl. pro urbe in colle Palatino posita ; cf. inf. 313 ; ad veterem morem, quo acropolis, in colle condita, reliquæ civitatis initia faciebat. *ac rara* Heins. secundum vetustiores, etiam Pier. Vulgo *et*.—100. *tunc* Rom. *Evandrus* Rom. et Medic. ceterique vetustiores : ergo recepit Heins., quem vide post Pierium. Vulgo : *Evander*, etiam passim in seqq., quoties recurrit ea vox.—101. *advertunt* duo Burm. *et ubique* p. Goth. sec.—102. *diem* Dor-

Amphitryoniadæ magno Divisque ferebat  
 Ante urbem in luco. Pallas huic filius una,  
 Una omnes juvenum primi, pauperque senatus, 105  
 Thura dabant; tepidusque cruor fumabat ad aras.  
 Ut celsas videre rates, atque inter opacum  
 Allabi nemus, et tacitis incumbere remis :  
 Terrentur visu subito, cunctique relictis  
 Consurgunt mensis. Audax quos rumpere Pallas 110  
 Sacra vetat, raptoque volat telo obvius ipse ;  
 Et procul e tumulto : Juvenes, quæ causa subegit  
 Ignotas tentare vias ? quo tenditis ? inquit.  
 Qui genus ? unde domo ? pacemne huc fertis, an arma ?  
 Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta, 115  
 Paciferæque manu ramum prætendit olivæ :  
 Trojugenas ac tela vides inimica Latinis ;

*scium magno filio Amphitryonis et Diis, ante urbem, in sylva. Simul Pallas filius Evandri, simul præcipui omnes juvenum, et senatus inops, offerebant thura huic Deo : et sanguis calidus fumabat ante altaria. Quando conspexerunt altas naves, et viros appelli inter umbrosam sylvam, et incurvari in remos tranquillos : terrentur aspectu inopino, et omnes surgunt relictis mensis : quos audax Pallas prohibet abrupte ceremonias, et ipse correpta hasta currit obviam, et eminus exclamat e tumulto : O juvenes, quæ causa impulit vos explorare iter incognitum ? quo itis ? qui estis secundum genus ? unde estis secundum patriam ? an pacem huc portatis, an bellum ? Tunc pater Æneas sic loquitur e summa puppe, et præfert manu ramum olivæ pacificæ : Cernis Trojanos et arma insensa Latinis, quos profugos*

\*\*\*\*\*

vill. et ed. Ven. cum Rom. cod. *solemnis* Mediol.—104. *Pallans* codd., vide Pier. hinc Oudart. cui sec. Moret. quem Parrhas.—106. *dabat* Gud. a m. pr. *trepidus* Zaliel. cum Goth. pr. *ad aras* pr. Moret.—107. Melius esset : *utque inter o.*—108. *tacitos* Rom. et alii Pier. cum Colot. et Medic., quod ex interpretatione profectum. Exquisitor forma *tacitis remis*, sive ut ipsos *tacitos* adnare dicat, sive ut sit pro, *tacite*, nullo aut exiguo undarum strepitu, ut quoque inf. lib. x, 227. conf. Cerda.—110. *quod* Medic. a m. pr.—111. *ille* Goth. tert.—112. *o Juvenes* duo Barmann. *quæ cura* Menag. pr. cum aliquot Pier.—114. *Qui genus* ab Heins. e libb. *τὸς* (κατὰ) τὰ γένος ; vulgo : *Quo genere, qua gente estis ?* alii quis. Franc. *quid g.* Rom. *in arma.*—116. *proten-* dis Gud. a m. sec. *tetendis* Witt. *pauperæque* Rom. a pr. m.—118. *ille* Rom.

#### NOTÆ

103 *Amphitryoniadæ*] Herenli, infra 286.

105 *Senatus*] Concilium senum : quod deinde a Romano et Romanis vocatum est *senatus*.

110 *Mensis*] Ubi vescebantur sacris

carnibus : et pars hæc erat sacrificii. De sacrificiis non interrumpendis, Æn. III. 405. De olivæ ramo tenuis ornato, ad pacem petendam, Æn. VII. 237. De Dardaniis ducibus, Æn. I. 239. De Penatibus, pro domo, Æn. II. 717.

Quos illi bello profugos egere superbo.  
 Evandrum petimus. Ferte hæc, et dicite lectos  
 Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes. 120  
 Obstupuit tanto percussus nomine Pallas :  
 Egredere o, quicumque es, ait, coramque parentem  
 Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.  
 Excepitque manu, dextramque amplexus inhæsit.  
 Progressi subeunt luco, fluviumque relinquunt. 125  
 Tum regem Æneas dictis affatur amicis :  
 Optime Grajugenum, cui me Fortuna precari,  
 Et vitta comtos voluit prætendere ramos ;  
 Non equidem extimui, Danaum quod ductor, et Arcas,

*Latini expulerunt bello feroci. Adimus Evandrum: referte illi ista, et dicite venisse electos principes Trojæ, implorantes societatem armorum. Pallas obstupuit attonitus tanto nomine: Eri, ait, o tu quisquis es, et affare præsens parentem meum, et ingredi domos nostras ut hospes. Simul accepit eum manu, et perterritus amplectens dexteram. Progredientes intrant sylvam, et recedunt a fluvio. Tunc Æneas alloquitur regem amico sermone: Optime Grajugenum, cui fortuna voluit me supplicare, et proferre ramos ornatos tamen: equidem non metui, quod esses dux Græcorum, et Arcas, et quod ab origine cognatus duobus Atrei filiis. Sed pietas*

~~~~~

—119. *ferre hoc* Dorv.—120. *Dardaniæ duces* mihi quidem admodum displicent h. l., inprimis cum sequatur: *tanto percussus nomine. Dardaniæ viros* pars codd. et edd., etiam Aldd. pr., mutatum hoc in ed. sec. in *duces*; hinc in ceteris edd. obtinuit: quod Heinsius codd. auctoritate firmat. Sane *Dardaniæ duces* dictos præferam pro *Dardaniæ viris*; verum, si *lecti* sunt, non tam *duces* quam *vir* dicendi erant. Malebam ergo: *Dardanios venisse viros*, aut, quia sequitur *tanto nomine*, legere: *Dardaniæ venisse ducem—rogantem*. Verum video poetam docte posuisse pluralem pro singulari. Etsi *Dardanios* unus Montalb. exhibet. *Dardaniæ advenisse* quatuor apud Burm. a m. sec.—121. *percussus* Heins. e præstantioribus secundum Pier. Vulgo *perculsus*.—122. *Et gradere* Rom. et boni codd. apud Benedict., quod ille probat, ut sit: *Obstupuit—Pallas, Et, gradere o. q.*—123. *hæc* Gud. sc. via, inepte.—124. *Excepit* Heins. cum Pier. e libb., alii *accepit. Excepitque manum* Hugen. *Excepitque manu* pr. Hamb. *manu dextraque* aliquot Pier. cum Schol. Statii i Theb. 470; sic erit *dextra inhæsit*. cf. Burm. *implexus* alii Burm.—125. *luco* Franc. *fluvioque* Gud. a m. pr.—127. *Optime* vulgg. ante Heins. *In cui precari* antiquitatis studium declaravit poeta, saltem exquisitam orationem captavit.—129. *timui* duo Burm. *extus* sec. Moret. *arces* Rom.—

NOTE

129 *Danaum quod, &c.*] De *Danais*, Græcis, Æn. i. 34. De *Arcadia*, Ecl. iv. 58. De *Atridis*, Atrei filiis, Agamemnone, Æn. iii. 54. et Menelao, Æn. ii. 264. His quomodo conjunctus esset Evander, varie exponit Ser-

vins: multi repetunt ex Atlante, cujus septem filiz fuerunt: quarum ex una et Jove Tantalus Atrei avus prognatus est; ex alia, nempe Maia, Mercurius pater Evandri.

Quodque ab stirpe fores geminis conjunctus Atridis ; 130
 Sed mea me virtus, et sancta oracula Divum,
 Cognatique patres, tua terris didita fama,
 Conjunxere tibi, et fatis egere volentem.
 Dardanus, Iliacæ primus pater urbis et auctor,
 Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus, 135
 Advehitur Teucros ; Electram maximus Atlas
 Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
 Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
 Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit ;
 At Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlas, 140
 Idem Atlas generat, coeli qui sidera tollit.
 Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.

mea, et sacra monita Deorum, et majores nostri consanguinei, et fama tua sparsa per terras, sociaverunt me tibi, et auctoritate fatorum impulerunt me jam volentem. Dardanus, primus parens et fundator urbis Trojanae ; natus, quemadmodum Græci testantur, Electra filia Atlantis ; appulsi sunt ad Teucros. Maximus Atlas, qui portat humeros orbes cælestes, genuit Electram. Mercurius parens est vester, quem candida Maia peperit conceptum in frigido cacumine Cyllenes. At, si aliquam damus fidem iis quæ audivimus ; Atlas, idem Atlas qui portat astra cæli, genuit Maiam. Ita gens utriusque dividit se ab eodem sanguine. Confusus his

130. *ab stirpe* Heins. e Medic. Vulgo *a stirpe*.—131. *Sed tua me virtus, tua terris didita fama, Cognatique patres et sancta oracula Divum Conjunxere tibi ; vir doctus* Obss. Misc. Vol. 1, p. 19. Potuisset quidem poëta et illud velle ; ut ap. Horat. *tua me tibi virtus fecit amicum*. Sed poëta nunc alterum voluit.—132. *didita* Rom. et alii, et *debita* ap. Pier. et Burm.—135. Rufinianus de Schem. Lex. p. 254 corrupte : *Electram Graii p. A. cretam*.—136. *maximus Atlas* Rom.—137. *axes* ed. Ven. *auxes* Goth. tert.—139. *Cyllene* Medic. et al., *perperam*. *Cylleni* Mentel. pr. a m. pr. *Cilleni* Dorvill. *Cyllenes* edd. ante Pier., et ante Heins. in *vertice*.—140. *quicquam* si Goth. tert. si cuiquam Rom. aliquot Pier. *auditi si quicquam creditis* Gud. a m. pr., unde Heins. conj. *auditi si quicquam credimur*, quod nemo facile præstare dicat. *auditus* Dorvill. cum Goth. sec.—141. *genuit* duo Burm. qui s. *torquet* Schol. Horat. et ed. Junt. ex aliis locis, iv, 482. vi, 798, ait Heinsius ; at h. l. aliter habere scriptos. Neque tamen satis placet *rd tollit*. Saltem est, *βαρτάζει*, pro sustulit, sublatum humeris fulcit, portat.—142. *fudit*

NOTÆ

131 *Mea me virtus, &c.*] Conscientia virtutis meæ, qua nihil mihi videbar commisisse, quod odio tuo dignum esset.

134 *Dardanus, &c.*] De Dardani origine, Æn. III. 167. De *Atlante*, Æn. IV. 247. De *Electra*, et *Maia*, et *Pleiadibus* sororibus, Ge. I. 138. De *Mer-*

curio, et *Cyllene* monte Arcadiæ, Æn. I. 301.

138 *Vobis Mercurius pater est*] Vel *vobis Arcadibus* : quia natus ille in Arcadia. Vel *vobis Evandro et Pallanti* : diximus enim 51. Mercurium habitum esse patrem Evandri.

His fretus, non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi : me, me ipse, meumque
Objeci caput, et supplex ad limina veni. 145

Gens eadem, quæ te, crudeli Dæmia bello
Insequitur; nos si pellant, nihil afore credant,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant,
Et mare, quod supra, teneant, quodque alioit infra.
Accipe, daque fidem. Sunt nobis fortia bello 150
Pectora, sunt animi, et rebus spectata iuventus.

Dixerat Æneas. Ille os, oculosque loquentis
Jamdudum, et totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert : Ut te, fortissime Teucrum,
Accipio agnoscoque libens ! ut verba parentis, 155
Et vocem Anchisæ magni vultumque recorder !
Nam memini Hesione visentem regna sororis

rebus, non adhibui cum calliditate legationes et prima experimenta tuæ voluntatis : ego memet exposui, et accessi supplex ad domum tuam. Eadem natio Rutula, quæ te persequitur bello inhumano, nos etiam persequitur : si nos ejiciat ; nihil putat defuturum, quominus subiciat sub ditionem suam omnem omnino Italian ; et occupet mare quod allambit eam supra, et quod infra. Accipe, et præbe fidem : sunt nobis corpora robusta ad bellum, sunt animi, et juvenes insignes rebus gestis. Æneas sic dixerat : Evander jamdum circumspiciebat oculis vultum et oculos et omne corpus dicentis. Tunc ita respondet paucis : O generosissimi Trojanorum, quam libenter agnosco te et excipio ! quam bene reminiscor sermonem et vocem et speciem magni patris tui Anchisæ ! Nam memini Priamum, filium Laomedontis, invicentem regnum sororis suæ Hesione, et eandem Salamina, continuo itinere perlustrasse

Dorvill. ab imo Goth. sec.—144. memet ipse codd. Burm., qui infimi loci libros habuit : etiam aliquot Pier. cum Goth. sec.—147. Heins. distinguebat : Insequitur nos : si p. pellat duo Heins. afore Medic. offere pr. Moret. a m. pr. pro obfore, ex affore, quod alii scribunt, ut Gothani.—149. quodque supra ed. Junt. abluat aliquot Pier. et Burm.—151. e rebus aliquot Pier.—152. osque ocul. Leid., quod Cunningham. conjiciebat. Iste os Witt.—153. l. l. pectus Witt. a m. pr.—154. Tunc ante Heins. justissimo Exc. Burm.—155. Adapicio aliquot Pier. et ed. Ven.—157. Hesiones ante Heins.,

NOTÆ

146 Dæmia] Rutula, a Dauno rege, patre Turni, Æn. vii. 794. De Hesperia, Æn. i. 534.

149 Et mare, quod, &c.] Superum, sive Adriaticum : ad septentrionem Italiæ : inferum, sive Tyrrhenum, ad meridiem.

157 Hesione, &c.] Hesione, Laomedontis filia, uxor Telamonis Salaminis

insulæ regis, inter Peloponnesum et Atticam. Æn. iii. 476. De Arendis, Ecl. iv. 58.

Visentem regna sororis Priamum] Alii non visentem animi causa ; sed captivum illuc abductum a Telamone sororis marito aiunt : ut jam dictum Æn. iii. 476. De Laomedonte Priami patre, Ge. i. 502.

Laomedontiaden Priamum, Salamina potentem,
 Protenus Arcadiæ gelidos invisere fines.
 Tum mihi prima genas vestibat flore juvena; 160
 Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
 Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat
 Anchises. Mihi mens juvenali ardebat amore
 Compellare virum, et dextræ conjungere dextram.
 Accessi, et cupidus Phenei sub moenia duxi. 165
 Ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
 Discedens chlamydemque auro dedit intertextam,
 Frænaque bina, meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.
 Ergo et, quam petitis, juncta est mihi fœdere dextra:
 Et, lux cum primum terris se crastina reddet, 170
 Auxilio lætos dimittam, opibusque juvabo.

frigidam regionem Arcadiæ. Tunc prima juvenus tegebat mihi malas lanugine: et admirabar principes Trojanos, et admirabar ipsum Laomedontis filium: sed Anchises incedebat sublimior omnibus. Animus fervebat mihi juvenili desiderio alloquendi hominem, et sociandi dextram dextræ. Adivi eum, et cupidus deduxi eum ad urbem Pheneum. Ille abiens donavit mihi illustrem pharetram, et sagittas Lycias, et chlamydem intextam auro, et fræna duo aurea, quæ meus filius Pallas modo habet. Itaque hæc etiam dextra, quam rogatis, jam a me sociata est fœdere vobiscum: et quando primum dies crastina se referet terris, remittam vos refectos.

~~~~~

quem vide. *Hesione* al. *Hisionæ* Rom. *Hesionis* Goth. sec.—158. *Laomedontiadem* alii, præter edd. vett. Macrob. cum Goth. pr. et v. 162 alter.—159. *Protenus* Pier. et al., ut alibi, h. l. est porro, ulterius pergendo. Ceterum offendit *visentem* *invisere*. Vidit hoc idem sagax vir, Jac. Bryant, qui totum versum sublatum esse malit, quippe otiosum ad sensum, et ingrato modo interpellantem reliqua. Verum, si id feceris, ad sententiam explendam senties aliquid deficere.—160. Cum Ven. *vestibat* codd. Pier., quem vide. *juvenus*, *juvenas*, variant codd. Pier. et Heins.—161. *duces Teucrum* Gud. pro diversa lectione, quod ornat Heins. Sic quoque Goth. sec.—163. *juvenali* e codd. suis et Pier. restituit Heins. pro vulgari, *juvenili*.—164. *dextrum* et *c. dextræ* aliquot Pier. et *dextram c. dextræ* Parrhas. et Erf. et *dextræ jungere dextram* Ven.—165. *Phinei*, *Phænei*, *Phænei*, *Finei*, *Penci*, *Phinci*, aberratt. Est *δ et η φενός*.—167. *intertexto* Rom. cum Moret. sec. Rottend. pr. a m. pr. tert. Mentel. Reg. et Exc. Burm. et arridet Heinsio. Scilicet inest aliquid prisici roboris, *δ τῆς ἀρχαῖουτος πλως*. Recepit quoque Wakefield; alterum tamen docte dictum, epitheto translato ad alterum.—169. et *erasum* Dorrill. et *nunc quam* Leid. quæ Montalb.—170. *lux quam* Bigot. *terris primum* Leid.—171. *tutos* aliquot Pier. tresque Burm. *demittam* ed. Junt. *dimittam*

#### NOTE

165 *Phenei*] *Pheneum* vel *Pheneus*, commendabantur sagittæ et pharetræ, Æn. iv. 143. De *chlamyde*, *casaque*, Æn. iii. 484.

Interea sacra hæc, quando huc venistis amici,  
 Annua, quæ differre nefas, celebrate faventes  
 Nobiscum, et jam nunc sociorum assuescite mensis.

Hæc ubi diota, dapes jubet et sublata reponi 175

Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili  
 Præcipuumque toro et villosi pelle leonis  
 Accipit Æneam, solioque invitat acerno.  
 Tum lecti juvenes certatim aræque sacerdos  
 Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris 180

Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.  
 Vescitur Æneas, simul et Trojana juvenus,  
 Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

Postquam exempta fames, et amor compressus edendi,  
 Rex Evandrus ait : Non hæc solennia nobis, 185  
 Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram

*subsidio, et adjuvabo viribus meis. Interim, quandoquidem accessistis huc ut amici, perficite benevoli nobiscum hæc annua sacrificia, quæ non licet differre, et jam inde assuescite epulis sociorum. Postquam hæc dicta fuerunt, imperat cibos et pocula subducta referri, et ipse constituit homines in herbida sede : et admittit principem Æneam in torum et pellem setosi leonis, et inducit in solium ex acere. Tunc juvenes electi et sacerdos aræ certatim portant viscera tosta taurorum, et accumulunt in calathis munera confecti panis, et proferunt vinum. Æneas, et simul Trojana juvenus, comedit dorsum longi bovis et viscera piacularia. Postquam fames ablata fuit, et cupido comedendi satiata : rex Evander dixit : Non superstitio falsa, et inscia Deorum antiquorum, indixit nobis has ceremonias, has epulas ex consuetudine,*

~~~~~

Puget.—172. s. huc quando v. Menag. pr.—173. Annue alter Hamb. celebrare alter Menag.—174. ac jam Goth. tert. jam abest Parrhas.—177. Principioque Menag. pr.—179. lati tres Burm. cum uno Goth.—180. ferant pr. Mentel.—181. frequentant ed. Ven.—183. Perpetuo Goth. tert., ex interpret.—184. comprehensus Rom. ap. Pier.—185. Evander pauci v. Pier. Evandros duo Burm.—186. tanti nominis aram malit Cerda; quia ara maxima v. 271.—187. veterum ante Heins. conf. Pier.; sicque omnes Goth. cum Erf. Donatum

NOTE

175 *Sublata....Pocula*] Metu navium adventantium. De toris, herbeis sedilibus, Æn. III. 224. *Acerno*, ex acere arbore, *crable*. De more *sedendi* ad mensas, Æn. I. 702. De *assis* et *elixis* carnibus, Æn. I. 215. De *Cerere*, pro pane, Æn. I. 181. De *Baccho*, pro vino, Ecl. v. 69.

183 *Perpetui tergo bovis, &c.*] Boves constat integros ad ignem et epulas

aponi solitos apud veteres : et apud Homerum aliosque aponi præcipue viris principibus *dorsum*, illudque *δρεκὲς*, longum, continuum, porrectum : quod hic *perpetuum* dicitur. *Extis lustralia* : quæ religiose comesa, *lustrare*, id est, purgare putabantur, Æn. III. 279. De *extis*, Æn. IV. 64.

185 *Evandrus*] Græca forma, *Εὐανδρος* ; Latina, *Evander*.

Vana superstitio veterūmq̃ ignara Deorum
 Imposuit: sævis, hospes Trojane, periclis
 Servati facimus, meritosque novamus honores.
 Jam primum saxis suspensam hanc aspice rupem : 190
 Disjectæ procul ut moles, desertaque montis
 Stat domus, et scopuli ingentem traxere ruinam.
 Hic spelunca fuit, vasto submota recessu ;
 Semihominis Caci facies quam dira tenebat,
 Solis inaccessam radiis ; semperque recenti 195
 Cæde tepebat humus ; foribusque affixa superbis

hæc altaria tanti Dei: exequimur istud, o hospes Trojane, erepti e gravibus periculis; et renovamus meritum cultum. Considera nunc primo hanc rupem sustentatam saxis: quemadmodum moles longe disruptæ, et domus in monte stat vacua, et saxa accumulaverunt magnam ruinam. Hic fuit caverna subducta in longam profunditatem: quam dira species Caci semihominis occupabat, inviam luci Solis: et terra semper illic calida erat stragibus novis: et capita hominum fixa ad crudeles

~~~~~

suspisor veterumque ignara parentum legisse; sed recte Deorum se habet; non novam hanc esse ait religionem et a priscorum Deorum cultu temere recedentem. Bene exponit locum Lactant. iv Inst. 28.—188. *hostes* Franc. *h. servata* pr. Menag.—189. *S. colimus* Menag. pr. *meritos sacramus* Dorvill. et Exc. Burm. *renovamus* pr. Moret. *novare* bene dictum de sacro anniversario.—190. *Jam pridem* unus pervetus Pierii (est is Romanus) cum Palatino ap. Benedictum, et pars Heins. *accipe* Franc. a m. pr. *Hanc primum s. s. suspice* r. Serv. ad i Æn. 442.—191. *dejectæ* Rom. et Palat. idem, *perperam*. conf. i Ge. 283. conf. inf. 355. *disjecta est p.* Goth. sec.—192. *texere* duo Burm.—193. *Hæc* qu. Moret. *huic* Ven.—194. Interpunxi post *Rurum* et alios: *Semihominis Caci facies quam dira t.*, ut sit *facies Caci* pro *Caco*. cf. inf. 298. vi, 575 et Burm. h. l. Vulgo interpungebatur, *Hic spelunca fuit*—*Semihominis Caci: facies quam dira tenebat*; ita sententia est: *cujus speluncæ facies erat dira, quem d. sec. Moret. tenebat* revocavit Heins., alii cum Rom. *tegebat*; ut sit: *facies quam dira tegebat*, quod et Cuningham. prætulit.—195. *inaccessam* duo Heins. *inaccessam* Franc. *inadspectam* Schol. Statii Theb. i, 362, quod non displicebat Burmanno.—196. *que* abest Medic. Pierii et aliquot Heins. *for. suspensa sup.*

# NOTÆ

187 *Veterum ignara Deorum*] Non colimus Herenlem, recentiore Deum, contemptu antiquiorum et majorum Deorum, quales Jupiter, Apollo, &c.

194 *Semihominis Caci, &c.*] Media parte fera, media homo virgisse dicitur: nihil tamen ei affingit Virgilius ex fera, præter villosum pectus, infra 266. Huic Propertius tribuit tria capita, l. iv. 9. Livius pastorem ait fu-

isse, ferocem viribus. Nomen a *kakos* *malus*. De *Geryone tergemino*, ejusque bobus ab Hercule direptis, Æn. vii. 662. De *Alcide*, nomine Herculis, infra 288.

*Semihominis, &c.*] Sic restituit N. Heinsius ex MSS. *Facies Caci tenebat*: id est, *Cacus tenebat*. Sic Æn. iii. 591. 'Ignoti nova forma viri...manus ad littora tendit.' Id est, *vir ignotus manus tendit*.

Ora virum tristi pendebant pallida tabo.  
 Huic monstro Vulcanus erat pater; illius atros  
 Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.  
 Attulit et nobis aliquando optantibus ætas 200  
 Auxilium adventumque Dei. Nam maximus ultor,  
 Tergemini nece Geryonæ spoliisque superbus,  
 Alcides aderat, taurosque hac victor agebat  
 Ingentes; vallemque boves annemque tenebant.  
 At furiis Caci mens effera, ne quid inausum 205  
 Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,  
 Quatuor a stabulis præstanti corpore tauros  
 Avertit, totidem forma superante juvencas.  
 Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,

*portas pendebant liventia tristi sanie. Vulcanus erat parens hujus monstri: monstrum eructans ore nigros ignes Vulcani, efferebat se vasta mole. Tandem tempus attulit nobis cupientibus opem et præsentiam Dei. Nam venit Hercules, illustris vindex, insignis morte et spoliis Geryonis tricarporis: et victor pellebat per hanc regionem tauros magnos: et boves implebant vallem et sturium. Sed animus latronis Caci concitatus, ne asperesset quicquam criminis aut fraudis, quod non auderet aut tentaret, abducit a stabulis quatuor tauros eximio corpore, totidem vaccas pulchriore specie. Et ne aliqua vestigia restarent ex angulis rectis: hos abductos*

~~~~~

aliquot Pier., ex interpretatione.—197. *aqualida* Medic. a m. pr. Conjecit quoque *aqualida* Benti. ad Lucan. II, 165.—198. *Huic Vulcanus erat monstro malebat* Cunningham. Itane poëtæ variare numeros non licebit? atrox Franc.—201. *advantus* neminem maluisse miror. m. *heros* aliquot Pier.—202. *Geryonæ* vindicavit Heins. post Guellium, meliorum codd. auctoritate: ex *Ἡρώδης*. Vulgo: *Geryonis*, ex *Ἡρώδης*. *Geryoni* Rom.—203. *huc* Franc. a m. pr. cum Goth. tert. et Erf.—205. *furiis* retraxit Borm. pro *furiis*, quod Heins. defenderat. Codicum quidem auctoritas utramque lectionem tuetur, priorem imprimis Servius, eamque probant Stephanus, Broukhus. et Marklandus cum Burmanno; que tamen hic affert, levia sunt. Dicuntur *ferus* et *efferus* promiscue cum et sine adjecto casu. Equidem *furiis efferus* præfero: primum, quod poëtico ornatui hoc consentaneum; *furiis* vero vocabulum epica gravitate indignum et exile. Tum *furiis* in *furiis* mutatio prona fuit, e veteri scriptura; non item inversa ratione. Tandem in *furiis* conspirant Rom. et Medic., principes diversarum sectarum: *furiis* in recentioribus regnat, ut in tribus Goth.—206. *intractatum* Rom. et Medic. Pierii, cum Gud. et tribus aliis Heins., quod placebat viris doctis, jam olim Benedicto, quia *tractare* et *contractare* de furiis proprie dicuntur. Recte quidem; sed alienæ istæ ab h. l. argutiæ; ante Heins. erat vulgatum: *intentatum*: hoc habet Medic. a m. sec. et pars codd.; si *intentatum* a poëta profectum non est, saltem alterum eo sensu est accipiendum. *fuissent* Medic. et Gud. a m. pr. *fulisset* alter Hamb. Sane *fuisset* dictum pro, *easet*. Wakefeld, qui *intentatum* recepit, dubitat quoque, an non *relinquat* reponendum sit.—208. *Advertit* Dorvill.—209. *Atque has Ven. servat*

Cauda in speluncam tractos, versisque viarum 210
 Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
 Quærenti nulla ad speluncam signa ferebant.
 Interea, cum jam stabulis saturata moveret
 Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
 Discessu mugire boves, atque omne querelis 215
 Impleri nemus, et colles clamore relinqui.
 Reddidit una boum vocem, vastoque sub antro
 Mugit, et Caci spem custodita fefellit.
 Hic vero Alcidae furiis exarserat atro
 Felle dolor: rapit arma manu nodisque gravatum 220
 Robur; et ætherii cursu petit ardua montis.
 Tum primum nostri Cacum videre timentem

cauda in cavernam, et raptos aversis signis via, abscondebat vasta rupe. Nulla signa ducebant ad cavernam eum qui quæstioisset. Interim cum Hercules educeret e stabulis armenta jam saturata, et præpararet discessum: boves in egressu cæperunt boure, et tota sylva coepit repleri questibus, et colles cæperunt deseri cum clamore. Una vaccarum remisit clamorem, et sub caverna spatiosa reboavit, et inclusa frustravit spem Caci. Tunc autem Hercules dolor inflammatus est in iras nigra bile: sumit manu arma, et truncum gravem nodis, et currendo contendit ad alta spatia montis. Tunc primo nostri homines aspexerunt Cacum timentem et visum

pr. Moret. v. certis Parrhas.—210. *tauros* pro *tractos* sphalma Goth. tert.—211. *reptos* post *tractos* tautologum esse censens Wakefield, non modo conjicit, sed et reponit: *Indiciis, raptos saxo occ. ut apud Propert. iv, 9, 9 Incola Cacum erat, metuendo raptor ab antro.*—212. *Quærentem* vulgo inde a priscis edd. lectum. *quærentis* Heins. adoptavit e Medic. aliisque, ut *ferebant* sit, *se ferebant.* *quærentis* Rom. et alii Pier., quod et Heinsius aspicatur ab initio fuisse in libris exaratum. *quærentes* Gud. a. m. sec. cum tribus Heins. *quærente* Medic. Pierii. An *quærentum*, quod Burm. præscripsit, ullibi legatur, non invenio. Versum forte abesse posse, concedo. At Wakefield pro adulterino etiam habet.—213. *movebat* Ven.—214. *habituque* duo Burm. *parabat* Medic. a. m. pr. *pararat* qu. Moret. *pararent* Rom.—215. *Discessum* Gud.—216. *relinquit* Goth. tert. *reliquit* sec. *colles relictis* (scil. *impleri clamore*) conj. Jo. Schrader.—218. *Mugit* Rom., aliquot Pier. et Menag. alter.—219. *Alcides* Ven. *atro* Rom. *f. exardet* vel *exarsit* et *atro Felle dolor*: malebat Dorvill., nec male; etsi durior illa structura, duplici auferendi casu juxta appposito, non infrequens est: *furiis*, per *furias*, propter iram.—221. *Robor* Gud. et Mentel. pr. *ætherii* novavit Burm. pro *aerii*, quod alii habent.—222. *tremement* tres

NOTE

219 *Atro Felle dolor*] *Felle*, pro *bile*: in qua videtur poëta iracundiam ponere.

220 *Arma...nodisque gravatum Robur*] Vel eandem rem dixit, *clavam*, quæ ip-

Delph. et Var. Clas.

sus erant arma: vel alia arma præter clavam, nempe sagittas; quia 249. *densper Alcides telis premis.* De robore, gravi ligno, Ge. i. 162. De Euro, vento orientali, Ge. i. 371.

Virg.

3 8

Turbatumque oculis. Fugit ilicet ocyor Euro,
 Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.
 Ut sese inclusit, ruptisque immane catenis 225
 Dejecit saxum, ferro quod et arte paterna
 Pendebat, fultosque emuniit objice postes:
 Ecce furens animis aderat Tirynthius; omnemque
 Accessum lustrans huc ora ferebat et illuc,
 Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira 230
 Lustrat Aventini montem; ter saxeas tentat
 Limina nequicquam; ter fessus valle resedit.
 Stabat acuta silex, præcisis undique saxis,
 Speluncæ dorso insurgens, altissima visu;
 Dirarum nidis domus opportuna volucrum. 235

turbatum. Statim fugit celerior Euro, et currit ad cavernam: metus adjunxerat pennas pedibus. Postquam clausit se; et fractis vinculis demisit saxum ingens, quod pendebat ferro et arte patris Vulcani; et munivit portam defensam hoc obstaculo: ecce Hercules adest furiosus animo, et considerans omnem aditum immittit oculos huc et illuc, stridens dentibus. Ter ardens furore circuit totum montem Aventinum; ter incadit frustra saxeas portas; ter sedit lassus in valle. Erat rupes acuta, saxis undequaque accinis, erecta e dorso cavernæ, visu excelsissima, latebra accommoda nidis avium funestarum. Cum illa iugo

~~~~~

Burm.—223. *oculi* novatum erat a Burmanno. Sic duo Heins., Bigot. et pro var. lect. Servius. Probat quoque Wakefield. *oculos* Gud., quod Heinsio merito arridebat. *oculis* vulgo ubique legitur, quod utique amplector, etiam tanquam magis epicum, pro vulgari: *nostri homines viderunt cum turbatos oculos habentem*. Argutatur Burm., dum *turbatus* solum sic sufficere dicat: Lucan. III, 356 *cum turbato jam prodita cultu Ira ducis*. Sic enim *turbatus animo*, et *animi*. Nec aliter Græci: *ταραχῶδεις τὸ δόξαζουσ*. *Turbati* autem non modo ira, amore, furore, verum et timore a poëta aliquis dicitur. *fugit illico* Montalb. *ilico* et Goth. sec.—225. *includit* Goth. sec. *que* abest Parrhas.—226. *Objecti* Leid.—227. *obice* al., ex more. *objice* ed. Mediol. *emunit* Rom.—228. *animi* Leid. *que* in fine aberat aliquot Pier. et Goth. tert.—230. *tunc totum* Menag. pr. *frendens* Rom.—231. *Aventinum* tert. Rottend. pro div. lect. et Oudart., sed alterum doctius: ut *mons Timari, urbs Butkroti*, quæ Serv. laudat; conf. Burm.—232. Mire distinguebant aliqui ap. Serv. *ter s. t. Limina: nequicquam ter*: f. r. r.—233. *præruptis* Dorvill., a m. sec. interpolatrice.—234. *incumbens* Menag. pr. et Parrhas. cum Goth. sec. e seqq. v. 236.—

#### NOTE

220 *Arte paterna*] Cyclopes enim, ministri Vulcani, artem reperisse dicuntur muniendarum urbium, Æn. vi. 630. *Tirynthius*, nomen Herculis, Æn. vii. 662. *Aventinus mons*, Æn. vii.

657. *Dixitque montem Aventini*, quæ forma urbem Patavi, Æn. i. 251.

235 *Dirarum volucrum*] Bubonum, corvorum, &c.

Hanc, ut prona jugo lævum incumbibat ad amnem,  
 Dexter in adversum nitens concussit, et imis  
 Avulsam solvit radicibus; inde repente  
 Impulit: impulsu quo maximus insonat æther;  
 Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis. 240  
 At specus et Caci detecta apparuit ingens  
 Regia, et umbrosæ penitus patuere cavernæ:  
 Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens  
 Infernas reseret sedes, et regna recludat  
 Pallida, Dis invisæ; superque immane barathrum 245  
 Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes.  
 Ergo insperata deprensus in luce repente,  
 Inclusumque cavo saxo, atque insueta rudentem,  
 Desuper Alcides telis premit, omniaque arma

*curva penderet in fluvium sibi sinistrum; Hercules commovit illam et abrupit erutam intimis radicibus, connixus ab dextra parte in partem oppositam: deinde statim propulit, quo pulsu magnum cælum sonuit, ripæ dissiluerunt, et fluvius territus retrogressus est. At spelunca et magna aula Caci apparuit detecta, et antra tenebrosa intime aperta sunt. Non aliter quam si terræ per vim intime diffracta aperiat domos infernas, aperiat regna pallida, inaspecta a Diis: et si immanis vorago desuper aspiciatur: et umbræ tremant luce infusa. Itaque Hercules desuper urget jaculis Cæcum subito interceptum in lumine inopino, et clausum in rupe cava, et vociferantem insueto modo: et adhibet cuncta arma, et opprimit*

~~~~~

236. *impendebat* tert. Rottend. in *amnem* Rufinian. in Schem. Lex. pag. 255. —237. *Dextera* alter Hamb. *convulsit* Goth. sec.—238. *Advolam* Medic. *Evulsam* Leid.; cf. iii, 575. *volvit* tert. Mentel. *solidis radicibus* Parrhas.—239. *impulso* Mentel. alter. *intonat* aliquot Pier. et Heins.; et sic editum a Cunningham. *aër* Ven.—240. *que abest* aliquot Heins.—241. *Ac* Ven. ut Moret. sec. *dejecta* Goth. tert.—242. *cavernæ* Goth. sec. Non placet repetita in binis versibus vox *penitus*. Priore loco late non male substituebat Schrader. ex Ennii versu, quem vid. in Nota.—243. *Nec s.* Goth. tert.—244. *reserat* et *recludit* pars Pier. et Heins., quod præferam in poëta. *aperit s. ac r.* Parrhas. et Gud. a m. sec. *recludet* sec. Moret. *recludant* alter Hamb.—245. *que abest* ed. Ven. et ex suis membranarum rescissum a Brückio. *super* est, *superne*, *desuper*.—246. *trepidant* Heins. e codd.; vulgo *trepidant*, quod Rom. quoque exhibet: recte, si quid video, modo *que abest*. Abest etiam a Rom. et aliis *que*. Equidem *trepidant immisso*, quod olim erat, præferam. Verum piget mutare quæ incerta sunt et lubrica. Dorvill. *admisso*.—247. *in abest* parte codd. Pier. et Heins.—248. *insueta paventem* codices ap. Pier. Sed *rudens* est *ἐπιβροµήμενος*, ut ap. Callim. in Del. 56 *saxoque insueta* Rom.—

NOTÆ

236. *Lævum*] *Aventinus*, nunc *Monte* igitur stabat ad orientem illius rupis, di *S. Sabina*, Tybrim habet ad occi- quæ erat in monte: si quidem *dexter* dentem, quam Virgilius sinistram in *adversum*. De *sinistra* et *dextra*, montis partem appellat. Hercules Ecl. ix. 15. De *Barathro*, Æn. iii.

Advocat, et ramis vastisque molaribus instat. 250
 Ille autem, neque enim fuga jam super ulla pericli,
 Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
 Evomit, involvitque domum caligine cæca,
 Prospectum eripiens oculis; glomeratque sub antro
 Fumiferam noctem commixtis igne tenebris. 255
 Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem
 Præcipiti injecit saltu, qua plurimus undam
 Fumus agit, nebulaque ingens specus æstuat atra.
 Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
 Corripit in nodum complexus, et angit inhærens 260
 Elisos oculos, et siccum sanguine guttur.
 Panditur extemplo foribus domus atra revulsis;
 Abstractæque hoves abjuratæque rapinæ

ramis et magnis lapidibus. Ille vero (nam nullum jam restat effugium discriminis) emittit gutture magnum fumum, res miranda dictu, et implet totam speluncam obscuris tenebris, auferens visum oculis: et colligit sub spelunca noctem fumidam, mistis tenebris cum flamma. Hercules præ ira non toleravit hoc: et ipse immisit se præcipiti saltu per flammam, qua parte multus fumus impellit se in undam, et magna spelunca exhalat nigram nubem. Tum apprehendit Cacum vomentem in tenebris inutiles ignes, comprimens eum in nodum: et incumbens stringit oculos extrusos, et jugulum aridum sine sanguine. Statim aperitur nigra spelunca portis fractis: et exponuntur luci vacca abducta et præda ablata cum perjurio: et fardum

~~~~~

250. instant Lutat. ad Statium ap. Burm., perperam.—251. *super u. p.* est vulgo legebatur. Ejecit est Heinsius secundum codd. suos et Pierii. *fuga nunc super illa* Diomedes lib. i ap. Heins. *super illa Leid.* *super illa dabatur* alter Menag.—252. *m. dictu* Goth. tert.—255. *Fumigeram* Menag. pr. Bigot. et Goth. tert. *Flammiferam* ed. Ven. *conjunctis* Montalb.—257. *injecit* Heins. e parte codd. pro vulgari *jecit*, quod Rom. cum aliis tuetur. *ejecit* Hagen. quo aliquot Pier.—259. *Sic* duo Burm. *morentem* Goth. tert. cum tert. Mentel., quod mire blandiri vidi viro docto, qui recte observabat, *comere* jam antecessisse, *morentem* autem esse exquisitius et proprium in tali re poetarum verbum. *novantem* alter Hamb.—260. *in medium* Bigot. et Goth. tert. *corripit in nodum* male jungit vetus Grammaticus Anthol. Lat. Tom. i, lib. i, Ep. 45, 10.—262. *extemplo vel interea* Gud. *reclusis* aliquot Pier. Dorvill. et Oudart. pro var. lect. codices hini recentes et mendosi. *repulsis* Goth. tert.—263. *abstractique b. objuratæque* ed. Ven. *adjuratæque* Exc. Burm.—264. *im-*

#### NOTE

421. De *Manibus*, Ge. iv. 469. *Æn.* vi.

743. De verbo *rudere*, Ge. iii. 374.

250 *Molaribus*] Saxis grandibus, quæ molarum instar essent.

257 *Undam Fumus agit*] Vaporem, in modum undæ erumpentem. Ge. ii. 408.

263 *Abjuratæque rapinæ*] Juxta

Servium, *per vim retentæ*: juxta Gentilem, *emtae absque persoluto pretio*: juxta Germanum et alios, quibus assentior, *quas quis habere se negat cum juramento et perjurio*.

Cœlo ostenduntur, pedibusque informe cadaver  
 Protrahitur. Nequeunt expleri corda tuendo 265  
 Terribiles oculos, vultum, villosaque setis  
 Pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes.  
 Ex illo celebratus honos, lætique minores  
 Servavere diem, primusque Potitius auctor,  
 Et domus Herculei custos Pinaria sacri 270  
 \*Hanc aram luco statuit, quæ Maxima semper

*cadaver raptatur pedibus: animi nequeunt satiari, spectando oculos horribiles, et faciem, et pectus semiferi Caci hispidum pilis, et ignes extinctos in gutture. Ab illo tempore solennis est gloria Herculis, et posteri gaudentes coluerunt hunc diem: et primus institutor Potitius, et familia Pinaria, ministra Herculei sacrificii, collocavit hanc aram in hac sylva: quæ ara semper dicitur a nobis Maxima, et quæ sem-*

*mane Goth. tert.—266. pilosa Dorvill.—267. ac Ven. semifera Goth. tert.—268. celebratur pars Heinsianorum codd. servatur Bigot. servatus Goth. tert. honor ex Prisciano Burm.—269. Potitius. Potius, et in Goth. sec. boëtius erratum.—270. sacris Rom. Jo. Marius Matius ap. Heinsium distinguebat post verba: custos Pinaria sacri, ut seqq. statuit ad ipsum Herculem referatur, quem alii aram maximam dedicasse aiunt; conf. Ovid. Fast. 1, 581. Liv. 1, 7. Equidem cum versu 270 finiendam arbitror sententiam, et versus 271. 272 ejiciendos tanquam commentitios et alterum ex altero procusum. Nihil potest esse jejunius et poëta magis indignum quam: quæ Maxima semper Dicitur nobis, et erit quæ maxima semper.—271. statui legebat Pomponius: “Evander*

## NOTE

269 *Potitius, &c.*] Livius l. 1. i. ait post cædem Caci, tum primum bove eximia de grege capta sacrum Herculi factum: ‘adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant. Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta apponerentur: Pinarii extis adesit ad ceteram venirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis solennibus vescerentur. Potitii, ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas ætates fuerunt: donec tradito servis publicis solenni familiæ ministerio genus omne Potitiorum in pœnam interii.’ Quod excidium Potitiæ familiæ contigit sub Appio Claudio Censore anno a. c. 442. L’i-

nariam durasse ad usque Maximini tempora censet Cerdanus; sed fallitur, aliquid ex hoc loco patet jam Livii ætate excisam fuisse. *Potitius* inde dictos quidam putant, quod extis *potirentur*: *Pinarios, a veiva fames*. Sed nugari mihi videntur.

271 *Aram....quæ Maxima, &c.*] Apud Livium l. 1. i. sic Evander Herculem alloquitur: ‘Jove nate Hercules, salve: te mihi mater, veridica interpres Deum, auctorum cælestium numerum cecinit; tibi que aram hic dicatam iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data: accipere se omen, impleturumque fata, ara condita, atque dicata, ait.’ Aram illam in foro boario Romæ perstitisse memorat Ovid. Fast.

\*Dicetur nobis, et erit quæ maxima semper.

Quare agite, o juvenes, tantarum in munere laudum

Cingite fronde comas, et pocula porrigite dextris,

Communemque vocate Deum, et date vina volentes. 273

Dixerat: Herculeæ bicolor cum populus umbra

Velavitque comas, foliisque innexa pependit;

Et sacer implevit dextram scyphus. Ocyus omnes

In mensam læti libant, Divosque precantur.

Deveho interea propior fit Vesper Olympo: 280

Jamque sacerdotes primusque Potitius ibant,

Pellibus in morem cincti, flammisque ferebant.

*per erit maxima. Agite igitur, o juvenes: in celebratione tantæ virtutis, coronatæ capillos foliis, et proferte manibus pocula, et invocate Deum communem, et offerite ei vina libenti animo. Sic dixerat: cum populus arbor gemini coloris, et texit capillos omnium umbra Herculeæ, et pependit implicata frondibus: et sacrum poculum replevit dextram manum. Statim omnes hilares projiciunt cinum in mensam, et orant Deos. Interim occiduo cælo vesper fit cicinior: et jam sacerdotes, et primus Potitius, incedebant cincti pellibus juxta consuetudinem, et portabant faces. Renu-*

~~~~~

instituit: ideo eo loquente melius statui, quam statuit.—272. Hic versus aberat a pr. m. Mentel. pr. et Rottend. sec. At in Leid. finiebatur post *erit*. Markland. ad Stat. iii Sylv. i, 9 reserabat hemistichium; et *erit quæ m. s.* Sane nihil hoc versu jejuniis. et *erit quoque Parrhas*.—273. Ergo agite Priscianus ap. Heins.—274. fronte duo Burm. comam alter Leid. porrigite duo alii. spargite Dorvill. et aliquot Pier. sumite Oudart. pro var. lect. porrigite pocula Goth. tert.—276. Herculeæ umbræ pr. Hamb.—277. æxa Gud. a n. pr.—278. implevit Bigot. dextras alter Hamb. Et dextram implevit sanctus scyphus aliquot Pier.—279. In mensa aliquot ap. Burm. cum Goth. sec. Locum qui sequitur una cum hymno illustravit vir doct. Car. Aug. Böttiger singulari libello 1789.—281. ibat tert. Rottend.—282. flammam aliquot Pier., inter quos Rom. gerebant Goth. pr. Sane parum placet ferebant, ferunt trinis vs.; et quam impedita sit interpretatio versuum *Instaurant epulas et Dona ferunt*: in Notis declaravi. Scilicet si dicere licet quod sentio: hi duo versus

NOTÆ

i. 585. Erat antem forum boarium inter montes Aventinum, Palatinum, et Capitolinum.

275 *Communem Deum*] Dii communes vocantur: qui coluntur ab omnibus populis propter communem utilitatem: sic Mars propter bellum, Mercurius propter artes, Hercules propter debellata ubique monstra. Et singulariter Hercules; qui Arcadibus, Italia, ac Trojanis perinde

venerandus erat. De *populo*, arbore viridi et pallida, Herculi sacra, *perplier*, Ecl. vii. 61.

278 *Scyphus*, &c.] Græca vox, *οὐχῆφος*, vas amplum, Herculi præcipue additum; ut *cantharus* Baccho, ex Macrob. De *libatione in mensam*, Æn. i. 740.

282 *Pellibus in morem cincti*] Vel in morem pastoritiæ vitæ, et Panos Arcadum Dei: vel potius in morem

*Instaurant epulas, et mensæ grata secundæ

*Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum, 285

Populeis adsunt evincti tempora ramis;

Hic juvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes

Herculeas et facta ferunt: ut prima novercæ

cant convivium, et portant jucunda munera mensæ secundæ, et operiunt altaria patinis plenis. Tunc Salii circa aras flammantes accedunt inter cantus, coronati circa capita ramis populeis. Hic est chorus juvenum, ille senum: qui cantu memorant laudes et gesta Herculis: quemadmodum stringens occiderit manu prima monstra

a poëta in margine appositi fuisse videntur ad superiora: *Ocyus omnes In mensam leti libant, Divosque precantur: Instaurant epulas sq. Duobus versibus h. l. ejectis bene procedit narratio: Jamque sacerdotes—flammasque ferebant. Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum, Populeis adsunt evincti tempora ramis.—283. Instaurantque Gud. a m. pr. In Menag. pr. hic ordo erat versuum 285. 286. 283. 284. Versus hos importunos, quocumque te vertas, ejiciendos esse, patebit e Nota.—285. Tunc Rom. accantis Goth. sec.—286. adsunt: adveniunt ad cantum. Nisi dicas adesse ad cantum, seu cantui, esse respondere saltatione. Vox est parum commoda. Jo. Schrader. conj. saltant. et vincti aliquot Pier., inter quos Rom. tænis pr. Voss. et pro var. lect. Gud., et Moret. qu. tenis.—287. atque senum aliquot Pier.—288. fata duo Burm. ferant illatum erat ab Heinsio e libris; alii cum edd. ferunt: haud dubie verius;*

NOTÆ

Herculis, qui leonis pelle indutus erat. De *instaurazione* et renovatione epularum per *secundus mensas*, nbi poma, bellaria, melleæ placentæ, Æn. i. 727.

284 *Lancibus*] *Lanx*, patina est, a latitudine dicta.

285 *Salii*] Primo instituti a Numa, duodecim numero, e patricio genere: duplicati deinde a Tullo Hostilio: armati saltabant ad tibiarum modulos; concussis hasta brevibus scutis, quæ ancilia vocabant. Nomen a *saliendo*: unde licet a Numa instituti sint, et in honorem Martis; tamen apud Evandrum in honorem Herculis inducuntur a Virgilio, qui vim nominis, non rationem temporis spectavit.

288 *Ut prima novercæ, &c.*] *Hercules*, Jovis filius et Alcmena, quæ Amphitryonis Thebani uxor erat, Junonis novercæ odio multis laboribus expositus est: unde cum *Alcides* vo-

caretur, ab *Alceo* Amphitryonis patre; vocatus est Ἡρακλῆς, *Hercules*, ab Ἥρα *Juno*, et κλέος *gloria*. Præcipui ejus labores hic recensentur. i. Cum esset in cunis, immisos a Junone angues duos elisit. ii. Trojam cepit sub Laomedonte, ob negatam sibi mercedem liberatæ a ceto Hesiones, Ge. i. 502. Æn. iii. 476. iii. Cum Eurytus Œchalæ rex, in Thesalia, Iolen filiam ipsi promississet uxorem, et postea denegasset; urbem diruit. iv. Antequam nati essent Hercules, et Eurystheus Mycenarum rex; cum esset in fatiis, hunc alteri servitutum, qui posterior natus esset; effecit Juno, ut Hercules posterior nasceretur: quare subditus Eurystheo, ab eodem ad laboriosissimas expeditiones missus est. Juno hic *iniqua* dicitur, non quidem *injusta*, quod in hymno impium fuisset; sed *infesta*, *infernæ*. *Fata* sumuntur hic

Monstra manu geminosque premens eliserit angues;
 Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
 Trojamque Œchaliāque; ut duros mille labores

290

noverca, et duas serpentes: quemadmodum idem evertit bello illustres urbes, et Trojam et Œchaliā: quemadmodum toleraverit labores mille asperos, sub rage

~~~~~

est enim pro: *ferunt illi*. Retinuit quoque hoc Cuningham.—289. *geminas anguis* Nonius in *elidere*. vid. Heins.—290. *Et b. Ven. deiecerit* aliquot Pier. et Burmann. cum Goth. tert. *devicerit* Ven.—291. *Œthaliā, Œthaliā, Ethaliā, Œthaliā, Echaliā, Œthaliā*, monstra lectionum: et mox *Aritheo, Eritico. et duros* Rom. Macrobian. vi Sat. 6 et duo Heins. *eduros* Medic. *ut durus* Bi-

## NOTÆ

pro auctoritate et voluntate Junonis: sic ait ipsa Juno, Æn. vii. 293. 'fatis contraria nostris Fata Phrygum.' v. Cum hospitio benigne exceptus esset a Pholo Centauro; et Centauri alii ad vini Herculi appositi odorem hostiliter incurrissent; dicitur eos sagittis confixisse. Virgilius tamen Pholum, non ut hospitem, sed ut hostem ejus memorat. *Bimembres* fingeantur Centauri, superiore parte humana, inferiore equina, Æn. vi. 286. *Nubigenæ*, quia nube et Ixione geniti, Ge. iii. 38. vi. Taurum agros Creteusium populantem non occidit quidem, sed ad Eurystheum addoxit. Hunc aiunt quidam immissum a Neptuneo, quem Minos Cretæ rex offenderat: alii taurum fuisse, qui Europam Minois matrem in Cretam transtulerat: alii taurum, cujus amore insanierat Pasiphaë Minois uxor, Æn. vi. 24. vii. Leonem, in sylva Nemeæ, prope Cleonæ Argiæ urbem in Peloponneso, cum neque sagittis neque impacta clava occidere posset, unguibus apprehensum dissecuit; ejusque pellem, quod non esset ferro penetrabilis, in vestem sibi assumsit. viii. Per Tænari promontorii antrum ingressus ad Inferos, Cerberum canem, ad solium Plutonis metu fugientem, inde pertraxit ad Eurystheum,

et reducere jussus est, Æn. vi. 395. *De Stygiis aquis*, et Orco, Æn. vi. 323. ix. Diis magno præsidio fuit contra Gigantes cælum aggressos: quorum inter præcipuos fuit Typhoeus, de quo Ge. i. 279. Æn. ix. 716. Ita Apollodoros. Unde patet vanitas fabularum: quæ eundem Herculem, circa Eurysthei Theseique tempora florentem, jam inde a Gigantei belli ætate fuisse inter Deos docent. x. Hydram, serpentem in aquis et terra vivacem, cui nomen ab *ὕδρῃ aqua*, in Lerna palude degentem, Mycenæ inter et Argos; capitibus septem, aut juxta alios, quinquaginta terribilem; quorum quoties unum abacissum erat, toties alia duplicato numero pullulabant, admoto ad singula vulnera igni tandem interfecit. xi. Cum Dejanira ejus uxor suspectos haberet ejus in Iolen amores, misit ad eum vestem Nessi Centauri infectam sanguine, cui vim inesse andiverat ad amorem excitandum: quam ille cum induisset, indeque sparso per membra incendio, vim doloris pati non posset, excitata et succensa pyra in Ceta monte Thessaliæ, in eam immisit sese; et sic expurgatus omni contagio mortali transiisse ad Deos creditus est.

Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquæ,  
 Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimbres  
 Hylæumque Pholumque manu, tu Cresia mactas  
 Prodigia, et vastum Nemea sub rupe leonem. 295  
 Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci  
 Ossa super recubans antro semesa cruento;  
 Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhoëus,  
 Arduus, arma tenens; non te rationis egentem  
 Lernæus turba capitum circumstetit anguis. 300  
 Salve, vera Jovis proles, decus addite Divis,  
 Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.  
 Talia carminibus celebrant; super omnia Caci  
 Speluncam adjiciunt, spirantemque ignibus ipsum.  
 Consonat omne nemus strepitu, collesque resultant. 305  
 Exin se cuncti divinis rebus ad urbem  
 Perfectis referunt. Ibat rex obsitus ævo,

*Eurystheo, per potestatem Junonis infensæ. Tu, o heros insuperabilis, occidis manu filios nubis bino corpore, et Hylæum, et Pholum, et monstra Cretica, et inmanem leonem sub rupe Nemeæ. Flumina Stygia te timuerunt: te janitor Inferorum, jacens in antro sanguinolento super ossa semivivata. Nec te species ullæ terruerunt; non terruit ipse Typhoëus, sublimis, intendens arma: non hydra Lernæa magna multitudine capitum circumcinxit te inopem consilii. Salve vera progenies Jovis, adjunkte Diis quasi honor eorum: veni pede prospero et ad nos et ad tua sacrificia propitius. Memorant talia cantibus: super cetera addunt cavernam Caci et ipsum exhalantem flammam. Tota sylva resonat strepitu, et colles resiliunt. Deinde absolutis ceremoniis divinis; omnes redeunt ad urbem. Rex obrutus senio*

got. et Goth. tert.—296. *bimbres*: Voc. Cornificium primum ausum esse fingere notatum est ap. Macrob. vi, 5 extr.—294. *Yleum Pholumque Parrhas. Hylæumq. Polumq.* Goth. sec. *Neleum* Marius emendabat perperam ap. Heins. *Crescia* Dorvill. *metas* Goth. sec.—295. *Nemea sub rupe* Rom. et Medic. God., aliiq. doctius, ex *Néueos*, quam quod vulgo adhuc legebatur *Nemeæ sub rupe*.—296. *stevere* Oudart. *timuere* duo alii Burm.—297. *semesa* Rom. cf. Serv. Seneca ep. 82 subjicit versum ex Æn. vi, 491.—298. *Non te Parrhas. Te nulla* Goth. tert. *nec terruit* duo Burm. cum Goth. sec.—299. *nec te idem cum aliis*.—300. *circumstetit* aliquot Burm.—301. *Deus addite* Parrhas.—305. *Quo sonat* Goth. sec.—306. *Exhinc* duo Burm.—308. *trahebat* pro var.

## NOTÆ

302 *Dexter]* *Propitius*: de hac voce in bonam partem, Ecl. i. 16. agri consiti sive obsiti frugibus, pleni sunt frugibus. Ita plerique omnes.  
 307 *Obsitus ævo]* Plautus in Menæchmis Act. v. 2. 4. 'Consitus sum senectute': id est *plenus annis*: quia et jam dixit Virgilius Æn. v. 416.

Et comitem Æneam juxta natumque tenebat  
 Ingrediens, varioque viam sermone levabat.  
 Miratur, facilesque oculos fert omnia circum, 310  
 Æneas, capiturque locis; et singula lætus  
 Exquiratque auditque virum monumenta priorum.  
 Tum rex Evandrus, Romanæ conditor arcis:  
 Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant,  
 Gensque virum truncis et duro robore nata: 315  
 Quis neque mos neque cultus erat; nec jungere tauros,  
 Aut componere opes norant, aut parcere parto:  
 Sed rami atque asper victu venatus alebat.

*incedebat, et ambulans habebat prope se Æneam comitem et filium suum, et solabatur laborem itineris multiplici colloquio. Æneas admiratur, et emittit leves oculos circa omnia, et delectatur aspectu locorum, et gaudens petit discitque singula vestigia veterum hominum. Tunc rex Evander, fundator arcis, quæ deinde fuit Romana, ait: Fauni et Nymphæ, natæ in illis locis, occupabunt has sylvas: et natio hominum orta truncis et duris arboribus: quibus neque consuetudines neque cultus erat: nec sciebant alligare tauros iugo, aut colligere divitias, aut moderate uti rebus*

~~~~~

lect. pr. Hamb., ut Æn. II, 457, unde huc venisse probabile mihi fit.—309. *Ingrediensque viam vario s. Ven. levabant* Hugén. a m. sec. et Schol. Statii ap. Burm. *lavabat* Rom.—312. *que abest post exquirat* in Ald. pr. *animusque* virum Goth. pr.—315. *et rupto robore* tert. Rottend.—316. *neque jungere* aliquot Pier.—317. *haud* Burm. *nec* Serv. ad Æn. I, 374. *et parcere* alter Hamb. *partis* Leid. *rupto* Medic., sed in litura. *ignorant* Mentel. pr.—318. *victus venatus* Montalb.; per appositionem, ait Heins. *asper cultu* Oudart. *alebant* Ven. et Dorvill.—319. 320. Laudat Augustin. C. D. VII, 36.—

NOTE

‘Temporibus geminis canebat sparsa senectus:’ et sane sic explicandus est Lucretius l. II. 210. ‘Sol etiam summo de vertice dissipat omnes Ardorem in partes, et lumine conserit arva:’ id est, *lumine spargit arva*.

313 *Romanæ conditor arcis*] Conditor oppiduli in Palatino monte, ut diximus §1. cujus in ruinis Romulus deinde prima Romanæ urbis initia constituit, loco quadratam in formam munito. Livius, Plutarchus, Festus, &c.

314 *Indigenæ Fauni, &c.*] Videtur hic per *Indigenas* intelligere *Aborigines populos*, eosque primos statuere

Italiæ incolas, ut diximus Æn. VII. 181. et ita censet Justinus. Quamquam probabilius putat Claverius primos fuisse Siculos; Aborigines vero Siculis posteriores, et aliunde advectos, nempe ex Arcadia; unde sacra eo intulerint Panos et Fauni, qui ab Arcadibus pastoritiæ vitæ deditis colebantur. De *Faunis*, Ecl. VI. 27. De *Nymphis*, Ecl. II. 46.

315 *Robore nata*] Cum enim in cavis arborum truncis primo habitarent, inde nati putabantur. De *robore*, ligno, Ge. I. 161.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
 Arma Jovis fugiens, et regnis exul ademtis. 320
 Is genus indocile ac dispersum montibus altis
 Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari
 Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
 Aurea quæ perhibent, illo sub rege fuerunt
 Sæcula: sic placida populos in pace regebat. 325
 Deterior donec paulatim ac decolor ætas
 Et belli rabies et amor successit habendi.
 Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae;

partis; sed arbores et venatus durus victu nutriebat eos. Saturnus primus venit ab Olympo cælesti, fugiens arma Jovis, et profugus crepto imperio. Hic congregavit gentem innansuetam et diffusam per montes excelsos, et imposuit ei leges, et voluit appellari Latium, quod tuto occultatus fuisset in hac regione. Aurea ætas, de qua loquuntur, fuit sub illo rege: ita continebat populos in tranquilla pace, donec subrepsit sensim sæculum pejus et alterius coloris, et furor belli, et cupiditas possidendi. Tunc venerunt turmae Ausoniae, et nationes Siculae: et Saturnia regio

320. *regnis: terris* pro div. lect. Hugen.—323. *tutus latuisset* ap. Lactant. Heins. in *hortis* Goth. sec.—324. *Aurea quæ perhibent* Heins. refinxit ex codd. tum suis tum Pier., omnibusque omnino præstantioribus, Rom. Medic. al. (etsi Mediceum *quæ ut* exhibere ait; quod Fogginius non expressit). Vulgo lectum erat: *Aureaque, ut perhibent*; quod ortum ex librariorum more *q* per compendium scribendi, quod etiam alii depravationi locum fecit in aliquot Pier. *Aureaque perhibent*—*fuisse*. Argutatur Burm. *fuere* ante Heins.—325. *longa* Serv. v. Burm.—326. *ac deest* Ven.—328. *manus Ausonia*, h. Ausones, præ-

NOTÆ

319 *Primus ab, &c.*] Saturnus Cre-tensis rex, a Jove filio primum liberatus e manibus Titanum, qui eum, orta de regnandi jure controversia, carcere incluserant: monente oraculo, ut a filio sibi caveret; cum eidem strueret insidias, occupatus a filio et e regno ejectus, navi in Italiam venit: ibique exceptus a Jano antiquissimo rege, populos cum eo composuit legibus: unde propter morum castitatem e cælo venisse creditus est, et aureum nomen suo sæculo fecit. *Latium* Italiam appellavit, quod in ea contra filii insidias latuisset. *Primus* venisse in Italiam ex aliis regionibus dicitur a Virgilio, qui putat Janum et Aborigines fuisse

primos loci indigenas, a quibus Saturnus exceptus est. De *Latium*, Æn. vii. 54. De *Olympo* monte, pro cælo, Ecl. v. 56.

326 *Decolor ætas*] *Argentea*, ab aureo colore deficiens: tum *aræa* et *ferrea*, Ge. i. 125.

328 *Ausonia, &c.*] Et hinc patet, inter Italiam populos non eum a Virgilio temporis ordinem statui, qui a scriptoribus reliquis statuitur: quanquam fateor confusa admodum hic esse omnia, nec sibi constare scriptores. Diximus enim *Siculos*, qui et *Sicani* deinde dicti sunt, primos fuisse Latii et Sabinae regionis incolas, eosque indigenas, Æn. vii. 794. *Ausones* vero, primos item et indigenas habitatores

Sæpius et nomen posuit Saturnia tellus.

Tum reges, asperque immani corpore Tybris:

330

A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim

Diximus; amisit verum vetus Albula nomen.

Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem,

Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum

His posuere locis, matrisque egere tremenda

335

Carmentis Nymphæ monita, et Deus auctor Apollo.

Vix ea dicta; dehinc progressus, monstrat et aram,

sæpe mutavit nomen. Tunc venerunt reges, et Tybris ferox vasto corpore, a quo deinde nos Itali appellavimus flumen nomine Tybrim: et vetus Albula perdidit proprium nomen. Fortuna omnipotens et fatum inevitabile constituerunt his in sedibus me, ejectum e patria, et quærentem ultima spatia maris: et terrificæ vaticiniæ Carmentis Nymphæ matris meæ, et Deus Apollo suator, duxerunt me. Vix ea prolata

~~~~~

clare Heins. reposuit ex Medic. Gnd. et Ven. a m. sec. cum Romano. Vulgo cum Servio: *m. Ausonia*. In Bigot. abest *et*.—334. *et i. bellum* sec. Morel., male.—335. *erigere tremenda* Rom.—336. *et monita* Parrhas.—337. *dein* Mont-

#### NOTÆ

Italiæ, fretum versus Siculum, Æn. vii. 54. Virgilius vero censet utrosque esse advenas, Saturno posteriores. Tum hic alter etiam notatur Virgillii error: quod Saturni ætatem ab Evandri Latiniq[ue] temporibus hic longe removet; cum effluxisse ab eo videatur ætatum quadruplex mutatio, aureæ, argenteæ, æreæ, ferreæ: tamen Æn. vii. 47. Saturnum Latini proavum facit.

330 *Asperque immani corpore Tybris, &c.*] Rex Tuscorum, qui occisus juxta fluvium Albulam, huic nomen reliquit suum. Ita Festus et alii. Livius tamen et Ovidius hoc nomen repetunt a Tiberino Albanorum rege, qui eo demersus est. Oritur in Apennini jugis, in septentrionali Etruriæ parte, juxta Umbros: dividitque totam Etruriam, seu Tusciam, ad orientem ab Umbris, Sabinis, et Latio: unde quia Tuscis maxime obicitur, dicitur a poetis *Tuscus amnis*, potius quam *Sabinus* aut *Latinus*. Evolvitur

in mare Tuscum sive Tyrrhenum duobus ostiis: ad orientale ostium urbs est Ostia; prope occidentale urbs Portus.

336 *Carmentis, &c.*] Seu *Carmentæ*, matris Evandri; quæ Græcis dicta *Themis* juxta Dionys. aut *Nicostrata*, juxta Solinum: Latinis dicta est *Carmenta*, quia futura *carmine* evulgabat. De *Apolline* vaticiniorum præside, Ecl. iii. 104.

337 *Progressus*] Ex ripa orientali Tybris et radicibus Aventini, progressus ad septentrionem, quo loco spectabat Aventinum ad meridiem, Capitolinum ad septentrionem, Palatinum ad orientem: ibidemque forum fuit deinde boarium, ubi ara Herculis maxima.

*Aram*] Vel *Maximam* Herculis, supra 271. vel aram ipsius *Carmentæ*, juxta Carmentalem portam, sub Capitolino monte; de qua Dionysius l. 1. *Romano nomine* dictam ait Carmentalem: Carmenta enim no-

Et Carmentalem Romano nomine portam  
 Quam memorant, Nymphæ priscum Carmentis honorem,  
 Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros 340  
 Æneadas magnos et nobile Pallanteum.  
 Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum  
 Retulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,  
 Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

fuertunt: deinde progrediens, ostendit et aram, et portam Carmentalem, quod nomen est Romanum, quam narrant esse antiquum honorem Carmentis, vatis aperiens fata: quæ prima prædixit, Romanos illustres evanuros, et Pallanteam celebrem fore. Postea ostendit magnam sylvam, quam Romulus deinde convertit in asylum; et ostendit Lupercal sub frigida rupe, appellatum ex cultu Arcadico Panos Lycæi.

alb. et arma Medic.—338. Romani nomine Gud. cum quatuor aliis Heins.; adde Medic.; nec assequor, unde hæc lectio venire potuerit.—339. memorat Goth. sec. primum C. Ondart., ex interpretatione, arbitror. Interpunctione refeci locum: Et Carmentalem Romano nomine portam Quam memorant, Nymphæ priscum Carmentis honorem, Vatis fatidicæ. Apposita sunt: portam—honorem Nymphæ Carmentis. Antea interpungebatur sic: Et C.—portam: Quam memorant Nymphæ priscum Carmentis honorem Vatis fatidicæ. Ita frigeat totus hic versus, ut eum expungere mallet: expeditio enim fuisset oratio: Et Carmentalem Romano nomine portam Vatis fatidicæ.—341. et nomine P. Rom.—342. asper pr. Hamb., sed acer defendit Burm.; recte, nec tamen expedit. Acer, ut *ἀκρὺς*, est poetis vocabulum proprium virorum fortium, *δραστήριον*, uti alias impiger, promptus, animosus.—344. Parnasio Rom. de monte Bigot. et Goth. tert. Sicque emendabat Jo. Schraderus, fundo emendationis in Ovidio quesito: Fast. II, 423 Quid cetat Arcadio ductos a monte Luperkos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Ita erit: Lupercal dictum de monte Panis Lycæi Parrhasio. Sane montem Parrhasium putes esse debere τὸ ὄρος Παρρῆσιον. At nunc erit dictum pro Arcadico. Lycæi male excusum a Burmanno. Est urbs Arcadiæ Ἀρκαία et ὄρος Ἀρκαιον, vide vel Pausan. VIII, 2 et 38. At Ἀρκαιον

## NOTÆ

men Latinum est. Cecinit Æneadas magnos: quia inter alia, Romanos cecinit gentem fore opulentissimam, supra 271. De Pallanteo, sen Palatino monte, 51.

343 Asylum] Locum a Romulo constitutum inter querceta duo, Capitoliumque et Palatinum: quo quicumque confugerent e vicinis urbibus, salvi ac securi essent: qua arte novam urbem suam frequentem effecit. De asylo, Æn. II, 761.

343 Lupercal] Locum in Palatino monte, ubi Arcades Evandro auctore templum extruxerant Pani Arcadiæ Deo. Illic quotannis ludicrum cele-

brabatur, juvenibus passim discurrentibus nudis, cum scuticis e caprina pelle, quibus obvios quosque cædebant; mulieres præcipue, quæ se his verberibus ad partum juvari existimabant: Luperi ipsi dicebantur. Lupercal, nomen deductum a lupa, seu Lycæo monte Arcadiæ, ubi Pan colebatur: est enim ὁ λύκος lupus. Unde quidam Romulum putant hujus ludi auctorem esse, quod eo in loco a lupa nutritus fuisset. Parrhasia dicta est Arcadia, ab Arcadiæ regione et oppido ejus nominis: cujus conditor fuit Parrhasius Lycaonis filius juxta Steph. De Pane Deo, Ecl. II, 31.

Necnon et sacri monstrat nemus Argileti, 345  
 Testaturque locum, et letum docet hospitii Argi.  
 Hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,  
 Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.  
 Jam tum religio pavidos terrebat agrestes  
 Dira loci; jam tum sylvam saxumque tremebant. 350  
 Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,  
 Quis Deus, incertum est, habitat Deus; Arcades ipsum  
 Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem  
 Ægida concuteret, dextra nimbosque cieret.

*Præterea ostendit quoque sacram sylvam Argileti, et attestatur locum ipsum, et narrat mortem hospitii Argi. Inde ducit eum ad locum Tarpeium et Capitolia, quæ jam aurea sunt, quondam erant aspera dumis incultis. Jam tunc horrida sanctiles hujus loci terrefaciebat trepidos rusticos, jam tunc metuebant sylvam et rupem. Deus, ait, tenet hanc sylvam, hunc collem cacumine sylvestro: dubium est quis sit ille Deus. Arcades putant se vidisse illic ipsum Jovem: cum sæpe quateret dextra manu obscuram ægida, et commoveret nubes. Cernis præterea has urbes duas eversis mu-*

*γυμνάσιον* Athenis, et Apollo Ἀθήκιος.—345. monstrant Goth. pr.—346. et mortem docet aliquot Pier.—347. ad ahest pr. Hamb. et ahest Goth. tert.—349. jam tunc Dorvill., etiam vs. sequ.—350. jam jam aliquot Pier. *sylvam* Rom. saltumque Montalb. tenebant Medic. a m. pr. Bigot.—351. hoc inquit f. v. saxum Gud. pro div. lect. formoso sec. Hamb. Probus i Instit. p. 1395 hoc nemus, hunc, inquit, fontem.—353. vidisse Deum aliquot edd.—354. crearet Hugén. sæpe alieno loco positum meminimus et alibi occurrere: ut statim Ge. i, 354 quid sæpe videntes—et alibi. Mutavi interpunctionem, quam miror nemini moram fecisse. Vulgo: cum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimboque cieret. Quis quæso clypeum, si ægis pro clypeo est, dextra vibret?

## NOTE

345 *Nemus Argileti*] Locum pariter inter Aventinum et Capitolinum, circa forum boarium: quæ pars erat Argei campi. Nomen, juxta Varro-nem, vel ab argillosa hujus loci terra; vel ab *Argo*, quem ait Fabius Pictor fuisse hospitem Evandri: aiuntque passim interpretes hunc, ob affectati regni suspicionem, ab Arcadibus occisum fuisse, inscio Evandro, qui eum hoc loco sepultum præcipuis honoribus affecerit: quare *testatur locum* Evander; id est, locum attestatur, et quasi adjurat, se violati hospitii reum non esse. Alii nomen deducunt ab Argivis Herculis comitibus.

347 *Tarpeiam sedem, &c.*] Montem

dictum primo *Saturnium*, ob Saturniam urbem in eo conditam a Jove, ad memoriam suæ cum Saturno societatis: deinde appellatum *Tarpeium*: denique *Capitolinum*, ab humano capite ibidem invento, cum templi fundamenta Tarquinius Priscus jaceret. Ibi magnus honos habitus deinceps Capitolino Jovi, cujus futuri cultus quædam quasi semina spargit hic Virgilius.

354 *Ægida*] Clypeum Jupiter sibi finxisse dicitur ex pelle Amalthææ capræ, nutricis suæ, Ge. iv. 151. est autem atq[ue] capræ. Sic vocat Homerus, non Jovis tantum, sed Minervæ etiam et Apollinis clypeum: Virgilius item tribuit Minervæ, infra 435.

Hæc duo præterea disiectis oppida muris, 355  
 Reliquias veterumque vides monumenta virorum.  
 Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:  
 Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.  
 Talibus inter se dictis ad tecta subibant  
 Pauperis Evandri, passimque armenta videbant 360  
 Romanoque Foro et lautis mugire Carinis.  
 Ut ventum ad sedes: Hæc, inquit, limina victor  
 Alcides subiit; hæc illum regia cepit.  
 Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum  
 Finge Deo; rebusque veni non asper egenis. 365  
 Dixit, et angusti subter fastigia tecti  
 Ingentem Æneam duxit, stratisque locavit

*ria, reliquias et vestigia antiquorum hominum. Janus pater fundavit hanc arcem, Saturnus istam: huic nomen fuit Janiculum, isti Saturnia. Talibus inter se colloquiis accedebant ad domum inopis Evandri: et passim spectabant armenta boare in foro deinde dicto Romano, et magnificis Carinis. Postquam perventum est ad domum, ait Evander: Hercules victor intravit has portas, hæc aula excepit eum. O hospes, aude despiciere divitias, et ostende te quoque parem Deo, et accede non offensus rebus inopibus. Sic locutus est, et induxit magnum Æneam sub culmina*

Scilicet jungenda sunt: cum Ægida concuteret, dextra nimboque ciceret. Læva vibrat ægidem, dextra autem jaculatur fulmina. Poterat saltem Servius monere: dextra nimboque ciceret: et de dextra fulmina commoceret. Wakefield præfert antiquam interpunctionem, et simul ægidem pro thorace accipit, qui quomodo dextra concutitur, non intelligo.—355. *delectis* Menag. pr. pro *dejectis*; conf. 191.—357. *arcem* bene Heins. e potioribus post Pierium; vulgg. *urbem*, etiam Rom.—359. *ac t. Gud.* a m. pr.—361. *latis* ap. Schol. Horatii Cruqui. 1 Ep. 7, 48. *latis cavernis* Parrhas. a m. sec. *cavernis* etiam Rom.—362. In voc. *victor* argutati sunt veteres. v. Macrob. III, 6.—364. *contingere* Goth. sec.—366. *angusti* Exc. Burm. *subeunt* aliquot Pier. *vestigia* duo Burm.

## NOTE

358 *Janiculum, &c.*] Montes Tybri interfluente discreti: *Janiculum* quidem ad occidentalem ripam; *Saturnius*, sive Capitolinus, ad orientalem: non tamen omnino adversi, nam Capitolinus ad septentrionem magis recedit. In utroque gemina olim urbs fuerat. De *Jano*, Æn. VII. 610. De *Saturno*, supra 319.

361 *Romanoque Foro, &c.*] Deflexo ad orientem itinere, inter Capitolinum et Aventinum, spatium inuisunt illud, ubi deinceps fuit *Forum maximum Romanum*, civilibus negotiis trac-

tandis constitutum. Incipiebat autem a radicibus orientalibus Capitolini; ac deinde ad latus item orientale Aventini excurrerat: qua in ultima parte propius attingebat locum, qui *Carinæ* dictæ deinde sunt *laure*, ob magnificentiam et lautitiam ædificiorum, in quibus domus fuit Pompeii. Nominis ratio non affertur alia tolerabilis; nisi quod, locus in modum carinæ curvus, ac longus esset. De *Alcide*, supra 288. De *ursa Libystide* seu *Libyca*, Æn. v. 37.

Effultum foliis et pelle Libystidis ursæ.

Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.

At Venus haud animo nequicquam exterrita mater, 370

Laurentumque minis et duro mota tumultu,

Vulcanum alloquitur, thalamoque hæc conjugis aëreo

Incipit, et dictis divinum aspirat amorem :

Dum bello Argolici vastabant Pergama reges

Debita, casurasque inimicis ignibus arces; 375

Non ullum auxilium miseris, non arma rogavi

Artis opisque tuæ; nec te, carissime conjux,

*parti tecti, et constituit in lectis eum, sustentatum frondibus et pelle ursæ Libyæ. Nox venit, et ambit terram alis obscuris. Sed Venus genitrix Æneæ, non frustra territa animo, et commota minis Laurentum et aspera seditione, alloquitur Vulcanum, et orditur hæc verba in aëreo lecto mariti, et verbis immittit ei divinum amorem: Dum reges Græci exercebant armis Trojam sibi destinatam, et arces perituras flammis hostibus; nullum subsidium, nec arma artis et operis tui imploravi a te pro miseris Tro-*

—368. *effectum* pr. Rottend. a m. pr. *spoliis* Goth. tert., quod ipsum in mentem venisse video Jo. Schradero, ut sint ipsa pellis ursæ. *Libistridis* Ven.; Julius Sabinus: *vel legatur Hybistidis* (quod nihili esse arbitror), ut a *Siciliis* (in qua nulla Hybista est), ut diximus in quinto (ibi nihil tale occurrit) *vel ut sit a Libya*—*Si volumus intelligere Libystidis, Sicula, ut Libystinus Apollo in Pachyno.* Fuit utique Apollinis Libystini templum in Pachyno. v. Macrob. i. Sat. 17. Sed ab eo nomen ducere alienum est. Pro *Λιβυχ* dictum *Λιβυρρι* ura.—369. Alii novam sententiam ordiuntur cum hoc versu, alterumque 370 subjiciunt.—371. *duro—tumultu* erit ut *bellum durum: pugna dura.* Præstat tamen cum Jo. Schradero legere *duro. muta* tert. Mentel.—373. *inspirat* aliquot Pier. tum Ven. alter Hamb. Dorvill. Parrhas. ed. Ven. *honorem* idem sec. Hamb. *odorem* pr. Voss.—374. Cum sec. Moret. Tum l'anc. *castabant* h. l. de oppugnatione. Jo. Schrader. malebat *quassabant*: quod sane magis proprie diceretur.—376. *que* abest Hamb. pr. a m. pr. *urbes* Oudart., ut v. 357.—377. *opusve* aliquot Pier. et pr. Moret. ac Leid. (si

#### NOTE

370 *At Venus, &c.*] Expressus est hic locus ad imitationem Homeri: apud quem Thetis a Vulcano petit arma pro Achille filio, Iliad. xviii. 369. Virgilius quidem hic Homero superior est dignitate sententiarum: videtur tamen parum prudenter ab eo factum, ut legitimum virum deprecetur Venus pro Ænea, quem adulterio ex Anchisa susceperat; seque adeo genitricem ejus esse gloriatur, 'Arma rogo genitrix nato.' Excusat eam tamen, tum meretricia impudentia, cujus exemplum in Venere exhibit; tum vis muliebrium blanditia-

rum apud senes, qualis Vulcanus. De *Venerē*, Æn. i. 260. De *Vulcano*, Ge. i. 295. De *Laurentibus*, Æn. vii. 63. Porro *thalamus* ille et aula Vulcani, ubi hoc habetur colloquium; in cælo esse fingitur: siquidem 429. Vulcanus e cælo descendit in officinam suam, ad arma fabricanda, circa Liparen insulam. In quo peccavit Homerus, qui aulam et officinam Vulcani simul in cælo constituit.

374 *Argolici, &c.*] De *Argis*, urbe regia Agamemnonis, Æn. i. 268. De *Pergamis*, arce Trojæ, Æn. i. 479.

Incassumve tuos volui exercere labores;  
 Quamvis et Priami deberem plurima natis,  
 Et durum Æneæ flevissem sæpe laborem. 380  
 Nunc Jovis imperiis Rutulorum constitit oris :  
 Ergo eadem supplex venio, et sanctum mihi numen  
 Arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,  
 Te potuit lacrymis Tithonia flectere conjux.  
 Aspice, qui cœant populi, quæ moenia clausis 385  
 Ferrum acuant portis in me excidiumque meorum.  
 Dixerat; et niveis hinc atque hinc Diva lacertis  
 Cunctantem amplexu molli foveat. Ille repente  
 Accepit solitam flammam; notusque medullas

*janis: nec volui adhibere frustra te et tuam operam, o dulcissime marite, quanquam et debebam nulla filiis Priami, et sæpe deploraveram asperam calamitatem Æneæ. Nunc ille jussu Jovis stetit in regione Rutulorum. Itaque accedo ipsa supplex: et peto arma a te, Deo mihi venerando; mater pro filio. Te filia Nerei, te conjux Tithoni potuit expugnare fletu. Considera, quæ gentes convenient, quæ urbes clausis portis acuant gladiis in me et ruinam meorum. Sic locuta est Dea, et candidis brachiis ambiit hinc atque hinc dulci amplexu tardum Vulcanum: ille subito suscepit ignem consuetum; et notus ardor penetravit medullas et irrepsit in*

*opusque usquam legeretur, non improbandum dicerem). opiste sex Heins. cum Erf. opesce Franc. Karissime Dorvill.—378. incassumque Medic.—381. imperio Oblongus Pier. cum aliis, et pars Heins., quod vulgaris. aris Moret. sec.—382. venio et si non m. n. Goth. sec. ex literarum compendio. nomen Leid. Jo. Schrader. conj. et sanctum tibi nomen Arma rogo genetrix nato: ut adeo jungenda sint: genetrix sanctum tibi nomen. An vero Venus Vulcanum erit mater veneranda, quæ natum ex alio viro suscepit? Scilicet morabatur virum doctum non animadversa omissio roû te. Nam est: rogo (te,) sanctum mihi numen, arma.—383. Neri aliquot Pier. et Heins. ac Burm., quod Cuningham. edidit; et sic Servius legerat, cujus locum saniozem exhibet Julius Sabinus. Sed male Servius factum putat ex Neres, Neris, abjecta s; nam i contracta est syllaba ei, uti Achilli, Ulyssi. Illud autem bene observatum, veteres eus extulisse es, Nereus, Neres, ut Achilleus, Achilles, Ulyssens, Ulysses.—384. Tritonia Parrhas.—385. quo cœant pr. Moret. pro quos, ut Heins. suspicatur. In Zulich. superscriptum quam; et Schol. Horat. apud Burm. qua.—386. acuant Oudart. et sec. Moret. postis Franc. exitium quart. Moret.—388. mollis pr. Moret.—389. solidam sec. Rottend. cum Goth. pr. famam alter. notasque pr. Hamb. et Lutat. ad Stat. i Achill. 308.—medullis pr. Voss. et Leid. a m. pr. Recte Burm. hoc serioris ævi esse*

## NOTE

379 Priami . . . natis] Paridi, a quo pulchritudinis præmium tolerat, poemam aureum, Æn. i. 31. De situ Rutulorum, Æn. vii. 795.

383 Filia Nerei, &c.] Thetis, de qua, Ecl. iv. 32. pro filio Achille arma a

Delph. et Var. Clas.

Virg.

Vulcano impetravit. Aurora, Tithoni uxor, pro Memnone filio, ad Trojanum bellum proficiente. De Aurora, Ge. i. 249. De Tithono, Æn. iv. 585, De Memnone, Æn. i. 493.

3 T

Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit : 390  
 Non secus atque olim, tonitru cum rupta corusco  
 Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.  
 Sensit læta dolis et formæ conscia conjux.  
 Tum pater æterno satur devinctus amore :  
 Quid causas petis ex alto ? fiducia cessit 395  
 Quo tibi, Diva, mei ? Similis si cura fuisset :  
 Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset ;  
 Nec Pater omnipotens Trojam, nec fata vetabant  
 Stare, decemque alios Priamum superesse per annos.  
 Et nunc, si bellare paras, atque hæc tibi mens est, 400  
 Quicquid in arte mea possum promittere curæ,

*ossa liquefacta: non aliter atque cum aliquando hiatus flammæ, apertus fulgenti fulmine, rutilus percolit nubes. Uxor id animadvertit, gaudens fraudibus, et sciens vim pulchritudinis suæ. Tunc pater Vulcanus sic loquitur captus amore perpetuo: Cur causas repetis e longinquo? quo abiit a te confidentia in me, o Dea? Tunc etiam fuisset mihi facile arma dare Trojanis, si tunc par voluntas fuisset tibi. Neque Jupiter omnipotens, neque fata prohibebant Trojam persistere, et Priamum vivere ad decem alios annos. Et jam, si vis pugnare, et si hoc tibi est consilium;*

pronuntiat.—390. calefacta plerique Pier. et Heins., etiam Romanus; sed labefacta tuetur Medic. cum aliis, et Servio, haud dubie exquisitis. Proprie mens amore, cui restiterat, vel alio affectu impulsa, victa, dicitur labascere vel labefieri; nunc translatum ad ossa. Sed et ignis labefacit, quando incendia ruinas dant. v. Not.—391. Haud secus Medic. rupta tres Burm.—392. limite nusquam legitur: in quod conjectura incidere possis.—394. derictus ante Heins. in vulg., quod deterius hic et alibi habendum.—395. f. sensat Goth. tert., prave.—396. Quid tibi codd. Pier. Parrhas. Quod t. Rom. Quæ tibi Medic. a m. pr., quod Heinsius distinctione adjuvat. fiducia cessit? Quæ tibi, Diva, mei similis si cura fuisset Rottend. sec. Quo tibi, vita, solito inter amantes blandimento, inquit Burm., quod alienum a gravitate epica. si cura subisset conj. Heins., ne bis in eandem vocem desinat versus. Atqui hoc studio adeo fecisse dicam poetam, hic et alibi, ut sententia utraque tanto manifestationem ex reciprocatione haberet vim ac veritatem (ἐνδραχίαν.) Alias nec sup. 11, 292 simili sibilo extulisset: Si Pergama dextra Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. Heinsius porro simili de causa delere malebat versus sequentem.—397. Tum quoque; qui a Mentel. sec. aberat a pr. m., et quem salvo sensu abesse posse putabat; quod mihi secus videtur; nam sine eo sibi non constat sententia: quam non assequor qualem sibi finxerint viri docti. Agnoscunt versus Rufinianus et Priscianus, Burmanno laudati. Elevat quoque Heinsii suspitionem Cuninghamus.—397. v. ad præced. Tunc Dorvill. et Goth. tert. Teucros nobis Franc.—398. omnipotens Cod. Rutgers. nunc Leid.—399. decimq. duo Burm.—400. si bella reparas Goth. sec.—401. presunt p. curæ Medic. a m. pr. et multi Heins. ac Burm. cum Goth. sec. presunt

## NOTE

398 Nec fata vetabant Stare, &c.] censebantur posse, Æn. 1. 243. De Fata a Diis non immutari, sed differri Teucris, Æn. 1. 230.

Quod fieri ferro liquidove potest electro,  
 Quantum ignes animæque valent: absiste precando  
 Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus  
 Optatos dedit amplexus, placidumque petivit 405  
 Conjugis infusus gremio per membra soporem.

Inde, ubi prima quies medio jam noctis abactæ  
 Curriculo expulerat somnum; cum foemina primum,  
 Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva

*possum tibi polliceri, quodcumque est studii in arte mea, quodcumque potest fabricari ferro et electro liquente, quantum possunt flammæ et flatus: desine orando diffidere tuæ auctoritati. Locutus ea verba, tulit ei cupidos amplexus, et jacens in sinu uxoris quæsiuit per totum corpus tranquillum somnum. Deinde, postquam prima quies abrupsisset somnum, medio spatio noctis jam lapsæ; quando mulier cui præcipuum est sustentare vitam colo et exigua arte, excitat ignem coopertum et*

pr. Moret. *possim* Bigot. *committere* sec. Rottend.—402. *potest*: sic Rom. Medic. cum melioribus scriptis et edd. inde ab Aldd. Alii, ut et Erf., cum edd. nonnullis *potestur*, vid. ap. Ge. Fabric. et Pier., quod satis apparet sciolum aliquem ex Lucretio vel Ennio intulisse, ut dactylum in quinta sede haberet. Est tamen *ἡλεκτρον*. Depravatius Goth. tert. *præstatutur*.—403. *ignesque* malebat Cuningham. *obsiste* Exc. Burm. *assiste* Goth. sec.—404. *meis* Zulich. a m. pr. et Dorvill.—405. *oblato*s Bigot. et Goth. tert. *notumque* p. Nonius in *petere*.—406. in *gremio fusus* Zulich. *infusum* aliquot Pier., Julius Sabinus et Probus cum Carminio (de quo v. Fabric. Bibl. Med. et Inf. Lat. h. v.) apud Serv. ex emendatione parum docta. Burmannus conj. *placidusque petiuit Conjugis infusum gremio per membra soporem*; quod nemini facile probabitur: sed Vulcanus *infusus gremio conjugis petiuit placidum soporem per membra*. cf. Not. ad h. v. et ad VIII, 30. Burm. laudat Misc. Obs. Crit. Vol. 1, p. 98.—407. *abacto* Montalb.—408. *explerant* ed. Masvic. *cum femina* revocavit Heins. auctoribus optimis libris inprimis Pierianis; alii *ceu femina*. Ita infertur comparatio: *ceu femina—cincrem et sopitos suscitât ignes* etc.: *Haud secus, nec segnior Vulcanus surgit*. Sed *primum* v. 408 ita otiosum est, ut statim de lectionis veritate dubites. Verum uti in Heinsianis et Burmanniana interpungitur, plene scilicet ac perfecte post *natos* v. 413, equidem omnino sententiarum nexum nullus assequor, ne grammaticum quidem. Itaque mediam stigmen posui ad finem versus 413, ut comparatio nulla sit, sed temporis mera designatio: *Inde, ubi prima quies—expulerat somnum, cum primum femina cincrem et sopitos suscitât ignes,—illo tempore ignipotens, haud secus, nec segnior, surgit*.—409. *calathisque Minervæ* nonnulli Pier. et Montalb. Rottend.

## NOTE

402 *Potest electro*] Quidam antiqui codices habent: *potestur electro*. Et est quidem *potestur* Lucretiana et Pacuviana vox: sed prima syllaba in *electro* longa est, tum natura sua, *ἡλεκτρον*; tum usu Virgilii, 'audent electra myricæ,' Ecl. VIII. 54. Nec obstat versus e Ceiri repetitus, qui a Jos. Scaligero non legitimus putatur. *Electrum*, hic non succinum est, ut illud

alterum Eclogæ VIII. sed aurum, quinta argenti portione mixtum; sive ex natura, sive ex arte temperies illa fit. De eo Plinius l. XXXIII. 4. Nomen ob fulgorem, a Sole, qui Græcis poëtis vocatur *ἡλεκτρον*.

404 *Indubitare*] *Dubitare*. Et hic augeat particula in: ut in voce *infractus, incanus*; pro *fractus, canus*.

409 *Tenuique Minervæ*] *Tenui arte*,



Impositum, cinerem et sopitos suscitāt ignes, 410  
 Noctem addens operi; famulasque ad lumina longo  
 Exercet penso; castum ut servare cubile  
 Conjugis, et possit parvos educere natos:  
 Haud secus ignipotens nec tempore segnior illo  
 Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. 415  
 Insula Sicanium juxta latus Æoliamque  
 Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:  
 Quam subter specus et Cyclopum exesa caminis  
 Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus  
 Auditi referunt gemitum, striduntque cavernis 420

*cinerem superadditum igni, adjiciens noctem labori, et occupat famulas longo penso ad lucernas; ut queat tenere pudicum lectum mariti, et alere parvos liberos: non aliter præses ignis Vulcanus, nec tardior, surgit illo tempore e molli lecto ad laborem fabrilē. Prope latus Siculum et Liparen Æoliam assurgit insula, alta fumantibus scopulis: sub qua insula spelunca et cavernæ Ætnææ resonant, excavatæ ignibus Cyclopum; et magni ictus auditi ex incudibus emittunt plangorem, et strident in cavernis massæ Chalybum, et flamma exspirat e fornacibus: sedes*

pr. et Leid. cum Goth. sec. ex VII. 805.—410. Recte post *Impositum* distinctum a Burmanno secundum Servium. Habet ista vox notionem necessitatis, quæ urget. Vulgo *impositum cinerem* jungitur, sic, Cui tolerare (sc. est, non, ut alii apud Serv., mos est, placet) dare dictum, pro, quæ tolerat.—412. *Exercens* Medic.—413. ut p. duo Burm. cum Schol. Cruqu. Horatii. *parvos possit* aliquot apud eundem.—416. *Sicanium* Parrhas. et Dorvill. Non male, nisi haberemus exempla sup. III, 692. I, 561.—417. *Liparem* aliquot Burm. *Lipare* Rom. atque ita reponere voluit Marklandus ap. Burm. ad Propert. p. 612. quia apud alios Lipare officinam Vulcani habet. At v. Notam.—418. *subter* aliquot Pier. *exesa* Goth. sec.—419. *Ætria*. *Etheneæ*, depravat. *sonant* multi ap. Burm. cum Goth. tert. *validisque* tres recentiores ibidem. *ictus* Gud. a m. pr.—420. *gemitus* Medic. cum aliis Heins. *gemitus referunt* Leid. r. *sonitum* Parrhas. *stridentq.* Medic. (*tridentq.* super-

## NOTÆ

ut enim Minerva texturæ, lanificio, et ejusmodi artibus præest, ita pro iis ipsis sumitur: quemadmodum Vulcanus pro igne, Bacchus pro vino. De *Minerva*, Æn. II. 31.

412 *Castum ut servare cubile, &c.*] Ut otia vitet, infesta pudicitia.

416 *Insula Sicanium, &c.*] Ad latus septentrionale Siciliae, non longe a promontorio Peloro et Italia, sunt insulae septem, Æolia seu Vulcaniæ dictæ: maxima earum *Lipara*, hodie *Lipari*: inter quam et Siciliam est *Hiera*, id est *sacra*, quia Vulcano di-

cata; unde hodieque dicitur *Bolcano*: quam hic describit Virgilius. Ex hac præcipue ignes erumpunt: quod inde fit, ut ait Solinus c. 12. 'quia ipsæ insulae, natura soli ignea, per occulta commercia, aut mutuuntur Ætnæ incendia, aut subministrant.' Totum enim illud Italiae Inferioris et Siciliae solum, ut alibi monuimus, subterraneis montibus cavum et sulfure succensum est. De iis insulis, Æn. I. 56. De *Sicania*, Sicilia, Æn. III. 687. De Ætna, monte ignivomo Siciliae, ibid. 571. De *Cyclopiis*, ibid. 569.

Stricturæ Chalybum, et fornacibus ignis anhelat;  
 Vulcani domus, et Vulcania nomine tellus.  
 Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.  
 Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,  
 Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon. 425  
 His informatum manibus jam parte polita  
 Fulmen erat; toto genitor quæ plurima cœlo  
 Dejecit in terras; pars imperfecta manebat.  
 Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ  
 Addiderant, rutili tres ignis, et alitis Austri. 430  
 Fulgores nunc horridos, sonitumque, metumque  
 Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.

est Vulcani, et terra nomine Vulcania. Tunc Vulcanus ab alto cœlo descendit illuc. Cyclopes exercebant artem ferrariam sub immensa caverna, et Brontes, et Steropes, et Pyracmon nudus corpore. Erat illis inter manus fulmen inchoatum, ex his quæ pater Jupiter multa torquet e cœlo: jam parte aliqua perfecta, pars restabat imperfecta. Adjecerant ei tres radios pluriæ, tres nubis aquosæ, tres flammæ refulgentis et venti velocis. Nunc miscebant operi fulgura terrentia, et fragorem, et timorem, et iras cum igne persequente. Ex alia parte deproperabant

picto u) et Vratisl. cum Goth. sec.—421. *Structuræ, stricta re*, stapor librari-  
 orum Goth. sec. et tert.—423. *Hoc*: recte, antique pro *huc*, quod nonnulli  
 habent. Vid. Pier. Heins. Burm. post Servium; nam in talibus liberalitas  
 virorum doctorum magna plerumque esse solet.—424. *vasti* pr. Hamb.—425.  
*Pyragmon, Pygramon*, aberratt.—428. *deicit, dejecit*, passim codd. Pier. et  
 Franc. *manebant* alter Mentel. a m. pr.—429. *torti* Ven. *rapidus* Goth. tert.  
 —430. *addiderat* Medic. *Parrhas*. Goth. pr., perperam; nam de Cyclopo,  
 non Vulcani, opere agitur.—431. *horridos* post Pier. optimorum librorum  
 auctoritate prætulit Heinsius. Vulgg. edd. *terrificos*. Erf. *horrissonos soni-*

## NOTÆ

421 *Stricturæ Chalybum*] *Stricturæ*:  
 ferrum, ut e fodinis extrahitur: in  
 massas quasi terreas constrictum ac  
 atipatum. *Chalybes*, populi vel Ponti,  
 vel Hispaniæ, ferrariis fodinis et ope-  
 ribus insignes, Ge. I. 58.

425 *Brontesque, &c.*] Nomina Cyclo-  
 pum e Græcis poetis repetita. Broq-  
 tes, a *βροντή* tonitru: Steropes, a *στεροπή*  
*fulgur*: Pyracmon, a *πύρ* ignis,  
 et *ἀκμων* incus.

429 *Tres imbris torti radios, &c.*] Ful-  
 mina in antiquis marmoribus duodecim  
 radiis effinguntur, in circulum dis-  
 positis: non rectis illis quidem, sed  
 varios in angulos inflexis, qui trifidam

in cuspidem singuli desinunt. Talis  
 est forma Virgiliani hujus fulminis,  
 de qua sic fere Cerdannus: Solent  
 torqueri fulmina, vel grandinante cœlo,  
 vel ruentibus magnis pluviis, vel aëre  
 fulguribus astuante, vel ventis flantibus.  
 Grandinem intelligo, per imbrem tor-  
 tum: pluviam immensam, per aquo-  
 sam nubem: æstuantem aërem, per  
 ignem: flatus ventorum per Austrum:  
 hic enim ventus præ ceteris frequens  
 tempestatibus est, ut diximus Ecl.  
 II. 58. De Marte, Ecl. IX. 12. De  
 ægide, clypeo Palladis, supra 364.  
 De Pallade, Æn. I. 43.

Parte alia Marti currumque rotasque volucres  
 Instabant; quibus ille viros, quibus excitat urbes;  
 Ægidaque horrifera, turbatæ Palladis arma, 435  
 Certatim squamis serpentum auroque polibant,  
 Connexosque angues, ipsamque in pectore Divæ  
 Gorgona, desecto vertentem lumina collo.  
 Tollite cuncta, inquit, cœptosque auferte labores,  
 Ætnæi Cyclopes, et huc advertite mentem: 440  
 Arma acri facienda viro. Nunc viribus usus,  
 Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.  
 Præcipitate moras. Nec plura effatus: et illi  
 Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem  
 Sortiti: fluit æs rivis, aurique metallum; 445  
 Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.

*Marti currum et rotas celeres, quibus ille commovet homines, quibus urbes; et certatim ornabant squamis et auro ægida horribilem, clypeum Palladis iratæ, et serpentes implicatos, et ipsam Medusam in pectore Deæ torquentem oculos post abscissum collum. O Cyclopes Ætnæi, ait Vulcanus, auferte hæc omnia, et deponite laborem inchoatum, et huc intendite animum. Arma sunt fabricanda forti viro: nunc opus est robore, nunc promptis manibus, nunc omni arte præcipua: accelerate moras. Nec plura locutus est. Illi autem omnes statim adnisi sunt, et pariter diruerunt laborem: æs et metallum auri fluit in rivis, et chalybs vulnificus liquitur in amph*

*tusque.—434. Instaurant Parrhas., de quo cogitandum esse censet Barm. Vitium esse non dubito. Instare (h. urgere opus) exquisitè cum quarto casu junctum, ut instare viam. excitet Ven.—435. horrificam edd., quas Pierius inspexerat, et tres Burmann. cum Goth. pr.—436. polibant antiquæ codd. Pier.—438. dejecto Rom. defecto Leid. unus. de deerat Gud. a m. pr., unde Heins. supplebat: tum secto; dissecto et disjecto in codd. Pier. lectum; alterum quoque in Goth. tert. et Erf.—439. certosq. aliquot Pier.; improbat Heinsius et Burm. i ferte sec. Hamb.—440. Ætnæi. Αἰτναῖοι. ad huc Reg. atque huc Parrhas. advertite Gud. cum binis Goth. Talia enotare tantum non flagitium est hominis bonis horis abutentis; sed cum semel in hoc pistrinum nos impegerimus, obdurandus est animus, ut cum fide exequamur id, quod ab initio, parum forte considerate, receperamus: ne nulla varietas e libris scriptis notata nostris notationibus excidat.—441. faciunda Heins. malit ex Nonio.—442. opus est nunc a. m. Seneca Epist. 95. Bene autem Heins. interpunxit post magistra.—443. moram aliquot Pier. et illi Burmannus novavit*

## NOTÆ

436 *Squamis, auroque, &c.*] Disjunctio pro *squamis aureis*, Ge. II. 192. 'Pateris libamus et auro,' pro *pateris aureis*. Significat clypeum Palladis squamoso corio serpentis ex auro tectum fuisse: ipsum vero Gorgonis, id est Medusæ, caput anguiferum;

non in clypeo, ut alias, sed in anteriore lorice parte ad pectus affixum. De *Gorgone et Palladis clypeo*, Æn. II. 616.

446 *Chalybs*] Genus ferri densissimum ac durissimi, *acier*: a populis bojæ nominis, de quibus supra 421.

Ingentem clypeum informant, unum omnia contra  
 Tela Latinorum ; septenosque orbibus orbes  
 Impediunt. Alii ventosis follibus auras  
 Accipiunt redduntque : alii stridentia tingunt 450  
 Æra lacu. Gemit impositis incudibus antrum.  
 Illi inter sese multa vi brachia tollunt  
 In numerum, versantque tenaci forcipe massam.  
 Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris :  
 Evandrum ex humili tecto lux suscitât alma, 455  
 Et matutini volucrum sub culmine cantus.  
 Consurgit senior, tunicaque inducitur artus,  
 Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis ;

*fornace. Component magnum clypeum, sufficientem solum adversus cuncta arma Latinorum; et connectunt septem textus rotundos textibus: alii excipiant et emittunt ventos follibus plenis vento: alii mergunt aquis æra stridula: caverna sonat incudibus in ea defixis. Illi inter se erigunt brachia multo conatu per ordinem, et forcipe mordaci vertunt massam. Dum pater Lemnius urget hæc in regionibus Æoliis: lux alma et cantus matutini arum sub tectis excitant Evandrum ex abstracto cubili. Senex surgit, et induitur tunica circa membra, et circumligat plantis calceamenta*

~~~~~

secundam partem codicum. Vulgo lectum at illi; quod nondum displicet.—448. *que* abest quatuor Burm.—449. *Alii accipiunt*; verba exciderant Goth. tert. 449. 453. Versus ex Ge. iv, 171. 175.—451. *Ætna* pro div. lect. ad antrum Moret. tert. ex Ge. iv, 173.—452. *magna* ri Erf. *tendunt* Rottend. sec. a m. sec.—453. *Innumerant* Rom. *forcipe* aliquot Pier., inter quos Rom., sed vid. Serv. et Heins. *ferrum* Carisius et alter Hamb.—455. Wakefield Sylva Crit. Vol. v, p. 77. tribus, ut opinatur, mendis sublati legit: *Evandrum ex humili lecto lux suscitât alba, Et matutinos volucrum sub culmine cantus.* Docte hæc variata esse, lubenter concedam. At quæ librorum auctoritate accepimus, præclara et epica sunt.—456. *sub culmina* Mentel. pr. alter Menag. et Leid., doctius; nisi idem librarii lapsus esse soleret. *sub tegmine* pr. Menag. *matutinus cantus* ap. Macrobr. v, 8.—457. *Confestim surgit, tunicaque*

NOTÆ

453 *In numerum*] Eo ordine, qui numerosum quandam ictuum concentum referat.

454 *Pater Lemnius*] *Vulcanus*: qui a Junone matre, propter deformitatem, e cœlo dejectus est in insulam Lemnum, nunc *Stalimene*, in Ægeo Mari ubi a Græcis dictus est officinam suam exercere, ob frequentia ibidem fulmina, Ge. i. 295. De *insulis Æoliis*, supra 416.

458 *Tyrrhena pedum vincula*] Calceamenta Tyrrheno more: quorum solea lignea erat, quatuor digitorum latitudine, lora autem inaurata: ex Polluce, l. vii. 22. Et notandum calceamenta veterum, ut ex antiquis statuis constat, fere soleas fuisse: non latis integumentis desuper, sed vinculis tantum lorisque aptas pedibus. De *Tyrrhenis*, vicinis tunc Evandro populis, mox 479.

Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem,
 Demissa ab læva pantheræ terga retorquens. 460
 Necnon et gemini custodes limine ab alto
 Præcedunt gressumque canes comitantur herilem.
 Hospitis Æneæ sedem et secreta petebat,
 Sermonum memor et promissi muneris, heros.
 Nec minus Æneas se matutinus agebat. 465
 Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
 Congressi jungunt dextras, mediisque residunt
 Ædibus, et licito tandem sermone fruuntur.
 Rex prior hæc :
 Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam 470
 Res equidem Trojæ victas aut regna fatebor ;

pedum Tusca ; deinde accingit lateri et humeris gladium Arcadicum, recocans in dextram pelles pantheræ pendentes a sinistra. Præterea duo etiam canes custodes exeunt ex alta porta, et sequuntur passus domini. Sic ibat heros ad cubiculum et penetrat Æneæ, memor verborum et promissi officii. Nec minus mane expectatus Æneas ferebat se ad eum. Pallas filius aderat comes illi Evandro, Achates huic Æneæ. Cum occurrissent, sociant dextras manus, et sedent in media domo, denique utuntur libero colloquio. Rex primus hæc dicit : Maxime dux Trojanorum, quo salvo nunquam sane existimabo regnum vel res Trojæ everas ; sunt nobis parca

induitur Parrhas. induitur quoque Franc. cum binis Goth.—459. Tegeon, Tegeum, Thegeum librorum errores. vid. ad v, 299.—460. a levo aliquot Pier. dimissa a levo Dorvill. cum binis Goth. et Erf.—461. limine ab alto Marklandas ad Stat. i, 1, 46 reprehendit tanquam absurdum, cum paulo ante dixisset poëta, humili tecto. Defendit Burmannus mira interpretatione, altum esse limen domus in monte positæ. Nec hoc procedit, ut limen proprie accipias et paulo altiore gradu surgere dicas. Aut amplectendam itaque prorsus Marklandi emendationem : limine ab arto, aut dicendum censeo, poëtam epitheton paulo otiosius et ad communem liminum naturam effinxisse. Ouwers Noct. Hag. iii, 26, p. 267 aliam viam ingreditur, ut poëtam dicat dignitatem adjicere voluisse ædibus : ut sane facit alias : modo non ab humili tecto v. 455 nunc progressus esset. Apud Macrob. v, 8 in libris : limine in ipso habetur.—462. præcedunt Rom. Medic. Colot. Ursini, et alii libri præstantiores : et sic veteres edd., donec mutatum in Ald. tertia, et hinc in Steph. et al. in procedunt, quod Heins. in parte codd. repertum prætulit, causa quidem parum commode interposita : si comitarentur, non potuissent canes præcedere. Dictum hoc recte improbat Burmannus ; improbam tamen lectionem non mutavit ; id quod nunc fecimus cum Brunckio. gressumque viri Zulich. a m. sec., interpolatrice pessima. gressusque...heriles Goth. sec.—463. secura Sprot. a m. pr.—466. olli ante Heins.—467. resistunt Parrhas.—468. Latio Ondart. placido Dorvill. a m. sec., unde placito Jo. Schrader. conj., sed licito est, cujus diu desiderati tandem facultas exoptata contingebat. feruntur Goth. sec. Ven. a m. pr.—469. hæc abest alt. Hamb. hæc ait duo Burm.—471. r. m

NOTÆ

459 *Tegeæum ensem*] *Arcadicum* ; a *Tegea* urbe *Arcadiæ*, ubi *Pan* colebatur.

460 *Pantheræ*] *Pera* est, maculosa pelle, cujus mas est *pardus* : a *për* omne, et *thp* fera.

Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
 Exiguæ vires. Hinc Tusco claudimur amni,
 Hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis.
 Sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis 475
 Jungere castra paro : quam fors inopina salutem
 Ostentat. Fatis huc te poscentibus affers.
 Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
 Urbis Agyllinæ sedes : ubi Lydia quondam
 Gens, bello præclara, jugis insedit Etruscis. 480
 Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
 Imperio et sævis tenuit Mezentius armis.

vires ad subsidium belli, pro tanta dignitate: hinc coërcemur fluvio Etrusco; inde Rutulus urget nos, et sonat armis circa mœnia nostra. Ast ego meditator sociare tibi magnas nationes, et castra e regno divite: sors insperata ostendit tibi hanc viam salutis: et confers te huc fatis vocantibus. Non longe hinc habitatur sedes urbis Agyllinæ, structa lapidibus antiquis: qua parte colonia Lydia, insignis bello, stetit olim in montibus Tuscis. Hanc urbem, per multos annos vigentem, Mezentius rex deinceps gubernavit, severo imperio et duris armis. Quid prodeasset narrare im-

bella f. Goth. sec.—472. Nobis auxilium belli pr. Mentel. qu. Moret. et Goth. sec., Heinsius non spernendum ait.—474. bellum c. a. Parrhas. circumtonat Medic. a m. sec., ex emendatione præclara, quam a poetæ manu profectam velim; gravius enim vocabulum hoc est, et poetarum usu frequentatum: sic inf. ix, 709. xii, 700. nec miror Wakefield refinxisse vulgatam: quam tamen omnes codices tuentur. Pro armis Rom. arans, alii ap. Pier. arcens, aliquot Arrans; mira et felix depravatio!—477. adfert variabant codd. Servii ætate, ut ad fortem referretur. adfer aliquot Heins. offers Ven. et Goth. tert. Jam sup. hanc...urbem adferimur vii, 217.—478. colitur aliquot Burm., quem vide. in saxo coluit Goth. sec.—479. Agellinæ, Agelinæ, Aquilinæ aberrant. ap. Burm.—480. luctis ins. Rom.—481. multis annis Bigot. ex Goth. tert.—484. gen-

NOTE

472 *Pro nomine tanto, &c.*] Pro dignitate Trojani nominis: pro tanta causa, id est, tanto bello: *nomen* enim sæpe pro *causa* sumitur. De *Tusco* amne, *Tybris*, supra 330. De *Rutulis*, Æn. vii. 796.

479 *Urbis Agyllinæ sedes, &c.*] Urbs erat Etruriæ, a Lydis dicta deinde *Cære*, hodie *Cerveteri*, Æn. vii. 652. Aiunt Etruscos, sive indigenas, sive aliunde advectos, eam Italiæ regionem, quæ est ad occidentem Tybris, incoluisse: hinc a Pelasgis ex Æmonia, quæ deinde Thessalia dicta est, profectis, bello petitos: qui post

Agyllinam ibi conditam, a Tyrrhenis e Lydia profectis expulsi sunt. Hi sive Etrusci, sive Tyrrheni: etiam *Tusci* vocati sunt; a *θῶς* *sacrifico*: ob religionis ceremonias, quæ apud eos vigeant inprimis in urbe *Cære*, quam vocat Livius l. vii. 'sacrarium populi Romani, diversorium sacerdotum, ac receptaculum sacrorum:' ab hac, ut aliqui censent, religiones Deorum dictæ sunt *ceremonia*. Hinc multi scribunt *Thusci*; multi tamen *Tusci*, Græcis auctoribus, a quibus vocantur *Τούσχοι*. *Etruscorum* nomen unde ortum sit, ignoratur.

Quid memorem infandas cædes ! quid facta tyranni
 Effera ! Di capiti ipsius generique reservent !
 Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, 485
 Componens manibusque manus, atque oribus ora,
 (Tormenti genus) et sanie taboque fluentes
 Complexu in misero longa sic morte necabat.
 At fessi tandem cives infanda furentem
 Armati circumstant ipsumque domumque ; 490
 Obtruncant socios, ignem ad fastigia jactant.
 Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
 Confugere, et Turni defendier hospitis armis.
 Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis ;
 Regem ad supplicium præsentī Marte reposcunt. 495
 His ego te, Ænea, ductorem millibus addam.
 Toto namque fremunt condensæ littore puppes ;
 Signaque ferre jubent ; retinet longævus haruspex
 Fata canens : O Mæoniæ delecta juvenus,

manes strages, quid crudelia facinora tyranni ! Dii rependant ista capiti et familiae ipsius ! Immo etiam alligabat corpora mortua corporibus vivis, committens et manus manibus et cultus vultibus, o speciem supplicii ! et sic occidebat lenta nece homines diffuentes tabo et sanie in hoc miserando nexu. Sed cices denique pertæsi, obsident armati sævientem inaudito modo, et ipsum, et ipsius domum : jugulant ejus socios, immittunt flammam ad tecta. Ille elapsus inter strages cæpit fugere in regionem Rutulorum, et protegi armis Turni excipientis enim hospitio. Itaque tota Tuscia rebellavit legitimo furore, repetunt præsentī bello regem ad pernam. Ego, o Ænea, dabo te ducem his millibus : naves enim eorum congregatæ toto littore fremunt, et volunt inferre signa. Senior aruspex cohibet eos, edicens hæc oracula : O juvenus lectissima Lydiæ, flos et robur antiquorum hominum, quos in-

tique Oudart. pro div. lect. reservant Sprot.—487. fluenti aliquot Heins., unus fluente, quæ vulgarior oratio foret. conf. IX, 472.—488. in aberat Franc. et Goth. tert. necabant duo Burm., ut jungebant alter Hamb.—489. infanda circæque f. Parrhas. ; nec videbat interpolator, infanda esse pro infandum, infande. cf. sup. I, 255.—490. circumstant Goth. tert.—491. atque ignem ad Parrhas.—492. inter cædem Rom. et omnes vetustiores Pier. et Heins., ut hactenus præferendum sit.—495. manifesto M. Oudart. ex glossa. præsentē Rom.—497. fremunt Gud. in littore alter Hamb.—498. ferre juvat Ven. jubent non tam ad puppes referendum, quam omnino ad Agyllæos, quos declaravit in verbis omnis Etruria...his millibus.—499. facta c. Gud. Mæonide Goth.

NOTE

498 *Haruspex*] Qui exta *conspicit* Qua in arte singularis fuit Etrusco-
arvigæ, vel *arugæ* : est autem *arviga*, rum vatum peritiā. De *Mæonia*, Ly-
hostia : ab ἄριxa *aries*. Ita Vossius. dia, Æn. IV. 216.

Flos veterum virtusque virum, quos justus in hostem 500
Fert dolor, et merita accendit Mezentius ira ;
Nulli fas Italo tantam subungere gentem ;
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Divum.
Ipsē oratores ad me regnique coronam 505
Cum sceptro misit, mandatque insignia Tarcho,
Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu sæclisque effoeta senectus
Invidet imperium, seræque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella 510

dignatio legitima impellit adversus hostem, et quos Mezentius inflammat justo furore; nemini Italo licet subdere tantam nationem; eligite duces externos. Tunc exercitus Tyrrhenus, territus oraculo Deorum, stetit in his arvis. Ipse Tarchon misit ad me legatos, et coronam cum sceptro, et addidit has notas regni: rogans ut veniam in castra, et accipiam regnum Tyrrhenum. At senectus pigra frigore et exhausta annis, et robur lentum ad fortia consilia, aufert mihi regnum. Impellerem ad id filium, nisi junctus cum matre Sabella, ex ea deduceret partem patriæ.

tert., forte pro *Mæonida*; et sic Serv. ad xi, 759. *dilecta* duo Burm.—500. in *armis* Leid.—502. *Fas Italo nulli* aliquot Pier. *summittere* ed. Ven.—503. *optare* alter Menag., at Serv. pro var. lect. *expectate*, forte, *spectate*, eodem fere sensu, ut sit *διαπλεῖν* adeoque *ἐκπλεῖν* et eligere vel legere. conf. Burm. *residit* Moret. tert.—504. *Hæc acies* Parrhas. *Divorum* sec. Rottend.—506. *Tarchon*, quod inde ab Aldo legitur, retinuit Heinsius ob codd. suorum consensum. Sunt tamen edd., in quibus *Tarcon* legitur, ut e Pierio intelligas; sicque Egnatius edidit, ut apud Strabonem scriptum lib. v, p. 336 *Τάρκωνα*; quo auctore etiam *Tarconem*, non *Tarcontem* flectendum esse apparet. Adde Eustath. ad Dionys. Perieg. 347. Tum Pier. ex antiquo codice *Tarcho* (quod et Goth. alter habet). At Brunck. refinxit *Tarco*, memor voc. *Almo* lib. vii, 532, et inf. 602. *Tarcho* seu, ut et hic scribit, *Tarco* et *Tyrrheni*. cf. Heins. et excitatum a Burmanno Drakenb. ad Silium Ital. viii, 474. Equidem, cum diu deliberassem, *Tarcho* e Pieriano admittere malui; nam nomina in *on* ita a Marone efferri satis constat. Ut vero *ch* in *c* mutarem paulo animosius, a me non obtinui, quia etiam Lycophron 1248 *Τάρχων τε καὶ Τυρσηνός*. Et occurrit Tarchon in lapidibus Etruscis. Etsi ceteroqui bene teneo, sequiorum sæculorum pronuntiationem vitiosam hanc fuisse, ut in multis nunc habeamus *ch* pro *c* et *k*: quid? quod ipsa vox *pulcher* hinc fluxit; Romanis erat *pulcer*, pronuntiatum *pulker*. Verum tædet, in his bono otio abuti.—508. *serisq.* Parrhas. *effata* *juventis* corrupte. Goth. sec.—510. *Gnatum* Rom.—511.

NOTÆ

506 *Tarcho*] Nomen apud Tyrrhenos insigne. Fuerat enim alter ejus nominis præfectus *Tyrrheni* regis, qui eo usus est ad condendas in ea regione urbes duodecim, ex Strabone.

510 *Matre Sabella*] Vel *Sabino*, vel

Samnitico genere: hoc enim nomen inter utramque gentem ambiguum est: et Sabellam gentem Italiæ indigenam fuisse, non exteram, probat hic locus. Vide *Æn.* vii. 665. De *Cytherea*, Venere, *Æn.* i. 261.

Hinc partem patriæ traheret. Tu, cujus et annis
 Et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
 Ingredere, o Teucrum atque Italum fortissime ductor.
 Hunc tibi præterea, spes et solatia nostri,
 Pallanta adjungam : sub te tolerare magistro
 Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
 Assuescat, primis et te miretur ab annis.
 Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
 Lecta, dabo ; totidemque suo tibi nomine Pallas.

515

Vix ea fatus erat ; defixique ora tenebant
 Æneas Anchisiades et fidus Achates,
 Multaque dura suo tristi cum corde putabant ;
 Ni signum coelo Cytherea dedisset aperto.
 Namque improvise vibratus ab æthere fulgor
 Cum sonitu venit, et ruere omnia visa repente,

520

525

Tu cujus et annis et patriæ oraculum facit, quem Dii vocant, intra in regnum, o dux generosissime Trojanorum et Italorum. Præterea sociabo tibi hunc Pallantem, qui est spes et solamen nostrum. Assuescat sub te institutore pati militiam et durum laborem belli, et contemplari gesta tua ; et admiretur te a tenera ætate. Tradam huic ducentos equites Arcadas, selectam vim juventutis ; et Pallas tradet tibi totidem suo nomine. Vix ea locutus erat ; et Æneas filius Anchisæ et fidelis Achates tenebant vultum defixum, et meditantur plurima difficilia cum sua tristi mente : nisi Venus misisset signum e coelo patente. Quippe fulgur intortum e coelo inopinate erupit cum strepitu, et statim omnia visa sunt tremere, et sonus buccinæ

Hic Ven. ed. Junt. patrem p. Medic. patriæ partem Dorvill. totius et annis corrupte Goth. sec. in annis tert.—512. fatum indulget lectum ante Heins., qui mutavit ex auctoritate Medicei, trium Moret. alt. Mentel. et alt. Hamb. post Medicum Pierii. fatum indulgent Gud., sc. numina. satis indulgent Regius. poscant Ven.—513. et Teucrum Zulich.—514. Nunc duo Burm. cum aliquot Pier.—516. et abest pr. Rottend. onus pr. Hamb. pro var. lect. fata Dorvill.—517. pr. et jam m. Parrhas. te imitetur codd. ap. Pier., ex interpretatione.—518. Arcades vett. edd. et codd. aliquot, vitiose, ut et hinc ap. Burm. ter centum Parrhas. corpora pubis Goth. tert., et sic aliquot Pier. Catull. Epith. Pel. 4 lecti juvenes Argivæ robora pubis.—519. suo tibi munere aliquot Pier. Gud. a m. sec. Voss. pr. Hamb. pr. et Scheffer. cum Zulich. At Gudius a m. pr. suo sibi munere, pro se jungere ; placet hæc argutior forma Heinsio. tuo sibi nomine Medic. a m. pr. Burmanno arridet : suo sibi nomine et laudat vi, 142. Sed omnia ista in epigrammate feram ; nunc plus dignitatis epicæ inest vulgari lectioni. suo tibi numine Puget.—520. defixæ. duo Burm. ad vulgarem formam. diffixi Leid. intentique aliquot Pier. e similibus locis. defixi ora malebat Cuningham.—522. Mistaque Goth. tert. dura duo conj. Burmann., parum scite. tum sec. Rottend. tristes Goth. sec. sub corde tert. movebant Hugon. a m. sec., interpretamentum roû putabant.—523. e coelo Montalb. Tyrrea Goth. sec. d. ab alto Bigot. Leid. pro div.

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.
 Suspiciunt; iterum atque iterum fragor increpat ingens.
 Arma inter nubem, cœli in regione serena,
 Per sudum rutilare vident, et pulsa tonare.
 Obstupere animis alii; sed Troias heros 530
 Agnovit sonitum et Divæ promissa parentis.
 Tum memorat: Ne vero, hospes, ne quære profecto,
 Quem casum portenta ferant; ego poscor Olympo.
 Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix,
 Si bellum ingrueret; Vulcaniaque arma per auras 535
 Laturam auxilio.
 Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant!
 Quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas

Tyrrhenæ sonare per ærem. Aspiciunt sursum; et rursus magnus fragor tonat: cernunt arma fulgere et commotum resonare, inter nubes, tempore sereno, in parte cœli tranquilla. Ceteri territi sunt animo: sed princeps Trajanus cognovit sonum, et promissa Deæ matris. Tunc ait: Ne autem, tu qui me excipis hospitio, ne sane petus a me qualem exitum prodigia ista prædicant: ego vocor e cœlo ad bellum. Dea mater monuit se daturam hoc indicium, si bellum immineret; et se allaturam per ærem armaturam Vulcani manu factam ad auxilium meum. Heu! quam magnæ strages imminet Laurentibus miseris! O Turne, quale supplicium persoles mihi! O pater Tiberine, quam multos clypeos, et cassides, et robusta cada-

lect. et Goth. tert.—527. *increpat.* Consentiant in hanc lectionem ab Heinsio illatam, a Burmanno vero incuria, ut arbitror, iterum omissam, omnes præstantiores Heinsii et Pierii codices cum Julio Sabino, quæ et ipsa paulo doctior est, pro *sonat*, ut inf. ix, 504 de *tubæ sonitu*; et locum facit versui hinc tertio, 529 *hinc pulsa tonare*. *Intonat* tantum recentiores codd. insidet, et edd. veteres, quas evolvi, Aldd. et hinc profectas, omnes. Agnoscit quoque Servins. *sonus inonat* Gud. a m. sec. *insonat* Dorvill. *intonat aures* admodum vetusti codd. apud Pier.—528. in abest a pr. m. a Medic. et Gud., et Nonius: *inter nubes cœli regione serena*. *inter nubes* etiam Parrhas., minus docte.—529. *Persuidum* Rom. *sonare* idem et aliquot Pier. et Heins. cum Goth. sec.—531. et abest Romano.—532. *Tunc vero memorat, hospes ne, Ven. nec vero* Exc. Burm. *nec quære* Oudart. *ne quære, hospes, ne quære profecto* aliquot Pier.—533. *ferunt* Parrhas. *serant* Goth. tert.—534. *Musarum Diva creatrix* Goth. tert., miro stupore.—537. *cædes miseris* Schol. Horatii Epod. x cum Montalb. *clades* Bigot. a m. sec.—538. *Quas mihi Turne dabis poenas* Hamb. sec. *tu mihi Turne Franc. sed multa Ven. sub undis* sec. Moret. *sub unda* tres

NOTE

526 *Tyrrhenusque tubæ mugire, &c.*] a Tyrrhenis ad regnum vocari.
 537 *Laurentibus, &c.*] Latini regis populi, Æn. vii. 63. De Turno, ibid. 56. De Tybri, supra 330.

Tyrrhenus clangor tubæ dicitur, quia Tyrrheni cornua et tubas dicuntur invenisse, ab Athenæo l. iv. Indicatque sonus ille Tyrrhenus, Æneam

Scuta virum galeasque et fortia corpora volves,
Tybri pater! Poscant acies, et foedera rumpant.

540

Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto;
Et primum Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat, hesternumque Larem, parvosque Penates
Lætus adit; mactant lectas de more bidentes
Evandrus pariter, pariter Trojana juvenus.
Post hinc ad naves graditur, sociosque revisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,

545

vera impelles inter aquas tuas! Nunc Latini petant bellum, et violent foedera. Postquam protulit hæc verba, erigit se e solio sublimi; et primo succendit igne Herculis aras ubi ignis erat fere extinctus; et hilaris it ad Larem, quem ab hesternæ die noverat, et ad exiguos Penates: immolat juxta consuetudinem oves electas, simul Evander, simul juvenus Trojana. Deinde Æneas incedit ad naves, et redit ad socios: e quorum numero eligit insigniores virtute, qui comitentur se ad bellum;

Burm. cum Rom., minus poetice.—539. *volens* Rom. Versus jam supra Æn. i, 104. 105 obvii, ad Homeri ductum facti.—540. *et sidera* Goth. tert. *et sedes* alter.—542. Me in *Herculeis ignibus* hærrere, jam in notis significavi. Suspicio vitium inesse scribendumque esse: *Herculis ignibus*. Confirmat me imitator Maronis Lucanus: *Herceas, monstrator ait, non respicis aras? Commendat quoque emendationem hanc ingenuo cum candore Wakefield ad h. l. Jovis Herci, 'Ερκελω, religio satis nota, ejusque aram in penetrâli regiæ Priami vidimus apud nostrum quoque lib. ii, 512, etsi nomine hoc non expressam: sed v. Exc. xi ad lib. ii, et viri docti passim, v. c. ad Ovid. Heroid. vii, 113, in Ibin 286. Hercules....aras Dorvill.—543. Suscitât Rom. et plerique Pierii cum parte codd. Heins. et Burm., etiam edd. nonnullæ, ut Basil., haud dubie magis ad proprietatem verborum; sed dubitare licet, an ex aliis locis, ut sup. 410. v, 743, refinxerint grammatici. *externumque* proclivi lapsu et obvio Rom. cum aliis Pier., tum Serv., pro div. lect. Medic. et aliquot alii Heins. et Burm. cum binis Goth. cf. ad Tibull. ii, 1, 12, etsi hoc loco non incommodum sensum facit: *externumque Larem parvosque Penates Lætus adit*, si jungas: est enim domus externi hominis, a quo hospitio excipitur. *patriosque Penates*, notabilis lapsus, non lectio Goth. sec.; sic suos, Trojano, non Evandri, Penates adorât Æneas: sic *externum Larem* comparari aliquis censeat.—544. *mactant* Heins. a Medic.; adde Zulich. et ad normam v. 57 lib. iv. *lectas mactat* Goth. sec. *lætas* Sprot. et Exc. Burm. Male; sunt *ἐξαιρετοί*, *ἐκκερτοί*, eximie, adeoque *τελεῖαι*. cf. ad iv, 57. vi, 39.—545. *Evander alii* et h. l.—547. *sequantur* Franc. *sequuntur* alter Hamb.—548. *Præstanti* pr.*

NOTÆ

540 *Fœdera rumpant*] Nam Latinus Æneam in socium et generum admiserat, Æn. vii. 260.

542 *Herculeis, &c.*] Non mihi videntur in lucum rediisse, ubi hesterna die sacra Herculi fecerant: sed aras domesticas, in quibus ignis sopitus erat, excitasse prunis ex hesterno sacrificio asservatis; non enim ignem

sacrum nisi ex sacro licebat accendere, ex Phædro, l. iv. f. 10. Vel novos ignes domi accenderunt in honorem Herculis. *Hesternum Larem* interpretor: vel qui pridie cultus ab iis fuerat, antequam decumberent: vel potius, quem Æneas, novus hospes, ab hesterna duntaxat die noverat et colendum susceperat. De *La-*

Præstantes virtute legit; pars cetera prona
 Fertur aqua, segnisque secundo defluit amni,
 Nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque. 550
 Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;
 Ducunt exsortem Æneæ; quem fulva leonis
 Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.
 Fama volat parvam subito vulgata per urbem,
 Ocyus ire equites Tyrrheni ad limina regis. 555
 Vota metu duplicant matres, propiusque periclo
 It timor, et major Martis jam apparet imago.
 Tum pater Evandrus, dextram complexus euntis,
 Hæret, inexpletum lacrymans, ac talia fatur:
 O mihi præteritos referat si Jupiter annos! 560
 Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsa

pars reliqua navigat pronis undis, et lenta descendit secundo flumine, reditura ad Ascanium nuntia patris et rerum ab eo gestarum. Equi dantur Trojanis euntibus in regionem Etruscam; adducunt ad Æneam equum extra sortem aliorum, quem tegit flava pellis leonis resplendens unguibus auratis. Statim rumor spargitur emissus per urbem exiguum, equites ire celeriter ad arcem regis Etrusci. Matres præ timore renovant preces, et metus accedit prope ad periculum, et jam species belli videtur major. Tunc pater Evander amplexus dextram Æneæ abeuntis, inhæret illi, flets insatiabiliter, et profert talia: O utinam Jupiter reddat mihi annos elapsos; et me talem efficiat, qualis eram, quando juxta ipsam urbem Præneste

Rottend. a m. pr. *Præstante* Goth. tert.—550. *regnique* alter Hamburg.—551. *T. p. arma Ven.*—552. *exsortem vel ingentem* Zulich.—554. *parvas...per urbes* pr. Hamb. Sed urbs Pallanteum est intelligenda.—555. *ad limina* ex parte codicum suorum et Pierianorum, inter quos Romanus erat, Heinsius probavit: vulgo, *ad littora*, ut omnes Goth. habent, unus etiam *Tyrrhena*; varietas satis frequens; cf. ad II, 371. *littora* tamen Cuningh. prætulit.—557. *Et timor* Rom., et habet hoc expeditam interpretationem: *propius periclo* (absolute; cum jam res adducta esset propius ad discrimen), *Et timor* (apparet major), *et major Martis jam apparet imago*. Vellem eundem sensum ex vulgata elici posse, sed *it timor* pro grassatur vix usu probari potest. *It minor* Goth. sec. *It metus* Priscian. lib. XVIII. *propiusque pericli* *Hic amor* Philargyr. excitat ad IV Ge. 47. *jam abest* a nonnullis Pier.—559. *inexpletus lacrymans* aliquot Pier. et Erf. *inpletus* Rom. In aliis ap. Heins. hoc interpolatum: *inexpletus lacrymis*: utrumque pro var. lect. Servius commemorat; *inexpletus* etiam Jul. Sabinus. Comparant *ἔμωτον κλαίω* Iliad. T. 300. cf. ad Hesych. in *ἔμωτον*. Porro Pier. aliquot: *in amplexus*, pr. Voss. et alter Hamb. *in amplexum*, et Montalb. cum binis Goth. *in amplexu*.—560. *O ne præterea* Goth. sec.—561. *erat* Priscian. XVII. *cum primum* Rom. et aliquot

NOTÆ

ribus et Penatibus, Æn. II. 717. De 561 *Præneste, &c.*]. Æn. VII. 678.
eorum cultu, Æn. III. 177. De *ocibus* fundatorem Prænestinæ urbis appel-
bidentibus, Æn. IV. 67. lavit Cæculum, qui erat hoc ipso

Stravi scutorumque incendi victor acervos ;
 Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi ;
 Nascenti cui tres animas Feronia mater
 (Horrendum dicta) dederat, terna arma movenda ; 565
 Ter leto sternendus erat : cui tunc tamen omnes
 Abstulit hæc animas dextra, et totidem exuit armis.
 Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
 Nate, tuo ; neque finitimus Mezentius usquam,
 Huic capiti insultans, tot ferro sæva dedisset 570
 Funera, tam multis viduasset civibus urbem.
 At vos, o Superi, et Divum tu maxime rector
 Jupiter, Arcadii, quæso, miserescite regis,

delevi primum exercitum, et victor combussi congeriem clypeorum; et hac manu misi ad Inferos regem Herilum; cui nascenti genitrix Feronia dederat tres animas, et tria arma tractanda, res terribilis dicta; occidendus erat triplici morte: tamen hæc dextera eripuit illi omnes animas, et spoliavit illum totidem armis. Ego nunc nullatenus distraherer a jucundo amplexu tuo, o fili; nec unquam vicinus Mezentius, illudens huic meo capiti, intulisset ense tot crudeles neces, nec privasset urbem tam multis incolis. Sed vos, o Dii, et tu, Jupiter maxime rex Deorum, oro, miserescite regis Arcadiæ, et exaudite preces paternas. Si vestra potestas, si fata

Pier. *Præneste sub ipsa*: consentiunt in hoc libri et Grammatici ap. Heins. *ipsa* sc. urbe P., vel poëta extulit *hæc Prænestis*.—562. *sacrorumque* sec. Moret. *accendi* Ven. et Goth. sec.—563. *hac* abest Vratisl. *Erilum* et *Erylum* potiores scribunt: *Erulum* Rom. *Elinum*, *Cerilum*, *Acerilum*, *Helenum*, *Athericum* al.—565. *trique* l. *tria* Muson. malebat in Servii gratiam, perperam. *trina* pr. Hamb. pro var. lect. et Flor. Junt. cum binis Goth.—566. *Terque solo* Oudart.—567. *animas, totidem dextra exuit* pr. Mentel.—568. *tunc* Dorvill. *Ergo non d.* Goth. sec. *duplici* Sprot. *devellerer* tres Burm. cum Erf. *divellier* Goth. tert.—569. Abest versus Goth. tert. *finitimo* e codd. suis et Pier. Heins. emendavit; sc. *huic capiti*: quod vis placet; Burmann. cum al. *finitimo* ferro jungit. Saltem dixerim: *finitimo* absolute pro in f. Vulgo lectum *finitimus* inde ab Ald. 1514 adeoque a Nangerio. Servius videtur legisse *finitimos*, sicque Dorvill. a m. sec. et ed. Junt. 1520. *usquam* idem Heins. restituit: vulgo *unquam*; at Moret. sec. et Gud. a m. sec. *Mezentius hostis*: quæ aut vera lectio est aut pro veriore habenda, in cujus locum successit *usquam*, quod ex superiore versu per errorem iteratum suspicor. Revocavi autem *finitimus* tanquam unice verum: cum scriptum esset *finitimos*, aberratum est in *finitimo*.—571. *vidisset* Goth. tert.—573. *remis-*

NOTÆ

bello in auxiliis Turni, proindeque firmæ adhuc ætatis. Quomodo igitur ab Evandro, nunc sene, tunc juvene occidi potuit Herilus sub ipsa Præneste; nisi dicatur Præneste jam urbis formam habuisse tempore Herili, qui regnasse ibidem

videtur, munitiones vero a Cæculo accepisse? *Præneste* modo neutrius, modo feminini est generis. *Herilus* hic tricolor, ad similitudinem Geryonis, fingitur, Æn. vii. 662. *Feronia*, Dea Herili mater, Æn. vii. 806. *Arcadius rex*, Evander, supra 51.

Et patrias audite preces : Si numina vestra
 Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant, 575
 Si visurus eum vivo, et venturus in unum :
 Vitam oro ; patiar quemvis durare laborem. •
 Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris :
 Nunc, o nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
 Dum curæ ambiguae, dum spes incerta futuri, 580
 Dum te, care puer, mea sera et sola voluptas,
 Complexu teneo ; gravior ne nuntius aures
 Vulneret. Hæc genitor digressu dicta supremo
 Fundebat : famuli collapsum in tecta ferebant.
 Jamque adeo exierat portis equitatus apertis : 585
 Æneas inter primos et fidus Achates ;
 Inde alii Trojæ procures ; ipse agmine Pallas
 In medio, chlamyde et pictis conspectus in armis :

relinquunt mihi Pallanta saltem ; si vivo visurus eum, et rediturus in commune cum eo ; peto vitam : paratus ero tolerare quemlibet laborem. Si vero intentas mihi eventum aliquem asperum, o fortuna ; o jam jam liceat finire molestam vitam : dum sollicitudo est adhuc anceps, et spes futuri dubia ; dum te habeo in complexu, o dilecte filii, unicum et ultimum gaudium meum : ne nuntius tristior ledat aures meas. Pater emittebat hæc verba in ultimo discessu : ministri reportabant in aulam eum defectum animo. At equites jam egressi erant portis patentibus : in primis Æneas et fidelis Achates : deinde alii principes Trojæ : ipse Pallas in media turma, spectabilis chlamyde et armis versicoloribus. Qualis est Lucifer, quem

~~~~~

*cere regis, Exaudique preces patrias* codex apud Pier., interpolate.—575. *reservent* duo Burm. et Goth. tert.—576. *eum citom* Rom. et aliquot Pier.—577. *patior* Rom. et pæne omnes Pier. tum Medic. et pars Heins. duoque Burm. *oro et patior* ed. Ven. *Vita mora : patior* Goth. sec. *quemvis* Leid.—579. *Nunc, nunc, o liceat* Medic. et ceteri Heins. (excepto Mentel. pr.), item Dorvill. et bini Goth., prætulit quoque Cuningham. *Tunc, tunc, o liceat* Schol. Persil ad Sat. i, 25. Sed cf. lib. ii, 644. *rumpere* Zulloch.—580. *Dum spes ambigua curæ, dum i. f.* Parrhas.—581. *mea sola et sera alii*, etiam Servius. vid. Pier. et Heins. cum Burm. *sola et certa* Goth. tert.—582. *complexu* Rom. Medic. et alii Heins. *amplexu* Parrhas. new Gud. a m. sec., quod maluit Cuningham. *nec—vulnerat* Markland. emendabat ad Stat. v Sylv. 2, 88, sententia prorsus in alium sensum detorta.—583. *Verberet* Goth. tert., et sic Donatus in Terent. Hecyr. iv, 4, quod placebat Heins., sed merito rejectum a Burmanno, quem vide. *Usus τοῦ vulnerare, qui τοῦ τρώσαι* ap. Homerum pro βλάψαι. *maxima* supremo Medic. a m. pr.—585. *portas apertas* Hugen.—587. *procures Trojæ* Leid.—588. *It medio* emendat Mark-

#### NOTE

588 *Chlamyde*] De ea militari veste, ortum ultima videtur in cælo, unde casaque, Æn. iii. 484. De *Lucifero*, præire Solem dicitur, Ecl. vi. 86. stella Veneris, quæ mane ante Solis

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

3 U

Qualis, ubi Oceani perfusus Laocifer unda,  
 Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes, 590  
 Extulit os sacrum coelo, tenebrasque resolvit.  
 Stant pavidæ in muris matres, oculisque sequuntur  
 Pulveream nubem, et fulgentes ære catervas.  
 Olli per dumos, qua proxima meta viarum,  
 Armati tendunt. It clamor, et agmine facto 595  
 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.  
 Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,  
 Religione patrum late sacer; undique colles  
 Includere cavi et nigra nemus abiete cingunt.  
 Sylvano fama est veteres sacrasse Pelagos, 600

*Venus amat præ ceteris ignibus siderum, quando madens aquis Oceani erigit sacrum cultum in coelo, et dissipat noctem. Matres timideæ sunt in muris, et cùm sequuntur nubem pulverulentam et turmas rutilantes arcis armis. Flli armati incedunt inter cepres, qua proximus est terminus viarum: clamor surgit, et collecto agmine ungula equorum feriunt pulverulentos campos strepitu quadrupedante. Est magna sylva, prope frigidum flumen Cæretanae urbis, late sacra veneratione majorum: colles curvi circumdant undequaque et cingunt sylvam abietibus umbrosis. Fama narrat, antiquos Pelagos, qui primi occupaverunt olim regio-*

~~~~~

land. ad Stat. v Sylv. i, 245. vid. inf. 675 et al.—589. *profusus* sec. Mentel. —591. *remocit* Bigot. et Goth. tert. 589. 590 recitantur ap. Julium Capit. in Maximino pr.—592. *Sunt p. pr.* Rottend. a m. pr. *secuntur* plerique Pier.—594. *quam pr.* Goth. pr.—596. *quatit ungula pulverem* Marius Plotius de metris ap. Heins.—597. *Cære. rð Kaïpe, Kauph, Kalpyra.* Jam *Cære* modo non flectitur, modo flecti videtur in *Cæritis*, et in *Cæretis*. Est porro et *Cæres*, unde duplici modo *Carites* et *Cæretes*; tertio quoque modo *Cæretani*, et *Kauperavol*, et *Kauperavol*. In Virgilio igitur *Cæritis* recte, seu ut a *Cære* sit, seu ut a *Cæres*. *Cæritis* ap. Priscian. *Cæretis* et *Cæretis* passim alii; vitiosæ, nam sic media longa: *Kalpyros*, unde *Cæretanus*. inf. x, 183 *Qui Cærete domo*. —599. *ilice cingit* Zulich. a m. pr. *cingit* alii ap. Heins. cum *Parrhas*. et Goth. sec., repositum a Wakefield; et potest hoc verius videri: nam *nemus* cingit jungenda sunt: mutatum forte ab iis, qui ad *colles* referebant. Ad eam formam, qua exquisitius dictum esse habetur, *nemus cingunt*, Heinsius revocat eamque formam aliquoties illustravit. Nil refert, utrum sequaris; modo teneas, non *nemus cingere lucum*, sed *colles et nemus*, h. colles nemorosos

NOTE

596 *Quadrupedante putrem, &c.*] *Putrem*, in pulverem facile solubilem. *Quadrupedante sonitu*: quasi numeroso quadrupedum equorum inessu.

597 *Caritis amnem, &c.*] *Sylva*, in littore maris, prope amnem exiguum, *Cæretanum* olim, nunc *Vacina* dictum:

ad orientem urbis *Caritis*, quæ est *Cære*, de qua supra 479. Hujus incolæ *Carites*, media syllaba brevi; vel *Cæretes*, media longa dicuntur, *Æn.* x. 183. De *abiete* arbore, *aspis*, passim in *Ge.* De *Sylvano*, *Ecl.* x. 24. De *Pelagis*, supra 479.

Arvorum pecorisque Deo, lucumque diemque,
 Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
 Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant
 Castra locis, celsoque omnis de colle videri
 Jam poterat legio, et latis tendebat in arvis. 605
 Huc pater Æneas et bello lecta juvenus
 Succedunt, fessique et equos et corpora curant.

At Venus ætherios inter Dea candida nimbos
 Dona ferens aderat; natumque in valle reducta
 Ut procul egelido secretum flumine vidit; 610

nem Latinam, dicuisse sylvam et diem certum Syloano, Deo agrorum et pecudum. Non longe hinc Tarcho et Tyrrheni habebant castra, secuta ob naturam locorum: et totus exercitus eorum poterat jam aspicì ab Ænea ex edito colle, et fixerat tentoria in patentibus campis. Æneas pater et juvenus electa ad bellum descendunt illuc, et fatigati reficiunt equos et corpora. At Venus, alba Dea, erat illic, portans munera per nubes æthereas: et ut eminens aspexit filium remotum a frigida

cingere lucum et vallem.—601. *Agrorum pecorisque*. Macrob. iii Sat. 3. *Sylvarum p.* emendabat Cerda, perperam. Est enim omnino Sylvanus inter Deos agrestes. cf. Burm., ut in eo ipso, quod ex Horatio laudat Cerda: *Syloane, tutor finium*.—603. *Tarcon, Tharco, Tarchon* et h. l. cf. sup. 506. xi, 727. *Tyrrhenus* Goth. sec., quod ornari posset, si tanti res esset. *cuncta tenebant* aliquot Pier.—605. *ut latis t.* emendabat Tan. Faber et Barth., non improbante Heinsio, et recepit illud Cuninghamus, cum Wakefield, et præferendum est vulgata haud dubie; etsi alterum teneant exempla similia imprimis Homeri. Heinsius etiam *Latis* conjecerat. *letis* Franc. a m. pr. in *armis* Exc. Burm.—606. *Hoc p.* Leid., ut sup. 423. *electa* duo Burm. *bello clara* Goth. tert.—609. *penitusque in v.* Schol. Cruq. ad Horat. i Od. 17.—610. *Et pr. Parrhas. e gelido* passim scripti et edd. etiam Pieriani, alii (ut fragm. Vatic. a m. sec. apud Bottar. p. 167) *et gelido*: Rom. *hæc gelido*: Montalb. *ingelido*. *egelidum flumen* debet esse tepidum: atque hoc cum per se ab usu poetarum abhorret, tum multo magis in convallibus et lucis. Proclivis itaque et ipse sum in lectionem cod. Rom. *Ut procul, et gelido secretum*

NOTÆ

602 *Qui primi, &c.*] Tamen post *Siculos* indigenas, et advenas *Ænotros* seu *Aborigines*, venere *Pelasgi*: deinde *Tyrrheni*, postea *Arcades*, tum *Trojani*. Hic ordo e Dionysio Halicarn. repetitur. *Tendebat in arvis*. Castra metabatur, fugebat tentoria: ut Æn. ii. 29. 'Hic sævus tendebat Achilles.'

610 *Egelido*] Ambiguam hujus vocis esse potestatem existimat Scaliger, Poët. l. vi. 7. et modo negare, ut in *enodis*, Ge. ii. 78. modo augere, ut in

edurus, Ge. iv. 145. Igitur *egelidus* modo est *tepidus*, modo *frigidus*. Cerdanus contendit semper esse *tepidum*: affertque e Catullo *egelidos tepores*, e Columella *egelidum ver*, &c. sed afferimus etiam e Virgilio *egelidum flumen*, ex Ansonio *egelidum Istrum*, *egelidam Mosellam*, id est, *frigidam*: quis enim unquam fluvios vocavit *tepidos*? De *Laurentibus*, Æn. vii. 63. De *Cytherea*, Æn. i. 261.

Talibus affata est dictis, seque obtulit ultro :

En, perfecta mei promissa conjugis arte

Munera ; ne mox aut Laurentes, nate, superbos,

Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum.

Dixit, et amplexus nati Cytherea petivit ;

615

Arma sub adversa posuit radiantia quercu.

Ille, Deæ donis et tanto lætus honore,

Expleri nequit, atque oculos per singula volvit,

Miraturque, interque manus et brachia versat

Terribilem cristis galeam flammisque vomentem,

620

Fatiferumque ensem, lorica ex ære rigentem,

Sanguineam, ingentem, qualis, cum cœrula nubes

Solis inardescit radiis, longeque refulget ;

Tum leves ocreas electro auroque recocto,

Hastamque, et clypei non enarrabile textum.

625

fluvio in valle separata, allocuta est eum talibus verbis, et se ultro exhibuit : Ecce dona fabricata per artem mariti mei, quam tibi promiseram : ne deinceps, o filii, timeas cocare ad pugnam, sive Laurentes gloriosos, sive ferocem Turnum. Sic dixit Venus, et venit in amplexum filii, et deposuit arma fulgentia sub quercu opposita. Ille Æneas gaudens muneribus Deæ et tanto honore, non potest satiare, et mittit oculos per singulas partes, et stupet : et sumit in manus et brachia, cassidem horrendam cristis et ejicientem ignes, et gladium mortiferum, et lorica rigidam ære, cruentam, amplam : talem, qualis est nubes cœrula, quando accenditur radiis Solis, et resplendet procul : deinde ocreas politas electro et auro repurgat, et hastam, et fabricam inenarrabilem clypei. Vulcanus, non imperitus vaticiniorum,

flumine, vidit.—612. *promissi* Exc. Burm. cum Goth. sec. *arce* Sprot.—613. *nec mox* Oudart. et ed. Junt. *nec mox his* ed. Ven. *aut* abest Rom.—614. *dubitas* Reg. *arcum* Goth. sec.—616. *ocreas* Leid. *radiantis* in multis scriptum ap. Burm., ut et aliis locis. *resonantia* conjicit vir doctus ex Iliad. T. 13 τὰ δ' ἀνέβραχ' ἀλδὰλα πύρρα ; hoc est variare verba, non emendare.—618. *Impleri* Gud. pro div. lect. et Ms. Thuan. ap. Macrobi. v Sat. 8. *per s. certat* sec. Moret.—619. *que post miratur* a nonnullis abest : v. Pier., et sic Ald. pr. *manus sua brachia* Parrhas. *versat* Reg.—620. *flammanque* alter Hamb. *flammisque* Parrhas. a pr. m. *vomentem* Gud. ab altera manu in crassa prisca lectione, e qua *nantem* supererat ; quod Heins. *tonantem*, Burm. *minantem* supplet.—621. *loricamque* pr. Hamb. et *loricam* Bigot., paulo melius cum Goth. tert.—623. *refulsit* Goth. sec.—624. *lentas* Goth. sec. *recoctas* pr. Rottend. parum suaviter. *æs*—*an satis recoctum sit, splendore deprehendente* : Plin. XXIII. s. 20.

NOTE

620. *Cristis galeam, &c.*] *Cristis*, id est, pennis avium, aut júbis equinis, igneo colore tinctis, e cono seu apice galeæ, in modum flammarum erumpentibus, Æn. III. 468. De *electro*,

supra 402.

625 *Clypei textum*] Quia è multis coriis, aut laminis compacti erant clypei.

Illic res Italas Romanorumque triumphos,
 Haud vatū ignarus venturique inscius ævi,
 Fecerat ignipotens; illic genus omne futuræ
 Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella.
 Fecerat et viridi foetam Mavortis in antro 630
 Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
 Ludere pendentes pueros, et lambere matrem
 Impavidos; illam tereti cervice reflexam
 Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.
 Nec procul hinc Romam, et raptas sine more Sabinas 635

nec inscius futuri sæculi, expresserat in illo clypeo res Italas et victorias Romanorum: expresserat illic totam seriem familiæ oritura ab Ascanio, et bella gesta per ordinem. Expresserat quoque lupam enixam jacere in virenti caverna Martiæ; duos infantes huic alludere pendulos ad mammas, et interritos sugere altricem; illam reflexam collo tereti ablandiri lis alternis, et formare membra eorum lingua. Nec longe inde appoenerat Romam, et Sabinas raptas absque exemplo in catu cavæ,

nitentem codex Pomponii Læti ap. Pier.—627. *Haud fati* Bigot. cum Goth. tert., quod facile præferrem, nisi emendatorem redoleret. *fatum* tres ap. Burm. pro *fatorum*: sic et Bersman. et Melanchth. in marg., et post Wadde-
 lium prætulit Cunningham, et nuper Wakefield. Scilicet *haud vatū ignarus* Vulcanus videtur inepte dictum esse, quasi Deo futura discenda fuerint a vatibus. Aliter res se habebat iv, 65 *O vatū ignaræ mentes*, ubi *mentes vatū* sunt. In salvo tamen res est. *Vates* dixit poëta, pro vaticiniis: *hand ignarus* erat Vulcanus eorum, quæ prædicta et promissa erant Æneæ ejusque posteritati. *ignarus* duo alii.—628. *genus omne Latinum* ed. Ven.; *inscite*, addit Burm., ex libro i, 10 repetitum.—629. *in abest* Franc. *pugnata ex ordine* Oudart. *pugnantiæ ordine* Montalb. *pugnantiæq.* Goth. sec.—629. 630 Quid? si distinguas: *illic genus o.—bella Fecerat: et v.—630. feram* Goth. sec. ex *foetam*.—631. *geminosque* Franc. cum edd. nonnullis.—632. *pendentes oculo* Goth. sec.—633. *reflexa* Rom. Gud. et aliquot alii ap. Heins. cum Franc. Non expedit rem Burm. Scilicet dicendum est: esse hanc vulgarem, *cervice reflexa* (etsi et ipsam poëta dignam et Virgilio frequentatam; sic etiam Lucretianum *tereti cervice reposita*), alteram tamen ad vim epicam ornatumque magis assurgentem lectionem, *cervice reflexam*.—634. *lingere* aliquot Pier. cum Goth. tert., quod Catræus venditat; non animadvertens, se plebeium vocabulum anteferre elegantiori.—635. *de more* proferre nonnullos Pierius obser-

NOTÆ

629 *Stirpis ab Ascanio, &c.*] De *Ascanii stirpe*, Æn. vi. 763. et sequent. De *lupa*, Romuli et Remi, Martis filiorum, altrice, Æn. i. 278.

635 *Raptas sine more Sabinas, &c.*] Romulus, cum, urbe condita, deesse suis civibus fœminas videret; ludos indixit, qui *Consuales* tum, deinde *Circenses* dicti sunt. De *iis* et *cavæ*, Æn. v. 388. Ad eos cum convenissent

vicini, præcipue ex urbe Sabinorum *Curibus*; eorum fœminæ raptæ sunt a Romanis. Hinc bellum grave inter utramque gentem: quod inter Tatium Sabinorum regem, et Romulum denique compositum est; ea lege, ut pars Sabinorum Romanam in urbem Curibus commigrarent, in ea Tatius ac Romulus regnarent, urbs quidem a Romulo *Roma*, populus a Curibus

Consessu caveæ, magnis Circensibus actis,
 Addiderat, subitoque novum consurgere bellum
 Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.
 Post idem, inter se posito certamine, reges
 Armati Jovis ante aram, paterasque tenentes, 640
 Stabant, et cæsa jungebant fœdera porca.
 Haud procul inde, citæ Metum in diversa quadrigæ
 Distulerant (at tu dictis, Albane, maneres!),
 Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
 Per sylvam, et sparsi rorabant sanguine vepres. 645
 Necnon Tarquinius ejectum Porsena jubebat

dam agerentur magni ludi Circenses: et statim novum bellum oriri inter Romanos, et senem Tatium et Cures austeros. Postea iidem reges, relicto prælio, erant ante altaria Jovis, armati et ferentes pateras: et sanciebant inter se pacem icta porca. Non longe hinc quadrigæ concitatæ in oppositas partes dilacerabant Metum: tu vero, Albane, debuisses stare pactis: et Tullus per sylvam trahere viscera hominis illius perjuri, et sentes stillabant tincti sanguine. Præterea Porsenna jubebat Romanos admittere Tarquinium expulsum, et cingebat urbem magna obsidione.

vat. sine Marte ingenioso lusu conj. Jo. Schrader.—636. *Concessum* passim in Pier. et Burm. *consensu* Rom.—637. *Addiderat* ed. Junt.—638. *Romulidi* Menag. pr.—640. *ante aram* multi Heins. et Burm., cum edd.; al. *aras*, perpetua varietate: h. l. minus scite, *aras paterasq.*—641. *cæsa porco* maluerat Heins., sed *cæsa porca*, elegantius dictum pro tenui et plebeo, *cæso porco*, quod v. c. Livius habet lib. 1, 24, jam Quintil. observavit Inst. Or. viii, 3, 19.—642. *metum* omnes Pier. et plerique Heins. cum Serv., qui perperam disputat. *metium* tantum sec. Moret. et Ven., sed Gnd. cum quatuor aliis *metum*. Heinsius *Mettium* refinxit et multus in eo est, ut in marmoribus et numis ita scribi doreat; quod ipsi concedemus, quoties de gente Romana *Mettia* vel *Metia*, nam nil referre arbitror, agitur; sed hic *Fuffetium* habemus cum prænomine *Meti*. Atque sic *Drakenborchium* quoque litem dijudicasse video ad Liv. 1, 23.—643. *Distulerant* Medic. a m. sec. actu Goth. sec.—645. *malit abesse* Jo. Schrader. *sparsæ* Bigot., minus docte.—646. *Tarquinius* Ven.

NOTE

Curites seu *Quirites* dicerentur. De *Curibus*, Æn. vi. 809.

641 *Cæsa porca*] Hanc formulam jungendi fœderis affert Livius l. 1. quam tamen Hostilio Tullo tertio Romanorum rege antiquiorem fuisse innuit. Fecialis, minister sancienti fœderis, sic aiebat: 'Si prior defecerit publico consilio, dolo malo; tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito; ut ego hunc porcum hodie feriam. Id ubi dixit, porcum silice percussit.' Indefœdus ictum dici solet.

642 *Metum in diversa, &c.*] Cum Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex, Albanos imperio suo subdidisset; susceptoque adversus Fidenates bello, Metius Suffetius Albanorum dictator Romanos in pugna deseruisset: Tullus victor enim duobus curribus per quadrigas in diversa raptis illigari ac discerpi jussit; Albanam urbem dirui, cives Romam traduci.

646 *Tarquinius, &c.*] Tarquinius Superbus, rex septimus, ob sua filii-que scelera pulsus est, Bruto et Col-

Accipere, ingentique urbem obsidione premebat ;
 Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
 Illum indignanti similem, similemque minanti
 Aspiceres ; pontem auderet quod vellere Cocles, 650
 Et fluvium vinclis innaret Clælia ruptis.
 In summo custos Tarpeïæ Manlius arcis
 Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat,

Romani currebant ad arma pro libertate. Videres illum Porsennam similem irato et similem minanti: ideo quia Cocles audebat diruere pontem, et Clælia trajiciebat flumen catenis fractis. In suprema parte clypei Manlius, defensor arcis Tarpeïæ, erat ante templum, et servabat altum Capitolium: et domus adhuc nova rigescebat

~~~~~

Dorvill. ed. Ven. et al., ut et alibi aberratur. *Porsenna* multi passim cum Rom., ut ap. Livium quoque, vid. Gronov. et Drakenb. ad lib. II, 9. Græcis Περσίνος, Πορσίνος, Πορσίνος; at *Porsenna* etiam Medic.—647. *ingentemque* Gud. a m. pr.—650. *quia* v. omnes Pier. et Heinsiani, Mediceo non excepto. *qui* agnoscit Jul. Pomp. *qui avellere* unus Pier. *auderetque avellere* Rom. *quod* vulgg. et Franc. *qui auderet vellere* ed. Ven. *Cochles* Medic.—651. At Læid. *Cleria*, *Cloria*, *Coclea*, *Cochia*, *Cordia*, *Delia*, *Deria*, monstra librariorum. *ruptis* i. C. *vinclis* Parrhas.—652. *Malus* Rom., alii Pieriani et plerique Heins. *Mallius*.—653. *pro templis* Goth. tert. *Capitolia celsa tenebat* Wakefield mutavit in *tegebat*, ut XII, 148 *Turnum et tua mania texi*. Recte, at nec minus v. c. XII, 705 *quique alta tenebant*, pro *tegebant*. Verum trahit me in viri docti

#### NOTÆ

latino ducibus: Porsenna rex Etruscorum eos reducere aggressus, Janiculum, partem urbis ad occidentalem Tybris ripam, eidem ponte junctam Sublicio, occupavit.

650 *Cocles*] Etruscis in orientalem urbis partem irrumpere parantibus, Horatius Cocles, qui forte positus in statione Sublicii pontis fuerat, solus iis obstitit in ipso pontis aditu, dum Romani a tergo pontem interromperent. Quo diruto, armatus in Tybrim desiluit, et multis super incidentibus telis tranavit salvus ad suos.

651 *Clælia*] Cum de pacis conditionibus ageretur, datæque essent Porsennæ regi puellæ obsides, ut exercitum e Janiculo deduceret, Clælia virgo, una ex obsidibus, frustrata lavandi præ-textu custodes suos, eorum equis consensu, cum ceteris virginibus tranavit Tybrim: et repetita

a rege, eidemque reddita, iterum ab eo propter virtutis miraculum libera dimissa est cum iis obsidibus quas voluit ipsa eligere. Hanc equestri statua Romani donaverunt.

652 *Tarpeïæ Manlius, &c.*] Anno v. c. 364. Galli Senones, Brenno duce, cum, fuis ad Alliam fluvium Romanis captaque urbe Roma, Capitolium obsiderent, et noctu in muros per præcipitia adreperent; anseres, Junoni sacri, quibus in summa fame obsessi pepercerant, clangore suo milites excitare: hi Gallos repulerunt Marco Manlio duce, qui triennio ante consulatum gesserat. Galli deinde, post septem mensium obsidionem, pacem ingenti auri pondere cum pacti essent, a M. Camillo Dictatore superveniente cæsi sunt et urbe pulsi. De *Tarpeïæ* seu *Capitolino* monte, ubi arx et templum Jovis, supra 347.

\*Romuleoque recens horrebat regia culmo.\*

Atque hic auratis volitans argenteus anser  
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat;  
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,  
Defensi tenebris et dono noctis opacæ;  
Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis;

655

*paleis Romuli. Et illic anser ex argento, volans in aureis porticibus, monebat cunctos Gallos accedere ad portas: Galli accedebant per sentes, et jam occupabant arcem, tuti tenebris et munere noctis caliginosæ. Illis erat aurea coma, et vestimentum*

~~~~~

partes, quod statim 657 iterum est: *arcemque tenebant*.—654. *Romuleo Rom.* Totus hic versus scrupulum injicit. *Romuli casam* in Capitolio fuisse nemo dubitet. v. Vitruv. II, 1, alios, quos Cerda laudat, et Ovid. Fast. III, 189 sqq. Sed mentionem ejus hic factam video tam importune, ut nihil magis; nam nec structura nec sententia ullo eum versum vinculo comprehendit. Casa nude commemorata quorsum referri debet? Et tum sequuntur *aurata porticus*. Quæ tandem hæc paupertatis et luxuriæ in eundem locum coacervatio! At recens regia? in tanto temporum intervallo inde a Romulo ad Manlium. Nec res expeditur, si regiam de ipso Capitolio et Jovis templo accipias. Manent enim reliqua, in quibus laboramus. Alienum itaque et mala manu illatum versum esse arbitror. In edit. Parmensi versus retractus est post v. 641 *Stabant* et 642 *Romuleoque* 643 *Haud procul inde*.—655. *hinc* aliquot Pier. unus Heins. et unus Burm.—656. *abesse Rom.*—657. *Olli* unus ap. Pier., isque Romanus; et hoc præferam cum Jo. Schradero, qui laudat Stat. IV Theb. 798 *Illic per dumos et opaca virentibus umbris Devia* etc.—659. *illis* alii ap. Pier.

NOTE

654 *Romuleoque recens, &c.*] Casa Romuli multiplex fuit, in Palatino monte una, ut monet Dionys. I. II. altera in Capitolino: eaque, ut ferebant mores temporis, stramento et paleis tecta: quæ Ovidii, Senecæ, ac Vitruvii tempore adhuc supererat, et ad monumentum priscæ frugalitatis colebatur. Ovid. Fast. III. 183. Senec. contr. 9. Vitruv. I. II. c. 1. *Recens* dicitur, ratione sculpturæ; quia cum recens a Vulcano sculpta esset et ex auro efficta, videbatur fulgore suo referre rutilum quandam horrorem recentium palearum, quibus tegebatur.

659 *Aurea cæsaries, &c.*] Habitus et arma Gallorum. I. *Aurea coma*: describuntur enim a Livio et aliis comæ Gallorum promissæ et rutilatæ, seu flavæ. II. *Lactea colla*: candido etiam colore insignes fuisse prædicantur,

unde et nomen habuisse a γάλα lac. III. *Aurea vestis*, quam hic multi sumunt *probarba*, quia Lucretius I. v. 672. dixit 'impubem molli pubescere veste.' Potest tamen intelligi de veste interiore, cui sagula superinducta essent. IV. *Sagula*. Fuerunt *chlamys*, *sagum*, *paludamentum*, ejusdem prope formæ vestes exteriores, breviores, apertæ, fibula circa dextrum humerum annexæ: sed *paludamentum*, proprium imperatorum et longius; *sagum* et *chlamys*, militum et brevius. Quidam volunt *saga*, vel *sagula* Gallorum, habuisse manicas, et fibulatas fuisse vestes; sed instar tunicæ inductas, apertas tamen ante pectus. *Virgata sagula* dicuntur: id est, virgis sive segmentis distincta, versicoloribus, et in longum varia serie porrectis. v. *Torques aurei*, e collo penduli: quos apud Gallos in

Virgatis lucent sagulis; tum lactea colla 660
 Auro innectuntur; duo quisque Alpina coruscant
 Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
 Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos,
 Lanigerosque apices, et lapsa ancilia cœlo
 Extuderat: castæ ducebant sacra per urbem 665

aurum: splendebant sagis virgatis: præterea colla candida cingebantur aureis monilibus: unusquisque librat manu duo gæsa Alpina, tecti clypeis longis secundum corpora. Inde sculperat Salios saltantes, et Lupercos nudos, et acumina pileorum lanæ, et scutula emissa e cœlo: ibant ad sacrificia per urbem pudicæ matronæ in

*solis Menag. pr.—660. Virgatis fulgent pars codd. Heins. cum Goth. sec. cf. Burm.—661. immiscentur Oudart. duo cuique Parrhas. interpolate. Albina duo Burm. et tert. Goth. coruscat Ald. pr. cum aliquot Heins. et binis Goth. —662. Gæsa Medic., ut passim alibi scribitur. Eo alludunt Dorrill. et Franc. Cæsa. Goth. sec. Cæsa. Sed Gæsa communior scriptura, vid. Heins. Vox est Celtica Gess., ut nuper docuit *Bullet Mémoires sur la Langue Celtique* Tom. II hac voce. pectora Goth. pr.—663. Hic e Pierianis et suis recepit Heins. pro vulg. hinc. ancylia passim: ut Gr. ἀγκύλια.—664. Laries Medic., ait Heins., a pr. m. pro apices. Litura saltem est in Foggini exemplo. Abest que post lanigeros a ms. Wakefield.—665. Extuderant Rom. extulerat aliquot Heins. cum Goth. tert. excuderat et exciderat alii. Sed extundere exquisitius est idem quod excudere, nec modo de opere eminenti et anaglypho, sed simpli. de sculptura; Tum et omnino: preferre, invenire, ut Ge. I, 133. IV, 315. 328.*

NOTÆ

usu etiam militari fuisse, patet ex Manlio Torquato, qui nomen hoc obtinuit ob detractum in pugna Gallorum duci torque. *Æn.* VI. 825. VI. Gæsa: hastæ longiores, sed leves et exiles, quæ binæ una manu ferri poterant. *Alpina* dicuntur: vel quia e ligno Alpinarum arborum: vel quia Gallorum propria, qui circa Alpinos montes habitabant. VII. *Scuta longa*, non clypei: clypeus enim rotundus est; scutum longius multo, quam latius.

664 *Lanigerosque, &c.*] De *Salis*, supra 286. De *Lupercis*, 343. Sacerdotes porro, præpice flamines, pileos gestabant oblongos, quorum ex fastigio virga eminebat, cui lana erat filo circumligata: quod si per ætatem gestare pileum moleatius ducerent, filo illo caput circuibant, quod nefas esset eos nudo esse capite: hinc *Filamines* dicti, quasi *Filamines*: et lana

illa, *apex*, ab *apo*, quod est ab ἀπὸ *ligo*.

Lapea ancilia, &c.] Scuta brevia, quasi *amcisa*, id est *circumcisa*, quod ovali figura essent absque angulis. Ovid. *Fast.* III. 377. 'Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est: Quemque notes oculis, angulus omnis abest.' Horum unum, regnante Numa, decidisse dicitur e cœlo: et edita vox: omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Ideo Mamurius Veturius auctor fuit, ut ejusdem modi fierent plura, quibus id misceretur, ne inter nosci cœleste posset. Quod factum est, omniaque in sacrario Martis reposita, sub custodia Saliorum: qui certis diebus efferebant ea pulsabantque per urbem, ac deinde recondebant. Ovid. loco citato, &c.

Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit
 Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis;
 Et scelerum poenas, et te, Catilina, minaci
 Pendentem scopulo, Furiarumque ora trementem;
 Secretosque pios: his dantem jura Catonem.
 Hæc inter tumidi late maris ibat imago
 Aurea; sed fluctu spumabant coerula cano;
 Et circum argento clari delphines in orbem
 Æquora verrebant caudis, æstumque secabant.

670

vehiculis pensilibus. Procul hinc adjicit quoque infernas plagas, profundos editus Plutonis: et supplicia criminum: et te, o Catilina, suspensum ex imminente scopulo, et metuentem cultus Furiarum: et pios segregatos ab impiis, et Catonem his dicentem jus. Inter hæc apparebat late ex auro species inflati maris, at aquæ carulescæ spumabant fluctu albo: et delphines circum lucidi argento agitabant in orbem mare

—666. *Huic p. duo* Burm.—669. *in scopulo* Oudart. *fremement* pr. Rottend. et ed. Genev. *timentem* Goth. tert.—670. *pilos* Goth. tert.—671. *Hoc inter* Franc.—672. *spumabat* plerique Pier. Medic. Gud. Moret. sec., etiam ex Goth. alter, ut scilicet *imago spumabat* jungatur; sed recte *carula spumabant* prætulere Heins. et Burm. *spumabant æquora* Zulich. *carula pento* Montalb. a m. pr. Distingui quoque potest: *Hæc inter*—*ibat imago*; *Aurea sed fluctu spumabant carula cano*; nescio, an rotundior sic exeat oratio.—673. *arcano clari* Ven. *in orbe et in orbem* aliqui Heins.—674. *verrebant* aliquot Burm. et

NOTE

666 *Pilentis matres, &c.*] Cum Camillus aurum Apollini Delphico vovisset, bello Veienti, nec auri satis reperiretur; matronæ nobiles aurum illud ex muliebri mundo contulerunt: ob eamque munificentiam, is honor iis est habitus, ut *pilento* ad sacra ludosque veherentur. Ita Livius, ann. circiter u. c. 362. De *pilenti* vehiculi forma nihil reperio.

667 *Tartareas sedes, &c.*] De *Tartaro*, Æn. vi. 134. De *Dite*, Plutone, Ge. iv. 467. De *ostiis* Inferorum, Æn. vi. 237.

668 *Catilina*] *L. Sergius Catilina*, patricia familia vir, cum bis in petitione consulatus repulsam tulisset: de cæde consulum et senatus, de incendenda urbe, opprimendaque republica conjuravit cum nobilissimis aliis compluribus viris: deprehensus a M.

Tullio Cicerone tum consule, urbe excedere coactus est: ejus socii P. Lentulus et C. Cethegus prætores in carcere præfocati sunt: ipse commissa in agro Pistoriensi pugna victus et interfectus est, duce C. Antonio, Ciceronis collega, anno u. c. 691. De *Furiis*, Ge. iii. 582.

670 *Catonem, &c.*] Non majorem, sed minorem: siquidem Catilinae et eorum temporum hic mentionem facit, quæ propius attigit minor Cato. De utroque Æn. vi. 841. Hunc præseit juri dicendo apud pios homines in Elysiis campis, ob severam virtutem; non ut enim irrideat, quas hostem Julii Caesaris, ut argutatur Cerdanus, aliique.

673 *Delphines, &c.*] De *delphinibus*, Æn. iii. 427. De *Actio* promontorio Epiri, et *victoria* ibidem ab Augusto

In medio classes æratas, Actia bella,
 Cernere erat; totumque instructo Marte videres
 Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
 Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar
 Cum Patribus, Populoque, Penatibus et magnis Dis,
 Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammæ 680
 Læta vomunt, patriumque aperitur vertice sidus.
 Parte alia ventis et Dis Agrippa secundis
 Arduus agmen agens: cui, belli insigne superbum,
 Tempora navali fulgent rostrata corona.

condis, et scindebant fluctus. In medio mari videre erat classes æratas proris, certamina Actiaca: et aspexisses totum Leucaten fervescere pugna ordinata, et undas resplendere argento. Hinc erat Augustus Cæsar ducens ad pugnam Italos, cum senatoribus, et populo, et Penatibus, et magnis Diis, erectus in puppe sublimi: cui caput latum emittit geminas flammæ, et paterna stella apparet in capite. Alia parte erat Agrippa, Diis et ventis propitiis, sublimis, impellens aciem: cui caput radiat rostratum navali corona, quod est nobile monumentum victoriae. Inde Anto-

duo Goth. *æstusque* Sprot.—675. *classes æratas* ed. Ven. *Actia* aberrant aliquot codd. Pier. et Parrhas. *Actia vela* conjecerat Heins.—676. *extracto* aliquot Pier. instructum alii. *videre* Montalb.—677. *Leuchatem, Leucatem, Leucantem, Leucothoën*, aberrat. *auroque effulgere fluctus*; hoc hemistichium prorsus otiosum et languidum esse arbitror, quodque Tucca Variusque rescindere debebant. Quorsum enim hoc pertinet? inprimis cum jam satis declaratum esset vss. 671. 672 *mare esse aureum*. Et debebat esse *albosque fluctus*, ut cum v. 672 conveniret *fluctu spumabant cæcula cano*.—678. *Hic Franc.*—679. *populusque* ed. Ven. *populo patribusque* Goth. sec.—680. *Stat Rom.* cum aliis Pier. et Heins., item Goth. sec., quod præstare puto. *prima in puppi* Priscian. agnoscit lib. vii. cf. iii, 527. *g. huic* Gud.—681. *volunt* Medic. a m. pr. *movent* Sprot. a m. pr. *aperit se* Goth. sec. *aperitur a vertice* Medic., vitiose. Quis tamen credat hoc Cuninghamum recepiisse?—684. *lustrata*

NOTE

relata, ibid. 270. 280. De *Leucate*, ibidem monte et insula, 274. De *Augusto*, Octaviani cognomine, Æn. vi. 792. De *Penatibus*, Æn. ii. 717. De *magnis Dis*, Æn. iii. 12.

680 *Tempora flammæ vomunt*] Aliqui referunt ad galeam, cujus conus cristas habebat flammivomas, ut 620. Alii ad diadema rutilis gemmis hinc inde distinctum. Alii ad Augusti oculos, quos acres inprimis et igneos fuisse testatur Suetonius.

681 *Patrium vertice sidus*] Stella Julii Cæsaris: quæ, quia ejus in morte effulserat, pro eo habita est;

ideo ejus simulacris in capite imposita, Ecl. ix. 46.

682 *Agrippa*] *M. Agrippa*, omnium Augusti operum ac victoriarum administrator, præcipue Actiaco bello. Ter consul fuit, consors tribunitiæ potestatis cum Augusto, gener ejusdem, et adoptione filius. Obiit anno u. c. 742.

684 *Rostrata corona, &c.*] Corona navalis aurea, in speciem rostrorum navalium conformata, data raro: primum a Pompeio Magno M. Varroni, bellis piraticis: secundo ab Augusto M. Agrippæ, bellis Siculis adversus

Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis,
Victor ab Auroræ populis et littore rubro,
Ægyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit; sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.
Una omnes ruere, ac totum spumare, reductis

686

nus victor diversis bellis et auxilio barbarorum, adducit secum Ægyptum, et robora Orientis, et extrema Bactra, ab usque gentibus Auroræ et Mari Rubro; et prohelus! uxor Ægyptia sequitur ipsum. Omnes videntur simul irruere, et totum mare spumare commotum remis revolutis et rostris trifidis. Proce-

Goth. pr.—685. *que* a Pierianis aliquot abest; nec male. *Phariis* conj. Heinsius, *eleganter*; sed *variis* multo elegantius habendum, ut *populos* multos ac *diversos* habituque aspectuque *varios* designaret. *Autronius, attonitus*, prave Gothani.—686. *ab europe* Rom. et Goth. tert. *aurora* pr. Rottend. et Leid., iste etiam *populos*. Marklandus ad Statium p. 109 *Ductor* ab emendat; quod ad meum sensum jejunum est. *Victor* et per se splendidius est, et respecta certe eorum populorum, quos secum trahebat, verissimum; sed et Parthorum et Armenorum respectu non omnino falsum. Nam et Ventidius Parthos vicit u. c. 713, et Canidius, et ipse Antonii legatus, Armeniam devicit et in Iberes Albanosque exercitum duxit u. c. 716, et ipse Antonius u. c. 718, Artavasde capto Armeniam occupavit u. c. 718. Schraderus ad Musæum p. 258 *acumen* *et* *victor* inesse dicit, *quasi* victor, qui talem se haberi volebat.—687. *Ægypto* codd. Pier. *que* abest Parrhas. Hic Erfurt. alias haud magni momenti codex memorabilem lectionem suppeditat *seresque*: ita ut refingi possit:

NOTE

Sextum Pompeium, quæ ille confecit extrema ad fretum Siculum pugna, anno u. c. 718. Plin. l. xvi. 4.

686 *Victor ab Auroræ, &c.*] *M. Antonius*, omnium Julii Cæsaris expeditionum socius, ejusdem in dictatura magister equitum, consul anno u. c. 710. quo Cæsar occisus est: ac deinceps triumvir cum Octaviano ac Lepido: multa eo in magistratu crudeliter egit; Brutum et Cassium conjunctis cum Octaviano copiis vicit: mox ad bellum Parthicum et administrandum orientem profectus, Parthos quidem vicit per Ventidium, qui anno 716. de illis triumphavit: sed ipse ab iisdem affectus variis cladibus, in Ægyptum secessit, amore Cleopatrar, Ægypti reginæ: quam cum orbis terrarum reginam constituere meditaretur, hostis a senatu judicatus,

victus est ab Octaviano apud Actium Epiri promontorium, anno u. c. 723. sequente anno capta ab eodem Octaviano Alexandria, sibi ipse mortem intulit: Cleopatra cum Octavianum irretire amore suo non potuisset, verita ne in triumphum duceretur, aspidis inter ficius delitescens punctu albi mortem accersivit. *Auroræ populos* vocat orientales. *Littus rubrum*, accolæ Maris Rubri; quod Arabiam ad occidentem et meridiem alluit; et in sinum influens, Asiam ab Africa separat, Ægyptumque prætexit ab oriente. *Bactra, orum*, urbs est præcipua Bactrianæ regionis, inter Parthiam ab occidente, Indiam ab oriente, Sogdianam a septentrione, Asiam a meridie. Ex iis omnibus regionibus auxilla secum habuit Antonius.

Convulsum remis rostrisque tridentibus, æquor. 690

Alta petunt: pelago credas innare revulsas

Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:

Tanta mole viri turritis puppibus instant.

Stuppea flamma manu telisque volatile ferrum

Spargitur; arva nova Neptunia cæde rubescunt. 695

Regina in mediis patrio vocat agmina sistro;

dant mari: diceret Cycladas erutas fluitare mari, aut excelsos montes congregi cum montibus: tanta est moles turritarum puppium unde homines imminet. Proficitur manu ignis in stupa, et spiculis volucre ferrum: campi Neptuni rubescunt nova strage. In medio regina Cleopatra revocat acies patrio sistro:

Ægyptum, Sereasque, Orientis et ultima secum Bactra vehit.—690. *rostrisque tridentibus* pessime legitur cum metri vitio in nonnullis, etiam in Ald. pr. et ex ea excusis; at omissum *que* in Ald. sec. et hinc in aliis; ita *rostris stridentibus* vulgo editum, et lectum quoque in codd., ut Leid. Menag. Goth. pr. Hinc *rostrisque tridentibus* editum in ed. Commelin. ex Palatino; quod secutus est Pulman. et alii, firmavitque post Cerdam et alios Heins. ex Colot. Medic. Gud. cf. v, 143. *rostrisque rudentibus* Hamb. pr. pro var. lect.—691. *credes* Gud. Versum acumine rhetorice insignem miratur Seneca Suas. i sub. f. adjecto iudicio: *non dicit hoc fieri, sed credi*. Nam addit poëta: *credas innare.*—692. et duo Burm. *altis* tres ibid.—694. *telique* ab Heinsio præscripta est tanquam vulgata lectio: fuit ea saltem in ed. Dan. Heinsii; nam vulgo ubique legitur *telisque*, quod firmavit Heins. e Medic., aliisque melioribus; an sic *tela* machinæ sunt? ballistæ, quibus tela emittuntur? ut manu flamma, machinis sagittæ spargantur; quod videtur vulgari interpunctione effici: *Stuppea flamma manu, telisque volatile ferrum spargitur*. Sustuli interpunctionem, ut sit: *manu spargitur stuppea flamma et ferrum volatile telis*. Vide tamen an recitari possit: *Stuppea flamma, manu telisque volatile ferrum spargitur*. Ita *flamma* per se, tum tela manibus et machinis emissa, memorantur. Quo tamen exemplo dictum esse putabimus: *ferrum volatile telis*? Brunckius monet *telis* esse pro *telorum*: ut v, 609 *per mille coloribus arcum*. Agnosco analogiam; sed quam durum est: *ferrum telis*! Lenior esset ratio, si *telum* ferro esset scriptum. Saltem dicam, *spargi ferrum telis*, per tela, h. e. spargi missilibus. Præfero tamen vel sic alteram lectionem, cui præsidium in cod. Rom. est *telique volatile ferrum*. Tum *volatile* Montalb., sed *volatile* jam sup. iv, 71, quod e Sævio adoptasse fertur Virgilius ap. Macrob. vi, 5 extr., e quo laudatur *volucrumque volatile telum*.—696. *Reginam* et *agmine* Rom. in medio Franc. v. Burm.—697. *Nec-*

NOTE

690 *Rostrisque tridentibus*] Ita legendum esse diximus, et explicuimus Æn. v. 143.

692 *Cycladas*] Naves Antonii, magnitudine conspicuas, comparat cum insulis Maris Ægæi *Cycladibus*, de quibus Æn. iii. 74. Cum autem dicat, 'montes concurrere montibus altos:' inquit utriusque exercitus naves mole ac turribus fuisse insig-

nes: at præcipnam fuisse Antonianarum molem consentiunt historici. De *Neptuno*, Æn. i. 129.

696 *Patrio sistro*] *Sistrum*, æreum crepitaculum, Ægyptiorum proprium, instar reticuli quo pilæ per ludum impelluntur, hoc fere modo compactum erat. Ærea lamina in ovale figuram inflexa desinebat in manubrium: hanc laminam tres quatuorve

Necdum etiam geminos a tergo respicit angues.
 Omnigenumque Deum monstra, et latrator Anubis,
 Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam
 Tela tenent. Sævit medio in certamine Mavors
 Coelatus ferro, tristesque ex æthere Diræ;

700

et nondum adhuc spectat a tergo serpentes duos. Et portenta Deorum omnis generis, et latrator Anubis, ferunt arma adversus Neptunum et Venerem, et adversus Minervam: Mars exculptus ferro sævit in medio pralio, et funestæ Furæ ex æthere, et

~~~~~

*dum et Dorvill. gelidos conj. Burm. Sane vulgo una tantum aspis brachio admota a Cleopatra memoratur (cf. Anthol. Lat. lib. II, 71); cum tamen secundum Plutarch. Anton. p. 955 B varii et incerti de necis, quam Cleopatra sibi intulit, via et ratione rumores fuerint; cf. imprimis ad Propert. III, 11 (ed. Scal. 9), 53. 54; potuit forte et hoc narrari, binos eam angues sibi admovisse, singulis forte brachiis singulos. Quod idem narrat, fuisse qui in brachio Cleopatrarum notas duas tenues et obscuras agnovisse se dicerent, vix ad binas aspides referri potest. At Vellei. II, 87 admotis ad venas serpentibus: ut plures fuerint. Cleopatrarum morientes simulacra frustra advoces, sunt enim partim Nympharum signa, partim recentis manus sunt. Nec de lamina argentea Pompeiana (Bronzi di Ercolano Tom. I. extr.) satis exploratum est, rectene illa ad Cleopatram referatur.—698. natator aliquot Pler. Anobis Medic. Anubis sec. Rottend.—699. et abest Dorvill.—700. tenens Schol. Horat. III Od. 4. in abest Parrhas.—701. Velatus Goth. ter. Divæ Rom. et Medic. Pierii, Medic. a m. pr., aliique Heius., idem agnoscit*

#### NOTE

fidiculae, item æreæ, hinc inde trajiciebant, laxis foraminibus insertæ: ita ut, quoties sistrum manubrio commovebatur, fidicularum capita crebro affricu ad laminam allisa tinnitum ederent. Sistri usus præcipuus erat in sacris Isidis, Ægyptiæ Deæ, cujus simulacra sistrum aliquando manu præferebant. Nomen a *seles*, *quatio*. Atque ejus quidem crepitaculi sonum levem fuisse necesse est; neque satis canorum aut gravem, ut naves a prælio revocare posset: quare hoc a Virgilio dictum puto per ironiam, ut est a Propertio quoque de Cleopatra dictum I. III. 9. 41. 'Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim, Et Tyberim Nili cogere ferre minas, Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.'

698 *Omnigenumque Deum, &c.*] Cicero de Nat. I. III. 39. 'Omne fere

genus bestiarum Ægyptii consecraverunt.' Plutarchus numerat *felam*, *gryphem*: Plinius, *scarabeos*: Prudentius, *simiam*: alii alias. Præcipuus tamen eorum numina *Osiris* rex, ejusque uxor *Isis*: et *Anubis*, eorum vel filius, vel miles, vel satelles: ideo canino capite depictus; quia vel regem fide custodiebat; vel venator erat; vel ejus, quasi canis indagantis, opera Isis usa est, in investigandis mariti membris, a Typhone fratre discerptis. Vide Vossium de Idol. I. 1. 27. De *Neptuno*, Æn. I. 129. De *Venere*, ibid. 260. De *Minerva*, Æn. II. 31. De *Mavorte*, Marte, Ecl. IX. 12.

701 *Ex æthere Diræ*] *Furæ*, de quibus Æn. VI. 572. *Ex æthere*: tum quia volantes illic exculptæ erant: tum quia apud Superos præsertim dicuntur *Diræ*, Æn. III. 211.

Et scissa gaudens vadit Discordia palla :  
 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.  
 Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo  
 Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, et Indi, 705  
 Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.  
 Ipsa videbatur ventis regina vocatis  
 Vela dare, et laxos jam jamque immittere funes.  
 Illam inter cædes pallentem morte futura  
 Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri; 710  
 Contra autem magno moerentem corpore Nilum,  
 Pandentemque sinus, et tota veste vocantem  
 Coeruleum in gremium, latebrosa que flumina, victos.  
 At Cæsar, triplici investus Romana triumpho

*Discordia incedit gaudens lacera palla, quam Bellona sequitur cum flagro cruentato. Actiacus Apollo videns ista tendebat arcum ex alto: hoc motu tota Ægyptus, et Indi, omnis Arabs, omnes Sabæi convertébant dorsum. Ipsa regina videbatur præbere vela ventis invocatis, et quamprimum laxare funes navium solutos. Vulcanus fecerat illam inter strages, pallidam nece imminente, procehi fluctibus et Iapyge vento: ex adverso autem Nilum dolentem magno corpore, et aperientem plexus suos et tota veste expansa invitantem victos in sinum suum coeruleum et fluenta latebrosa. Sed Cæsar ingressus Romanos muros triplici triumpho, referebat Diis votum perenne,*

\*\*\*\*\*

Jul. Sabinus. cf. iv, 473.—702. *Excissa* Goth. sec. *pallas* idem.—703. *Quin* Goth. pr. *consanguineo* editam vidit Pierius.—704. *Accius* et h. l. scribitur. *arcum tendebat* Medic. Pierii, Gud. et alii Heins. cum Dorvill. et Goth. sec. *arcu int.* duo Burmann.—705. *Probinus omnis* Voss. pr. *Ægyptos* Probus ap. Heins.—706. *Araps* Pier. aliquot.—708. *lapsos* aliquot Burmann. *que abest* Parrhas.—709. *Illam* ap. Apulei. de mundo. *cæde futura* Oudart.—710. *Iapuge, Iapige, Iapide, Iaspide* in codd., hoc in Goth. sec.—711. *magni*, sc. Pompeii, Waddel. conj. ap. Burm., satis frigide.—712. *et torta* emendabant Gifan. et Vales., sed v. Heins. *et tuta v.* Schol. Horat. Cruqu. ad i Od. 37, et *mota* Cerda conj. *sinum et tota quem* Leid. *sinum et totaque in dno* alii, interpolate. *tota veste*, est, expansa quantum sinus patebat. Laudatur

#### NOTÆ

702 *Scissa Discordia palla*] Ut ipso habitu vim exprimat suam, qua dividit animos, fœdera dirumpit, &c. De *Bellona*, Martis sorore, Æn. vii. 819. De *Apolline*, cui sacrum erat *Actium* promontorium, Æn. iii. 275. De *palla*, pallio muliebri, Æn. i. 652.

705 *Indi, &c.*] Vel veri *Indi* Asiæ: siquidem posuit *Bactrianos* in auxiliis Antonii. Vel *Æthiopes*, Ægyptiis vicini, quos ab veteribus *Indos* etiam dictos esse ostendimus Ge. ii. 171.

*Arabes*, ad orientem Ægypti. *Sabæi*, Arabes ad meridiem Arabiæ Felicis, Ge. i. 57.

710 *Iapyge*] Vento, qui ab Apulia, Italiæ maxime orientali parte, flat recta in orientem, ideoque in Ægyptum. Dicitur *Iapyx* ab ipsa Apulia, quæ sic prius dicta fuit ab Iapyge, filio, juxta Plinium, Dædali; juxta Liberalem, Lycaonis. De *Nilo*, Ægypti fluvio, Ge. iv. 287.

714 *Triplici . . . triumpho*] Cæsar

Moenia, Dis Italis votum immortale sacrabat,  
 Maxima tercentum totam delubra per Urbem.  
 Lætitia ludisque viæ plausuque fremebant:  
 Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arce ;

715

nempe trecenta templa ingentia per totam urbem Vix resonabant gaudio et hinc  
 ac plausu: chorus matronarum erat in omnibus templis, et altaria in omnibus;

\*\*\*\*\*

Anson. Mosella 368 *Naviger undisona dudum me mole Saracus Tota veste vocat.*—715. *Mania cunctorum late comitantibus armis inepte Goth. sec.,* nescio unde arreptum. Plus refert de interpunctione monere, quam Burmannus ad aliarum editionum exemplum immutavit: *At Cæsar—Dis Italis votum immortale sacrabat. Maxima tercentum totam delubra per urbem Lætitia, ludisque viæ plausuque fremebant.* Ita vero plura parum commode dicta videntur: *votum immortale sacrabat* erit accipiendum forte pro: vota persolvebat. Sed cur *immortale*? et multo magis frigent ista: *templa lætitia, viæ ludis plausuque fremuisse.* Itaque reduxi alteram distinguendi rationem. Augustus opera publica, et in his templa, extruxit plurima, v. Sueton. c. 29, unde et Livio, quod satis notum, *templorum omnium conditor aut restitutor dictus* est; idem triumpho in vectus plura templa dedicavit, in aliis domos consecravit. v. Dio l. 1, 22. Retraxit hæc poëta et in unum tempus contulit: *maxima tercentum delubra sacrabat, votum immortale*, h. quæ voverat.—716. *de turba Parrhas.*—717. *lusuque Oblongus Longob. laudisque duo Burm. plausumque Dorvill. fremebat* alter Goth.; ita saltem jungenda: *plausuque fremebat Omnibus in t. m. chorus*; sed hoc putidum est.—718. *aræ Pier. et Heins. e suis,* excepto uno Veneto, probaverunt. Vellem adiecissent viri docti, quod sententiæ acumen in eo deprehenderent. Quid magis frigere dicam, quam in

## NOTÆ

Octavianus, devictis imperii sui æmulis, tribus continuis diebus Romæ triumphavit, anno u. c. 725. Primo quidem die, de Salassis Alpinis populis, Dalmatis, Illyriis, Pannoniis: quos statim post oppressum Sext. Pompeium vicerat annis 719. et 720. partim per legatos; partim per se ipse: præcipue Dalmatas, quo bello vulneratus fuerat. Altero die, de Cleopatra, apud Actium in Epiri littore superata, deque Macedonia, anno u. c. 723. mense Septembri. Tertio de Ægypto, post necem Antonii et Cleopatæ captamque Alexandriam subacta, anno u. c. 724. mense Sextili: unde Octavianus postea, idemque mensis, Augusti nomine insigniti sunt, an. 727. Januar. senesc.

715 *Dis Italis votum immortale, &c.]* Trecenta, id est, multa templa, quæ belli tempore voverat, variis Diis

deinde consecravit: immortalia pietatis suæ monumenta. Ita enim Dio l. LI. de iis quæ ab eo statim post triumphos edita sunt. *Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τὸ, τε Ἀθήραιον καὶ, &c.* 'Deinde vero perfecit Minervæ templum. . . . et curiam Juliam in honorem patris sui factam dedicavit: in eaque collocavit simulacrum Victoriæ . . . . Tarento advectam, et spoliis Ægyptiis decoratum. Julii quoque herois sacrarium multis in eo suspensis donariis ex præda Ægyptiaca exornavit. Multa etiam Jovi Capitolino, Junonique et Minervæ consecravit: cum ex Senatusconsulto omnia prius eorum in templis suspensa ornamenta, tanquam contaminata, essent detracta.' De ludis et sacrificiis publicis, ejus in honorem, et Romæ, et alibi institutis, multa addit. De delubris, Æn. II. 225.

Ante aras terram cæsi stravere juvenci.  
 Ipse, sedens niveo candentis limine Phœbi,  
 Dona recognoscit populorum, aptatque superbis  
 Postibus; incedunt victæ longo ordine gentes,  
 Quam variæ linguis, habitu tam vestis et armis.  
 Hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,

720

ante altaria mactati juvenci tegebant terram. Ipse Augustus, sedens in nivea porta candidi Apollinis, considerat munera populorum et accommodat ea ad postes; nationes subactæ progrediuntur longa serie, tam diversæ sermone, quam more vestium et armis. Hic Vulcanus sculpserat nationes Nomadum, et Afros discinctos: hic

\*\*\*\*\*

omnibus templis aræ sc. erant? Licet id credere: sed quid inde? an repetere placet aræ sc. fremebant? Res vero sic expedienda. Exquisite illa dicta pro vulgaribus: Omnibus in templis matronarum supplicantium cœtus visebatur, et aræ, ab artifice expressæ, ante quas victimæ immolabantur. Vulgo lectum fuit omnibus aris: idque ex Gothanis prius servat. omnibus aræ Parrhas., vitiose.—719. terras Dorvill.—721. actatque Dorvill.—722. l. o. matres aliquot Pier.—724. Hinc hic et sequi. versu aliqui sive utroque loco sive alterutro tantum. Numidum plerique Pier. et tres Goth. Numadum alii Heins., ut passim alibi. v. sup. ad III, 320. distinctos, disinctos, devinctos, disidulos, vitia librariorum: inter quæ etiam Mulcifer referendum in parte Heins. et trinis Goth. Mulciber antiquum nomen, quod Maro ab Accio et Egnatio

## NOTÆ

720 *Candentis limine Phœbi*] Templo Apollinis, quod jamdiu inchoatum in Palatio, tandem cum bibliotheca dedicavit, anno u. c. 726. Nondum igitur perfectum erat triumphi tempore: sed poëta ob vicinitatem temporum utrumque conjungit. *Candentis Phœbi*: e candido marmore Pari insulæ: nam Plinius l. xxxvi. 5. ait Augustum in Palatina æde Apollinis posuisse signa, Bupalii et Anthermi, Chiorum fratrum, opere perfecta: qui candido tantum ac Pario marmore utebantur.

721 *Dona recognoscit populorum, &c.*] Coronas aureas, quas victoribus Romanis imperatoribus et sociæ et vœtigales provincie gratulationis ergo mittebant; non vero victæ gentes ad redimendam vitam, ut fabulatur Servius. Tales juxta Livium Quintius Flaminius prætulit in triumpho centum quatuordecim: Scipio Asiaticus

Delph. et Var. Clas.

ducentas triginta quatuor: Julius Cæsar juxta Appianum bis mille octingentas viginti duas. Coronarum loco pecunia definceps ab imperatoribus exacta est, quod aurum coronarium dicebatur. Talem exegit Cæsar ab ipsa urbe Roma, cum ex Asia victo Pharnace redisset: ex Dione l. xlii. Plerumque offerebantur deinde coronæ illæ Dii, præcipue Jovi Capitolino: Cæsar saks post triumphum vendidit, confectamque inde pecuniam militibus distribuit. Octavianus, juxta Dionem, ex Italæ civitatibus noluit accipere: alias, quas a sociis accepit, postibus templorum videtur appendisse, juxta Virgilium.

724 *Hic Nomadum genus*] Triumphos Octaviani describit, qua in pompa subactarum gentium captivi ducis currum subsequebantur. 1. *Nomada*, vel *Numida*: Africanæ gentis, ad occidentem Carthaginiæ, quorum caput

3 X

Virg.

Hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos  
 Finxerat. Euphrates ibat jam mollior undis,  
 Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis;  
 Indomitique Dahæ, et pontem indignatus Araxes.

725

*Lelegas, et Caras, et Gelonos sagittis armatos. Euphrates fluctat jam mitior fluctibus, et Morini ultimi hominum, et Rhenus bicornis, et Dahæ antea invicti, et*

~~~~~

acceperat: Macro. vi, 5 pr.—725. *Hinc* Goth. tert. *Hinc relegas carasque* Dorvill. *relegas* etiam Rom. *Carasque* multi: *Caræ* etiam Servio præscripti. Male etiam Cerda eo devenit, ut *Carrhas* Mesopotamiæ inferat. *Gelones* duo Burm.—726. *Tinxerat* Rom. *Fixerat* alii Pier. *Piaxerat* quidam apud Taubm.—727. *Norini* Parrhas.—728. *Daci* editum olim et scriptum passim, vel *Dacæ*. Male: Ge. iii, 497 *Et conjurato descendens Dacus ab Istro*. Sed

NOTE

Cirta, nunc *Constantinæ*: ob pastorem vitam ita dicti a *ρῶς* *pastus*.
 ii. *Afri disincti*: id est, vel *ignati*, et labori minime assueti; quia qui se ad opus parant, accingunt vestem altius: vel revera *fluantibus vestibus induti*: hunc enim fuisse habitum Afro- rum innuit Milphio Plauti, sic Pœnum alloquens in Pœnulo Act. v. sc. 2. v. 48. 'Tu qui zonam non habes, Quid in hanc venistis urbem, aut quid quæritis?' iii. *Geloni*: populi, vel Scythiæ, vel Thraciæ. Ge. i. 115. iv. *Leleges*: vagi Asiæ Minoris populi, qui ab Homero ad meridiem Æolidis circa sinum Adramyttenum collocantur: ab aliis cum Caribus confunduntur, aut eis ut socii permisceantur. v. *Cares*, regionem occupant Asiæ, ad meridiem Ioniz, ad occidentem Lyciæ, ad septentrionem Doridis, nunc *Aidinelli*. vi. *Morini*, populi in ea parte Belgiæ Galliæ, quæ proxime ad Britanniam Magnam accedit, et ad fretum quo Britannicus oceanus cum Germanico committitur: unde *extremi* dicuntur in ea parte: horum caput fuit Tarvanna, *Terouanne*, nunc diruta, in Picardiæ et Artesiæ confinio. De Morinis triumphavit Caius Carinas, eodem anno ac die quo pri-

mum triumphum duxit Octavianus. vii. *Dacæ*, vel *Dahæ*: Scythicum genus dicuntur a Stephano: et a Pomponio Mela collocantur in Asia; non longe a Scythiis, circa Oxum fluvium: inter Bactrianos et Sogdianos: quod si ita est, fuerant illi inter Augusti captivos cum Bactrianis Antonii sociis. viii. *Euphrates*, fluvius Armeniam et Mesopotamiam alluens: de eo Ge. i. 509. Quid apud illum gesserit Octavianus, Ge. iv. 561. ix. *Rhenus bicornis*, de eo Ecl. x. 47. Hunc belli causâ trajecisse secundus Romanorum Agrippa dicitur a Dione, et triumphum tamen neglexisse, anno u. c. 717. x. *Araxes*, ex Armeniæ montibus per Mediam in mare Caspium influens, placido primum fluxu; sed ubi in asperiora devenit, ingenti impetu ac fragore: ut habet Pomponius Mela l. iii. 6. De ejus pontibus ita Servius: 'Quem pontibus nixus est Xerxes conscendere: vel cui Alexander magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt: quem postea Augustus firmiore ponte ligavit.' At de ponte quidem Alexandri loquitur Isidorus l. xiii. 21.

724 *Mulciber*] Vulcanus, ita dictus a *mulcendo* ac temperando ferro,

Talia, per clypeum Vulcani, dona parentis,
Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet; 730
Attollens humero famamque et fata nepotum.

Araxes impatiens pontis. Æneas admiratur in clypeo Vulcani talia munera matris suæ : et lætatur specie rerum quas ignorat, imponens humero et gloriam et famam posterorum.

~~~~~  
*Dachæ* Medic. *Dacæ* Rom., etiam Erf., quos vindicavit quoque Cerda. Alii *Dachæ*, *Dachi*, *Dache*, *Dacæ*, indocte, ut et ap. Lucan. vii, 429. vid. ad Silium xiii, 764. et *ponte* Montalb. *Araxis* pr. Hamb.—731. *humeris* Parrhas. *flam-*  
*mamque* Medic. *facta* multi Heins. Utraque lectio apud Serv.

NOTE

730 *Ignarus*] Quamvis enim his illæ repræsentarent cognoscere non imaginibus delectabatur, tamen quid poterat.



P. VIRGILII MARONIS

**ÆNEIDOS****LIBER IX.****ARGUMENTUM.**

**ÆNEA** conquirendis auxiliis apud Arcadas ac Tuscos occupato, Turnus admonetur a Junone per Iridem, ut in castrensia novæ Trojæ munimenta impetum faciat. Trojanis, ex **Æneæ** præscripto, non egredientibus ad pugnam; Turnus eorum naves, oppidi lateri admotas, parat incendere: sed illæ, cum ex Idææ sylvæ materia fabricatæ olim fuissent, Idææ matris beneficio mutantur marinas in Nymphas: tum, nocte imminente, circa oppidum excubiæ disponuntur. Interim Trojani, de revocando per nuntios **Ænea** solliciti, dum inter se consultant; Nisus et Euryalus, par nobile amicorum, ultro suscipiunt hanc provinciam. Laudati ab Ascanio, dimissique, cædem Rutulorum noctu magnam faciunt; eorumque spoliis induti dum pergunt porro, a Latinis equitibus obviis occiduntur. Capita hastis affixa, et in castris erecta, agnoscuntur procul a Trojanis, et ingentem in oppido luctum excitant, præsertim matris Euryali. Turnus oppugnationem mane instaurat. Ascanius Numanum insolentius illudentem, emissa e muris sagitta, configit. Quo successu elati Pandarus et Bitias portas recludunt, et Rutulos subeuntes magna strage propellunt. Turnus facto impetu tandem irrumpit; sed, clausis portis, hostium multitudine circumventus, paulatim recedit in eam oppidi partem quam Tybris alluebat, et ut erat armatus in flumen desiliens ad suos natatu revertitur.

ATQUE ea diversa penitus dum parte geruntur ;  
 Irim de cœlo misit Saturnia Juno  
 Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis  
 Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.  
 Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est : 5  
 Turne, quod optanti Divum promittere nemo  
 Auderet, volvenda dies, en, attulit ultro.  
 Æneas, urbe, et sociis, et classe relictâ,  
 Sceptra Palatini sedemque petit Evandri.  
 Nec satis : extremas Corythi penetravit ad urbes ; 10  
 Lydorumque manum, collectos armat agrestes.

*Ac dum ista fiunt in regione longe remota ; Juno filia Saturni misit e cœlo Irim ad audacem Turnum. Turnus forte quiescebat tunc apud sylvam Pilumni abavi, in valle sacra. Ad quem filia Thaumantis ita locuta est ore roseo : Turne, ecce tempus revolutum exhibuit sponte id, quod nullus Deorum auderet polliceri tibi cupienti. Æneas, relictâ urbe et sociis et navibus, adivit regnum et regionem Evandri Palatini. Nec id satis est : ixit ad ultimas urbes Coriti ; et armat multitudinem*

\*\*\*\*\*

3. ad Rutulum alter Voss. et sec. Moret. in luco Franc. Erat vir doctus, qui *Luco* conjiciebat. tunc al.—4. *secreta* qu. Moret. et Schol. Statim ad Theb. I, 104 ; solennis varietas. v. sup. II, 157. Alioqui bene ferri posset et h. I., ut VIII, 610. v. 613. III, 389.—5. *Thaumantias* Zulich. et al. *est abest* sec. Moret. et Erf.—6. *nemo pr. Divum* Parrhas.—8. *turba* pr. Hamb. ad urbe pro var. lect. *ultra* Goth. sec.—9. *Palantini* Rom. et alii. *regnumque* aliquot Pier. *petiit* major codicum pars, vitiose et invito metro. *petit* Rom., tum Medic. et Gud. ; et sic emendatum erat jam in Ald. alt. et hinc in cett. edd.—10. In *Corythi* eadem aberrationes, quæ supra III, 170.—11. *manus* duo

# NOTÆ

1 *Diversa parte*] In Etruria, apud urbem Cære, Æn. VIII. 479. De *Iride*, *Thaumantis filia*, Æn. IV. 700.

3 *Parentis Pilumni*] At Pilumnus dicitur Æn. x. 76. Turni *avus* : ibid. 619. Turni *quartus pater*, id est *abavus*. Igitur, vel *parens* sumitur hic generatim, quomodo dicimus *parentes majoresque*, quocumque gradu distent a nobis : vel, ut, ait Servius, *Pilumnus* commune fuit familiæ cognomen, a primo Pilumno derivatum in posteriores, ut Cæsarem a primo Cæsare. Sto in prima sententia : quia solus Pilumnus, caput gentis, Deus habitus est, ut locis illis videbimus ; ideoque luco seu sylva sacra donatus.

4 *Sedebat*] Vel *feriabatur* ad ejus tumulum : scripsit enim Cicero, De Leg. I. II. 55. ‘denicalibus feris resideri mortuos.’ Ita Turnebus. Vel simpliciter *otabatur*. Ita Donatus. Vel *deliberabat* secum de rerum suarum statu.

9 *Palatini, &c.*] De *Evandro*, *Palatini* montis incola, Æn. VIII. 51. In eo monte deinde structa est Roma, in eo Romulus unam e pluribus suis habuit domum, Cæsar quoque Octavianus habuit suam : unde imperatorum aedes, ubi cumque essent, *palatia* vocata sunt. *Petit* contr. pro *petiit*.

10 *Corythi, &c.*] Urbs est Tusciæ, nunc *Cortona*. Æn. III. 170. De *Ly-*

Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.  
 Rumpe moras omnes, et turbata arripe castra.  
 Dixit, et in coelum paribus se sustulit alis;  
 Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum. 15  
 Agnovit juvenis, duplicesque ad sidera palmas  
 Sustulit, et tali fugientem est voce secutus:  
 Iri, decus coeli, quis te mihi nubibus actam  
 Detulit in terras? unde hæc tam clara repente  
 Tempestas? medium video discedere coelum, 20  
 Palantesque polo stellas. Sequor omina tanta,  
 Quisquis in arma vocas. Et sic effatus ad undam  
 Processit, summoque hausit de gurgite lymphas,

*Tyrrhenorum, rusticos congregatos. Quid deliberas? jam tempus est vocare equites et currus. Amputa omnem moram, et invade castra territa. Sic locuta est, et alia aequalibus extulit se ad coelum, et in fuga signavit magnum arcum sub nubibus. Juvenis Turnus agnovit eam, et porrexit ambas palmas ad astra, et prosecutus est abeuntem talibus verbis: O Iri, ornamentum aeris, quis misit te lapsam e nubibus ad me in terras? unde subito hæc facies coeli tam splendida? cerno medium coelum hiare, et sidera errantia caelo. Parebo tantis monitis, quicumque Deorum hortaris me ad bellum. Atque ita locutus, progressus est ad fluvium, et extulit e superficie*

\*\*\*\*\*

Burm. Copulam codicum auctoritate ejecit Heins. In vulgg. *collectosque*. Alii *et collectos*, interpolate.—12. *non poscere* Dorvill. *currum* Medic. Pierii aliique, cum Menag. alt. *curvus* sec. Rottend.—13. *turbataque* vulgo multi scripti et editi, quod ex melioribus secundum Pierium emendatum ab Heinsio. *eripe* Oudart. *tu turbata arripe* vel *turbataque corripe* conj. Cuningham. v. 14. 15 jam sup. hi versus lib. v, 657. 658.—14. *pariter se* aliquot Pier.—16. *Ignotum j.*, ut ad *arcum* spectet, Goth. tert., *perperam*. *que* post *duplices* abest in aliquot Pier.—17. *ac* alii pro *et*, quod Heins. prætulit.—18. *aptam* Dorvill. *hastam* Goth. pr.—19. *unde hæc tibi* Montalb.—20. *medium video* post Pierium probavit Heins. e codd.; vulgaris ordo: *video medium*. Tum *discedere*, quod proprium in hac re verbum est, et defenditur a Seneca vii Nat. Qu. 20, idem Pier. cum Ge. Fabricio tuitus erat ante Heins., qui in Mediceo et aliis melioribus invenit. Alii *discindere*, Sprot. *dehiacere*. Laudant Iliad. Ø. 554. II. 300, ubi de longo prospectu celi aereni, quo stellæ etiam interiores obtutu deprehendi videntur.—21. *Pallentesq.* aliquot Heins. et duo Goth. *pollentesq.* dno Burm., *perperam*. v. Not. Sequor prætulerant librorum quoque auctoritate Pier. et Heins. Multi *Sequar*.—22. *vocat* aliquot Pier. *Et sic effatus*. Langnet rð et; nihil tamen e libris notatum video.—23. *Processit* Leid. *limphas* Dorvill. a m. sec.—24. *que* post *aneravit*

#### NOTÆ

*dis*, Tuscis colonis de Lydia, Æn. II. ostium orientale Tybris, Æn. VII. 781. Æn. VIII. 479. 157.

13 *Castra*] Novam Trojam, tumultuarius opere munitam ab Ænea, ad lotis manibus purius precaretur. Sic

Multa Deos orans ; oneravitque æthera votis.

Jamque omnis campis exercitus ibat apertis, 25

Dives equum, dives pictai vestis et auri.

Messapus primas acies, postrema coërcent

Tyrrhidæ juvenes : medio dux agmine Turnus

\*Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est.\*

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus 30

Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,

Cum refluit campis, et jam se condidit alveo.

Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem

Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.

*fluvii aquam, multa petens a Diis: et replevit cælum votis. Et jam totus exercitus procedebat agris patentibus, frequens equis, abundans vestibus versicoloribus et auro. Messapus regit prima agmina, filii Tyrrhei ultima: Turnus rex excurret in medio exercitu, attollens arma, et excedit alios toto capite. Veluti profundus Ganges crescens cum silentio septem fluvii placidis: aut veluti Nilus fecundis aquis, quando refluit ex agris et jam inclusit se suo alveo. Tunc Trojani procul vident nimbum repentinum colligi ex obscuro pulvere, et caliginem induci in agros. Primus*

\*\*\*\*\*

in plerisque Pierianis et in Giph. codd. aberat. cf. ad v, 167. Si totum hemistichium abesset, nemo, arbitror, desideraret.—25. *Jamque adeo* Medie. a m. sec.—26. *pictai* conf. ad vi, 747.—27. *Mesapus* Ald. et Dorvill.—28. *Tyrridæ* Dorvill.—29. Versus haud dubie ex lib. vii, 784 huc translatus. Turbat ille et comparationis nervum incidit, et deest plerisque libris Ge. Fabricii, Pierii (quem vid. ad v. 31), et Heinsii ac Burm.; adde binos Goth. cum Erf. Omissus quoque nunc in edit. Parmensi. *arma gerens* Schol. Statii, et est abest Dorvill.—32. *Cum r. ripis* Bigot. et Goth. tert., ex interpretatione: intra ripas. Sed refluit amnis e campis, quos inundavit. *alveo* Franc.—33. *subito* Parrhas. *nimbo g.* Goth. tert., perperam. *magno g.* Gud. a m. pr. *in pulvere* Oudart.—34. *Conspiciunt* pr. Hamb. *Aspiciunt*

#### NOTÆ

Æneas Æn. viii. 69. De genitivo *pictai*, Æn. iii. 354. De *Messapo*, Æn. vii. 691. De *Tyrrheo*, et ejus filiis, ibid. 483.

30 *Ceu septem surgens, &c.*] *Ganges*, fluvius mediam Indiam intersecans, ac duas in partes dividens: influens in Oceanum meridionalem uno quidam ostio; sed cui tam multæ obja-cent insulæ, ut ostium illud, insulis intercisum, multiplex dici possit. Nili modo exundare certis temporibus dicitur apud Solinum c. 55. De *Nilo*, ejusque septem ostiis et benefica exundatione, Ge. iv. 287. Comparat

igitur Virgilius Turni exercitum e multis Italiæ populis, qui prius dispersi per agros vagabantur, nunc in unum collecti instructa acie incedunt non sine majestate et silentio; cum his duobus fluviiis, non exundantibus quidem, sed post exundationem e campis in alveum refluentibus. Quidam voces illas, 'septem surgens sedatis amnibus:' non de septem ostiis, quibus Ganges descendit potius in mare, quam *surgit*; sed melius explicant de fluvii compluribus, qui in eum influunt, et quorum societate intumescit ac vere *surgit*: quo sensu,

Primus ab adversa conclamat mole Caius : 35  
 Quis globus, o cives, caligine volvitur atra !  
 Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros,  
 Hostis adest, eia. Ingenti clamore per omnes  
 Condunt se Teucri portas, et moenia complent.  
 Namque ita discedens præceperat optimus armis 40  
 Æneas : si qua interea Fortuna fuisset,  
 Neu struere auderent aciem, neu credere campo ;  
 Castra modo et tutos servarent aggere muros.  
 Ergo, etsi conferre manum pudor iraque monstrat,  
 Obijciunt portas tamen, et præcepta facessunt, 45  
 Armatique cavis expectant turribus hostem.

*Caius vociferatur ex aggere opposito : O cives ! quantus globus nigra caliginis accedit ad nos ? afferte arma celeres, date spicula, conscendite moenia : hostis instat, agite. Omnes Trojani cum magna vociferatione includunt se intra portas, et replent munimenta. Quippe Æneas peritissimus militaris rei sic abiens jussorat : si casus aliquis ejusmodi contingeret, interim dum aberat, ne auderent ordinare exercitum, neve committere in campum : tantummodo tuerentur castra et muros defensos munimentis. Itaque, licet pudor et furor hortentur eos conserere manus ; tamen opponunt portas, et exequuntur mandata Æneæ, et armati expectant hostem in*

\*\*\*\*\*

Bigot. et Goth. tert.—35. *ab adversa* Zulich., male. Recte Serv. *adversa*, quæ erat versa in hostes. c. voce C. Goth. tert. cum sec. Rottend. *Caius*, *Caycus* al. Est *Káikos*.—37. *date tela, scandite muros* ; sine copula, vet. edd. et codicum pars, quod defensum a Pierio et aliis viris doctis : sed Burmannus urget, doceri primo loco debere, Virgilii eum morem fuisse hoc modo producendi syllabam brevem, quem seniores scriptores secuti sunt. Codicum vetustiorum Pier. et Heins. (adde fragm. Vatic.) et Macrobiï auctoritas tuetur et *scandite*, quod defendunt Burman. uterque, alter ad Antholog. p. 135. Frigere tamen copulam, negari nequit : et potest illa inserta videri ab iis, qui metro perperam metuebant. Alii, uti Medic. (in quo div. lectionem a Foggino notatam non video, quam Heins. memorat), habent : *ascendite* : quod sane orationi pedestri propius esset. In Gud. *ascendite vel et ascendite* ; unde Heins. *refingere* malebat, *ascendite*, quod solenne est Livio aliisque ; sed in Marone exempla usus desiderantur. Inter hæc video quidem ubique subesse ulcus : nihil tamen tam putre ac molestum, quam copulam : hanc itaque ejeci, quod et Brunckius fecit.—38. *heia* codd., ut alibi.—39. *portis* tert. Rottend. quod vulgare esset.—41. *si qua i. F. tulisset* malit Jo. Schrader. ; hoc tamen non minus incommodum. Videtur *si qua fortuna fuisset* dictum ut, *quæcumque fortuna fuerit, ea fortuna urbis fuit*.—42. *Ne str.* alii codd. et vet. edd. *aciem* e codd. Pier. pro vulgato, quod Romanus quoque exhibet, *acies* : tum nec cr. Ven.—43. *tuto* Oblong. Pierii, cum Goth. sec. et fragm. Vatic. a pr. m. servassent pr. Hamb.—44. *furor iraque* Non. Marcell. in *conferre* ; tum monstrant aliquot Heins. et Burm. cum fragm. Vatic. *monstrarent* Goth. sec.—45. *tantum* Dorvill.—46. *sis* pro *cavis* Sprot. vid. Burm. *urbibus* Medic.—47.

#### NOTE

*septem*, erit pro inerto quolibet numero aut *centum* exprimitur. *mero* qui sæpe a poetis per *septenum*

Turnus, ut ante volans tardum præcesserat agmen,  
 Viginti lectis equitum comitatus et urbi  
 Improvisus adest: maculis quem Thracius albis  
 Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra. 50  
 Ecquis erit mecum, juvenes? qui primus in hostem?  
 En, ait. Et jaculum attorquens emittit in auras,  
 Principium pugnae, et campo sese arduus infert.  
 Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur  
 Horrisono; Teucrum mirantur inertia corda; 55  
 Non æquo dare se campo, non obvia ferre  
 Arma viros, sed castra fovere. Huc turbidus atque huc  
 Lustrat equo muros, aditumque per avia quærit.  
 Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,  
 Cum fremit ad caulas, ventos perpressus et imbres, 60

*mediis turribus. Turnus, cum antecurrens progressus esset lentiore turmam, stipatus viginti equitibus electis; ita accessit ad urbem inexpectatus: Thracius equus maculosus albo fert eum, et cassis aurea inumbat cristis rubris. O juvenes, inquit, quis erit vestrum, qui primus in hostem irruet mecum? ecce. Sic ait, et evibrans jaculum projicit in aerem, quasi initium prælii: et altus immittit sese in campum junctum urbi. Socii succedunt ei cum clamore, et sequuntur ululatu terribili. Mirantur desides animos Trojanorum: homines illos non exhibere se in æquam planitiem, non inferre arma opposita; sed insidere castris. Turnus iratus huc et illuc circuit equo muros, et vestigat ingressum per loca inaccessa. Et veluti quando lupus sub medium noctem insidians ovili pleno frendet prope septa, passus*

*rapidum p. Bigot. et Goth. tert. processerat sec. Moret.—48. electis Montalb. —49. Hemistichium idem lib. v, 566.—51. Et quis recentiores fere codd. o juvenes ante Heins. Melius interpungitur: Ecquis erit mecum, juvenes? qui pr. in hostem? quam quod erat: Ecquis erit mecum, juvenes, qui primus in hostem? Mediceus Pierii et tres ap. Burm. cum Goth. tert. quis. Menag. alter: cui.—52. attorquens Heins. e Pierianis suisque revocavit: exquisitum vocabulum: pro quo vulgarius intorquens in aliis, vel torquens. Tum emittat duo Burm. evertit alii ap. Pier.—53. campis Rom. aliquot Burm. et Goth. tert. cum Erf. affert aliquot Pier. effert Erf., male. se infert frequens Virgilio. conf. Ge. II, 145.—54. Clamorem omnes præter Rom. et Medic. cum fragm. Vatic. Utramque lectionem agnoscit Servius. accipiunt Montalb.—55. Horrifico Goth. sec. in hercia Dorvill.—57. viro Zulich. hic—atque hic sec. Moret.—58. aditumque et percia in aliis lectum damnat Ge. Fabric., recte. per atria alter Hamb. a m. pr.—59. Pano—ovili conj. Scriverii; sed vid. Heins. insidiatur pars codd. apud Burm.—60. Dum e Macrob. et Prisc. nota-*

NOTE

49 *Thracius*] De equo ejusdemmodi, potius, ubi pari periculo, pari pugnae modo, decertare possent. De verbo ferace, Æn. III. 14. De *cristis galenrum*, lustru, pro circummeo, Æn. I. 612.  
 Æn. III. 468. 60 *Caulas*] *Caula*, stabulum ovium,  
 56 *Æquo campo*] Vel plano: vel e Græco οὐλή.

Nocte super media ; tuti sub matribus agni  
 Balatum exercent : ille asper et improbus ira  
 Sævit in absentes ; collecta fatigat edendi  
 Ex longo rabies, et siccae sanguine fauces:  
 Haud aliter Rutulo, muros et castra tuenti,  
 Ignescunt iræ ; duris dolor ossibus ardet ;  
 Qua tentet ratione aditus, et quæ via clausos  
 Excutiat Tencros vallo, atque effundat in æquor  
 Classem, quæ lateri castrorum adjuncta latebat,  
 Aggeribus septam circum et fluvialibus undis,  
 Invadit ; sociosque incendia poscit ovantes ;  
 Atque manum pinu flagranti fervidus implet.  
 Tum vero incumbunt ; urget præsentia Turni ;  
 Atque omnis facibus pubes accingitur atris.

65

70

*ventos et pluvias: tunc agni securi sub matribus emittunt balatum: ille vero acer et percitus ira furit adversus absentes: furor edendi actus ex longo tempore, et guttur sitiens sanguinis vexat eum: non aliter furor inflammatur Rutulo, consideranti muros et castra, et indignatio augetur in ossibus duris: quomodo quæret ingressum; et qua parte via aliqua extrahat ex aggere Trojanos inclusos, et inducat eos in planitiem. Impugnat classem circum defensam munimentis et aquis fluvialibus, quæ latebat admota lateri castrorum: et vocat ad incerdium socios gaudentes, et ipse ardens armat manum pinu flammanti. Tunc autem dant se operi: præsentia Turni incitat eos, et omnis juvenus armatur nigris facibus. Rapuerunt*

~~~~~

tum ab Heins. et Schol. Horat. ; addit Burm.—61. *tuti* Goth. sec.—62. *ille super* Goth. pr., indocte.—64. *siccaeque* in s. Schol. Lucani ap. Burm., perperam.—65. *petenti* Parrhas.—66. *et ante duris* meliorum codd. auctoritate recte ejecit Heins. *durus dolor* Gud. *ossib. heret* Montalb. cum Mediceo Pier., sed *ardet* optimum etiam fragm. Vatic.—67. *Legebatur: qua via, hoc est: qua parte via, accessio ad muros esset, ut bene Fabric. exposuit; ne via pro sexto casu haberetur. Satis tamen probabile mihi est, quæ via a Marone fuisse scriptum, et in alterum deflexum: sicque Rom. cum plerisque aliis Pier. et Sprot. exhibebat: idque nunc reposui; utrumque Servius agnoscit. clauso aliquot ap. Pier.—68. Excutiat duo Burm. atque abest Dorvill. vallo Tencrosque e. Ven. in æquum Rom. et Medic. cum fragm. Vatic. a m. pr., pari significatione, ait Heins. Recte, nec tamen eadem rerum notione. Aliud est, in æquum locum elici, ut v. 55 æquo campo se dare, aliud in æquor seu campos. Hoc vulgatius inter poëtas: illud inter scriptores historiarum.—70. *septem* unus, *septa* alius, et *ciactam* alter Voss. ap. Burm. *classem* Rom.—71. *quæ* post socios deletum malim, nam infringit verborum vim.—72. *flagranti**

NOTE

63 *In absentes*] In agnos a scipso per septa disjunctos.

68 *In æquor*] In campum. Æn. 11.

70 *Aggeribus, &c.*] Situm describit novæ Trojæ, Æn. vii. 157. De

agger, infra 142.

780.

Diripuerē focos ; piceum fert fumida lumen 75

Tæda, et commixtam Vulcanus ad astra favillam.

Quis Deus, o Musæ, tam sæva incendia Teucris

Avertit ? tantos ratibus quis depulit ignes ?

Dicite. Prisca fides factō, sed fama perennis.

Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida 80

Æneas classem, et pelagi petere alta parabat,

Ipsa Deum fertur genetrix Berecynthia magnum

Vocibus his affata Jovem : Da, nate, petenti,

Quod tua cara parens domito te poscit Olympo.

Pinea sylva mihi, multos dilecta per annos, 85

*Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,

titiones e focis : tæda fumifera emittit ad sidera lucem piceam, et ignis mixtam favillam. O Musæ, quis Deus abduxit a Trojanis incendia tam crudelia ? quis depulit tantas flammās a navibus ? dicite hoc : antiqua est certitudo hujus facti, tamen fama ejus est æterna. Tempore quo Æneas primum struebat naves in Ida monte Phrygiæ, et parabat se ad eundem in extrema spatia maris : ipsa Berecynthia mater Deorum dicitur allocuta magnum Jovem his verbis : O fili, concede matri precanti, quod dilecta mater tua petit a te post cælum subactum. Sylva pinea cara per multos annos fuit mihi, lucus in supremo vertice, umbræ piceis opacis et truncis acernis : quem in locum

Medic. manu Dorvill. *infert* alios legere Fabric. monet. cf. Burm.—75. *D. socios* Goth. tert., indocte. *p. infert* Sprot. *f. fumum* alter Hamb. a m. pr.—77. *Qui Deus* Gud. a m. pr.—78. *tantis* Reg. cum Goth. sec. *qui Ven. detulit* Menag. pr.—79. *Discite* aliquot Burm. cum Goth. tert., indocte. *prisca fides facta est et f. p. conj.* Waddellii Animadv. Crit. p. 27, idque recepit Cuningham., sed vid. Not. *facto sit* Rom. ex *set.*—82. *genetrix fertur* Rom., et sic Goth. pr.—83. *Da, n. parenti* Goth. tert. *gnate* unus Menag. alt.—84. *jam poscit* Ven. *domitor te p. Olympi* Waddel. ibid., ingeniose ; sed conf. Not.—85. *delecta* Medic. cum Sprot. et Rottend. pr.—86. *tenebant* Gud. a m. pr. *parabant* Zulich. Ceterum ad hos versus 85. 86. 87 neminem offendisse miror. Esse enim hiulcos et scabros, nec sententia cohærere cum ceteris, ad sensum proclive est : *pineæ sylva mihi—Lucus in arce fuit* —, quorum nunc memoratur *lucus in arce*, cum in Ida ad Antandrum classis ædificata esset ? nec in acropoli Ilii cæsa esse potuit materies

NOTE

75 *Focos*] Quos excitaverant, ad accendendas arbores pinguis naturæ ; quales sunt pinus, tæda, Ecl. vii. 49. Tamen tæda pro qualibet face sumi potest. De *Vulcano*, pro igne, Ge. i. 296.

79 *Prisca fides, sed, &c.*] Etsi factum ob vetustatem multis subobscurum sit ; fama tamen ejus non perit, sed

vigebit semper. De *Ida*, Troadis monte, Æn. ii. 801. De *navibus Æneæ*, ibidem structis ad fugam, Æn. iii. 6. De *Berecynthia*, Cybele, Æn. vi. 784. De *arce*, pro montis cacumine, Ge. iv. 461. *Picea*, arbor resinam ferens, Ge. ii. 257. *Trabes acernæ*, ex acero arbore, érable.

*Nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
 Has ego Dardanio juveni, cum classis egeret,
 Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius urget.
 Solve metus, atque hoc precibus sine posse parentem, 90
 Ne cursu quassatæ ullo, neu turbine venti
 Vincantur; prosit nostris in montibus ortas.
 Filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
 O genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
 Mortaline manu factæ immortale carinæ 95
 Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
 Æneas? cui tanta Deo permissa potestas?
 Immo, ubi defunctæ finem portusque tenebunt
 Ausonios, olim quæcumque evaserit undis,

inferebant sacrificia. Ego læta concessi has arbores Trojano juveni, quando indigebat navibus: nunc metus anxius habet me sollicitam. Expelle timores meos, et permitte matrem hoc posse precibus suis: ne naves illæ deficiant, fractæ ulla navigatione aut vi ventorum: prosit ipsis, eas natas esse in montibus nostris. Filius, qui voluit astra mundi, respondet illi ex adverso: O mater! quo certis fata, aut quid rogas his verbis? an naves fabricatæ manu mortali obtinebunt jus immortalitatis? et Æneas securus atibit pericula dubia? cui Deo concessa est tanta facultas? ego potius quondam, postquam functæ iis periculis attigerint terminos et portus

navium. alter utique versus rescindendus erat. Nec satis censentaneum, si *pinæam* sylvam dixit, eandem facere *Nigranti picea et acerbis obcuram*. Præstabat delere duo versus, tanquam aliunde in margine appictos, mutato mox, iis illatis, voc. *Hanc in Has*; saltem includere eos, tanquam a poeta narratore, ad interpretationem insertos, in hunc modum: *Pineæ sylva mihi multos dilecta per annos (Lucus in arce fuit—obscurus acernis) Hanc ego D. Verum, ut diximus, prorsus sunt alieni ab h. l.—89. anxius angit retinuerat Heins. codicum omnium et Pier. et suorum auctoritate motus: uno Voss. sec. excepto, cui adde Goth. tert., in quibus urget reperitur, quod vet. edd. occupat, nec modo Sæc. xvi, quod Heins. putabat, verum Sæc. xv quoque, ut Ven. 1484, 1486, 1495, Norimb. 1492 etc., etiam edd. e rec. Egnatii, et Juntinas etc. Laudat Burm. pro hac lectione unam Aldinam: scilicet pr. et sec.; at tertia e Nangerii emendatione, et quæ ex ea fluxere, angit habent; quod iterum expulsi H. Stephanus. Præstat hand dubie h. l. urget: estque locus exempli memorabilis inter ea, quibus librorum optimorum vel omnium consensus et auctoritas criticis rationibus, a sermonis proprietate et elegantia petitis, posthabenda est. *anxius angit* inepta esset aliteratio.—90. *atque hæc* tres Burmann.—91. *Neu c.* Heins. post Pier., librorum consensu. Male; et verius vulgo *ne*; duo Burm. *nec*; unus *non*.—93. *torquet q. s. m.* assuta putabat vir doctus apud Burm., cui astipulor. *s. cæli* Leid. et Goth. tert.—94. *facta* Dorvill. quo f. *trahis* codex Ge. Fabricii, pr. Rottend. et Exc. Burm., et sic Servium aiunt legisse. *an quid* Sprot. *aut qui p.* Reg.—95. *ficte* sec. Moret.—96. *lustrat* Zulich. Malim et h. l. *certusque*.—98. *finis* tres Burm.—99. *undas* pro div. lect. sec. Moret. a pr. m. Erf. et Servius; exquisitius*

NOTÆ

90 *Ausonios, &c.*] Æn. vii. 54. *Dardanium ducem, Æn. i. 239. Lau-*

Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva, 100
 Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
 Æquoris esse Deas: qualis Nereia Doto
 Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
 Dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris,
 Per pice torrentes atraque voragine ripas 105
 Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum.

Ergo aderat promissa dies, et tempora Parcæ
 Debita complerant; cum Turni injuria Matrem
 Admonuit, ratibus sacris depellere tædas.
 Hic primum nova lux oculis offulsit, et ingens 110
 Visus ab Aurora cœlum transcurrere nimbus,
 Idæique chori: tum vox horrenda per auras

Italos: quæcumque evitaverit fluctus, et tulerit principem Trojanum ad campos Laurentes; huic auferam speciem mortalem, et imperabo has esse Deas casti maris: qualis Doto filia Nerei, et Galatea scindunt pectore mare spumorum. Sic locutus erat, et id voluit esse certum, per fluvios frutris inferni, per ripas fluentes pice et nigro vortice: et commovit nutu totum cœlum. Ergo promissa dies advenerat, et Parcæ consummaverant tempus constitutum: quando impugnatio Turni movit matrem Berecynthiam, ut averteret faces a navibus sibi sacris. Tunc primum novum lumen illuxit oculis Trojanorum, et magna nubes visa est ab oriente trajicere cœlum, et simul chori Idæi: deinde vox terribilis emittitur per aërem, et implet tur-

altero hand dubie, judice quoque Heinsio.—100. ad Laurentia Leid. et L. Rom. in L. emendabat Cunningham. cum Waddel. Animadv. Crit. p. 28, quasi hoc novum esset in poëta, ut præpositio exulet. vexerat Medic. a m. pr. duxerit Ven. et Leid.—102. quales aliquot Pier. et multi ap. Burm. Doto, Δωτο, codd. fabularumque, (adde Homeri Iliad. 2. 43. 45) auctoritate restituit et adstruxit Pierius, quem vide cum Cerda. Vulgo Cloto, vel Clotho. cf. ad Valer. Fl. 1, 134.—103. Aut G. Rom. sp. vortice pr. Hamb. pro var. lect. et ed. Ven. Burm.—104. atque r. quatuor Burm. cum Goth. tert.—105. Perspice Goth. sec.—108. complerant Zulich. a m. pr. complerent Dorvill. compulerant Leid.—109. ratibus sacris post Pier. Heinsius secundum libros meliores; vulgares: sacris ratibus. Cerda, lapsu puto calami, a. trabibus. Diomedes lib. 11 laudat: ratibus sacras d. t.—110. offulsit, quod jam e Naugerii emendatione tenebamus, Heins. e melioribus, Romano quoque aliisque Pier., in quibus offulsit vel obfulsit; cf. inf. 731. Vulgg. effulsit. cf. Heins.—111. nimbus Goth. sec. nubes Sprot. pro var. lect.—112. Idæumque chorum Zulich. Idæique cori Dorvill. Idæique chori tum vox h. videntur alii junxisse, ut Donatus: ut vox chori I. audiretur; sed languet sic oratio. cum vox duo Rottend. per

NOTÆ

rentia arva, Æn. vii. 63. Doto, Galatea: Nymphæ marinæ, Nerei filiæ: 112 Idæique chori] Corybantes, Curetes, Dactyli, Cybeles ministri: qui cymbalis æreis ea in nube circa Cybelen perstrepebant, Æn. iii. 111.

Excidit, et Troum Rutulorumque agmina cōplet:
 Ne trepidate meas, Teucrici, defendere naves,
 Neve armate manus; maria ante exurere Turno, 115
 Quam sacras dabitur pinus. Vos ite solutæ,
 Ite, Deæ pelagi; Genetrix jubet. Et, sua quæque,
 Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
 Delphinumque modo demersis æquora rostris
 Ima petunt. Hinc virginæ, mirabile monstrum, 120
 Quot prius æratæ steterant ad littora proræ
 Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur.
 Obstupuere animis Rutuli; conterritus ipse
 Turbatus Messapus equis; cunctatur et amnis
 Rauca sonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto. 125
 At non audaci cessit fiducia Turno;

mas Trojanorum ac Rutulorum: O Trojani, ne properate tueri meas naves, et ne armate manus vestras: prius permittetur Turno succedere mare, quam pinus mihi dicatas. Vos ite liberae, ite, Nymphæ maris: mater Deorum id imperat. Et statim singulae naves abocindunt suos funes e littoribus: et more delphinorum mersis rostris quærunt profundum mare. Deinde (prodigium admirabile) referunt se totidem cultus puellares, et currunt mari; quot æratæ naves antea hæserant ad littora. Rutuli animo horruerunt: ipse Messapus territus est equis commotis: fluvius quoque Tiberinus sistit raucum innummurans, et refert cursum a mari. Non tamen re-

aures pr. Rottend. a m. pr.—117. genetrixque jubet, sua aliquot Pier., minus bene.—119. diversis Zulich. dimersis sec. Moret. demergi Exc. Burm. æquore Ven.—120. mirabile dictu Rom.—121. Quot prius. Notatus versus tanquam alienus et ex lib. x, 223 huc retractus, damnatusque auctoritate metiorum codd., a quibus abest (adde fragm. Vatic.), a Pierio, Ge. Fabricio, Heinsio, aliis, etiam deterioribus, ut Erf. In iis codd. et edd., in quas illatus est, modo ante, modo post sequentem: Reddunt s. t. reperitur. In Goth. verso tert. versui demum 142 subijcitur. Variant etiam in voce proræ; in aliis puppes, in aliis naves. v. Pier., Cerda, Burm.; et in littore duo ap. Burm.—122. Redduntur t. aliquot Pier., et facies totidem Ven. feruntur pr. Rottend.—123. animis Rutuli edd. fere ante Heins., qui secutus est Medic. Sprot. (adde Goth. sec. et Erf.) et Gud. a m. pr. animi Rutulis, ut oratio varietur. Idem fecerat sup. ii, 120. Ego præferam vulgatam hanc: Obstupuere animis Rutuli, ut elegantiores: quam fragm. quoque Vatic. firvat cum Rom.—124. Turbatus Rom. Messapus, Mesappus, Mesappus, in libb. et amens Parrhas. a m. pr.—126. Turno fiducia cessit aliquot Pier. omnesque Heins., exceptis altero Hamb. et Ven. et Goth. tert., haud dubie insuavius ad aurem.—

NOTÆ

114 *Ne trepidate*] Vox illa non semper metum solum significat; sed festinationem ac tumultuationem: ut patet ex Ge. iv. 69. De Delphimibus, Æn. v. 594. De proris navium æratæ, Æn. iii. 143. De Tiberino, Deo fluvii, Æn. viii. 31.

Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:
 Trojanos hæc monstra petunt; his Jupiter ipse
 Auxilium solitum eripuit; non tela, nec ignes
 Expectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris, 180
 Nec spes ulla fugæ; rerum pars altera ademta est.
 Terra autem in nostris manibus; tot millia, gentes
 Arma ferunt Italæ. Nil me fatalia terrent,
 Si qua Phryges præ se jactant, responsa Deorum.
 Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva 135
 Fertilis Ausoniæ Troës. Sunt et mea contra
 Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
 Conjuge prærepta; nec solos tangit Atridas

pressa est confidentia Turni audacis. Ultro excitat verbis animos suorum, et ultro eos objurgat: Hæc prodigia spectant Trojani: ipse Jupiter aufert illis subsidium consuetum: naves non expectant arma nec incendia Rutulorum. Itaque mare jam impenetrabile est Trojanis, nec ulla spes fugiendi superest ipsis: pars altera mundi ablata est ipsis: terra vero est in potestate nostra: tam multa sunt millia nationum Italarum quæ inferunt iis bellum. Nullatenus terrent me fatalia oracula Deorum, si Trojani prædicant aliqua pro se: satisfactum est fatis et Veneri, ex quo Trojani attigerunt agros fecundæ Italiæ: sunt quoque mihi fata mea adversus illa,

127. dictis tollit sec. Moret. tollit, dictis atque increpat ultro ed. Dan. Heins. animos autem Rutulorum esse, quos tollit Turnus, quis dubitet?—128. petant alter Hamb.—129. neque ignes vetustiores Heins. et alii. In sensu alterius hemistichii hærent Intpp.; Faber post Ortuin. emendat: nunc telaque et ignes. Burmannus multis verbis nihil expedit. Sententia tamen expedita satis per se: his Jupiter ipse auxilium solitum (navibus amissis, quibus fugere possint) eripuit, adeoque eos perdidit; nec adeo ad eos perdendos opus est nostra opera: non tela nec ignes Expectant Rutulos. Ex vulgari satis usu loquendi expectamus ea, quæ omnino futura sunt, adeoque et mala, quæ imminet.—131. ademta est Rom. Montalb. Servius Danielis, Goth. pr., et alteri deest est.—132. in deest ed. Ven. Burm. in nostris manibus prætulit ordinem Heinsius secundum libros; adde fragm. Vatic. In aliis: in manibus nostris, quod quidem mollius ad aures videtur. gentis pars codd. Pier. et add. cum Mediceo. At alii, inter quos Rom., Oblongus et Medic. Pierii, cum fragm. Vatic. gentes, haud dubie doctius, ut per appositionem sit: tot millia, eaque gentes Italæ: pro vulgari tot millia gentium Italicarum vel Italarum.—133. ferant pr. Hamburg. pro div. lect. Italiæ ec. Rottmnd.—134. pro se sec. Moret.—135. Stat deterrimus liber, Franc., cum Goth. tert. datum est ante Heins., qui post Pierium meliores libros et exempla similia est secutus; tnetur rō est fragm. Vatic. cum Rom. quid arma alter Hamb.—137. excindere itidem deterior: excidere Hugon. cum Erf. scindere duo Moret.—138. prærepta

NOTÆ

130 Rutulos] Æn. vii. 794. De Teucris, Æn. i. 239.

131 Rerum pars altera] Inferioris orbis, qui ex aqua et terra conglobatur.

134 Phryges] Trojani, qui per contemptum sic appellabantur, ob Phrygum molliorem. Æn. i. 385.

138 Atridas] Atræi, Mycenarum regis, filios: Agamemnona, Æn. iii.

Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.
 Sed periisse semel satis est. Peccare fuisset 140
 Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
 Fœmineum. Quibus hæc medii fiducia valli,
 Fossarumque moræ, leti discrimina parva,
 Dant animos. At non viderunt mœnia Trojæ
 Neptuni fabricata manu considerare in ignes? 145
 Sed vos, o lecti, ferro qui scindere vallum

nempe evertere bello gentem impiam, siquidem erepta est mihi sponsa. Nec ista indignatio movet solos filios Atræi, aut licitum est solis Mycenis sumere arma. At nonne satis est iis semel periisse? satis esset, non adhuc omnino adhorrentibus a muliebri genere, peccasse prius. Illi, quibus hæc tutela aggeris interjecti, et fœne nos remorantes, quæ parum determinant eos a morte, augent audaciam: nonne viderunt muros Trojæ, structos manu Neptuni, collabi in flammæ? at vos, o selecti

Franc. an solos ap. Macrob. iv Sat. 4, nec male, etsi mendose. vid. Heins. solos an conj. Cuningham.—140. Si p. s. pars codd. Pier. et Heins. et Gœth. tert., male probatum Pierio: multo enim gravius alterum est: Sed per. omnia. Hoc etiam Rufinian. tueretur p. 270, ubi v. Ruhnken. Cum p. s. pr. Rottend. Tum peccasse aliquot Pier. et duo Heins. Similis locus ap. Silium xvii, 443 Sed fugisse satis fuerit etc.—141. modo nec aliquot Pier., unde natum esse apparet modo nunc g. Ven., et sic corrigebat Markland. ad Statium p. 284. Sed mirum est viros doctos in loco hoc nodum quærere, aut in eo solvendo adeo laborare potuisse. modo non, ut tantum non omne, quoties non occurrat? perosos recte retinuit Heins. Etiam satis esse debebat ante, semel peccasse eos, perosos genus fœmineum modo non omne. perosis Gud. a m. pr. perosum aliquot Pier., multi Heins. et Burm., et inter eos Gud. a m. sec. cum Carisio et Schol. Statii. In Mediceo erat perosos et emendatum u h. e. perosus: similem licentiam deprehendimus in fragm. Vatic. perosos etiam Rom. exhibuisse videtur, et constanter illud retinent edd. vet., quas evolvimus.—142. f. belli alter Hamb.—143. mora et Rom. discrimine parvo, minus eleganter, pars codd. Pier. et Heins. cum ipso Medic. et fragm. Vatic. a pr. m., et sic fere edd. ante Heins.—144. At non Heins. post Pierium e melioribus libris vindicavit: vulgo An non. Utramque lectionem Servius memorat. conf. vii, 363 At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor; ubi eadem varietas.—146. At vos qu. Moret. Sed vos electi aliquot Pier. et Reg. cum Dorvill. selecti

NOTÆ

54. et Menelaum, Æn. ii. 264. Qui ob raptam a Paride Trojano Helenam, Menelai conjugem, Græciam universam in Trojanos concitarunt. De Mycenis, Peloponnesi urbe, Æn. i. 288.

140 Sed periisse semel, &c.] Concisa admodum sententia, ideoque subobscura: quæ juxta traditam interpretationem sic fusius explicari potest. Nonne sufficit ipsis jam semel periisse,

propter amorem fœminarum? certe quicumque alii nondum odissent penitus omne genus fœmineum; iis satis fuisset peccare prius: id est, satis esset peccasse prius: sive, satis esset memoria prioris peccati et pœnæ, ut ab amore fœminarum averterentur: non iterum idem peccarent, et novam sibi perniciem accerserent.

142 Valli] Dicitur vallum et vallis. Vallum, munimentum est; ex aggesta

Apparat, et mecum invadit trepidantia castra?
 Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
 Est opus in Teucros. Addant se protinus omnes
 Etrusci socios. Tenebras et inertia furta 150
 Palladii, cæsis summæ custodibus arcis,
 Ne timeant; nec equi cæca condemur in alvo:
 Luce, palam, certum est igni circumdare muros.
 Haud sibi cum Danaïs rem faxo et pube Pelasga
 Esse putent, decimum quos distulit Hector in annum. 155
 Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
 Quod superest, læti bene gestis corpora rebus

socii, dicite: quis parat evertere ferro vallum, et quis impugnat mecum castra timida? Non est opus mihi contra Trojanos armis Vulcani, non mille navibus: statim adjungant se illis omnes Tusci socios: ne metuant noctem, et ignavum furtum Palladii, occisis custodibus supremæ arcis: nec occultabimur in obscuro utero equi: ratum est cingere muros ignibus palam de die. Faciam ne existiment sibi negotium esse cum juventute Pelasga et Achivis, quos Hector protraxit usque ad decimum annum. Jam vero, siquidem optima pars diei lapsa est: quod restat, o

Mentel. pr. a m. pr. o læti Parrhas. a m. pr. qui Heins. post Pier. e bonis libris, ex solita elegantia. cf. sup. v. 51. Vulgo quis. scandere Goth. tert. —147. Apparet aliquot Pier.—151. Versus totus remoratur impetum loquentis Turni, ita ut orationem liberatam eo esse pervelim. Observat quoque Burmann., Freinshemium ad Curt. iv, 13, 8 hemistichium, ex lib. ii, 166 repetitum, ab alia manu assutum putasse. Nunc video Jacobum Bryant hoc ipsum furtum versus ex alio loco surrepti agnoscere, et Brunckius causam aliam docte adjicit (præf. p. vi), quod secundus casus Augusteo sæculo *Palladi* erat, non *Palladii*. Exultat etiam versus ex ed. Parmensi. *cæcis* Goth. tert. *lætæ* in Rom., in aliis Pierianis, cum fragm. Vatic. a m. pr. *lætæ* c. a., minus bene.—152. *Nec* alii ap. Burm. *Retineant* Goth. sec. *cæcæ* aliquot Pier. cum Regio Burm. *claudemur* Bigot. cum Goth. tert. *condemus* Montalb. *condentur* duo Moret. *alveo* Rom.—154. *saxo* Goth. tert. *et puppe* sec.—155. *putant* tres Burm., et *ferant* aliquot Pier. et Heins. cum fragm. Vatic. *decimum* v. Pier.—156. *nunc ideo* fragm. Vatic. *quoniam melior* Ven. et Goth. tert. *diei est* aliquot Pier. et Heins. cum uno Goth., quod tenuem facit ora-

NOTÆ

terra, quæ proprie agger dicitur; et audibus sive palis, qui proprie dicuntur *ralli*, quibus terra aggesta cohibetur. De *Trojæ muris a Neptuno fabricatis*, Æn. ii. 619.

148 *Armis Vulcani*] Duo videtur dicere: et se non egere armis a Vulcano fabricatis, qualia Achilles habuit, Æn. viii. 383. nec se usurum proprio ense, quem habuit ipse Tur-

Delph. et Var. Clas.

nus, a Vulcano item confiatum, Æn. xii. 90. De *mille carinis* Græcorum, ad Trojam, Æn. ii. 198. De *Etruscis*, Æn. viii. 479. De *nocturno furto Palladii* Trojani, facto ab Ulysse et Diomede, Æn. ii. 166. De *equo Trojano*, et Græcis eo inclusis, Æn. ii. 260. De *Danaïs*, Æn. i. 34. De *Pelasgis*, Thessalis, ibid. 628. De *Hectore*, Priami filio, ibid. 103.

Virg.

3 Y

Procurate, viri; et pugnam sperate parati.

Interea vigilum excubiis obsidere portas

Cura datur Messapo, et moenia cingere flammis.

160

Bis septem, Rutulo muros qui milite servant,

Delecti: ast illos centeni quemque sequuntur

Purpurei cristis juvenes auroque corusci.

Discurrunt, variantque vices, fusique per herbam

Indulgent vino, et vertunt crateras aënos.

165

Collucent ignes: noctem custodia ducit

Insomnem ludo.

Hæc super e vallo prospectant Troës, et armis

Alta tenent; necnon trepidi formidine portas

Explorant, pontesque et propugnacula jungunt;

170

Tela gerunt. Instant Mnestheus acerque Serestus:

viri, re feliciter inchoata, reficite hilares corpora, et parati expectate prælium. Interim committitur Messapo cura collocandi ad portas stationes vigilum, et circumdandi munimenta ignibus. Quatuordecim Rutuli electi sunt qui observent muros cum militibus: illos vero singulos sequuntur centum juvenes purpurati cristis et fulgentes auro. Disagantur, et succedunt sibi invicem, et projecti in graminibus vacant computationi, et exhauriunt pocula ænea. Micant ignes: vigiles transigunt noctem insomnem ludendo. Trojani prospectant ista desuper ex aggeribus, et servant armis summas partes murorum: præterea paridi metu circumspiciunt portas, et firmant pontes ac propugnacula: habent arma expedita. Urgent Mnestheus et ardens

~~~~~

tionem.—159. *parati* revocavit Burm., quoniam milites parati ad pugnam centies dicuntur. Altera lectio ob codicum consensum a Pieris et Heinsio erat probata: *pugnam sperate parari*. Accedit fragm. Vatic. et nunc Wakefield, laudato cod. Collegii Jesu.—160. *flamma* Pierii libri et tres Burm.; adde fragm. Vatic.—161. *Bis septem Rutuli* vulgg. omnes. *Rutulo*, quod felici calami lapsu natum videtur, elegantie studio e Medicæ Heins. dedit, qui muros alter Hamb.—162. *Dilecti* Gud. et unus Goth. *sequuntur* vel *secuntur* pars libb., idque post Pier. probavit Heins. Romanus cum aliis, etiam edd., *acuti*.—163. *Purpurei*, quod elegantius (cf. Cerda), tuncur Medic. Rom. fragm. Vatic. cum al. Bona tamen librorum pars *Purpureis cristis* exhibent ap. Pier. et Heins.—165. *coertunt* Leid. a m. pr. *cr. aureos* (binis syllabis) Montalb. pro var. lect.—166. *custodia ducunt* Goth. tert. Quam cupide hoc arripuisset Heins., si alicubi reperisset. Nunc video sic emendasse quoque Cuninghamum.—168. *Despectant* Ven. ut armis emend. Wakefield, pariter ac viii, 605.—169. *t. f. pennas* edd. Nonii Marcelli in *explorare*, ut pinnas valli subintelligat, notante Heinsio.—170. *que* abest binis Burm.—171. Si *Tela* gerunt est, armati sunt, otiosa est lacinia post illa: *et armis alta tenent*. Sensus itaque

#### NOTE

165 *Crateras*] De iis poculis, Ecl. v. 68.

170 *Pontes et propugnacula*] Pontes, et scalas, quibus turres et munimen-

ta inter se committebantur, ut possent obceasi discurrere. De legionis, Ge. ii. 270.

Quos pater Æneas, si quando adversa vocarent,  
 Rectores juvenum et rerum dedit esse magistros.  
 Omnis per muros legio, sortita periculum,  
 Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum est. 175

Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,  
 Hyrtacides; comitem Æneæ quem miserat Ida  
 Venatrix, jaculo celerem levibusque sagittis;  
 Et juxta comes Euryalus, quæ pulchrior alter  
 Non fuit Æneadum, Trojana neque induit arma; 180  
 Ora puer prima signans intonsa juvena.  
 His amor unus erat, pariterque in bella ruebant;  
 Tum quoque communi portam statione tenebant.  
 Nisus ait, Dine hunc ardorem mentibus addunt,

*Serestus: quos pater Æneas, si res adueras aliquando id exigere, jussisset esse moderatores juvenum et administratores rerum. Quodlibet agmen, per sortem exponens se periculo, excubat per muros, et variat vices, secundum id quod unicuique contigit arandum. Nisus, filius Hyrtaci, ardentissimus in bello, quem Ida venatrix dederat Æneæ comitem, promptum jaculo et sagittis levibus, erat custos portæ: prope cum erat Euryalus, quo nullus alius Trojanorum formosior fuit, nec tulit arma Trojana; puer notans vultum imberbem prima juventute. Erat illis amor mutuus, et simul solebant currere ad pugnam: tunc etiam arcebant portam communibus excubiis. Nisus dixit: Euryale, an Dii immittunt animis hunc ardorem? an aus*

esto: afferant, portant missilia et alia tela, quibus opus esse poterat. *Laetatur aliquot Heins. cum binis Goth.—173. juveni Burm. recepit lectionem Ge. Fabricio olim e Donato probatam. Nulla auctoritas affertur præter pr. Hamb., qui pro var. lect. habebat. Agnoscit tamen etiam Servius lectionis diversitatem, unde, puto, in ed. Stephanian. venit. Recepit quoque Caningham. Accipiendum ita de Ascanio. Verum hunc in modum, puto, poeta dicturus erat: puero. Quos pater Æneas—Rectores puero; ut toties aliis locis, Iulus puer, Ascanius puer, et puer absolute, ut X, 70; nec unum locum occurrere memini, quo Ascanius juvenis dicatur; quod contra de Turpo solenne est. Melius adeo erat, constantem librorum lectionem retinere: Rectores juvenum h. Teucrorum, quo Mnesteus et Serestus sub signis habebant; ut toties juvenes pro viris, militibus, turba, et sic porro dicti occurrant.—175. Exercetque qu. Moret. Succedunt variantque vices q. Nonius Marcellus in tueri, consutum ex vs. 222 et 164. est omissum in sec. Hamb.—177. Ide Moret. sec. Yda Dorvill.—178. jaculis Vratil. levibusque duo Burm.—179. It juxta pr. Moret. Verum Et juxta est pro, et una cum ipso, ὁμοῦ, ὁδῷ ἀβρῶ, erat E. Et Nisum juxta Euryalus aliquot Pier.—180. neque a Pierio pro nec. Ed. Ven. Trojanæque induit.—182. que abest Montalb.—183. Tum Heins. e libb. Vulgo: Tunc.—184. addant Zulich.—*

## NOTE

177 *Ida Venatrix*] Vel mater Nisi nomine *Ida*: vel mons *Ida*, Æn. II. 301. quæ dicitur venatrix, quia venatoribus frequens: ut Ge. III. 44. 'Do-

mitrix Epidaurus equorum.'

181 *Prima juvena*] *Lavagine*, quæ primæ juventutis indicium est.



Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido? 185  
 Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum  
 Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete est.  
 Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum.  
 Lumina rara micant; somno vinoque sepulti  
 Procubuerunt; silent late loca. Percipe porro, 190  
 Quid dubitem, et quæ nunc animo sententia surgat.  
 Ænean acciri omnes, populusque patresque,  
 Exposcunt; mittique viros, qui certa reportent.  
 Si tibi, quæ posco, promittunt: nam mihi facti  
 Fama sat est: tumulto videor reperire sub illo 195  
 Posse viam ad muros et moenia Pallantea.

*cupido ardens fit unicuique Deus? Jamdiu animus suggerit mihi aggredi, aut certamen, aut aliquid magnum; nec contentus est hoc otio tranquillo. Vides, quæ confidentia rerum occupet Rutulos: ignes rari splendent: jacuerunt labefacti somno et vino: loca omnia undique silent. Adverte porro quid mediter, et quod consilium quoriat animo meo. Omnes, et plebs, et proceres, petunt recitari Æneam: et mitti homines, qui referant certa de eo. Si pollicentur se daturus tibi ea quæ peto (nam gloria facti sufficit mihi) videor posse invenire juxta illum collem iter*

185. *sit tres* Burm., sed recentiores.—186. *aut aliud perperam emendabat* Henmannus. In Gud. *erasum erat jam*.—187. *Mens agit et ne pl.* alter Hamb. *mihi non otiose vacat: est pro, mens mea; tum placita duo* Burm. *est abest a binis aliis*.—188. *qua* alter Hamb.—189. *Lumina clara vitiose alter* Hamb. *vera* Menag. pr. *vino somnoque* Dorvill. *sepulti* recepit Heins. aliquot codd. (adde Serv.) auctoritate, posthabita prærogativa Codd. antiquiorum Rom. Medic. et aliorum, in quibus *soluti* legitur, ut orationem variet poeta: occurrit enim idem hemistichium inf. 236.—190. *Perspice et Prospice* variant codd. Heins. et Burm.—191. *et abest* Ven. *aut quæ nunc aliquot* Heins. et Burm. cum binis Goth. *anima* Gud. *surgit* duo Burm.—192. *Æneam accirique* duo Burm. *omnis populusque unus* Pier. et tres Burm., quod deterius. *populique* Dorvill. cum binis Goth. *populosque* Parrhas. duo Rottend. et vetus codex Pier., qui Romanus est, ut vetus scriptura sit *patres autem sunt ol yéporres*.—193. *cepta* Oudart. *reportant* pr. Hamb.—194. *Sic tibi* Goth. pr.—195. *Fama satis* Zulich. et Dorvill. *cumulo deo, video* sec. Rottend. *aperire* aliquot Pier., quod per se non malum esset. *sub alto* Bigot. Turbant virum doctum muri et moenia junctim apposita de

## NOTÆ

185 *An sua cuique, &c.*] An vero nusquaque, id quod valde vult, divino impulsu se sibi fingit velle?

191 *Quid dubitem?*] *Quid mediter, quid deliberem facere:* omnis enim deliberatio cum dubitatione conjuncta est.

194 *Si tibi, quæ posco, promittunt*] Hic torquent se interpretes levi de

causa. Sensus est: si tibi tribuant mercedem, quam sum petiturus: idque ait ex amicorum iugonio, qui sibi una periculosa, amicis comoda querunt. Hoc manifestum est ex iis quæ sequuntur: 'nam mihi facti Fama sat est.' Opponit enim famam commedias. De *Pallantea urbe*, Evandri regia, Æn. viii. 51.

Obstupuit magno laudum percussus amore  
 Euryalus; simul his ardentem affatur amicum:  
 Mene igitur socium summis adjungere rebus,  
 Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam? 200  
 Non ita me genitor, bellis assuetus, Opheltēs  
 Argolicum terrorem inter Trojæque labores  
 Sublatum erudiit; nec tecum talia gessi,  
 Magnanimum Ænean et fata extrema secutus.  
 Est hic, est animus lucis contemtor, et istum 205  
 Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.  
 Nisus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar;  
 Nec fas; non. Ita me referat tibi magnus ovantem  
 Jupiter, aut quicumque oculis hæc aspicit æquis.  
 Sed, si quis (quæ multa vides discrimine tali), 210  
 Si quis in adversum rapiat, casusve, Deusve,  
 Te superesse velim; tua vita dignior ætas.

*ad urbem et munimenta Pallantēi. Euryalus stupefactus est, percitus magna cupiditate gloria talis: simul alloquitur ferventem amicum his verbis: An ergo, Nise, rensis me admittere socium in tantis rebus? an dimittam te solum in tantum periculum? Opheltēs pater meus, assuetus armis, non sic instituit me, educatum inter motus Græcorum et bella Trojæ: nec feci tecum talia, ex quo sequor generosum Æneam et fortunam ultimam. Est sane, est animus hic meus negligens vita; et qui putet istam gloriam, ad quam aspiras, bene comparari dispendio vitæ. Nisus respondet ad ista: Sane nihil tale timebam de te, nec licebat timere: non sane: sic magnus Jupiter, aut quisquis Deus considerat justis oculis hæc nostra, reducat me tibi victorem; ut verum dico. At si aliqua (cujusmodi præ-*

\*\*\*\*\*

eadem urbe; tenendum scilicet, mœnia esse locum ad muros. De palatio vix mœnia dicta, ne lib. vi, 549 quidem.—197. *percussus* Heins. post Pier. e libris. *percussus*, πληγῆς, tanquam flagro aut stimulo, quod jam Ge. ii, 476 vidimus, sæpe a viris doctis illustratum. Alii *perculus*, perpetua varietate. tanto *percussus* alter Hamburg.—198. *adfatus* Sprot.—199. *tantis a rebus* Macrob. Sat. vi, 6. Sed quis ideo alterum dubitet recte se habere!—200. *te solum* Dorvill.—202. *Terrorem Argolicum* Parrhas.—204. *facta* duo Burm. *fama* Rom.—205. Schol. Statii ad Theb. i, 607 *En hic est*, ad iii, 603 *Isthic est*. Cuningh. conj. *Est, est hic*. Scilicet si altero modo scriptum fuisset, alterum conjecturus aliquis fuerat. Ad talia ludibria magna pars critici vulgo acuminis redire solet; tum *vita contemtor* Sprot. pro div. lect. et ipsum pr. Zulich.—206. *credit* sec. Moret. *quo tendit* duo Burm., sc. animus. verum ad mentem Euryali alterum est gravius: ad quem tu tendis. *Qui bene credat emi vita* Goth. tert.—210. qui Moret. qu.—212. Heins.

# NOTÆ

202 *Argolicum*] Græcum, ab urbe de te timebam, quale suspicaris:  
*Argis*, Æn. i. 288. nempe ne timidus esses, cum inter  
 207 *De te nil tale verebar*] Nil tale bella natus et educatus sis, &c.

Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemptum  
Mandet humo solita; aut, si qua id Fortuna vetabit,  
Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro.  
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris:  
Quæ te sola, puer, multis e matribus ausa,

215

*vides plurima in tali periculo) si aliqua, aut fortuna, aut Deus, deducat me in aliquam calamitatem; optarem te restare; tua ætas dignior est vita. Sit aliquis, qui de more committat terræ me, subductum e prælio, aut redemptum pecunia; aut, si aliqua fortuna id prohibeat, sit aliquis, qui persoluat mihi absenti iusta, et ornent me tumulo. Ne vero sim auctor tanti luctus infelici matri tuæ: quæ audax e plurimis matribus sola sequitur te, o puer; nec curat urbem magni Acente.*

in ora codicis *vite* ascripserat, ut esset *ætas vite*, dignior autem pro iustior. Hoc est argutari. *tua ætas*, juvenia, dignior est *vita*.—213. *Si qui* Gud. a m. pr. *Si quis vel* *Set quis* pr. Rottend. *pugna* alter Hamb. *pretioque* duo Burm.—214. *solita*: ita inde ab Aldd. editum. A Dan. Heinsio admissum *solida*, quod damnabat Nic. Heinsius; repositum tamen ab eo *solita*, iterum expulsum a Burmanno, qui *solida* tueretur. Est sane permutatio illa obvia et frequens. conf. Culic. 99 *solidum* carmen, imo *solitum*; tum *solita* legerat Serv., ita quoque Erf., et Dorvill. *solita*, si qua, et e Mentel. *solito*. vid. Waas. ad Sallust. Jug. 52 f. Burmannus tamen movet difficultatem: quomodo advenit Trojanis humus dici possit *solita*. Scilicet humus non de Latii solo, sed omnino de terra accipienda, qua nos mortui condi et humari solemus more solemus. Et erat saltem in Latii occupata terra, in qua Trojani conacerant; est autem *solitum* omne id quod est patrium, domesticum, familiare. Ergo vel sic reportatus ad suos terra *solita* sepeliendus erat. Utrouque ergo modo recte humo *solita* dictum est. *Solida* humus vix placere potest, etiam si respectu naufragiorum et percuntis in mari insepulti eadaveris dicta accipiat; nec dicendum, esse epitheton mere ornans, vi oppositi maris, seu ætheris, qui raris, tenuis: eodem modo, quo *typhæ bœasæra*. Nec magis *solita* Fortuna placet, ut Servius verba jungit: qui unde hoc habuerit, præclara docet nota Julii Pomponii Sabini: “Apronianus, inquit, distinguit, mandat humo: *Vel* (leg. ut) *dicus* humo *solita*, id est quia *solitum* erat humare homines. Alii legunt: id *solita*, pro, id *solitum*. Alii *solita* fortuna, scilicet *insidere magnis rebus*.” Ceterum Aproniana distinctio recepta olim fuit a pluribus. Sic distingui video in fragm. Vatic. et, quod expectabam, in ipso Mediceo: *Mandet humo: solita* aut si qua id Fortuna vetabit. Revocavimus humo *solita*, solenni, quod codd. et poetici usus auctoritatem sensumque habet. Illud adhuc notandum: Goth. tert. *solitum* habere. octabat tres Burm., et unus vetabat. Goth. tert. *negabit*.—216. *Ne m. m.*—*causa* tumulus Schol. Statii Theb. III, 373.—217. *multis a m. Rom.* *multis e matribus* una aliquot Pier.

## NOTÆ

213 *Raptum pugna, &c.*] Sic Antigone cadaver Polynicis fratris e pugna campo clam eripuit. Et Priamus cadaver Hectoris filii magnis muneribus ab Achille redemit ad sepulcrum.

215 *Absenti ferat, &c.*] Si cadaver

meum haberi non possit, saltem honorarium mihi sepulcrum struat, *Æa.* III. 304. *inferatque* sepulcro dona, quæ ideo *inferia* dicuntur; aquam, lac, mel, vinum, sanguinem, et aliquid etiam exsectos capillos, *Æa.* III. 62.

Persequitur, magni nec moenia curat Aestæ.  
 Ille autem : Causas nequicquam nectis inanes,  
 Nec mea jam mutata loco sententia cedit. 220  
 Acceleremus, ait. Vigiles simul excitat. Illi  
 Succedunt, servantque vices: statione relicta  
 Ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.  
 Cetera per terras omnes animalia somno  
 Laxabant curas et corda oblita laborum : 225  
 Ductores Teucrum primi, delecta juvenus,  
 Consiliū summis regni de rebus habebant,  
 Quid facerent, quisve Æneæ jam nuntius esset ;  
 Stant longis annexi hastis, et scuta tenentes,  
 Castrorum et campi medio. Tum Nisus et una 230  
 Euryalus confestim alacres admittier orant :

*Ille vero respondet: Frustra colligis falsos prætextus: nec meum consilium jam mutatum movetur loco suo: properemus. Simul expergefacit excubitores: illi succedunt, et timentur portas ordine suo. Ipse Euryalus relictis excubiis incedit comes Niso, et advenit regem. Animalia reliqua per omnes regiones solvebant somno curas et animos inmemores laborum. Primi duces Trojanorum et juvenes lecti habebant deliberationem de maximis negotiis regni: quid agerent, aut quis jam iret nuntius ad Æneam. Stant nixi longis hastis, et tenentes clypeos, in medio castrorum et campi. Tunc subito Nisus et Euryalus simul rogant admitti:*

*tantis e m. apud Serv. ad xi, 85.—218. Persequitur post Pier. Heinsius e codd. tnetur: adde iis fragm. Vatie. At vett. edd. Prosequitur. Sed persequi perseverationem sequentis notat. magna—Aestæ malit Trappius: sed magnus heroum epitheton commune ac perpetuum.—220. Nec me immutata fragm. Vatie. a pr. m. sedis vitium non modo ed. Masvic., ut Burm. putabat, sed et Nic. Heins. ed.—222. variantque Nonium videri legisse, notat Burm. Sed v. 164. 175.—223. comes Nisus alter Menag. niso sec. Rottend. revisant aliquot Pier. requirit Oudart.—225. Idem fere versus sup. iv, 528.—226. primi Teucrum tres Burm. primi et delecta olim edd. multi codd. Sed secundum meliores eiecit et Heinsius, Pierio adhuc addubitante. Scilicet ad consilium senes poëta adhibere debebat, non juvenes. Hærent in hoc et alii Intpp. Sed tenendum erat, Virgilio toties juvenes omnino pro viris dici; respectu ætatis saltem militaris.—227. Consilium codd. Pier., noto errore. summi ed. Ven. cf. Burm. agebant Ven. pr. Hamb. pro var. lect. et Parrhas. Utrumque bonum et poëta dignum, agere et habere consilium.—228. n. isset aliquot Pier. iret pr. Hamburg. pro div. lect.; et sic sane alibi, v. c. Æn. ii, 547 Nuntius ibis Pelidæ genitōri. Sed utrumque solenne poëtis. cf. Burm.—229. omixi Gud. a m. pr. inixi apud Nonium Marcellum in lingua.—230. campi in medio multi edd. et scripti. in campi medio Vratisl. et abest Leid. campis Medic., quam Apronianam lectionem esse cum per se intel-*

NOTE

218 *Mania Aestæ*] Urbem apud et regi Siciliæ Aestæ commendatam, Siculos conditam Trojanis mulieribus, Æn. v. 755.

Rem magnam, pretiumque moræ fore. Primus Iulus  
Accepit trepidos, ac Nisum dicere jussit.

Tum sic Hyrtacides : Audite o mentibus æquis,  
Æneadæ ; neve hæc nostris spectentur ab annis,

235

Quæ ferimus. Rutuli somno vinoque soluti  
Conticuere ; locum insidiis conspeximus ipsi,  
Qui patet in bivio portæ, quæ proxima ponto ;

Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus

Erigitur : si Fortuna permittitis uti ;

240

Quæsitum Ænean ad mœnia Pallantea

*rem esse magnam, et fore utilitatem in mora. Iulus primus excepit festinantes, et imperavit Nisum loqui. Tunc sic ait filius Hyrtaci: O Trojani, audite animis benevolis: et ne ista, quæ proponimus, æstimentur ex ætate nostra. Rutuli, obruti somno et vino siluerunt: vidimus ipsi locum occulta fugæ, qui apertus est fuxta bivio portæ, quæ vicina est mari. Ignis rari, et niger fumus tollitur ad astra. Si sinatis nos uti hac fortuna; videbitis Æneam, quasitum a nobis ad urbem Pallante-*

ligitur tum a Julio Sabino notatum est. et medio campi alii ap. Pier., sed campi medio recte: ita quoque fragm. Vatic. et Rom. Castra erant in campo, adeoque ipsa castra campum intra vallum habebant.—233. *A. partus et missum* Goth. tert.—234. Tunc ante Pier.—236. *soluti* reposuit Heins. cum Medic. et aliis, etiam Pierianorum parte (*solutis* Rom.): ut varietur oratio. Alii cum Servio *sepulti*, quod relictum voluit versui 189. Goth. tert. *græcati*: obvium utique et alias, sed non h. l. obtrudendum.—237. *Conticuere* omnes Pieriani, Mediceo excepto, etiam Parrhas. Goth. tert. Erf. ms. Coll. Jesu cum Donato et edd. aliquot: Zulich. *Convenere* vel *Conticuere*: ut mirer Heinsium non et h. l. variari versum 190 voluisse: in quo est *Procubere*, idque reliquisse h. l. contra codd. consensum. *prospeximus* Ven.—238. *Quod p. Leid. quæ proxima ponto est* aliquot Pier. et Goth. sec.—239. *ac tendit ad æthera fumus* Goth. tert.—241. et *mœnia*, h. e. quæsitum Æneam et mœnia, codd. Pier., inter quos Romanus: tum codd. Medic. et potiores alii Heins. cum recentioribus Burm. et Gothanis: edd. quoque vett. *ad mœnia* tamen editur inde ab Aldd. Pendet iudicium, quod facias, ab interpunctione, et ab interpretatione, quam secundum illam feceris. Quid alii secuti sint, ex interpunctione eorum assequi non licet. Vernm dupliciter interpungi et constitui locus potest; aut sic, ut olim et ipsi fecimus: Si Fortuna permittitis uti, Quasitum Ænean ad mœnia Pallantea: Mox hic cum spoliis, ingenti cæde peracta, Affore cernetis sc. nos. Ita haud dubie præstat, Ænean et mœnia legere. Contra ad *mœnia*, apud mœnia, in Pallanteo, impeditam facit orationem. *quasitum*; ad querendum; ut in illo: *Missæ est illico ancilla arcessitum obstetricem*. Displicet tamen vel sic: si fortuna permittitis uti *Quasitum*. Ita saltem præstaret versum *Quasitum* infra post verba: nec nos ris fallit cunctæ, collocare: quod etiam olim nonnullos fecisse e Servio discitur.

## NOTÆ

232 Pretiumque mora fore] Se quidem esse futuram.

dem interrumpere consilia, quæ tum habebantur, iisque moram afferre; sed utilitatem aliquam in hac mora

233 Trepidus] Festinantes, supra 114. De Rutulis, Æn. vii. 794. De Pallantea urbe, Æn. viii. 51.

Mox hic cum spoliis, ingenti cæde peracta,  
 Affore cernetis. Nec nos via fallit euntes :  
 Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem,  
 Venatu assiduo et totum cognovimus amnem. 245  
 Hic annis gravis atque animi maturus Aletes :  
 Di patrii, quorum semper sub numine Troja est,  
 Non tamen omnino Teucros delere paratis,  
 Cum tales animos juvenum, et tam certa tulistis  
 Pectora. Sic memorans, humeros dextrasque tenebat 250

*am, hic præsentem fore cum spoliis, patrata magna strage. Nec via illa nos decipiet euntes : consideravimus frequenti venatione vicinam illam urbem inter valles opacas, et exploravimus totum fluvium. Tunc Alethes gravis ætate et prudens mente ait: O Dii patrii, quorum sub potestate Troja est, non tamen vultis evertere penitus Trojanos, quandoquidem dedistis illi tales animos juvenum, et tam firma corda. Sic loquens,*

Inter hæc tamen non illud quærebatur, ut ipsi cum spoliis et cæde peracta mox adessent; quod omnino animo concipere non debebant juvenes, nec promittere, a consilio hoc saltem seniores eos debebant detertere; verum, quod quærebatur, erat hoc, ut Æneæ nuntiarent, castra obsideri, eumque ocius reducerent. Hæc cum ita sint, monitis viri docti pareo, et alteram nunc rationem amplector, quam in Notis exposui; etsi nec eam satis placere ingenue fateor. Alienum enim etiam ab Æneæ reditu hoc, ut cum spoliis, ingenti cæde peracta, ille adesset.—243. *fallet Medic.* Post urbem vs. sequ. interpungebant alii ante Heins. Nos interpunctionem mutavimus vs. 243. 245.—244. *primam* Heins. post Pierium defendit. Apud Nonium *primum*. Tum sub mœnibus Gud. Leid. et Regius; nec adeo male, ut viderint urbis primam partem sub mœnibus. Sed codicum auctoritate et epitheto *obscuris* satis defenditur *sub vallibus*. Sane Palatium in monte erat situm: cf. VIII, 53. Jam vero nolim dicere: oppidum in clivo montis positum significari posse: *primam sub vallibus urbem*; nec, puto, bene latine dictum foret: *primam sub vallibus urbem*, ante vallem sitam aut primo inspectam. Sed amplectar rationem simplicissimam, quam Servius quoque proposuit: ut *sub vallibus* ad *vidimus* retrahatur. Nos in obscuris vallibus positi vidimus etc. Fuit, qui hoc negaret recte factum; et ad emendationem proclivior esset, *sub collibus*.—245. *tutum* sec. Rottend. cf. Burm.—246. *Hinc* Montalb. *animis maturus* Rom., Sprot., bini Hamb., sed prior a m. sec., et ed. Ven. cum Goth. tert., sed magis poetica forma *animi*. Vulgari forma est aliquis *animo maturo*; tum exquisitius *maturus animo*, tandem græca forma *maturus animi*. Sic ævi *maturus* Æn. v, 73. Hoc ipsum ævi m. legerunt nonnulli apud Cerdam. *Aletes* recte: Ἀλῆτης. v. ad 1, 125; alii *Aletis*, hoc quoque Jul. Sab. *Alethes, Aletes*.—247. *Dii patrii indigetes, quorum sub Parrhas. e glossa, ut bene Burmann. notat. nominis Franc.*—248. *parastis* Goth. sec.—249. et e codd. intulit Heins. secundum Pierium; scilicet si jam ante receptum offendisset, hoc egisset, ut iterum tolleretur.—250. *dextramque* pr. Hamb. *tenebant* Rom. et alter Menag. *feribat* vel *tereibat* alter Hamb.—

## NOTE

244 *Primam sub vallibus urbem*] ipsa erat in monte. De Teucris, Æn. i. 239.  
 cinas urbis Pallantææ valles, qui primi sunt urbis veluti aditus: urbs enim

Amborum, et vultum lacrymis atque ora rigabat:  
 Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus istis,  
 Præmia posse rear solvi? pulcherrima primum  
 Di moresque dabunt vestri; tum cetera reddet  
 Actutum pius Æneas, atque integer ævi 255  
 Ascanius, meriti tanti non immemor unquam.  
 Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,  
 Excipit Ascanius, per magnos, Nise, Penates,  
 Assaracique Larem, et canæ penetralia Vestæ,  
 Obtestor (quæcumque mihi fortuna fidesque est, 260  
 In vestris pono gremiis): revocate parentem;  
 Reddite conspectum; nihil illo triste recepto.  
 Bina dabo argento perfecta atque aspera signis  
 Pocula, devicta genitor quæ cepit Arisba;  
 Et tripodas geminos; auri duo magna talenta; 265

*amplectebatur manus et humeros utriusque, et irrorabat es et faciem fletu. O viri, quam mercedem, quam dignam mercedem putem posse retribui vobis pro talibus ceptis? primo Dii et virtus vestra reddent vobis pulcherrimam: deinde pius Æneas statim retribui reliquam: et Ascanius adhuc vigens ætate, nunquam futurus immemor tanti officii. Ego vero, addit Ascanius, cuius unica salus est in patre revocato, vos precor, o Nise, per magnos Penates, et per Larem Assaraci, et per adyta candida Vestæ; quæcumque est mihi felicitas et fiducia, hanc depono in sinus vestros: revocate patrem meum, reddite mihi præsentiam ejus: nihil funestum erit illo recuperato. Donabo vobis duo pocula conflata argento et insculpta signis, quæ pater cepit capta Arisba: et duos tripodas, duo magna talenta auri: magnum craterem, quem*

\*\*\*\*\*

261. *multum* Oudart.—252. *digna viris* ed. Ven. *pro laudibus istis repositum* ab Heinsio e Medic., ceterisque præstantioribus, adde Rom., aliosque Pierianes cum Servio. Idem hemistichium inf. x, 826. Editum vulgo: *pro talibus ceptis*, quod pars codd. et Macrob. vi, 6 agnoscunt. Interpolatum esse ex lib. ii, 535 observat Burm. Altera lectio doctior et exquisitior: *laudes, virtus; conf. sup. ad ix, 197. viii, 273.*—253. *Duo Burm. distinguunt: solvi pulcherrima? primum.*—254. *Di memoresque* Leid. a. m. sec. tum et cet. pr. Hamb. *reddat* duo Burm.—257. *g. recepto* Pier. Medic. et alii aliquot: forte ex v. 262. Totus versus aberat a Goth. tert., male.—260. *est* abest Ven.—262. *reducto* duo Moret. ex v. 257.—265. *geminas* duo Burm., indocte. Tum Petitus Obus.

#### NOTÆ

264 *Di moresque, &c.*] Nam virtus et recte factorum conscientia, sibi ipsa præmium est, Æn. i. 607.

268 *Penates, Assaracique, &c.*] *Penates* et *Lar*, Dii domestici. *Vestæ*, Dea igni inextincto præsidens. *Assaracus* familiæ caput, Trois filius, Æneæ proavus, Æn. i. 288. Hunc ver-

sum jam explanavimus Æn. v. 744.

264 *Arisba*] Urbe Troadica, a Trojanis expugnata paulo ante bellum Græcum, circa Abydum et Lampsacum, Propontidem versus, ex Strabone l. xiii.

265 *Tripodas, &c.*] De iis et eorum usu apud antiquos, Æn. v. 110. De

Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.  
 Si vero capere Italiam, sceptrisque potiri  
 Contigerit victori, et prædæ ducere sortem :  
 Vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis  
 Aureus : ipsum illum, clypeum cristasque rubentes, 270  
 Excipiam sorti, jam nunc tua præmia, Nise.  
 Præterea bis sex genitor lectissima matrum  
 Corpora, captivosque dabit, suaque omnibus arma ;  
 Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.  
 Te vero, mea quem spatii propioribus ætas 275  
 Insequitur, venerande puer, jam pectore toto

*Dido Sidonia dedit mihi. Si autem accideris mihi victori domare Italiam et consequi regnum, et trahere sortem spoliis: vidisti, quo equo et quibus in armis Turnus ibat aureus? ego eximam e sortitione illum eundem clypeum, et cristas rubras, quæ jam nunc est tua merces, o Nise. Insuper pater meus donabit duodecim electa corpora matrum captivarum, et captivos totidem et iis omnibus arma propria: præterea, quicquid agrorum possidet ipse rex Latinus. Te autem, o venerande juvenis, cui ætas mea succedit spatio viciniore, jam excipio te toto sinu, et adjungo*

1, 4 distinguit tripodas geminos auri, duo magna talenta sc. argenti. Sed vir doctus argutias captat in magno talento: quod non ad poeticam (cf. sup. ad v, 248), sed ad numariam subtilitatem exigit, quæ a poeta aliena est. Tum tripodas aureos æquidem memorari non memini; sed fere æreos.—206. dat, dæce; sic inf. mittit v. 261 pro misit. Sed crater cum versu abesse poterat. Deficit quoque copula; debebat saltem talenta, et C.—267. Cum vero pr. Hamb. Italiam capere, sc. aliquot Pier.—268. Servius alios dejicere, seu potius (ut x, 554) deicere ait legere: sic dejectam sortem Æn. v, 490. At Medic. Gud. a m. pr. et pr. Rottend. dicere sortem, quod admodum placet Heinsio: mihi tamen aliis argutum videtur. Dicit, indicit, sortem is, qui sortiendi facit potestatem: vid. Heins. ad v, 486. Ducere autem sortem poeta ornatus dixit pro simplici: sortiri, sortitione dispartiri prædam.—269. Vidistis aliquot Heins. et Burm. cum Macrob. vi, 6. quis ibat Franc. Possunt hæc interrogando esse ferri.—270. ipsum illum, sc. equum; distinctio est a Servio. cristasque comantis Rom.—271. nunc jam Dorvill.—272. latissima aliquot Burm., ex more.—274. Variant codd. ap. Pier. et Heins. ac Burm., etiam nostri, una cum eod., mirum in modum: Insuper his campis, quod (ut Rom.) vel quos, ut Goth. tert. In super his campi, quod. I.—id campi, quod. I. is campi quis, vel, ut Foggin. exprimi curavit, quos Medicus (Heinsius accipiebat quis quibus habitat, quod parum placet): I. hi campi quos, et I. his campi quos, et campos quos. Recte Heins. prætulit, quod vulgatum vides. Proclive est videre erroris causas in exquisitiore ratione grammatica reu insuper his pro, insuper in his, cum his, et

NOTE

*talentis aureis*, ibid. 112. De *cratere*, Ecl. v. 68. De *Sidonia Didone*, Æn. i. 450.

274 *Campi quod*, &c.] Non totum quidem Latini regnum; sed agros qui

erant in privatis Latini bonis: quales, honoris causa, respublica regibus dabat. Sic agrum deinde habuit Tarquinius Superbus Romæ in Campo Martio.



Accipio, et comitem casus complector in omnes.  
 Nulla meis sine te quæretur gloria rebus;  
 Seu pacem seu bella geram: tibi maxima rerum  
 Verborumque fides. Contra quem talia fatur 280  
 Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis  
 Dissimilem arguerit; tantum: Fortuna, secunda  
 Aut adversa, cadat. Sed te super omnia dona  
 Unum oro: genetrix Priami de gente vetusta  
 Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus 285  
 Mecum excedentem, non moenia regis Aestæ.  
 Hanc ego nunc ignaram hujus quodcumque pericli est  
 Inque salutatam linquo; Nox, et tua testis  
 Dexterâ, quod nequeam lacrymas perferre parentis.

*socium in omnes eventus. Nullus honos acquireretur meis rebus sine te, sive faciam pacem, sive bella: committam tibi supremam curam agendi et dicendi. Ad quem Euryalus respondet talia: Me nulla dies ostendet degenerem a tam audacibus ceptis: tantummodo contingat mihi sors prospera, non funesta. At peto a te rem unam magis quam cetera munera. Est mihi mater ex antiqua stirpe Priami: quam, nec Trojana tellus, nec urbs regis Aestæ, impediuit infelicem quominus abiret mecum. Ego desero nunc illam, insciam hujus discriminis quaecumque est, et insalutatem: testor noctem et dexteram tuam, quod non possum tolerare fletus matris. Sed tu,*

\*\*\*\*\*

*campi quod.—275. Tu Bigot.—277. amplector Leid.—280. Contra quæ pr. Rot-tend.—282. 283. Hic velim Burmannus nos docuisset, qualem sententiam horum versuum animo teneret. Interpunctum post tantum: Fortuna secunda Haud adversa cadat; quæ equidem non assequor. Scilicet duplex est lectio loci et interpunctio: altera, quam Servius tnetur et diserte exponit: aut ad-versa cadat. Sic fere editur. Ex hac locus interpungendus: Me nulla d.—arguerit: tantum: Fortuna secunda Aut adversa cadat. Ita dardior quidem est, attamen deusdnyra habet oratio: tantum sc. de me pollicere audeo, quæcumque fortuna acciderit, seu adversa seu secunda; sed pro vulgari seu dictam aut. Tum arguerit est pro arguet, sed nec ineleganter. Altera est lectio, haud a. c., quod Heins. e Medic. aliisque prætulit, si modo codicum auctoritas in tali voce aut, haud, haud, magna est. Mentel. pr. Haud adversa cadit. Sic interpun-gendum esse patet: me—arguerit: tantum fortuna secunda, Haud adversa, cadat! tantum, tantummodo, precor, fortuna faveat! In his, meo quidem sensu, jejunum est illud: secunda, haud adversa. Itaque antiquiorem revocavi cum Brunckio. Respondet v. 299 casus quicumque sequetur. Accepit tamen sic locum etiam Symmachus lib. 1 ep. 28 ab Heinsio laudatus; et potest aliquis cum v. c. Briegleb statuere, tacitam animi præensionem et præsagium infelicitis exitus his verbis innui. Erat alius vir doctus, qui jungebat: arguerit tantum; ut esset, ne quidem insinulaverit, tantum abest ut convicerit; vel, tantum fortuna cadat, in tantum, hactenus. Vides me liberalem esse, nec quenquam honore suo fraudare.—283. Tantum super Parrhas. sed te ultra o. Vratil.—287. est in fine abest Rom. et aliis Pier. et Heins.—288. max et tua*

#### NOTE

286 *Mania Aestæ*] De hac in Sicilia urbe, *Æn.* v. 755.

At tu, oro, solare inopem, et succurre relictæ. 290  
 Hanc sine me spem ferre tui : audentior ibo  
 In casus omnes. Percussa mente dederunt  
 Dardanidæ lacrymas ; ante omnes pulcher Iulus ;  
 Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.  
 Tum sic effatur : 295  
 Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.  
 Namque erit ista mihi genetrix, nomenque Creusæ  
 Solum defuerit, nec partum gratia talem  
 Parva manet. Casus factum quicumque sequuntur :  
 Per caput hoc juro, per quod pater anto solebat : 300  
 Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,  
 Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt.  
 Sic ait illacrymans ; humero simul exiit ensem

*preper, solare agentem, et subueni derelictæ : permitte me exportare hinc hanc spem de te : curram audacior in omnia pericula. Trojani commotis mentibus effuderunt lacrymas ; præ ceteris formosus Ascanius, et specimen caritatis erga parentes percussit ejus animum. Deinde ita loquitur : Promitto omnia digna magnis tuis incēptis : quippe illa mihi erit mater, et nomen Creusæ tantummodo deerit : nec levis favor debetur ipsi, quod pepererit talem filium ; quicumque eventus sequatur hoc factum. Juro per hoc caput meum, per quod pater meus consueverat jurare : eadem illa quæ promitto tibi redeunti et post rem feliciter gestam ; eadem illa servabuntur tuæ matri et familiæ. Sic dixit plorans : et simul extrahit ex humeris gladium auro-*

*teates Dextera malit Heins.—290. Hanc tu aliquot Pier. et Burm. cum Goth. sec. Hanc oro Oudart. a m. pr. Hunc te oro Zulich. Tu vero s. Goth. tert. —291. Aut sine me Exc. Burm. quo audentior Ven., interpolate ; nam hiatus tæetur sententiæ clausula et loquendi intervallum. audacior duo Heins.—292. Percussa Heins. post Pier. e codd. vindicavit : vulgo, Percussum. Tum dedere Medic.—295. adfatur aliquot Pier. et Heins.—296. Sponde Ursin. e Colot., et Heins. e Medic. aliisque defendebat, in quibus vel sponde, vel sponte, sponti, sponde o, erat, ut esset : sponde, promitte tibi, expecta. Burmannus bene monet, se dubitare, an latine dicatur : sibi spondere. Si tamen vel maxime latine ita diceret, tamen præferam : Spondeo, tanquam Ascanii personæ egregie accommodatum. Sic inf. 301 polliceor. omina Sprot. a m. sec. et Parrhas.—297. Jamque erit pr. Moret. Namque ait et tu Oudart. illa Zulich.—298. Solum d. Gud. nec p. gloria pr. Hamburg.—299. Factum casus aliquot Pier. sequuntur e Mentel. utroque et ex aliquot aliis recepit Heinsius, scilicet tanquam magis reconditum ; duo alii sequuntur, plures sequuntur, etiam apud Pierium, cum Mediceo et Romano, quod equidem tantis auctoritatibus amplectendum censeo. Vulgo sequetur.—303. Hæc ait edd. apud*

## NOTÆ

297 *Creusa.*] Matris 'Ascanii, de qua, Æn. II. 772.

300 *Per quod pater, &c.*] Caput intelligit suum, quod ut sibi carissimum attestari solebat Æneas ante, id est,

vel olim, Trojæ, cum Ascanius puer esset : vel priusquam abiret ad Evandrum. Caput enim quasi sacrum reverebantur veteres ; unde per illud jurabant.

Auratum, mira quæm fecerat arte Lycæon  
 Gnœsius atqueabilem vagina aptarat eburna; 306  
 Dat Niso Mnæstheus pellem horrentisque leonis  
 Exuvias; galeam fidus permutat Aletes.  
 Protinus armati incedunt: quos omnis euntes  
 Primorum manus ad portas juvenumque senamque  
 Prosequitur votis. Necnon et pulcher Iulus, 310  
 Ante annos animumque gerens curamque virilem,  
 Multa patri portanda dabat mandata. Sed æmæ  
 Omnia discerpunt, et nubibus irrita donant.  
 Egressi superant fossas, noctisque per umbram  
 Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri 315  
 Exitio. Passim somno vinoque per herbam  
 Corpora fusa vident, arrectos littore currus,

*tum, quæm Lycæon Gnœsius fecerat mira industria, et incluserat accommodatam in vagina eburnæ. Mnæstheus donat Niso pellem et spoliū hispidi leonis: fideles Aletes mutat cum eo cassidem. Continuo progrediuntur armati: quos abeuntes omnis turba procerum et juvenum et ærum comitatur votis usque ad portas: prætores etiam formosus Aecæus, præ se ferens animum et solitudinem virilem ante ætatem, dabat ipsis mandata plurima perferenda ad patrem: sed venti dissipant omnia, et spergunt illa inania per nubes. Egressi transiunt fossas, et per truncos noctis tendunt ad castra hostilia: prius tamen futuri exitio plurimis. Aspiciunt corpora projecta promiscue inter gramina per somnum et vinum: currus erectos in littore:*

~~~~~

Pier., et sic Parrhas.—304. *Lycæon* Parrhas.—305. *vagina a. eburnæ* aliquot exemplaria apud Macrobi. v Sat. 9 e vulgari usu.—306. *horrentique* Goth. sec. *exuviasque leonis Horrentis* Goth. tert.—307. *permittit* duo Burm. et Goth. sec. *Aletes, Aletes*, præperam alii. v. sup. ad 1, 125.—310. *Insequitur* Goth. tert.—311. *Ante omnes Ven. animosque* Montalb. et sec. Hamb.—312. *mandata dabat portanda* Non. Marcellus et multi scripti Heins. et Pier. cum Gothanis et Erf., sed injunctis numeris.—313. *decerpunt* alter Hamburg. *discerpunt* Goth. tert. *inlita* Rom.—314. *votisque* Leid. pro var. lect. *per umbras* aliquot Burm. et Pieriani: sed bene illud sprevit Pierius.—315. *arte fut.* Leid. conf. Not. Potuisset refingi: *multis jam jamque futuri Exitio. futura* Goth. tert.—316. Ordinem verborum e codd. et Macrobio ac poetæ usæ reduxit Heins. pro vulgari *vino somnoque*. Rom. *per umbram*.—317. *arrectos* Vratil.

NOTE

304 *Lycæon Gnœsius*] Artifex nobilis ex urbe Gnæo in Creta insula, ubi arma singulari arte fabricabantur: Æn. iii. 104.

313 *Nubibus irrita*] Innuit ipsos esse morituros, antequam ad Æneam perveniant.

315 *Ante*] Vel antequam ipsi morian-

tur, quod subobscure tantum significat. Vel antequam ad castra hostium perveniant: et sic dicendam, inter urbem et castra spatium fuisse, ubi discurrebant illi, qui propius admoti muris a Turno fuerant, et jam vino sepulti in gramine decubuerant.

Inter lora rotasque viros, simul arma, jacere,
 Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus :
 Euryale, audendum dextra. Nunc ipsa vocat res. 320
 Hac iter est. Tu, ne qua manus se attollere nobis
 A tergo possit, custodi, et consule longe.
 Hæc ego vasta dabo, et lato te limite ducam.
 Sic memorat, vocemque premit; simul ense superbum
 Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis 325
 Exstructus toto proflabat pectore somnum;
 Rex idem, et regi Turno gratissimus augur:
 Sed non augurio potuit depellere pestem.
 Tres juxta famulos temere inter tela jacentes,
 Armigerumque Remi premit, aurigamque sub ipsis 330

homines inter habenas et rotas: arma simul jacere, simul vina. Filius Hyrtasi primus sic ore dixit: Euryale, tentandum est aliquid manu: jam res ipsa nos invitat. Iter nostrum est per hanc partem: tu observa, ne ulla turba possit assurgere contra nos a tergo, et provide procul. Ego vastabo ista loca, et ducam te per spaciosam viam. Sic loquitur, et cohibet vocem: et continuo invadit enee gloriosum Rhamnetem, qui forte exhalabat somnum toto pectore, suffultus altis stragulis: idem rex et augur dilectissimus Turno; sed non potuit avertere mortem disinatione. Opprimat prope illum tres ministros promissus stratos inter arma, et armigerum Rhemi, et aurigam, reperiens eum sub ipsis equis, et abacindit

vid. Not.—318. *inter tela* r. aliquot apud Pier.—320. *audendum est* duo Burm. cum Goth. tert.—323. *vastabo* multi Pier. et Heins., interpolate et ex interpretatione: *dare pro facere* exquisite. recto *te limite* Macrob. v Sat. 9, quod a re alienum. Sed *lata via*; nam strages late facta indicatur. conf. x, 614 et h. l. Burmann. *limine, lumine*, et hic aliquot Heinsiani, cum binis Goth.—324. *superbus* emendabat Waddel. Animadv. crit. p. 26; male, addit Burmannus, tapetes enim in castris habere, superbi est.—326. *Exstructus* tert. Montel. *Extractus* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 259, quod Ruhnkenius v. c. ex isto natum notavit. *proflabat* plurimi codd. et ed. Ven. p. vinum sec. Moret.—327. Jo. Schröder. emend. *dax*, ne plures Rutulorum reges sint: est enim Rhamnes ex Rutulis inf. 363. Enimvero Rex Rhamnes, heroicæ ætatis more, *braß*, unus e principibus.—328. *auguriis* Macrob. et Schol. Statii ap. Heins. Deerat versus Goth. tert.—329. *inter lora* Parrhas. cum Romano. cf. 318. *inter arma* Goth. tert.—330. *premit Rhemi* ante Pier. lectum, invito etiam metro. *Remum* Dorvill. a m. sec., sicque dudum ipse malui. Nunc video, etiam Jo. Schraderum ita conjecisse. Nam agi arbitror de uno Rhamnete rege et angure. Juxta hunc tres famuli, armiger, auriga, tandem ipse Rhamnes, inter-

NOTÆ

327 *Rex idem*] Præluit ad morem Romanum, qui post exactos reges inductus est; ut e Patriciis eligeretur *sacerum rex*, vel *rex sacrificandus*: subditus tamen is erat pontifici summo, et ab anguribus et pontificibus elige-

batur. Talis Rhamnes augur mihi videtur fuisse.

328 *Augurio*] De hac arte divinandi, Æn. II. 703. *Pestem*, rem quæcumque exitialem: hic *mortem*, alibi *incendium*, Æn. v. 668.

Nactus equis; ferroque secat pendentia colla;
 Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit
 Sanguine singultantem; atro tepefacta cruore
 Terra torique madent. Necnon Lamyrumque Lamumque,
 Et juvenem Sarraunum, illa qui plurima nocte 335
 Luserat, insignis facie, multoque jacebat
 Membra Deo victus: felix, si protenus illum
 Æquasset nocti ludum, in lucemque tulisset.
 Impastus ceu plena leo per ovilia turbans;
 Suadet enim vesana fames; manditque trahitque 340
 Molle pecus mutumque metu; fremit ore cruento.
 Nec minor Euryali cædes: incensus et ipse
 Perfurit; ac multam in medio sine nomine plebem,

gladio colla pendula. Deinde amputat caput Rhemo ipsi domino eorum, et linquit truncum ejus singultantem sanguine: terra calcfacta et lecti inficiuntur nigro sanguine. Præterea opprimit Lamyrum, et Lamum, et juvenem Sarraunum; qui formosus vultu luserat multum per hanc noctem, et stertebat solutus membris ob multum Bacchum: fortunatus, si continuo adæquasset ludum illum nocti et produxisset usque ad diem. Quemadmodum leo jejunus, tumultuans in ovilibus plenis, decorat et lacerat pecudes teneras et silentes præ timore, et frendet gutture sanguinolento, nam immoderata fames impellit. Non minor est strages edita ab Euryalo: ipse quoque inflammatus sævit, et aggreditur in medio

imi videntur.—331. Nactus Mentel. pr. Natus Dorvill. secant Goth. pr.—332. reliquit plerique ap. Heins.—333. Servius et ejus exemplo Barthius ap. Burm. distinguebant: Sanguine singultantem atro: t. Ita altero loco epitheton minus bene deficit.—334. Tamyrumque, Tamyrumque, valgg. Alii Lamirum, Lamurum, Samyrum, Tomyrum, Limyrum, Limirum, Limirum. Lamyrum tamen Rom. Medic. et alii plerique; pro Lamumque Schrader. malit Numamque ex v. 454 Sarraunumque Numamque. Sed v. ib.—335. Sarraunum, Romanum quoque nomen, Heins. prætulit. v. inf. 453. Vulgo: Sarraunum.—336. insigni f. Menag. pr. cum Goth. tert., quæ vulgaris forma. jacebant membra Mentel. pr. Parrhas. et Gud. a m. pr.—337. victus Montalb. et tert. Rottend. inunctus sec. Rottend., non male de vino, quod illigat membra. Sed tamen multo Deo victus minus abhorrens, quam victus. Et vino victus frequens. cf. ad Tibull. 1, 2, 2. De somno probavit Heins. II. a Burm. laud. Præfert victus Wakefield, ut Ge. II. 94 vincituro Lagros linguam, et Propert. III, 3, 43 mentem vincire Lyæ.—338. in abest Hugen.—339. In pastus nonnulli Heins. In pastum Gud. a m. pr.—340. vesana Medic. jejunia Exc. Burm. manditque trahi que alter Menag.—341. multumque Rom. motumque alii ap. Burm. et fr. Parrhas.—342. et illa Parrhas. et ira qu. Moret.—344. Heribemum,

NOTÆ

335 *Plurima* *Luserat*] *Plurimum*: neutrum plurale, pro adverbio. Sic Ge. IV. 122. 'Sera comantem Narcissum'; id est, *sepe*.

337 *Membra Deo victus*] *Somno*, ut

vult Cerdannus: nt ego arbitror, *Baccho*. *Protenus*, continuo lapsen, atque ordine, Æn. III. 416.

339 *Turbans*] *Tumultuans*: sic Æn. VI. 800. 'turbant trepida ostia Nilii'

Fadumque, Herbesumque subit, Rhoetumque, Abarimque,
 Ignaros; Rhoetum vigilantem, et cuncta videntem; 345
 Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
 Pectore in adverso totum cui cominus ensem
 Condidit assurgenti, et multa morte recepit.
 Purpuream vomit ille animam; et cum sanguine mixta
 Vina refert moriens. Hic furto fervidus instat. 350

multum vulgus sine honore, et Fadum, et Hebesum, et Rhætum, et Abarim, improvidos: Rhætum expergefactum et aspicientem omnia, sed qui timens occultabat se post amplum poculum: cui assurgenti abscondit propius totum gladium in pectore obiecto, et retraxit eum post certam mortem. Ille Rhætus ejicit animam sanguineam, et moriens reddit vinum confusum cum sanguine. Hic Euryalus ardens

quod e Medic. et aliis prætulit Heins. Vulgo, *Hebasum* et *Heresum*. Reliquas in nominibus his aberrationes ascribere piget. Videat, qui volet, apud Pier. et Burm. *Rhæcum* et hic habent alii. Romanus: *Herbessumque subit, Rhætemque, Arabinque.*—345. *Ignarum* Waddel. ap. Burm., infelicitèr, ut ple-ræque hujus viri divinationes. Manifesta est in versu oppositio. Malis forte nomen aliud pro *Rhæto*: illos omnes ignaros, *Rhæcum vigilantem*. Of-fendit quoque ad idem hoc Jo. Schraderus in schedis. *insomnes et cuncta vi-dentes* in simili loco Valer. Fl. II, 223 cædi facit.—346. *Sed non sine judicio positum, pro vulgari Nam, aut simili: ut sæpe solet.*—347. *totum cum ed. pr. Burm.*—348. Primum ap. Servium multi distinxerunt: *et multa morte recepit Purpureum*; eduxit gladium multo cruore purpureum; idque rotundius exire videtur. Ut nunc est: *et multa morte recepit*, nude est positum eodem sensu. *cædes ut pheros pro sanguine. recepit*, (*receptare* inf. x, 383), *ol ek xpois tγγos ἀνοσδατο* (ut Iliad. N. 574) *ὅν πολλὰ φόνυ. et ἄνοσδ' τις Ἀργεῶν κόμισε xpois*, Iliad. E. 456. Est ratio alia Cerdæ, quam video Trappium et cum eo Merrick et Northcote ad Tryphiod. 578 præferre, ut *recipere* sit *excipere*, tanquam hospitio et epulis. Ita Rhætum Euryalus excepit morte, *ἐξέσωε*. Habent viri docti in animo versum Sophoclis Electra 96. *ὃν κατὰ μὲν βδοβαρον αἶαν πολυὶος Ἀρης οὐκ ἐξέσωεν* ubi alia vides adjuncta, quæ ad eam notionem ducere possunt. Ita quoque de eo, qui occurrit ex adverso, bene dictum *δέχεσθαι tγγαι*: Il. E. 238. Apollon. I, 1000. *multa nocte* Cornutus legerat, Servio notante; haud dubie indocte: nec procedit, ut hoc ipsum cum Hein-sio de morte accipias. *multa in morte* Goth. sec., et Parrhas. *multaque in morte*, et Waddel. Anim. Crit. p. 32 *et inulta morte*. Haberet saltem ratio-nem, si diceret: *multa morte* esse dictum de vulnere alte illato certissimaque adeo morte.—349. *vomit ille animam cum s. mixtam* Ven. *et abest quoque* Oudart. et Zulich. *mixtam* etiam Parrhas. cum Goth. tert.—350. *Hinc Mont-*

NOTÆ

348 *Multa morte recepit*] Vel eduxit multo cruore stillantem: vel non eduxit nisi post certam mortem.

349 *Purpuream animam*] Homerus Iliad. v. 63. *πορφύρεος θάνατος, purpurea mors*. Locutio repetita ex veterum quorundam opinione: qui præcipuam animæ sedem statuebant in

sanguine, animamque esse ipsum sanguinem etiam nonnulli putabant.

350 *Furto fervidus instat*] *Furtum* vocat, vel spoliationem cadaverum, et armorum direptionem: vel cædem ipsam furtim et tacite editam: *furtum* quippe est quicquid occulte pa-tratur, Æn. vi. 568.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

3 Z

Jamque ad Messapi socios tendebat; ubi ignem
 Deficere extremum, et religatos rite videbat
 Carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus
 (Sensit enim nimia cæde atque cupidine ferri),
 Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat. 355
 Poenarum exhaustum satis est; via facta per hostes.
 Multa virum solido argento perfecta relinquunt
 Armaque, craterasque simul, pulchrosque tapetas.
 Euryalus phaleras Rhamnetis, et aurea bullis
 Cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim 360
 Quæ mittit dona, hospitio cum jungeret absens,
 Cædicus; ille suo moriens dat habere nepoti;
 Post mortem bello Rutuli pugnaque potiti;

continuat cædem. Et jam pergebat ad socios Messapi, ubi spectabat ignem ultimum extinguere, et equos solutos de more pascere herbam: quando Nisus dixit breviter talia verba, quippe animadvertit se et socium rapti nimia cupiditate stragis: Desinamus, nam dies non commodus nobis imminet. Satis poenarum sumptum est: via aperta est inter hostes. Linqunt plurima arma hominum ornata solido argento, et pocula, et pretiosos tapetas. Euryalus rapit Rhamnetis phaleras, et balteum aureum clavis: quæ munera Cædicus opulentissimus miserat quondam Remulo Tiburtino, cum absens vellet eum sociare hospitio: ille Remulus moriens dedit possidenda nepoti suo: sed post Remuli mortem, Rutuli obtinuerunt ea tempore belli, per

alb. Tunc Ven. Huic obl. Pierii. Nihil satisfacit. Malim Sic ille, Euryalus, cædibus faciendis ferveat instat.—351. ibi ignem Rom. et aliquot Pier. et plerique Heins. cum ipso Medic.—352. forte pro rite Goth. tert. videbant pr. et tert. Rottend.—353. br. cui duo Heins. et duo Burm. tum Ven. et Goth. tert.—355. Acceleremus, ait Statii Schol. ap. Burm., perperam. jam lux Leid.—356. exhausti satis est pr. Menag.—357. relinquit Ven.—358. pictosque ap. Caris. tapetos pr. Rottend.—359. bullis Bigot.—360. Tiburti mitis Parrhas. Notabile est quod Jnl. Sabin. ad h. v. habet: "hic locus totus ab expositoribus dicitur emendandus." Certe sententiæ in periodum sunt circumductæ, insertis pluribus membris.—361. misit Montalb. et sec. Hamb. cum Goth. sec. et tert. cf. sup. ad v. 266.—362. ille suo moriens dat habere nepoti Post mortem, conjungebat Titius L. Controv. xxi, 23, ut significet mortis causa donare. Scilicet ut Ictum videas hæc tractare, non poetices studiosum.—363. pugnaque potiti scripti et ed. Ald. pr. cum al. Sed pug-

NOTÆ

359 *Phaleras* . . . et aurea bullis Cingula] *Phalerae*, ornamenta eqnorum, Æn. v. 310. Æn. vii. 278. *Cingula*, balteus quem vocat Varro 'cingulum e corio bullatum:' et Virgilius Æn. xii. 942. de balteo Pallantis ait: 'notis fulserunt cingula bullis.' *Bulle* vero erant clavorum aureorum quædam capita, cingulis affixa: ob simi-

litudinem ita dicta, a bullis quæ in aquis ebullientibus excitantur. Non absurdum fuit ornamentum aureum, pueris nobilibus appendi solitam e collo, bulla item nuncupatum.

361 *Hospitio cum jungeret absens*] Veteres hospitii jura mutuis muneribus colebant, absentes præsentibus. De crisiis galearum, Æn. iii. 466.

Hæc rapit, atque humeris nequicquam fortibus aptat.
 Tum galeam Messapiabilem cristisque decoram 365
 Induit. Excedunt castris, et tuta capessunt.

Interea præmissi equites ex urbe Latina,
 Cetera dum legio campis instructa moratur,
 Ibant, et Turno regis responsa ferebant,
 Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro. 370

pugnam. Euryalus rapit hæc, et frustra accommodat robustis humeris suis. Tum imponit capiti galeam Messapi commodam et insignem cristis. Exeunt e castris et petunt secura loca. Interim equites trecenti, omnes scutati, duce Volscente, incedebant, et portabant responsa regi Turno, præmissi ex urbe Laurente, dum reliqua legio manet parata in agris Laurentibus. Et jam attingebunt castra, et accedebunt

namque potiti Heinsius e Medic. receperat: quod factum nollem; est enim vitium librarii, non lectio. Post mortem Remuli, nepote in prælio cæso, balteo illo potiti erant Rutuli, Rhamnetique illam vel in prædæ parte vel ut *ἀπορτίον* dederant. Hoc poëta effert: balteo potitos esse Rutulos bello pugnaque: hæc sæpe jungit noster cum aliis, ut Homerus *πολέμῳ τε μάχῃ τε*. mortem pugnamque dubito an æque amplectantur poëtæ. *prædaque potiti* Rom. Voss. et pro var. lect. Moret. tert. cum Goth. sec., et sic ed. Ald. 1514 ex Naugerii emendatione, quæque hinc fluxere; manifeste repetitum inf. ex vs. 450. A Benedictinis monachis (*Nouv. Tr. de Diplomatique* Tom. III, p. 152 sqq.) describitur codex rescriptus, in quo folia ex vetere Aspri Virgilio deprehensa sunt. Laudant ibid. variantem lectionem ex Æneide: *spoliisque potiti pro prædaque p.*, quam ad h. l. spectare necesse est. Ceterum in interpretatione loci magnas turbas fecere veteres interpretes; cf. Jul. Sabin. Donat. Sed ascribam Servii verba: *post mortem, inquit, scilicet Remuli, secundum supra dictum sensum; nam Donatus dicit: Post mortem Nisi et Euryali, bello potiti sunt Rutuli* (hæc is, quem nunc Donatum ferunt, non habet, sed contrariam interpretationem affert): *quod non præcedit, si diligenter advertas. Sane sciendum, locum hunc esse unum de XII (alii XIII) Virgiliis, sive per naturam obscuris, sive insolubilibus, sive emendandis: sive sic relictis, ut a nobis per historia antiquæ ignorantiam liquide non intelligantur.* Bene nobiscum actum esset, si nullus locus obscurior et difficilior occurreret! Mortem Euryali alii intellexere, cumque iis Cuningh., toto loci sensu inciso et everso. Frustra turbatum. Vide Notam.—365. *cristamque* alter Hamburg.—366. *et scuta c.* Goth. tert.—369. *regi* tres Burm., sed ii recentissimi, Franc. Reg. et Dorvill. Consentiant tres Gothani, sed qui nec majoris pretii sunt. *regi Turno* pr. Hamb.; forte melius, inquit Burm.; nam Latinus mandata dare non potuit, qui lib. VII, 600 *Sepsit se tectis rerumque reliquit habenas.* Attamen vel sic quæritur, a quonam responsa lata fuerint? Latinum res non ita destituisse, quo minus iis postea iterum interesset, ex lib. XI, 231 sq. satis apparet. cf. Serv. ad v. 367. Idem bene ad v. 369 *In omnibus bonis regis dicitur inventum.*—370. *homines* Zulich.

NOTÆ

364 *Nequicquam*] Quia mox occidendus erat, et hæc ipsa spolia amissurus.

367 *Ex urbe Latina*] *Laurento*, Æn. VII, 63.

368 *Cetera legio*] *Pedites*. Nam in legione Romana communius trecenti fuere equites, pedites vulgo quater

mille: licet auctor aliquando fuerit numerus. Igitur mittebatur ab Amata Laurenti regina, legio ad Turnum, duce Volscente: sed equitatus, utpote expeditior, præmissus fuerat; peditatus adhuc in campis circa Laurentum, utpote tardior, morabatur.

370 *Scutati omnes*] *Scutum* enim ob-

Jamque propinquabant castris, murosque subibant,
 Cum procul hos lævo flectentes limite cernunt ;
 Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
 Prodidit immemorem, radiisque adversa refulsit.
 Haud temere est visum. Conclamat ab agmine Volscens ; 375
 State, viri ; quæ causa viæ ? quive estis in armis ?
 Quove tenetis iter ? Nihil illi tendere contra ;
 Sed celerare fugam in sylvas, et fidere nocti.
 Objiciunt equites sese ad divortia nota
 Hinc atque hinc, omnemque abitum custode coronant. 380

ad munimenta castrensia ; cum vident eminus hos juvenes dicentes ad sinistram viam, et in umbra noctis sublucente castris Messapi prodidit Euryalum incantum, et emicuit objecta radiis Lunæ. Volscens e turba exclamat : Non falso visum est nobis : sistite viri : quæ causa est vobis eundi ? et quoniam estis ita armati ? et quo habetis iter ? Illi nihil voluerunt respondere adversum ; sed ceperunt propere fugam per sylvas, et committere se tenebris. Equites opponunt se hinc et inde ad transversa itinera cognita sibi, et circumdant custodibus omnes ingressus. Fuit

~~~~~

Tum Volcente Rom. et alii Pier., tum Medic. a pr. m. et alii Heins., etiam inf. 375, monetque idem Jnl. Sablinus ad v. 420. Valscente alii, item Velcente, Ulcente.—371. portis pro castris pr. Hamb. et tert. Rottend. murosque s. Heinsius secundum Priscianum et codicum partem prætulit, consentientibus aliquot Pierianis, inter quos Romanus esse videtur ; adde Servium, firmante Julio Sabino. Sed Medic. cum aliis tuentur quod ante Heinsium editum erat : muroque s., Leidens. murisque.—373. sublustris Leid. a m. pr. et Goth. tert.—374. que abest binis Burm. quæ emendat Waddel. ap. Burm., idque probabat Cuningh.—375. est abest nonnullis Pierianis et binis Gothanis : at prior : State ; viri quæ causa viæ est ? usum Exc. Burm. visu pr. Moret. Burmanus, nullum idoneum sensum exire putans, emendat visa, visa galea splendenti. Scilicet interpungebatur Haud temere est visum, conclamat ab a. V. Vir doctiss. tantum interpunctionem curatius exigere debebat. Scribendum et accipiendum est ; Haud temere est visum. Conclamat ab a. V. ; res animadversa est haud in vanum, haud impune. Conclamavit statim Volscens etc. Atque hoc, quod sponte se offert, malim equidem, quam aut visum pro substantivo habere, aut accipere quasi dictum : Visum est, haud temere esse, quod galea refulserat. Est enim temere proprie vetus nomen, ex temeris, temere, ut necesse, forte, rite et similia. Wakefield ex Cod. Coll. Jesu as-civit correctionem Haud temere est visum. Tum ab aggere Ven. et a m. pr. Gud., quod de via accipit et illustrat Heinsius, sed h. l. nemo præferet alteri, quod de duce magis consentaneum. exclamat Ven. cum clamat Goth. sec.—378. in silvis Leid. et Reg.—379. 380 In unum conflant Goth. tert. Objiciunt sese equites aditum custode coronant.—380. huc illuc Nonius in divortia. abitum Medic. a pr. m. aliique cum Rom. et aliis Pier., prætulit quoque Servius ;

#### NOTÆ

longum, non rotundus *clypeus*, in usu fuit Romanorum equitum. Vide Lipsium. De forma scuti, Æn. VIII. 659. 372 Lævo flectentes limite] Ad sep-

tentrionem : quem juvenes habebant ad lævam, Volscens cum equitibus ad dextram.

Sylva fuit, late dumis atque ilice nigra  
Horrida, quam densi complerant undique sentes ;  
Rara per occultos lucebat semita calles.

Euryalum tenebræ ramorum onerosaque præda

Impediunt, fallitque timor regione viarum.

385

Nisus abit : jamque imprudens evaserat hostes,

Atque lacus ; qui post Albæ de nomine dicti

*illic sylva aspera dumis et ilicibus opacis, quam spissi vepres undique implebant : paucæ viæ deducebant ad eam per secretos tramites. Opacitas ramorum et spolia gratia retardant Euryalum, et metus aberrandi a recto spatio itineris. Nisus effugit : et non providens amico jam elapsus erat ab hostibus ; et ex agris, qui deinde vocati sunt Albani, de nomine Albæ : tunc rex Latinus collocabat illic stabula sub-*

\*\*\*\*\*

itaque recepit Heinsius. Et videtur esse doctius quam vulgare : *aditum*. Ed. Mediol. *obitum*, tert. Moret. *atque omnem abitum*.—382. *complebant* Medic. —383. *lucebat* haud dubie elegantius de via inter dumos et tenebras sylvarum, quam *ducebat*, quod vulgg. præferebant ante Heinsium, qui Servium, Medic. a m. pr., aliosque secutus est : etsi enim ab eo : *sed frustra*, sub finem notæ subjectum video, in contextum tamen *lucebat* receptam est. Præiverat autem jam olim Naugerius Ald. 1514, cui vix una et altera editio obtemperavit. At *semita rara* ? Estne quæ raro, paucis ac raris intervallis inter saltus caliginem patens lucebat ? an quæ ipsa est rara, pervia ; ut sylva rara dicitur, h. e. non densa, *τρύχρη*, sed *ἀραιά*. *Calles* obvium esset mutare in *colles* vel *valles* ; sed accipio *calles* de toto illo dumoso tractu, qui erat pervius (sic apud Livium *saltus callesque* junguntur), in hoc est *semita*, quæ ducit euntem.—385. *fallique timor* Medic. a m. pr., sicque edd. aliquot recentiorum, concinne omnino, Heinsio quoque iudice, *timor ne falleretur*, nisi manifesta librarii incuria esset.—386. *evaserit* Medic. a m. pr. *invaserat* Dorvill.—387. *locos* codd. Heins. et inter eos Medic., sic quoque Romanus. Pierius nihil monuit : sed nec aliter ille legisse ac reperisse videtur : nam sic fere vett. edd. omnes, quas inspexi. Nec *lacus* nisi ab emendatione viri docti profectum, quem Jo. Bapt. Egnatium fuisse arbitror, in cujus recensione primum *lacus* expressum deprehendi : quod sequuntur Pulman. Steph. Heins. Nec variant codd., nisi quod nonnulli *lucos* vel *lucus* vitiose exhibent, *locus* Erf. Jam in lectione illa : *lacus magna suboritur difficultas*, si locorum situm comparet aliquis (cf. sup. Not. ad v. 195). *Lacus* enim Albannus nimis longe a castro Trojanorum seu nova Troja, quaternis saltem leucis, abest, quam ut intra exiguum, quod a media nocte ad diei ortum supererat, intervallum eo usque procurrere et iterum

## NOTÆ

381 [*Nice nigra*] *Ilex*, arbor glandifera, *yense*.

387 [*Lacus*] Rescribitur ex fide aliquot codicum, *lacus*. Magna tamen in hac lectione difficultas est, si ad locum et tempus attendas. Nam *Pallanteum*, ubi nunc *Roma*, quinque admodum leucis nostris Gallicis ab urbe *Ostia* dissitam erat, ubi tum *Troja nova*. *Lacus* autem *Albanus*, de quo Æn. viii. 48. ad orientem

utriusque urbis longe recedebat, hinc a Pallanteo quatuor leucis, inde item quatuor a Troja nova disjunctus : atque hæc de loco. Jam quantum ad tempus : Nisus et Euryalus circa mediam noctem, eamque æstivam, urbe exierant ; ut patet ex militum ludo, somno, ignibus extinctis : noctis partem aliquam in procerum consilio ac deliberatione traduxerant ; aliquam item in eadē peragenda. Qui feri

Albani; tum rex stabula alta Latinus habebat.  
 Ut stetit, et frustra absentem respexit amicum:  
 Euryale, infelix qua te regione reliqui? 390  
 Quave sequar? Rursus perplexum iter omne revolvens  
 Fallacis sylvæ, simul et vestigia retro  
 Observata legit, dumisque silentibus errat.  
 Audit equos, audit strepitus et signa sequentum.  
 Nec longum in medio tempus; cum clamor ad aures 395

*limis. Postquam constitit, et frustra respexit amicum absentem, ait: O miser Euryale, qua loco deserui te? aut qua quæram te? Iterum remetiens vias omnes dubias sylvæ dolosæ, simul et revolvit vestigia retro quæsitæ, et vagatur inter dumos tacitos: audit equos, audit sonitus, et tubas persequentium. Nec longum tempus abiit illo intervallo, quando clamor attingit aures: et cernit Euryalum; quem omnis tur-*

inde sylvas redire posset Nisus. Rursus itaque, quem nunc video ad h. l. offendisse, locos præfert, ut pars aliqua agri Albani sit, qui tum forte eo pertinebat. Enimvero non minore difficultate hæc ipsa lectio premitur. Ut concedam locos poetam dicere, ubi vulgaris oratio loca postulabat (cf. sup. i. 310. 369), tamen non est, quod sciam, ullus loquendi mos, quo loca Albani appellari possint. *Agrum, collem*, et similia requiro. Unus Jul. Sabinus est, qui ad locum hunc quicquam notaverit: "*atque locos*; nam nomen loci Latii, ab imperio, quod erat Albæ, Albani dicti; aliter non stat sensus." Paulo obscurius hæc dicta. Mihi quidem, donec de locis Albanis meliora edocear, *lacus Albani* præferendi videntur: *lacus* toties in *locos* abiere: nec adeo morosi esse debemus, quominus in poetâ feramus cursum Nisi paulo ultra iustos limites productum, cum omnino longius cursu evectum vellet significare; tandem, si ad lacum pervenisse Nisus dicitur, non hoc ita urgendum est, ut in ipsa ripa hæserit. Si tamen a poetæ nostri subacto iudicio alienum hoc esse videbitur: utendum arbitror altera lectione *lucos*, ut scriptum a poetâ statuum: *Ad lucos* h. pervenerat usque ad lacum Albanum dictum. Potuit is longius procurrire: et hoc loco tectus respicere cepit demum et se recipere. At *lucos* Goth. sec. exhibebat. usque *lacus* est conjectura viri docti haud inelegans. ducti Medic. a m. pr.—390. prosperit alter Menag.—391. Quoque Parrhas. Tum Urbanus verba Nisi continuabat usque ad *rursus perplexum iter omne revolvens*: ut quidem in Servio nunc legitur; sed secundum Jul. Sabinum. usque ad *Fallacis sylvæ*. Simul et. Turbat omissa vox *ait*, inquit. Donatus distinxerat et legerat, uti vulgo fit. Quod Fabricius ei tribuit, *Fallaces sylvas*, præscriptum tantum est ejus verbis in edit. Basil. *Rursum* tres Burm. *perplexum* Sprot. *resolvens* sec. et tert. Rottend., acute, et subtiliter ad *perplexum*.—394. *sequentem* Gud. a m. pr.—395. *dum* Ven. tum Gud. a m.

## NOTE

igitur potest, ut Nisus fuga elapsus sit a Troja nova ad Albanum lacum, quæ quatuor leucæ sunt; item ab Albano lacu ad ultima castrorum loca, amici quærendi causa, redierit, quæ quatuor alim sunt leucæ; easque leucas octo intra brevissimum ætativæ

noctis mediæ spatium perfecit? Quo fit ut legant alii *locos*, non *lacus*: eosque explicant de parte aliqua agri Albani, qui tum forte eo usque pertinebat, quam partem fuga jam prætergressus fuerat Nisus.

Pervenit, ac videt Euryalum: quem jam manus omnis  
 Fraude loci et noctis, subito turbante tumultu,  
 Oppressum rapit et conantem plurima frustra.  
 Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis  
 Eripere? an sese medios moriturus in enses 400  
 Inferat, et pulchram properet per vulnera mortem?  
 Ocyus adducto torquens hastile lacerto,  
 Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:  
 Tu, Dea, tu præsens nostro succurre labori,  
 Astrorum decus, et nemorum Latonia custos; 405  
 Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris  
 Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,  
 Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi;  
 Hunc sine me turbare globum, et rege tela per auras.  
 Dixerat: et toto connixus corpore ferrum 410

*ma repentino strepitu ac sonitu jam trahit, interceptum errore loci et noctis, et incassum agitantem multa. Quid agat? quo robore, quibus armis audeat liberare juvenem? an moriturus immittat se in medios hostes, et acceleret per plagas necem gloriosam? Statim librans hastile brachio contracto, respectans Lunam sublimem, his verbis orat eam: Tu Dea, tu propitia fave meo conatu: o Latonia, gloria siderum, et tutatrix sylvarum. Si pater meus Hyrtacus obtulit unquam pro me tuis altaribus aliqua munera? si ipse meis venationibus accumulavi aliqua, aut appendi e fornice, aut affixi ad culmina tibi consecrata: permitte me dissipare hanc turmam, et dirige per aërem hoc hastile. Sic locutus fuerat: et adnitens toto corpore exibrat ferrum: hastile*

pr. cum binis aliis.—397. *et noctis subito t. t.* junxerant olim alii ap. Servium: et sic in Mediceo interpungi video.—398. *Oppressit* Goth. sec. *rapit*, ut ad videt referretur, olim nonnulli ap. Serv. c. p. contra Montalb.—399. *Heu, quid agat?* Serv. ad iv Æn. 283.—400. *aut sese* Menag. pr. in *enses* Heins. revocavit, ut varietur oratio, cum idem hemistichium sup. ii, 511 occurrat. Atque sic Gud. et alii Heins. cf. Burm. Vulgo lectum: *in hostes*, quod tneri poterat consensus Rom. et Medic. Zulich. Utrumque Servius laudat.—403. *altam ad Lunam* Rom. et alii Pier. cum Zulich.; et potest doctius dictum videri. cf. ad Cirim 7. Vulgare est: *aspicere lunam*. Mox et infersit Heins. *Suspiciens altam Lunam, et sic v. pr.*, quod miror prorsus; nam et non habet, quo referas. Exhibent quidem illud codices et Priscianus lib. xvi, sed tanquam exemplum, quo particulam nonnunquam postponi constet. Igitur erat interpungendum saltem: *Suspiciens altam Lunam et, sic voce precatur*. In his ultimis *sic ore pr.* aliquot Pier. et Gud. a m. sec. forte pr. Medic. pro div. lect. Vide sup. ad vi, 186.—404. *pro labori, dolori*, videtur desiderare Burm. Sec. ad Antholog. p. 150, sed ad illum poëta locum, quem ibi tractat, spectare id debet.—409. *Nunc* pr. Moret. *per hostes* Bigot. et Goth. tert.—410. *conius* Rom., et

## NOTE

- 405 *Latonia*] Luna, Diana, a Latona est tecti, in formam scuti brevis, in matre, Ge. iii. 6.  
 408 *Tholo*] Media ac suprema pars qua trabes coeunt: unde est quasi fornix, ut aiunt, clavis.

Conjicit. Hasta volans noctis diverberat umbras,  
 Et venit aversi in tergum Sulmonis, ibique  
 Frangitur, ac fissio transit præcordia ligno.  
 Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen  
 Frigidus, et longis singultibus ilia pulsatur.  
 Diversi circumspiciunt. Hoc acrior idem  
 Ecce aliud summa telum librabat ab aure;  
 Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque

415

*volans dividit caliginem noctis, et pervadit in dorsum Sulmonis oppositi, et illuc rumpitur et trajicit præcordia rupto ligno. Sternitur ille, emittens e pectore fluxum calentem, frigeacens, et succutit uterum longis singultibus. Circumspiciunt in diversas partes. Ille ferventior hoc successu ecce interquebat a summa auris parte hastile aliud. Dum illi tumultuantur, hastile stridens incidit in Tagum per tempora gemina, et*

~~~~~

hoc Pierius secundum Probum præferebat. *conixus* e suis defendit Heinsius. Sed si, ut facit, *conixus* scribitur, statim quoque *conicit* vs. 411 erat refingendum. Sic quoque vett. ap. Servium habebant.—411. *deverberat* qu. Moret. *auras* aliquot Burm. v. lib. v, 502.—412. *Adversi* vulgo ubique legitur. Servius de scuto interpretatur: sic quoque Donatus. Conturbat interdum animum, si videas totam antiquitatem absurdam opinionem pervicaciter tenere, et recentiores eidem inhærere. Est docta ad h. l. Heinsii nota, qua docet ex tergis animantium facta scuta, et hinc terga poetis de scutis dicta. Enimvero de hoc nemo facile dubitet. Sed hoc loco *tergum* dictum est, non modo sine ullo adjuncto, quod sensum adjuvare et scuti notionem inferre possit, ut in loco Ovidii, quem laudat, factum; verum etiam adjecta voce, quæ illum significatum prorsus evertit: in *tergum Sulmonis*. Burmannus satis habet vs. 764. inf. laudare. Saltem erat dicendum, ex adverso stetisse Sulmonem Niso, etsi tergo in eum converso: nemo tamen hoc positu aliquem *adversum stare* dixerit. *Aversi* esse legendum, cum Cerda nullus dubito. Toties in hac voce turpiter lapsi sunt librarii, ut licentiæ in eam satis sit nobis. Habet quoque illud sec. Rottend. Transadacta autem fuit hasta per Sulmonis tergum ita, ut per pectus emeretur, longum vero hastile, quod vulbere extat (*ibi*, in tergo, qua prominet hastile, ferro in interiora adacto), suo pondere inclinatum frangitur: Homericum more. Nec tamen hoc veteres Grammatici animis satis assequi potuisse videntur, quantum ex Servianis fragmentis intelligitur; itaque ibi subjicitur: "Sciendum tamen, locum hunc esse de his, quos insolubiles supra vers. 363 diximus." *Sulamonis* Sprot. 413 Vulg. *fixo*. *fisso* Heins. e Medic. et ceteris vetustioribus reposuit: sic quoque veteres Pierii, nisi quod in aliis lectione abrasa modo *fixo*, modo *fracto* rescriptum erat. *transit præcordia ludo* pr. Menag.—415. *pulsant* Menag.—416. *Hic a. qu. Moret.*, sed est: tanto acrius, quod et latuerat, ut Servii verbis utar, et quod ei primus prospere cesserat jactus. *acrius* Medic. et a m. pr. Gud.—417. *telum summa* aliquot Heins. et Burm. Ex iisdem et Pier. pars: *vibrabat* cum Goth. tert. et Erf. Sed in emendationibus, ait Pierius, *libratur*, quod et elegantius.—418. *iit* ex Leid. et Moret. sec. Heinsius ascivit: extat tamen jam in edd. nonnullis. Burmannus addit cod. Bigot. Vulg.

NOTÆ

413 *Præcordia*] Græcis *διππάρμα*, et lien. *Itia*, partes sunt imi ventris, membranae sunt *præcordia cordis*: supra circa summas coxas. sunt, cor et pulmones; infra jecur

Stridens, trajectoque hæsit tepefacta cerebro.
 Sævit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam 420
 Auctorem, nec quo se ardens immittere possit.
 Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
 Persolves amborum, inquit; simul ense recluso
 Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens
 Conclamat Nisus; nec se celare tenebris 425
 Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:
 Me, me (adsum, qui feci), in me convertite ferrum,
 O Rutuli! mea fraus omnis; nihil iste nec ausus,
 Nec potuit: cælum hoc et conscia sidera testor.
 Tantum infelicem nimium dilexit amicum. 430
 Talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus
 Transabiit costas, et candida pectora rumpit.

calefactum stetit in cerebro transfuso. Volscens asper furit, nec videt uspiam libratorem teli, nec quo fervidus possit inferre se: At tu, ait, dabis mihi sanguine calido poenas debitas ab utroque vestrum. Simul educto gladio irruerat in Euryalum. Tunc autem Nisus territus, extra mentem positus, vociferatur: nec ulterius potuit occultare se umbris, aut pati tantum dolorem. Me, me rapite: adsum qui id commisi: vertite in me arma, o Rutuli: omnis dolus meus est: iste nihil ausus est, aut potuit facere: attestor hoc cælum, et astra quæ id sciunt: tantummodo nimis amavit amicum miserum. Preferebat talia dicta: sed gladius tota vi immissus transfodit costas, et perfringit pectus candidum. Euryalus sternitur morte, et

lectum it, sc. contracte pro ivit, et illa antiquior forma e vetustioribus poterat servari. Interpolarunt nonnulli itque in alt. Hamb. *volat hasta* in Montalb. et apud Priscian. *hasta tremens* Bigot. *per tempus utrumque* Asper Grammaticus exposnit: *inter t. u.* ut Servius notat.—419. *exit* pro *hæsit* Vratisl.—420. *vobens* Goth. tert. *telis* Dorvill. *umquam* Medic. a m. pr.—421. *quo ardens* se Ald. et Goth. sec.—423. *infir* Leid. et alter Menag. cf. Heins. et Burm. *ense recluso*: credibilis, ait, est, Burmannus, hic, ubi jam pugna sit, ensem jam strictum habuisse Volacentem, et hinc conjicit leg. *ense reducto*: quod per se non improbum: reducit enim ensem et is qui cædit, et is qui pungit: uti hastam qui immittit, v. c. inf. xi, 605. 606 et ap. Ovid. Met. xii, 131 Achilles Cygni os pulsant *clypeo reducto*, sc. quoties impingeret, retro ferebat clypeum, ut vires colligeret. cf. inf. x, 552. Sed nulla adhuc pugna est. Trahitur captivus Euryalus, interea ex occulto advolat hasta.—425. *celerare* pr. Hamb. *latebis* Ven.—426. *haud tantum* Franc. et Goth. pr. *potui* ed. Junt. *potuit tantum* Goth. sec.—427. *feci inquit* Parrhas., pessime. Sic summa versus vis infringitur.—428. *neque* a. Rom.—429. *sidera conscia* edd. ap. Pier.—432. *Transabiit* bene Heins. reposuit; sic Rom. pr. Menag. pr. Hamb. et duo alii Heins. Est vocabulum Statio frequentatum, interdum

NOTE

427 *Me, me* (adsum, &c.) Abrupta pro hostibus appellat, quanquam hi erant animi perturbatione sententia. De *Rutulis*, Æn. vii. *Meme occidite*, &c. *Rutulos*, promiscue 794.

Volvitur Euryalus leto, pulchrosque per artus
 It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit :
 Purpureus veluti cum flos, succisus aratro, 435
 Languescit moriens ; lassove papavera collo
 Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
 At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
 Volscentem petit ; in solo Volscente moratur.
 Quem circum glomerati hostes, hinc cominus atque hinc 440
 Proturbant. Instat non secius, ac rotat ensem
 Fulmineum ; donec Rutuli clamantis in ore
 Condidit adverso, et moriens animam abstulit hosti.
 Tum super exanimem sese projecit amicum
 Confossus, placidaque ibi demum morte quievit. 445
 Fortunati ambo ! si quid mea carmina possunt,
 Nulla dies unquam memori vos eximet ævo :

sanguis fuit per formosa membra, et collum inflexum pendet in humeros : quemadmodum, quando flos purpureus proscissus aratro languet moriens : aut quemadmodum papavera fesso collo inflectunt caput, quando forte obruantur imbre. At Nisus irrumpt per medios hostes, et inter omnes unum querit Volscentem, defligit oculos in uno Volscente : circa quem Nisum hostes collecti cominus cum premunt hinc atque hinc : ille non inertius premit eos, et contorquet gladium fulminantem : donec immisit eum in ore opposito ducis Rutuli vociferantis, et moriens eripuit vitam hosti. Tum transfusus jecit se super amicum mortuum, et illic tandem quievit dulci nece. Ambo felices ! si mei versus valent aliquid, nulla dies vos un-

portentose, ut ix Theb. 126, ubi hasta conjecta medium Poleten Transabit et juncti clypeum cavat improba Mopsi. Nonnulli codd. ap. Pier. Heins. et Burm. cum ed. Mediol. Ed. Ald. pr. cum Junt. 1520 Transadiit : ed. Ven. Transabigit. Vulgo ante Heins. expressum : Transadigit, quod alienum a loco hoc, quo, transadigitur, requirebatur ; nisi dicas, ut multa alia, ita hoc transadigit, neutraliter dictum esse, aut suppleas se. Exhibet illud jam Ald. sec. 1556. At Nanger. Ald. 1514 Transabit. Variant hinc edd. seqq. Medic. a m. pr. Transadibit. Zurich. et Franc. Transagit. pectora candida Rom. cum aliquot aliis Pier. Sprot. et tres alii Burm. rumpit itidem Heins. e Medic. et aliis vetustioribus cum suis, tum Ge. Fabricii dedit. Vulgg. rupit.—433. Volvitur leto displicebat Jo. Schradero : malebatque idem Solvitur vel Volvitur E. terra. tabo. Vide Notam.—436. Languescit Dorvill. lasso, quod Nanger. restituit, merito defendit Heinsius ; Ovid. Met. iii, 502 de Narcisso ; ille caput viridi fessum subminat in herba. Edd. vett. cum Aldina priore et pari codd. Pierii habebant lapsus ; apud eundem edd. laxo.—437. Dimisere aliquot Burm.—438. Ac vel et aliquot Pier.—441. Perturbant multi Pier. et Heins., male. non segnius edd. ante Heins. et aliquot codd., inter quos Goth. pr. Major tamen et melior pars non secius vel ætius, ut Rom. Medic. et alii Heins., vel ætius, ut pr. Mentel. Eadem scriptura et varietas alibi occurrit : cf. h. l. Heins. et sup. ad v, 862. Ge. ii, 277. iii, 367 et al. non serius Franc. rest. Leid.—444. exanimum codd. plerique : cf. ad iv, 8. Præfert vulgatum Heinsius ; ob suaviorem sonum, puto.—445. Confusus Dorvill. a m. sec. Vir doctus ap. Burm. conj. placita, quod arridet Burmanno.—446. possent Goth.

Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Victores præda Rutuli spoliisque potiti, 450
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamneta reperto
Exsanguis, et primis una tot cæde peremtis,
Sarranoque Numaque. Ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesque viros, tepidaque recentem 455
Cæde locum, et plenos spumanti sanguine rivos.

quam subtrahet tempori memori: dum gens Æneæ habitabit immotam rupem Capitolii, et fundator Romæ tenebit imperium orbis. Rutuli victores adepti prædam et spolia, plorantes reportabant in castra Volscentem mortuum. Nec levior erat dolor in castris, Rhamneta invento mortuo, et tot proceribus una nocte interfectis, et Serrano, et Numa: concursus fit ad ipsa cadavera, et ad homines semimortuos, et ad locum tepesfactum recenti strage, et ad rivos infectos spumoso sanguine. Recog-

tert. male; idem v. 447 *Nulla dies, nunquam.*—451. *exanimem* Rom. et Dorvill., bini Goth. vid. modo v. 444.—452. *Nec minus* pr. Rottend.—453. *Exanimi* ed. Ven.—454. *Serrano* vulgo et hic. v. sup. ad 335. *Remoque* possit quis suspicari ex v. 330. *Lamoque* Jo. Schrader. Sed doctius ponitur nunc novum nomen, ut supra v. 343 sq. tanto plura præterisse videatur.—455. *seminecisque* ultos Hamb. sec. *tepidumque recenti* *Cæde locum* vulgaris lectio in Romano regnabat: eam vero in suis codd. non occurrere testatur Heins. præterquam in Gud. a m. pr. Tamen et Medic. secundum Fogginiū ambigam scripturam habet. Alteram lectionem: *tepidaque recentem* *Cæde locum*, ut jam Egnatius emendatum dedit, bene post Ge. Fabric. Pier. et alios Heinsius tuetur ex Servio et Macrob. vi Sat. 6. Est ea haud dubie elegantior; v. Notam. *tepidaque madentem* C. l. Porcius Pierii, cum ed. Mediol.—456. *pleno spumantis sanguine rivos* aliquot Heins., it. Erf., etiam Medic. a Fogginio expressus, quem Heinsius cum Gud. et pr. Menag. *plenos spumantis* exhibere narrat, *spumantis* etiam ex Romano notatum, et *plenos spumantis* præscriptum Donati commento. Est autem hoc, quod et Cuningha-

NOTE

448 *Domus Æneæ Capitoli, &c.]* Roma, nrbs ab Æneæ posteris fundata, in Palatino monte primum: deinceps ad alios producta montes sex, præcipue Capitolinum, Palatino vicinum a septentrione: ubi arx et templum Jovis. Aliqui *domum Æneæ* explicant de ipsa *domo Augusti*, qui cum tota gente Julia ex Æneæ oriabatur: at illa non in Capitolio; sed in Palatino monte sita erat, ut et Julii Caesaris domus. Adde quod *domus Æneæ*, jam pro Romana gente accepta est, Æn. iii. 97. *Immobile saxum* vocat, alluditque ad æternita-

tem Romani imperii: quam a Tarquinii Prisci temporibus certam Romani existimabant: cum enim is ad extruendum Jovis Capitolini templum, Deos omnes alia in urbis loca transferri juberet: *Juventus et Terminus* ex omnibus Diis cedere loco noluerunt: unde ductum est omen, fore ut urbis termini nunquam loco moverentur, nec nunquam juvenilis vigor illi deesset.

449 *Pater Romanus]* Vel *Augustus*. Vel *senatus Romanus*. Vel potius *Romulus*, gentis Romanæ conditor et pater.

Agnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, et multo phaleras sudore receptas.

Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:

460

Jam Sole infuso, jam rebus luce relectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat; æratasque acies in prælia cogit,
Quisque suos, variisque acuunt rumoribus iras.

Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis

465

Præfigunt capita, et multo clamore sequuntur,
Euryali et Nisi.

Æneadæ duri murorum in parte sinistra

Opposuerunt aciem (nam dextera cingitur amni),

noscunt inter se prædam, et fulgentem cassidem Messapi, et phaleras recuperatas multo labore. Et jam prima Aurora deserens lectum croceum Tithoni collustrabat terras nova luce: Sole jam inducto, rebus jam detectis per lucem, Turnus ipse cinctus armis excitat homines ad arma: et unusquisque dnx colligit ad pugnam agmina sua tecta ære, et stimulant furorem multiplici rumore. Præterea, res visu terribilis, figunt in hastis sublati capita Nisi et Euryali, et prosequuntur multis cecitationibus. Æneadæ firmi in leva parte murorum objecere exercitum, nam pars

~~~~~

mus nunc et Wakefield expressum dedit, scitius haud dubie doctiasque: *pleno spumantes sanguine rivos*, quam alterum: *plenos spumanti s. r.* Utrumque tamen paulo *τραγικώτερον*, ut solent rivi sanguinis dici, nunc *pleni sanguine*. Servius *spumantem s. rivos* legit sc. locum, nimis magnifice in cæde aliquot virorum.—457. *Cognoscunt qu.* Moret.—460. *Titani* Goth. tert., stolidè.—461. *Cum s. i.* idem Goth. tert., quod ferri posset. *receptis* vett. exemplaria ap. Pier. *relectis* pr. Hamb.—464. *Quisque suos* sc. acies Medic. et alii Heins. et Burm. cum Goth. tert. Ita oratio sic procedit: *æratasque acies in prælia cogit Quisque suos*, quod sane expeditissimum erat, quodque præferam argutius aliunde inductis. At *quisque suos* tuebatur Ge. Fabric. (secundum Homericum Iliad. Δ. 428 *κέλευε δὲ ὅσον ἕκαστος ἠγεμόνων*), ut esset synthesis, et alia figura: *quisque cogit et acuunt*. Montalb. et Parrhas. *Quique suos*, etiam elegantius. Potest quoque sic distingui et interpungi: *Turnus in arma viros—Suscitat æratasque acies; in prælia cogit Quisque suos; variisque acuunt rumoribus iras*. Ita vero in viros *æratasque acies* est otiosi quid. Aut sic: *cogit; Quisque suos variisque acuunt rumoribus iras*. Quatuor Burmannianis copula in variisque abest. *variosque* sec. Rottend.—465. *ipsi* Ven. *mirabile* multi Heins. ex more.—467. An hoc hemistichium ex interpretamento in margine ascripto subnatum? Ascriptum in edit. Londini repetita: sic censere quoque auctorem libri, cui titulus: *Lettres de quelques Juifs à M. Voltaire*.—468. in abest Rom. et binis Rottend.—469. *nam dextera* agnoscitur Pri-

#### NOTÆ

457 *Agnoscunt spolia, &c.*] Quæ et sequentibus. De *Tithono Aurora* Rutulus eripuerant Nisus et Euryalus; et quæ iterum ex liis Volscensis 468 *Sinistra*] *Orientali*, quæ Laurentum spectabat.

Ingentesque tenent fossas, et turribus altis  
 Stant moesti: simul ora virum præfixa movebant,  
 Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.  
 Interea pavidam volitans pennata per urbem  
 Nuntia Fama ruit, matrisque allabitur aures  
 Euryali. At subitus miseræ calor ossa reliquit. 475  
 Excussi manibus radii, revolutaque pensa.  
 Evolat infelix, et, foemineo ululatu,  
 Scissa comam, muros amens atque agmina cursu  
 Prima petit: non illa virum, non illa pericli,  
 Telorumque memor; cœlum dehinc questibus implet: 480  
 Hunc ego te, Euryale, aspicio? tune, illa senectæ  
 Sera meæ requies, potuisti linquere solam,  
 Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,

*dextra munitur fluvio: et tumentur magnas fossas, et tristes stant in excelsis turribus: simul spectabant capita juvenum præfixa, nimis cognita miseris, et stillantia nigra sanie. Interim fama alata, volans per urbem territam, nuntia irrumpit, et percenit ad aures matris Euryali: et calor subito deseruit ossa miseræ: radii dejecti sunt e manibus et tela dilapsæ: misera illa præcipitat, et cum vociferatione muliebri lacerata secundum capillos, insana radit cursu ad muros et primas turmas: non illa attendens homines, non illa discrimen et arma: deinde replet cœlum querelis: An ego te talem video, o Euryale? an tu es ille futurus solatium ultimum meæ senectutis? an potuisti deserere me solam, o inhumane? neque concessa est matri*

ciano lib. vii, et sic Goth. pr. Sed defendit alterum librorum auctoritas ap. Heins. nam cetera Goth. tert. *amne* Sprot.—471. *movebant* Heins. e suis et Pierianis restituit. *monebant* pr. Hamb. pro var. lect. Vulgo ante Heins. lectum *videbant*; dederat tamen *movebant* Naugerius in Ald. tert. et ex eo alii. *simul* pro copula est: nec *Stant*—*simulac* *videbant* latinum esset.—472. *Nota* minis sec. Goth.—473. *pinnuta* Medic. et Gud. cum Rom.; et sic Servius.—474. *F. gerit* Veu. a m. pr. *auras* Medic. a m. pr.—475. *At* Heins. cum melioribus. Vulgo *Ac. relinquit* Erf.—476. *Expulsi* ap. Macrob. lib. iv Sat. i editum. *Discussi* Parrhas. *revolutaque membra* refingebat Barnes ad Iliad. x. 448 ut convenirent verba: τῆς δ' ἀλελῆχθῃ γυναι, χαυλὰ τε οἱ ἔκπεσε κούρην.—478. *comas* Ven. et Goth. sec., qui et: *agmina circum* exhibet.—480. *dehinc cœlum* tres Burm.—481. *Non ego* Goth. sec. *Hinc* Hugon. *Hunc* te, Euryale vett. edd. Macrobbii v Sat. 9 et in margine cod. Bemb. Terentii. Ex iisdem et aliis codd. Heinsius restituit *tune illa* s., quod jam Ald. tert. habet, pro vulgato: *ille*, quod tamen doctius videtur.

## NOTÆ

- 472 *Tabo*] Patri sanguine, Ge. iii. voluntur. De *penso*, Ge. i. 390.  
 481. De *Fama*, Æn. iv. 174. 478 *Muros amens*, &c.] Non tamen  
 476 *Radii*, &c.] *Instrumenta textoria*, Æn. iii. 488. *Pensa*, telæ: quæ  
 prius involutæ, jam ea surgente re-  
 las erumpit.

**Affari** extremum miseræ data copia matri?

Heu, terra ignota canibus date præda Latinis

485

Alitibusque jaces! nec te tua funera mater

*infelici facultas ultimo alloquendi te, missum in tanta discrimina? Heu! jaces in tulture incognita, præda objecta canibus Latinis et avibus. Nec ego mater protuli te ante sedes, ut curatrix tui funeris; aut clausi oculos; aut lavi plagas, abscondens cadaver*

\*\*\*\*\*

cf. ad v. 485. Dorvill. a m. sec. ipse.—484. *extremis* Medic. et Sprot. *extrema* plures Heins. et Burn.—485. *date* post Fabricium Heins. e codd.; vulgo *data*, minus eleganter, inprimis post *data copia*.—486. Locus interpretatione vix expediendus. Servius *funerum* exponit h. e. eam, ad quam funus pertinet, quasi funercam. Addunt alii *funeras* producere cadavera, *præficus* nequi. Grammatico acumine digna antiquata vox, non Maroniana elegantia! Quid quod nec vocis exemplum extat, nisi ex lectione Jos. Scaligeri in Ennii epitaphium illata: *nec funera fletum faxit*. Dispicuit Serviana ratio jam Julio Sabino, qui sic accipit: “ego tua mater peperit te non ad funera, id est, ut ipsa tibi facerem funus.” Substituit igitur ille, quod alii quoque faciunt: *nec te ad tua f.*, sed hoc plumbeum est; aut, quod Pseudo-Donati interpretationi præfixum video: *nec te in tua f.*, at in ipsa interpretatione aliter acceptus locus: “Hic quoque, inquit, aliud fuerat dictura, aliud subiecit, dolentis more.” Scilicet ex ejus sententia scribendum erit cum Catræo: *nec te—tua funera mater Produxi*, ut se ipsam reprehendat: quid dico te? saltem tua funera: quod an cuiquam se probaturum sit, *debilo*. Aliud acumen secuti sunt alii. Cerdam non assequor: etsi is proclivior est in Servianam rationem. Castalio apud Burmannum verba jungebat sic: *nec te tegens veste produxi funera*. Dura prorsus oratio. Locum esse corruptum nullus dubito atque eum adeo inter ea esse referendum censeo, in quorum corruptelis omnes codices conspirant adeoque testatorem faciunt, se istis depravationibus seriores esse omnes. Laudatur quidem lectio ex sec. Moret. *nec enim tua*, et ex Parrhas. *nec ego tua*, sed correctorem in his agnoscam facile; nec in aliis locis hi codices ab aliis recedunt nisi ex interpolatione. Sed in promptu est loci emendatio, quæ, una cum depravationis causa, ex antecedenti tua in oculis incurrit: eamque jam Bembus proposuerat: *nec te tua funere mater Produxi*; nec ego produxi te funere. Vulgare erat: ducere, producere, funus; et elegantia nota pro ego, *tua mater*. Burmannus castigationem hanc admitti posse concedit, fluctuat tamen incertus tandemque tentat: *nec tristia funera*. Henmannus olim conjecterat: *te et tua funera*: laxa et fluxa oratio: lorum in rivo natare patet. Merula ad Ennium p. 56, qui Servianæ alioqui rationi favet, insuper lego-

#### NOTÆ

484 *Affari extremum*] Romani mortuos statim post obitum inclamabant: tum post funus, ter dicto *vale* relinquiebant. Æn. II. 644. Æn. VI. 218.

486 *Tua funera mater Produxi, &c.*] 1. Jul. Scaliger, Pomponius secutus, mutilam vult esse orationem, ob vim doloris: explicatque: *nec te mater peperit ad hæc tua funera*. II. Jos. Scaliger, non multum dissentiens a Servio, vult, *funeras* esse mulieres, quæ curam assuepiebant funeris, ut sunt mater, soror: easque distingui a

*præficus*, quæ conductæ pretio præficiabantur ancillis ad lamentandum: quod *præfiscarum* fictus, *funerarum* verus esset ac sincerus dolor. Eoque derivat illud Ennii epitaphium apud Cicer. ‘Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum Faxit: cur? voluto vivu’ per ora virum.’ Sed admodum dubia hæc lectio est, cum vulgo legatur, *funera fletu, funera fletum, &c.* III. Suspiciatur Merula legendum: *tua funera mater Produxi*, quæ vox apud Festum reperitur: ex

Produxī, pressive oculos, aut vulnera lavi,  
 Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque  
 Urgebam, et tela curas solabar aniles.  
 Quo sequar? aut quæ nunc artus, avulsaque membra, 490  
 Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,  
 Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?  
 Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela  
 Conjicite, o Rutuli; me primam absumite ferro:  
 Aut tu, magne pater Divum, miserere, tuoque 495  
 Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo:  
 Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.  
 Hoc fletu concussi animi, moestusque per omnes  
 It gemitus; torpent infractæ ad prælia vires  
 Illam incendente luctus Idæus et Actor, 500  
 Ilionei monitu et multum lacrymantis Iuli,

*veste, quam festinans tibi accelerabam nocturne diuque, et leniebam textu tela molestias senectutis. Quo ibo? aut quæ terra nunc retinet artus, et abscissa membra, et cadaver laceratum? hoc caput representas mihi de te, o fili? hoc secuta sum et terra et mari? Transfodite me, o Rutuli, si aliqua est vobis pietas: contorquete in me omnia spicula: me primam interficite ferro. Vel tu, magne parens Deorum, miserece, et fulmine tuo demitte ad Inferos hoc meum caput tibi odiosum; si non possum aliter finire duram vitam. Animi commoti sunt hoc luctu, et tristitia suspiria mittuntur ab omnibus: vires languent tardæ ad pugnam. Idæus et Actor excipiunt illam excitantem fletus inter milites, et in manibus referunt in domum ipsius, monitu*

bat: *Produxī*, nullo cum fructu.—487. *oculis* duo Burm.—488. *tibi quod Rom.* qua Erf., et mox v. 489 *Urgebant. tela anili* alter Mentel.—490. *sequor* alter Hamb. *aut quo* Montalb. et Goth. tert.—492. *Nate ne fers* alter Hamb. *quæ sum* aliquot edd. vet., sed *hoc sum* omnes scripti Pier. et Heins. et Gothani, præter primum. *hæc sum* sec. Rottend. et Parrhas.—494. *primum* alter Hamb. *abrumpite* sec. Moret.—496. *At tu* uterque Hamb. et sec. Moret.—498. *concussa animi* Goth. tert., quod facile quis exornet, qui otio abundet, quantumvis ineptum. *moestusque* a n. pr. Mentel. pr.—500. *incidentem* Oudart. *et auctor* Rom. et Goth. tert. ac Dorvill. a m. sec. In Regio sequens versus huic præmissus erat.—501. *monitum* ed. Junt.

NOTE

quo tertia concinnari potest opinio: *nec te tua funera mater proluxi*, id est: *nocte et tuam mortem proluxi*. Et vero tales erant funebres ceremoniæ: Ingebatur et conclamabatur mortuus, clandeabantur ipsi oculi, lavabatur, vestibis pretiosissimis tegebatur, efferebatur in feretro ad januam domus; ibique cum prostitisset aliquandiu, facie et pedibus in publicum versis, ad rogam deducebatur: quæ maxima ex parte explicuimus Æn. vi. 215. et sequentibus.

487 *Produxī* Juxta primam explicationem superiorum vocum, significat *peperi*. Juxta secundam, *proposui ad januam domus*: quod Dio et Græci alii vocant *πρωτοθεσθα*. Juxta tertiam, *proluxi* legendum est.

491 *Funus laeærum*] Haud dubie *cadaver*. Sic Propert. l. i. 17. 8. 'Hæc cine parva meum funus arena teget.'

Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt.

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro  
Increpuit. Sequitur clamor, cœlumque remugit.

Accelerant acta pariter testudine Volsci;

505

Et fossas implere parant, ac vellere vallum.

Quærun't pars aditum, et scalis ascendere muros;

Qua rara est acies, interlucetque corona

Non tam spissa viris. Telorum effundere contra

Omne genus Teucris, ac duris detrudere contis,

510

Assueti longo muros defendere bello.

Saxa quoque infestoolvebant pondere, si qua

Possent tectam aciem perrumpere: cum tamen omnes

Ferre juvat subter densa testudine casus.

Nec jam sufficiunt. Nam, qua globus imminet ingens, 515

*Itionei et Iuli plurimum plorantis. At tuba procul excitavit ære rauco formidabilem sonum: succedit clamor, et cœlum reboat. Volsci appropriant simul adnotata testudine, et aggrediuntur cumulare fossas, et eruere aggerem: pars vestigat ingressum, et superare scalis muros, qua exercitus rarus est, et qua multitudo passim hiat non tam densa militibus. Contra Trojani incipiunt projicere omnes species armorum, et dispellere eos longis lignis, consueti propugnare mœnia bello diuturno. Deiciebant etiam lapides perniciosi ponderis, tentantes an possent aliqua parte perfringere agmen tectum clypeis: tamen interea Rutuli gaudent sustinere casus omnes sub spissa testudine. Deinde non possunt sustinere: nam qua parte mag-*

—502. in tecta multi Pier. et Heins. cum Goth. tert.; tum reponunt jam inde ab Aldd. legitur. reportant vett. edd. ap. Pier. et qu. Moret., quod sane vulgaris; et sic sup. vii, 574. At cf. sup. iv, 391. 392. viii, 584. inter manus puta famularum.—503. sonoro Bigot.—506. pellere Rom. Oudart. et a m. sec. Bigot. Mediceus autem etiam pellere vallo a m. sec. ex v. 519.—507. aditus Gud. murum Leid. et Moret. sec.—509. pressa viris Hugen.—510. aut Bigot. cum Goth. tert. drudis Franc., unde Burm. conj. tradis. Sed in illo codice operam ludat, qui talia rimetur. duos dixit pro robustis, gravibus.—512. saxaqueolvebant infesto p. Zulich.—513. Possint Leid. cum tamen. Duriuscula est ad meum sensum hæc junctura. At illis, inquit, qui testudinem agunt, decretum est, extrema experiri. Omissa autem in seqq. pronomina demonstrativa ac relativa, quæ subjecta declarent, brevitatem ac vim narrationi faciunt. Obvium est, quod et Jo. Schrader. in schedis conj. quam tamen omnes Ferre jurat.—514. Vulgata lectio erat libet. Multi tamen Heins. cum tribus Burm. juvat. Adde fragm. Vatic. Alludunt Medic. a m. pr. et Gud., qui cum Mediceo Pier. habent jubat, Priscian. et Augustin. jubet. Probarunt idem Cuningham., qui recepit, et Jo. Schrader.; itaque prætuli, cum orationem faciat minus duram.—515. sed qua Gud. a m. sec. quo Goth.

## NOTÆ

De Tartaro, imis Inferis, Æn. vi. 134.

505 Testudine, &c.] Milites erant densati in globum, consertis supra capita clypeis, ut sic ad muros tutius

accederent: De ea testudine, Æn. ii.

441. De Volscis, Æn. vii. 803. De vallo, supra 142. De contis, Æn. v. 208.

Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque ;  
Quæ stravit Rutulos late, armorumque resolvit  
Tegmina. Nec curant cæco contendere Marte  
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo  
Missilibus certant.

520

Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam  
Pinum, et fumiferos infert Mezentius ignes ;  
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,  
Rescindit vallum, et scalas in mœnia poscit.

Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti ;  
Quas ibi tunc ferro strages, quæ funera Turnus  
Ediderit : quem quisque virum demiserit Orco :  
Et mecum ingentes oras evolvite belli.

525

*mus globus appropinquat, Teucri advolvunt et impellunt vastum saxum, quod late oppressit Rutulos et separavit tegmina clypeorum: nec ulterius Rutuli ardententes volunt certare obscuro certamine testudinis; sed conantur dimovere jaculis Trojanos ex aggere. Alia ex parte Mezentius terribilis visu librabat pinum Tyrrhenam, et injicit fumidus tædas. At Messapus, subactor equorum, filius Neptuni, diruit palos aggeris, et petit scalas ad muros scandendos. Vos, o Musæ et præcipue Calliope, oro, docete cantantem; quas cædes, quas neces Turnus tunc ibi intulerit; quem hominem unusquisque miserit ad Inferos: et explicate mecum totum ambitum hujus belli: nam vos, Deæ, et recordamini, et potestis narrare.*

~~~~~

sec.—516. *v. trahuntque* Donat. et alii antiqui apud Ge. Fabric. cum Mentel. pr. a m. sec.—517. *Rutulos stravit* vulgo ante Heins., minns suaviter. *stravit late Rutulos* Parrhas.—518. *curent* Leid. *se condere* Bigot. et Leid. a m. sec. *detendere* Menag. alt.—520. *tentant* sec. Rottend., tum Leid. supplet: *densis cum corpore toto*.—521. *horrendum visu* Erf.—524. *Transcendit* r. codd. *admodum vetusti* ap. Pier. *præscindit* pr. Moret. et a m. pr. Ven. Sed *Rescindit* recte, ut supra vellebant vallos. *ad mœnia* nonnulli Heins. et Burm. cum sec. Goth.—525. Heumann. conj. *Vos, o Calliope*, graviter ob id vapulans Burmanno. Idem enotatum ex Erf.—526. *tunc* Heins. e Medic. et al. Vulgo, *tum*; alii *cum*. *ferro tum* Dorvill.—527. *Dimiserit* multi et hic ap. Burm.—528. *horas tres* ap. Burm., et Goth. tert. *heroas*, quod

NOTE

516 *Ruuntque*] Impellunt, projiciunt: Æn. i. 30. 'spumas salis ære ruebant.'

518 *Cæco Marte*] Quia latebant sub testudine, tecti et inumbrati clypeis.

521 *Etruscam Pinum, et . . . ignes*] Vel ignitam faciem e pinu, pingui arbore: vel mann altera faciem, altera hastam pineam. De *Mezentio* Etruscorum rege, fuse Evander, Æn. viii. 481. De *Etrusca* gente, ibidem in Notis. De *Messapo*, Æn. vii. 691. De *Delph.* et *Var. Clas.*

vallo, munimento ex palis et aggesta terra, supra 142.

525 *Vos, o Calliope*] Musas omnes invocat, sed præcipue *Calliopem*, heroici carminis præsidem, de qua, Ecl. iv. 57. Numerum singularem cum plurali sic conjunxit Tibul. l. iii. 6. 55. 'nobis inimica merenti.' Et Catul. Epig. cviii. 5. 'Inesperanti ipsa refers te nobis.' De *Orco*, Plutone, Ge. i. 277.

528 *Oras belli*] Enniana vox. *Ora* Virg. 4 A

Et meministis enim, Divæ, et memorare potestis.

Turris erat vasto suspectu, et pontibus altis, 530
 Opportuna loco: summis quam viribus omnes
 Expugnare Itali, summaque evertere opum vi
 Certabant; Troës contra defendere saxis,
 Perque cavas densi tela intorquere fenestras.
 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, 535
 Et flammam affixit lateri; quæ plurima vento.
 Corripuit tabulas, et postibus hæsit adesis.
 Turbati trepidare intus, frustra que malorum,
 Velle fugam. Dum se glomerant, retroque residunt
 In partem, quæ peste caret: tum pondere turris 540

Turris stabat alta suspicientibus, et tabulatis sublimibus, commoda situ: quam Itali omnes conabantur occupare totis viribus, et dirigere tota vi potentie sue: contra Trojani conabantur propugnare lapidibus, et vibrare sagittas crebras per apertas fenestras. Turnus primus immisit tadam flammantem, et affixit lateri turris ignem: qui auctus vento invasit asseres et adhesit fulcris absumitis. Trojani turbati ceperunt intus tumultuari, et incassum querere effugium e periculo: dum colligunt se, et retro recedunt in spatium quod vacabat igne; tum repente

nihili est; interpretatur tamen *horas* etiam Jul. Sabinae, ut sit tempus, quo bellatum est; sed Ven. *causas*: uti etiam in Enniano versum (vid. Not.) exhibent Diomedis et Quintiliani libri vi, 3, 86, male utique. Nec melius alii conj. *iras. curas*; nam *oras* Ennianum est. Tum *ecertite* Menag. pr. *exolite* alter Hamb., frustra. vid. laud. ab Burm. Barthium ad Stat. i Theb. 2; adde Stæber. ad Manil. i, 116.—529. Abest versus melioribus libris cum Mediceo: adde fragm. Vatic., et recte iudicabat Heinsius esse eum hic inculcatum ex sup. lib. vii, 645. Omissus est in edit. Parmensi. Aberat quoque Goth. sec., at in pr. præmittebatur superiori.—530. *suspecto* alter Hamb. *conspectu* Parrhas.—531. *qua v.* Goth. alter.—532. *Italis* Rom.—536. *affecit* Medic. Pierii. *adstrinxit* Parrhas.—537. *tabulis* pr. Hamb. a m. pr. *pontibus* conj. Jo. Schrader. *adheissis* Rom. *obesis* Goth. sec.—539. *residunt*: Jo. Schrader. em. *recedunt*; sed alterum doctius eodem significato. Est Læcretianum *retrorque residit*: ii, 283.—540. *caret* Franc., sed tunc malit Burm.

NOTÆ

sunt extremæ partes vestium: quæ quia in ambitum excurrunt; hic sumuntur pro toto circuitu, ambitu, ac serie belli.

530 *Pontibus*] Turres multis contabulationibus erigebantur, e quarum infimis ascensus erat ad summum: hæc ipsa tabulata, vel eorum scale, *pontes* hic dicuntur: ut forte etiam supra 170.

532 *Opum vi*] Enniana locutio, pro, *omni industria, virtute, instrumentis.*

535 *Lampada*] *Lampades* hic appellantur, ignita quæcumque missilia, ex stupa, pice, et resina: quæ compacta simul, et mucronibus, uncisque et hamis ferreis armata, ut ligneis præsertim munimentis adhærerent, vel manu, vel aliquando etiam machinis intorquebantur. Varia eorum erat ad libitum figura. De *postibus*, proprie fulcris arrectariisque portarum, Æn. ii. 442. De *peste*, pro igne, supra 328.

Procubuit subito, et cœlum tonat omne fragore.
 Semineces ad terram, immani mole secuta,
 Confixique suis telis, et pectora duro
 Transfossi ligno, veniunt. Vix unus Helenor,
 Et Lycus elapsi : quorum primævus Helenor, 545
 Mæonio regi quem serva Licymnia furtim
 Sustulerat, vetitisque ad Trojam miserat armis,
 Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.
 Isque ubi se Turni media inter millia vidit,
 Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas : 550
 Ut fera, quæ, densa venantum septa corona,

turris cecidit, et totum cœlum sonat strepitu. Cadunt semimortui in terram, vasta mole superincidente, et confossi propriis armis, et truncti duro ligno per pectora. Vix solus Helenor et Lycus evaserunt : quorum natu major erat Helenor, quem serva Licymnia clam pepererat regi Lydio, et miserat ad Trojam, bello ipsi prohibito : erat levis ense stricto, et ignobilis scuto albo. Atque ille, cum agnovit se in meditis millibus Turni, agmina Latina circumstare hinc et inde ; quemadmodum fera,

qua peste carent scil. Trojani. Conf. ad v. 510.—542. *immensa* Sprot. *secuti* duo Burm.—543. *Confixaque* Montalb. *Confixitque* Goth. sec.—544. *Transfossi* pr. Hamb. pro var. lect. cum Goth. pr. *Confossi* Parrhas. *Helenor* in libb. aliquot Pier. Est Ἠλένωρ. *Elenor* Lutat. ad Stat. ap. Burmannum, qui et binis codd. abfuisse versum notat, ex clausulæ similitudine, in uno versus 548. 547. 546 se exceperat.—545. *Lycus* in Medic., in al. *Licus*.—546. *Licymnia* Medic. et Gnd. *Λικυμνία* ex *Λικυμνος*. Varie depravatum nomen : *Licimnia*, *Licinnia*, *Licinia*, *Lycimnia*, *Lacymnia*, *Lacinia*, *Lucina*, *Lucania*.—548. *parmaque* Ven., idque, quod miror, Jul. Sab. interpretantem video.—550. *atque hinc inter se a. Ven. obstare* Vratisl. *instare* pr. Hamb. et Bigot. cum Goth. tert.

NOTÆ

546 *Mæonio regi*] Regi Mæonum, qui deinde Lydi dicti sunt, et ab Homero numerantur inter Trojanorum auxilia, utpote Phrygiæ contermini, Æn. iv. 216.

547 *Vetitis armis*] Vel contra iussa Deorum et fati Trojanis contrarii; vel contra morem Romanorum: ad quem alludit hic poëta, quasi Trojanorum etiam fuisset. Nefas enim fuit Romæ servos militiæ nomen dare, nisi servitute solutos: quod non nisi periculosis reipublicæ temporibus permittebatur.

548 *Ense levis nudo, parmaque, &c.*] Omnino eum depingit, quales Romanorum deinde fuerunt *velites*, sic a

velocitate dicti. Horum arma: *parma*, brevis rotundusque clypeus et undique *par*: *gladius*; et leves aliquot *hastulae*. Eligebantur e junioribus et pauperibus juxta Polybium. Porro cum vulgo viri principes, aut familiæ suæ, aut factorum suorum insignia præferrent descripta in clypeis; ut Turnus *Inachum*, Æn. vii. 790. Aventinus, *hydram Herculis*, ibid. 687: Helenor iste nudum clypeum gestat; tum quia juvenis nihil dum patrare laude dignum potuit; tum quia furtivo concubitu ex serva editus, paternam originem jactare prohibetur, habeturque ideo quasi servilis generis.

Contra tela furit, seseque haud nescia morti
 Injicit, et saltu supra venabula fertur :
 Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes
 Irruit ; et, qua tela videt densissima, tendit. 555
 At pedibus longe melior Lycus inter et hostes,
 Inter et arma, fuga muros tenet, altaque certat
 Prendere tecta manu, sociumque attingere dextras.
 Quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,
 Increpat his victor : Nostrasne evadere, demens, 560
 Sperasti te posse manus ? simul arripit ipsum
 Pendentem, et magna muri cum parte revellit :
 Qualis, ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum,
 Sustulit alta petens pedibus Jovis armiger uncis :
 Quæsitum aut matri multis balatibus agnum 565
 Martius a stabulis rapuit lupo. Undique clamor
 Tollitur. Invadunt, et fossas aggere complent ;

quæ cincta multitudine spissa venatorum sævit adversus arma, et non ignara immittit sese in mortem, et saltu ruit supra hastilia ; non aliter juvenis irrumpit moriturus in medios hostes, et incurrit qua cernit arma spississima. At Lycus multo velocior pedibus, et inter hostes, et inter arma occupat fugam muros ; et conatur arripere manus sublimes pinnas, et apprehendere manus sociorum. Quem Turnus victor, persecutus simul cursu et jaculo, objurgat his verbis : Stulte, an sperasti te posse evitare manus meas ? simul apprehendit ipsum pendentem, et excutit cum magna parte muri. Qualis armiger Jovis, quando evolans in altum abripuit unguibus falcatis, aut leporem, aut cycnum nitido corpore : aut quando lupo, sacer Marti, subtrahit e caulis agnum, quæsitum a matre multis balatibus. Undique clamor surgit : aggrediuntur, et cumulant fossas terra aggesta : alii torquent tædas flammantes ad cul-

~~~~~

—552. *nescia* Goth. sec. *mortis* Montalb.—556. *It* pr. Moret. *melior longe* aliquot Burm.—557. *muros petit* Erf.—558. *Pendere* Goth. pr. *pandere* tert. *saxa manus* pr. Moret. cum Erf., quod præferret Burm., si in pluribus extaret : nam *tecta* de muris castrorum et munimentis insolitum dici. f. *cepta*. Debebat tamen concedere hoc poëtæ, ut muri summam partem hac voce declararet, uti mox v. 568 de eadem *fastigia* dixit. Nec muros tecto tutos cogitare adeo absonum est. *dextra alter* Hamb. et Rom. *dextris* Erf.—559. *cursu pariter* Turnus Goth. tert., nec insuaviter.—562. *tendentem* pr. Moret. *muri magna* Erf. *revulsit* Exc. Burm. et Parrhas.—563. *aut ante leporem* abest apud Macrob. v, 12. *candentem corpore* e cod. Coll. Jes. recepit Wakefield. Et est sane elegans lectio.—565. *matri* Rom. et Porc. apud Pier. quinque Burm., minus docte. *balatibus* Goth. pr. *latratibus* Goth. tert.—566. *repetit* idem Goth. tert.—567. *fossas atque a. c.* Rom.—

#### NOTÆ

553 *Venabula*] Hastæ sunt venatoriaræ, breves, lato ferro : Æn. iv. 131.

564 *Jovis armiger*] Aquila, fulminis ministra : Æn. v. 255. De *tædis*, arbore et face, Ecl. vii. 49.

Ardentes tædas alii ad fastigia jactant.  
 Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis  
 Lucetium, portæ subeuntem, ignesque ferentem ; 570  
 Emathiona Liger, Corynæum sternit Asylas :  
 Hic jaculo bonus, hic longe fallente sagitta ;  
 Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus ;  
 Turnus Itym, Cloniumque, Dioxippum, Promolumque,  
 Et Sagarim, et summis stantem pro turribus Idan ; 575  
 Privernum Capys. Hunc primo levis hasta Themillæ  
 Strinxerat : ille manum projecto tegmine demens  
 Ad vulnus tulit : ergo alis allapsa sagitta ;  
 Et lævo affixa est lateri manus, abditaque intus  
 Spiramenta animæ letali vulnere rumpit. 580  
 Stabat in egregiis Arcentis filius armis ;  
 Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Hibera,

*mina. Ilioneus lapide et magno fragmine rupis opprimit Lucetium, appropinquantem portæ et conicientem ignes: Liger Emathiona, Asylas Chorinæum: alter peritus jaculandi, alter mittendi sagittas procul decipientes. Cæneus occidit Ortygium, Turnus victorem Cæneum: Turnus Itym, et Clonium, Dioxippum, et Promulum, et Sagarim, et Idam stantem ante summas turres: Capys Privernum: hunc hasta Themilla primo leviter vulneraverat: ille abjecto clypeo tulit inconsultus manum ad plagam: ergo sagitta pennis appulsa est, et manus affixa est lateri sinistro, et occulta intus penetravit mortifero ictu pulmones, quibus respirat anima. Filius Arcentis stabat indutus pulchris armis, habens chlamydem variatam acu, et splendens pur-*

568. *ad f. mittunt* Oudart.—569. *ingentis* Medic., sed a pr. m.—570. *Lucretium, Lucretinum, Lucetium, Lucceciū* al. *ignemque* Sprot.—571. *Huablava. Et mathiona* Dorvill. *Emathion aliter* Exc. Burm. ex *Emathion aliger*; quod Goth. sec. habet. Tum *Kopuvaioy. Corineum* et *Chorineum* multi, etiam *Corinesum, Corneum, Horneum*: sed est a *κοπῆν*, clava. cf. ad xii, 298. *Hyrtacides Corineum* Macrobr. v, 15, sed v. h. l. Heins., *Asilas* plerique.—572. *baculo bonus* Goth. tert., *belle!* in ludum literarium relegendus! *salante* Franc. *fugiente* Leid., sed *fallens* est, quæ occulto ferit. Valer. Fl. iii, 182 *fallere nervo ausus. est* in fine addunt aliquot Burm.—573. v. C. *turmis* Goth. tert.—574. *Itim, Ithin, Ytim, Itim* alii; tum *Clonium, Clanium, Clionum, Donium*; porro, *Dioxippum, Diosippum*, tandem *Promolum* Heins. e Medic. et al. Vulgo, *Promulum*: alii *Pomulum, Prumulum*. Facile omnia ex græcis constituenda.—575. *Sagarum* al. *Idan* ex Medic. et Moret. qu., vulgo: *Idam*: etiam *Itym, Ityn*.—576. *Capis* al., et ante Heins. *Themilla*.—579. *Ut lævo* Wakefield emendat: non assequor, an satis commode. *adfixa* Heins. e Pier. et suis aliquot restituit: pro vulgari: *infixa. affixa* pr. Hamb. pro var. lect. *intra* Goth. tert.—580. *rumpit* Heins. e melioribus. Vulgo, *rupit*: quod Rom. tuetur.—581. *Argentis* et *Argens* duo Burm.—583. Nolim cum Servio inter-

# NOTÆ

582 *Pictus acu chlamydem, &c.*] *Chla-* 137. *Ferrugo*, color est politī ferri, *mys*, militaris vestis, *casaque*; Æn. iv. in nigrum tendens, *brunissure*: Ecl.

Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,  
 Eductum Matris luco, Symæthia circum  
 Flumina : pinguis ubi et placabilis ara Palici :

585

*pura Iberica, formosus vultu : quem pater Arcens miserat Ence, educatum in sylvas Martis, circa Simethum fluvium, ubi est opima et benigna ara Palici. Mercutius*

pungere post miserat, ut Arcens filii nomen sit.—584. *Productum Parrhae*. Legebatur in omnibus edd. *Eductum Martis luco*; nec aliter scripti. In *Martis* luco jamdudum hæseram; antequam varietatem lectionis inspicerem; nam de Marte apud Siculos nihil aliunde constat. Quod enim in Panormitanorum et Mamertinorum namis occurrere ille dicitur, obscra suspicio est. Equidem in his locis Ditem non Martem expectabam : nisi forte poeta Adrauum, indigenam Deum, Martem interpretatus est. Sed prava hand dubie est lectio, et restituendum erat quod et ad conjectandum in promptu est, et apud Macrobr. v, 19 habetur, etiam in Dorvill. et in Ven. pro div. lect. *Martis*, sive ut Ceres Ennara intelligatur, quam Fazellus reb. Sic. Dec. i, 3, 2 tuitus est, sive ut mater nymphea sit, cujus lucus eo in loco erat. Jam Thaliæ Palicorum matrem, nympham obscuri nominis, sed fabula Siculorum domestica proditam, novimus ex Servio ad h. l. et Macrobr. l. c. Hujus nymphæ lucum, nomine quoque *sylvam Thaliæ* dictum, in Calphurnio vi, 78 agnovit nymphamque absolute *Matrem* dictam prodidit Wernsdorf. in Poet. min. Tom. iv, p. 676. 820, et Tom. v, p. 1464 ingeniosæ utique, etai sine auctore. *Martis* defendi posse ex inf. v. 673 Burmannus addit, quod non assequor. *Simæthia* vel *Simethia*, male vulgo ante Heins.; est enim *Zémechos*. Pejus alii : *Sumetia*, *Symetia*, *Symethia*, *Simetia*, *Simetia*. Romanus : *Simœtiæ*.—585. et abest Oudart. *ubi implacabilis ara P.* etiam h. l. legebat Cluver. Ital. ant. pag. 934. vid. supra ad idem hemistichium lib. vii, 764. *Sane* et h. l. aut in partes Cluverij transire aut deleto et legere malim : *pinguis ubi placabilis ara Palici*. Scilicet *Palicus placabilis* est qui placatur, ejusque *ars pinguis* victimis. *Palicum*, pro Palicorum, emendat Cerda. Sed vid. Not. *Palaci* Franc. Ed. Ven. inquit Burm., tum pergit, Lutat. ad Statii xii Theb. 156. *Palisci* Ald., sed prima tantum. In Latatio scriptum invenio : et im-

## NOTÆ

11. 18. Talis memoratur fuisse color purpureæ Ibericæ nigricantis. *Iberia* vero hic sumitur a quibusdam pro regione Asiatica, inter Pontum Euxinum et Mare Caspium, quæ nunc Georgiæ pars est, dicta *Gurgistan*: cujus coloni in Europam profecti nomen dederint Ibero Hispaniæ flumini, et Hispaniam ipsam tenuerint. Ab aliis sumitur probabilius pro ipsa Hispania, cum idem color a quibusdam dicatur Bæticus; a Bæti fluvio Hispaniæ, *Guadalquivir*; et minime, apud Hispanos præcipuè laudis olim ex Plinio fuerit; ut nunc quoque rubens ille color nigro suffultus, quem vocant *morado*.

584 *Symethia circum, &c.*] *Symethas*, Siciliæ fluvius : in orientale ejusdem latus infra Catanam defluens; nunc juxta Cluverium, *la Jaretta*. Tamen, juxta Virgilium, videtur is esse qui nunc nomen habet a sancto *Paule*, paulo inferius fluens : nam non longe ab ejus fontibus visuntur adhuc ruinæ templi Palicorum, et eorundem lacus, qui lacus Fazelli tempore *Napthiæ* vocabatur, in multas scaturigines erumpens aquæ sulfureæ, quæ falso jurantes enecabat, ut fusc narrat ex auctoribus Græcis Macrobius Saturn. v. 19.

585 *Pinguis ubi et placabilis, &c.*] *Palici* fratres fuerunt, Jovis filii, et

Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,  
 Ipse ter adducta circum caput egit habena ;  
 Et media adversi liquefacto tempora plumbo  
 Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.  
 Tum primum bello celerem intendisse sagittam 590  
 Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces,  
 Ascanius, fortemque manu fuisse Numanum ;  
 Cui Remulo cognomen erat ; Turnique minorem  
 Germanam nuper thalamo sociatus habebat.  
 Is primam ante aciem digna atque indigna relatu 593  
 Vociferans, tumidusque novo præcordia regno

*depositis armis impulit ipse stridentem fundam, loro ter rotato circa caput : et disci-  
 dit calefacto plumbo medium caput oppositi juvenis, et prostravit eum in vasta  
 arena. Ascanius, prius assuetus terrere feras fugientes, fertur tum primo evibrasse  
 velocem sagittam in bello, et straviſſe manu robustum Numanum : cui cognomen  
 erat Remulo ; et qui nuper conjugio copulatus duxerat minorem sororem Turni.  
 Ille ante prima agmina inclamans digna et indigna dictu, et inflatus corde ob novam*

\*\*\*\*\*

*placabilis ara Palyci.*—596. *hastis* Heins. e Medic. et Colot., item aliquot aliis. Vulgg. cum Rom. *armis*. Novum autem et ab Homérico more alienum, quod Mezentium funditorem prodit.—589. *Dissicit* pr. Hamb. pro div. lect. *dividit* Ven. *diffudit* tres Burm. *projectum* pr. Mentel. cum Leid., perpetua varietate, quam multi notarunt ; et nuper Burmann. ad Anthol. pag. 109. *ostendit* pr. Hamb. et alter Menag.—590. *celerem bello* Goth. sec.—592. *fodisse* Franc.—593. *Rhemula* Rufin. *Romulo* Dorvill. et Servii edd. ap. Burm. *Remulus* Goth. pr. et sec. Ceterum quid poeta in hoc secutus sit, ut *Numanum* aliquem *Remulum* in medium adduceret, ignoro, cum insolitum sit cognomine sic aliquem insigniri. Aliter res se haberet, si Remulus esset verum nomen, et Numanus ille appellaretur ab urbe Numana in agro Piceno, unde orinndus

#### NOTÆ

Thaliæ Nympha, Vulcani filiæ ; quæ gravis cum Junonem timeret, dicitur a Jove terræ hiatu occultata : ubi nati infantes, indeque egressi, *Patrici* dicti sunt, a *πάτρις* *λέκτρας*, *uterum venire*. Horum oraculo Siculi in sterilitate admoniti dicuntur, ut cuidam heroi sacra facerent : quæ res cum prospere successisset, ad eorum aram dona multa congesserunt, ut refert ex Xenagora Macrobius. Hinc ara illa dicitur a Virgilio *pinguis*. Addit Diodorus l. xi. asylum illie esse fugitivorum servorum, cum a dominis inclementius habentur : indeque nefas

esse eos abduci, nisi securitatis data fide, quam violare nemo audeat. Hinc, ut mihi videtur, ara eadem dicitur *placabilis*. De *Martis* *luco*, nullam alibi reperi mentionem.

588 *Liquefacto plumbo*] Lucret. vi. 177. 'plumbea vero Glans etiam longo cursu volvenda liquescit : id est, calefit et mollescit.

596 *Novo regno*] Affinitate regia. Græci enim, quorum imitatores Latini, regum filios, fratresque et affines appellabant reges : ut observat Germanus, probatque multis.

Ibat, et ingentem sese clamore ferebat :

Non pudet obsidione iterum valloque teneri,  
Bis capti Phryges, et Marti prætere muros ?  
En, qui nostra sibi bello connubia poscunt !

600

Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit ?  
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Ulixes.

Durum ab stirpe genus, natos ad flumina primum  
Deferimus, sævoque gelu duramus et undis ;  
Venatu invigilant pueri, sylvasque fatigant ;  
Flectere ludus equos, et spicula tendere cornu.

605

At patiens operum parvoque assueta Juventus  
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.  
Omne ævum ferro teritur, versaque juvencum

*potentiam, incedebat, et jactabat se magno clamore : Non pudet vos rursus claudî aggeribus et obsidione, o Phryges bis capti, et opponere muros morti ? ecce illos, qui bello petunt sibi conjugia nostra ! quis Deus, quæ insaniam vos impulsit in Italiam ! non hic sunt filii Atrci, nec Ulysses vanus artifex verborum ; sed gens fortis ab ipsa origine. Portamus statim ad flumina natos, et induramus acerbo gelu et aquis. Pueri indulgent venatui, et percurrunt sylvas : ludus eorum est domare equos, et jacere sagittas arcu corneo. Juventus autem patiens laboris, et contenta tenui victu, aut exercet terram rastris, aut impugnat urbes bello. Omnis ætas traduci-*

erat.—597. *ingentem* Heins. reposuit ex Medic. et aliis codd., ac vett. edd. Nec vero accipiendum cum Servio et aliis : eum clamasse se esse magnum : sed *se ferebat*, incedebat ingens homo, vasta corporis specie ; sic inf. xii, 441 *portis sese extulit ingens*. Vulgo : *ingenti*.—598. *tueri* Zulich. et Goth. sec.—599. *Marti* e codd. aliquot a Pierio notatum, a sec. Rottend. et Scheff. cum Zulich. firmatum, spreverat Heinsius, sed suscepit Burmannus, nec male arbitror : est enim eleganter et docte dictum *prætere muros Marti*, bello, pugna, vallum et muros ducere quo inclusi latere et pugnam detrectare possint. Hæc eadem sup. hoc lib. v. 55. 56. 57. 67. 68. 142 sqq. Vulgo *morti* lectum, etiam in Medic., et sic Servius cum Jul. Sabino : nec hoc male ; magis tamen epicum illud.—602. *nec fraudis* Goth. tert.—603. *ab st.* Heins. e Sprot. et ex observatione. cf. ad viii, 130.—604. *duroque* nonnulli Pieriani, tum Gud. et sec. Moret. cum binis Burm. Heinsius conj. *crudo*. Sprot. *servoque* ; at vid. imitationem Valer. Fl. vi, 336.—605. *vigilant* duo Burm.—607. Idem versus Ge. ii, 472, nisi quod *exiguos*.—609. *æcom* : repente hoc ab Heinsio receptum conspicitur ; quod si fieri debebat, non minus aliis locis

## NOTE

599 *Bis capti Phryges*] *Phryges*, molles : ad contemptum sic vocat Trojanos. *Bis capti* : ab Hercule et a Græciis, Æn. iii. 476. Vel potius a Græciis, cum Troja incensa est ; et jam a Latinis, in hac nova Troja. De *Phrygia*, Æn. i. 385. De *Phrygum*

*mollitie*, Æn. iv. 216. De *Atrci filiiis* Agamemnone et Menelao, Æn. ii. 264. Æn. iii. 54. De *Ulyssæ cernite*, Æn. ii. 7.

605 *Venatu*] Dativo contracto, pro *venatui*, Ecl. v. 29.

609 *Versaque juvencum*, &c.] Ara-

Terga fatigamus hasta ; nec tarda senectus 610  
 Debilitat vires animi, mutatque vigorem.  
 Canitiem galea premimus ; semperque recentes  
 Comportare iuvat prædas, et vivere raptō.  
 Vobis picta croco, et fulgenti murice, vestis ;  
 Desidiæ cordi ; iuvat indulgere choreis ; 615  
 Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.

*tur in armis, et impellimus dorsa juvencorum arantium hasta inversa. Nec senectus lenta minuit robur animi, aut pellit vigorem. Tegimus casside capillos albos : et semper nos delectat colligere novas prædas, et vivere rebus raptis. Vobis vestimentum tinctum est croco et micanti purpura : vobis inertia est in deliciis : placet vacare choreis : et tunicæ vestræ habent manicas, et mitræ ligamina.*

id faciendum erat ; scilicet videtur aliqua ætate vom pronuntiatum fuisse, non cum, v. c. *lævom. sævom. linquont. voluont. divom. activom.* An vero Virgilium ita scripserit, quis sponione certet ? *bello teritur Ven.*—610. *seva* Leid. pro var. lect. et ap. Serv.—612. Heins. malebat *preminur.*—613. *Comportare* librorum et Pierianorum et suorum (quibus duo Burm. et duo Goth. addi possunt, si tanti hi sunt) auctoritate retraxit Heinsius, et *Connectare* remisit loco alteri lib. vii, 749, ubi idem versus repetitus erat, et lib. iv, 404 *prædam connectat. recentes prædæ*, addit Burm., sunt sanguinem adhuc fumantes. Quorsum tam longe petere ?—614. *fulgentis* pr. Hamb.—615. *cordis* Goth. tert. forte aliquis *Desidia est cordi* conjiciat. Sed poëta exquisitiori formæ incubuit : desidiæ sunt cordi, Homérico more plur., ut v. c. *σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν. ἥσι προθυμύοι. νηπιέσιν.* et ex Homérico *Αἰὲς δ' ἡμῶν δαῖς τε φίλη κίθαρις τε χοροί τε* etc.—616. *vittæ* pro, *mitræ*, ap. Gell. vii, 12, perperam. Ceterum malis forte v. 616 poni ante 615. Sic junguntur sententiæ inter se

## NOTÆ

mus armati : nec stimulis aut flagris, sed extrema hastæ parte boves arantes incessimus.

614 Croco] *Crocus* flos, *saffran* : cuius colore infecta vestis, *crocata* et *crocotula* dicebatur ; infectores, *crocotarii* : muliebris et mollis ornatus. De *murice*, ostreo, unde purpura exprimitur, Ge. ii. 506.

616 *Tunicæ manicas, et, &c.*] *Tunica* vestis virorum interior, *χρᾶν* Græcis : cui respondet mulierum *stola* : utraque cincta. Huic viri Græci *pallium* apertum ac fluens ; Romani *togam* clausam superiniciebant : mulieres *pallam*, pallio Græco aperto non ab-similem. *Tunica* a superiore parte omnino absque manicis olim fuit, ita ut humeros hinc inde nudaret ; ab inferiore, ad genua defluebat, diceba-

turque *exomis* : mox ad usque cubitum, et paulo infra genua pertinuit, dicebaturque *colobium* ; et hic mos diu duravit Romæ, *exomide* servis solis relicta : deinde crescente luxu ad primores usque manus digitosque provecta est, et ad talos promissa ; quod mollietiei fuit, et a Cicerone vitio vertitur Catilinæ sociis, quia muliebris stolæ species hæc erat. *Tunicæ* illæ *manicatae* a Cicerone vocantur ; a Seneca et Plauto *manuleatae* ; a Scipione apud Gellium *chiridota*. Tales Trojanis hic Numanus exprobrat. Mediis etiam temporibus tunica duplex ferebatur : altera communis, altera intima, quæ et *interula* sive *subucula*. De *mitris*, pileis, earumque *redimiculis*, Æn. iv. 216.

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta  
Dindyma; ubi assuetis biforem dat tibia cantum.  
Tympana vos buxusque vocant Berecynthia matris  
Idææ. Sinite arma viris, et cedite ferro.

620

Talia jactantem dictis, ac dira canentem,  
Non tulit Ascanius; nervoque obversus equino

*O vere Phrygiæ, neque enim estis Phryges! ite per excelsa Dindyma, ubi tibia emittit sonum imparem, vobis assuetis huic sono. Tympana et tibia Berecynthia buxus matris Idææ vos invitant: relinquitte arma viris, et abstinete ferro. Ascanius non passus est spargentem verbis talia, et loquentem indigna: et oppositus adduxit*

~~~~~

conjunctæ et consimiles: *Vobis...vestis, Et tunica...Desidia cordi.*—617. *vera* male editum ante Heins. et scriptum quoque in nonnullis. *ire* pr. Hamb.—618. *adsuetum* Oudart.—619. *vocant* e libb. retraxit Heins., quod jam in vett. edd. etiam Ald. pr. erat. Vulgg. *vocat* cum Rom., idque maluit Cuningham.—620. *cedite ferro*, bello, nolite arma tractare. Sed alii apud Serv. acceperant *cedite* f. hoc est, cum viri non sitis, abscindite partem virorum. Dignum Grammaticorum acumen, cur ipsi castrentur.—621. *dura* Parrhas. a m. pr. et bini Goth.—622. *nervo conversus* Dorvill. a m. sec.—623. *Contendit*

NOTE

618 *Dindyma, &c.*] Phrygia universa sacra fuit Cybele, matri Deorum. In ea montes *Dindymus*, *Berecynthus*, et *Ida*. *Dindymus* sic dictus, quod sit *δίδυμος* geminus, sive *gemello vertice*: plur. *Dindyma*. Hinc Cybele dicta *Dindymene*, et *Berecynthia*, et *Idæa* mater. De ea, *Æn.* iii. 111. De *Ida*, *Æn.* ii. 801.

Biforem dat tibia, &c.] *Tibia* musicum instrumentum, flatu personum: sic dicta; quia e grunum, hinnulorum, aliorumque animalium cavis tibiis primo formata est: inde e buxo atque ebore. Olim pauca habuit foramina: unde due simul inflabantur, mutabanturque pro modorum varietate. Quæ dextera oris parte inflabatur, unicum habebat foramen, ac proinde graviolem sonum; quæ sinistra oris parte, duo habebat foramina, sonumque acutiolem: et hic erat modus *Phrygius*, cum tibiæ sic adhibebantur *impares*, quia modus ille ex gravi et acuto temperatus erat. Cum autem *Dorici* modus multo esset gravior, duabus dextris canebatur, id

est, duabus tibiis *paribus*, unico foramine. Cum *Lydius* esset acutior, duabus sinistris fiebat, id est duabus tibiis paribus, duplici foramine. Hi enim erant præcipui tres modi: quibus affines alii: *Serranus*, id est *Tyrius*; ab urbe *Tyro*, quæ *Sar* dicta est, *Ge.* ii. 506. affinis *Lydio*. Fuit et *Æolius, &c.* Hinc patet tibiis *pares*, esse vel *Lydias*, vel *Doricas*: *impares*, semper *Phrygias*. Quare *Servius* bene explicuit hic *biforem*, imparem, dissimilem. Hæc e *Salmasio* in *Solinum*.

619 *Tympana*] Ex *Isidoro*, 'Tympanum est pellis, vel corium, ligno extensum: pulsabatur apud veteres maribus ac digitis: a *τύμπα* reberare. Hæc, ut et *cymbala*, ærea et cava, a *κύμπος* caritas, adhibebantur ad sacra Cybeles, de quibus *Lucret.* i. ii. 618. 'Tympana tensa tonant palmis, et cymbala circum Concava, raucisonoque minantur cornua cantu, Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.'

622 *Nervo equino*] Nervos arcuum

Intendit talum, diversaque brachia ducens
Constitit, ante Jovem supplex per vota precatus :
Jupiter omnipotens, audacibus annue coeptis. 625
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte juvenum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Jam cornu petat et pedibus qui spargat arenam.
Audiit et coeli Genitor de parte serena 630
Intonuit lævum : sonat una fatifer arcus.
Effugit horrendum stridens adducta sagitta :
Perque caput Remuli venit, et cava tempora ferro
Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis.

sagittam nervo equino : et distrahens brachia sejuncta, stetit, prius supplex obsecrans Jovem per hæc vota : Jupiter omnipotens fave inceptis audacibus. Ego ducam tibi ad tuum templum munera solennia : et ponam ante altaria juvenum capite deaurato, candidum, et tollentem caput æqualiter cum matre sua : qui jam incurrat cornu, et dissipet arenam pedibus. Audivit pater, et e sua regione celi tonuit ad sinistram. Simul mortifer arcus sonat : et sagitta emissa volat stridens terribiliter, et pervenit ad caput Rutuli, et perfodit cuspide cava tempora.

~~~~~

vulgg. *Intendit* reposuit Heins. e Gud. et pro div. lect. alt. Mentel., quoniam *constitit* subsequitur proxime. Sic sup. 590 *celerem intendisse sagittam*. Sed aliter arcus tenditur, aliter sagitta ; hæc tenditur, dirigitur. —624. *per verba precatur* Zulich. *precatur* etiam Montalb. et alter Mentel. —629. Versus deest Goth. tert. Et est ille repetitus ex Ecl. III, 87. eoque in precibus his melius nos carere arbitror. —630. *Audit* Rom. et vett. Pier. *Genitor cæli* sec. Rottend. *severa* Goth. tert. —631. *fatifer* e libb. Pier. et suis præclare intulit Heins. Vulgo *letifer* : ex interpretamento. Si sup. 609 erat *avom*, debebat et h. l. esse *lavom*. —632. *Et fugit* in Rom. et aliis Pier. invenerat, sicque Goth. sec. et alii ap. Servium, qui *effugit* prætulit, idque tuetur Heinsius. Si tamen rationem et usum in illo *dua* *kal* *una* et diligentius consideres, facile apparebit, *Et fugit* unice veram esse, inprimis cum summa celeritas emissæ sagittæ et percussu Remuli hic describatur. Conf. inf. XI, 863, 4. In tert. Rottend. *effugit*, in quo astruendo Heins. multas est. *et fuit* Voss. *strigens* pr. Hamb. Porro *adducta* s. idem ex Pier. inprimisque Romano, exque aliis suis docte restituit, utinam declarasset quoque sensum ! vulgo erat : *elapsa* vel *adlapsa* et *allapsa*, etiam in codd. parte ; duo Heins. *delapsa*. Proprie *adducitur arcus* : tum, quæ adducto arcu evolat sagitta, poëtæ et ipsa *adducta*, h. accelerata, admissa, dici potuit. —634. Exciderat in parte codd. i, hinc depravatum apud Pierium in Rom. *Transadigit verbis*, in Obl. *Trajicit*, in al. *Tranjecit* et *Transfigit*. Apud Burm. *Transigit* ed. pr. *Transegit* Burm. Exc. *Trajecit* multi cum binis Goth. Piget talia persequi.

#### NOTE

ex equorum setis fieri solitos, testatur *Jupiter* est : Ge. II. 325.  
 Hesychius. 631 *Intonuit lævum*] Bonum omen,  
 634 *Ante Jovem*] Versis oculis in Ecl. I. 16.  
 æræm superiorem, sive ætherem, qui



Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt. 635  
 Hoc tantum Ascanius. Teucri clamore sequuntur,  
 Lætitiæque fremunt, animosque ad sidera tollunt.  
 Ætheria tum forte plaga crinitus Apollo  
 Desuper Ausonias acies urbemque videbat,  
 Nube sedens, atque his victorem affatur Iulum: 640  
 Macte nova virtute, puer; sic itur ad astra,  
 Dis genite, et geniture Deos. Jure omnia bella  
 Gente sub Assaraci fato ventura resident.  
 Nec te Troja capit. Simul, hæc effatus, ab alto  
 Æthere se mittit, spirantes dimovet auras, 645

*I, irride virtutem jactabundis vocibus. Phryges bis capti reddunt hæc responsa Rutulis. Ascanius dixit hæc solus: Trojani applaudunt clamore, et gesticulant gaudio, et extollunt ad cælum virtutem ejus. Tum forte Apollo comatus in æræis spatiis desuper spectabat exercitum Italicum et urbem Trojanorum, insidens nimbo: et alloquitur his verbis Ascanium victorem: Cresce, o puer, tali virtute: sic tenditur ad sidera, orte a Diis, et producture Deos: cuncta bella per fatum oritura quiescent merito sub posteritate Assaraci: neque Troja te comprehendit. Simul locutus ista,*

*en lude* Zulich. a m. sec. *allude* Ven.—636. *Hæc* ante Heins., ut passim in scriptis, vel *Hic, Huc*.—638. *cum* Parrhas.—639. *arces urbemque* alter Hamb. cum Goth. sec., male. vid. Not.—640. *victorem. juvenem* Ven.—643. *residunt* tert. Rottend. alter Hamb. et Zulich., et Heinsium hic suum morem non servasse miror. Vaticinia enim melius præsentī tempore efferuntur.—644. *effatus* aliquot Burm.—645. *misit* aliquot Pier. et Burmann. *spumantes* pr.

## NOTÆ

639 *Ausonias acies*] *Italas*, Æn. vii.  
 54. *Urbem*: novam Trojam, Æn. vii.  
 157.

641 *Macte*] *Mactus*, quasi *mauctus*, id est, *magis auctus*. Sic herba adulta dicta est a Catone *macta*, quia *aucta*: hostiæ quoque *mactæ*, quia mola, vino, thure, spargebantur, et quasi cumulabantur *angebanturque* ante sacrificium; unde *mactare* pro *cædere*, dictum fuit. Diis ipsis in sacrificiis acclamabant: *macte hocce vino inferio esto, macte hacce dape esto*, quia sacrificiis augeri eorum felicitatem putabant. Cicero dixit Nonio teste, *mactare aliquem honoribus*: Plantus, *mactare infortunio*. Hæc fere ex Vossio: qui addit, hac formula vocativum *macte* adhiberi pro nominativo *mactus*,

more Attico: quemadmodum apud Tibullum l. i. 7. 53. 'Sic venias hodiernæ' apud Persium, Sat. iii. 28. 'Stemmata quod Tusco ramum millesime ducis.' Est et apud Plin. l. ii. 12. plurali numero: 'macti ingenio este, cæli interpretes.'

642 *Dis genite, &c.*] Genitus *Venere* per Æneam, *Jove* per Dardanum: geniturus *Julium* et *Octavianum* Cæsares; qui divinis honoribus afficiendi erant. De *Assaraco*, a quo ortus Æneas, Æn. i. 288.

644 *Nec te Troja capit*] Sic Philip-  
 pus Macedoniæ rex ad Alexandrum,  
 apud Plutarchum: 'Quære tibi reg-  
 num par, non enim te capit Mac-  
 donia.' De nova Troja intellige, Æn.  
 vii. 157.

Ascaniumque petit. Formam tum vertitur oris  
 Antiquum in Buten. Hic Dardanio Anchisæ  
 Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos;  
 Tum comitem Ascanio pater addidit. Ibat Apollo  
 Omnia longævo similis, vocemque, coloremque, 650  
 Et crines albos et sæva sonoribus arma;  
 Atque his ardentem dictis affatur Iulum:  
 Sit satis, Æneada, telis impune Numanum

*librat se e summo aëre, dissecat aërem spirabilem, et tendit ad Ascanium: tum mutatur specie vultus in Buten senem. Hic prius fuerat Anchisæ Trojano armiger, et fidei velles ad portam: tunc pater Æneas adiunxerat hunc Ascanio comitem. Apollo incedebat similis huic seni per omnia, et vocem, et colorem, et capillos canos, et arma sono aspera. Atque alloquitur aciem Ascanium his verbis: Fili Æneæ, suffi-*

Hamb. demovet duo Burm. cum Rom.—646. *formam* Heins. e melioribus Pier. et suis, pro vulgari, *forma*: quod Rom. tuetur. *formam* in antiquam Jul. Sab. legerat.—648. *lumina* Sprot.—649. *Tunc* Parrhas. *Hunc* septem Burmann. cum Goth. sec.—651. *crines flavos* male interpolatum in Rom. multis Pier. Heins. Burm. et binis Goth. Erf. etiam vett. edd., sive ex scriptura *albos*, sive ex lib. iv, 558, sive ex incuria hominis, qui Apollinis crines describi putabat. Heinsius conj. *ravos* nullo fructu. Aliter judicavit Wakefield, qui recepit *flavos*; et explicat: “qui tam flavos crines, quam arma sonantia, iis scilicet mutatis, se Buti similem fecerat.” Doceri velim, quomodo latine in illum sensum dicta accipi possint: *Apollo Butæ similis vocem, colorem, crines*, ut sit: voce, colore, et crinibus mutatis, similis erat Butæ. Atqui vidimus Æn. i, 593 *Os humerosque Deo similis*: quod non est exuto Dei ore et humeris. iv, 587 *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque, Et flavos crines et membra decora juvenæ*. Scilicet qui similis est alteri (quoad) aliquid; in eo ipso similis ei est. Post *albos* sustuli interpunctionem haud dubie pravam et quæ Interpretes transversos egit. Apollo in Buten mutatus etiam armis ei se assimilaverat: *similis et crines et arma*: quod adjectum: *sæva sonoribus* h. sævo sonore, terribiliter sonantia, epitheton armorum Butæ ornans est. Inter hæc tamen valde probabile fit, versum irrepsisse e margine et ad Apollinem spectasse: *Et crines albos et sæva sonoribus arma*; quæ de Bute quomodo præcipuo aliquo modo dicantur, non assequor.—653. *Æneide* ubique in edd. editur. Agnoscit et Probus. *Æneide* Medic. cum aliis Heins. et Pier., etiam vett. edd. Alii aberrant in *Æneida*, *Enide*, ac si *Æneidæ* telis juncta vellent. Neutrum tamen rationem grammaticam habet: unde enim *Alveidns* vel *Alveidns*? Deberet esse *Alveis*, quod nusquam occurrit. Ex *Alvelas* esset *Alveidns*. Sin ex *Alvelas* formes *Alvellos*, *Alvhllos*, unde *Alvhlts*, formandum hinc esset *Alvhlidns*, *Alvhlidns*. Si ab hoc ducatur *Æneides*, vix e ex η natum corripi posset. Restat, ut *Æneades* admittamus, unde h. l. *Æneade*, vel ad formam, quam noster amat (vid. ad vi, 126), *Æneada*. Est quoque *Æneade* (*Æneada* apud Bottarium) Rom. & *Alveidns*, quæ solennis forma est: *Alvelas*, *Alveidns*, *Alveidns*; unde sæpe in nostro *Æneada*. v. ad i, 161. Frequentatur etiam vox *Alveidns* Cedreno, Zonaræ et aliis. Hanc etiam h. l.

## NOTÆ

647 *Dardanio Anchisæ*] Versus spon-  
 daicus, cum hiatu diphthongi longæ,  
 more Græcorum.

653 *Æneada*] Vocativus patrony-  
 micus, ab *Æneades*.

Opetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo  
 Concedit laudem, et paribus non invidet armis; 655  
 Cetera parce, puer, bello. Sic orsus Apollo  
 Mortales medio aspectus sermone reliquit,  
 Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.  
 Agnovere Deum proceres divinaque tela  
 Dardanidæ, pharetramque fuga sensere sonantem. 660  
 Ergo avidum pugnae, dictis ac numine Phœbi,  
 Ascanium prohibent; ipsi in certamina rursus  
 Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.  
 It clamor totis per propugnacula muris;  
 Intendunt acres arcus, amentaque torquent. 665  
 Sternitur omne solum telis; tum scuta cavæque  
 Dant sonitum flictu galeæ; pugna aspera surgit:

*ciat tibi Numanum occubuisse sagitta tua absque tuo damno: magnus Apollo dedit tibi hunc primum honorem, et non invidet æquali gloriæ armorum. Ceterum abstinere pugna, o puer. Apollo ita locutus fugit in medio colloquio visus humanos, et longe ab oculis abiit in letem aërem. Principes Trojani cognoverunt Deum, et sagittas divinas, et audiverunt pharetram sonantem dum abiret. Itaque per monita et auctoritatem Phœbi retinent Ascanium incensum ad pugnam: ipsi iterum redeunt ad prælia, et exponunt vitam manifestis periculis. Clamor spargitur per aggeres totis manibus. Adducunt fortes arcus, et librant hastas amentatas. Terra omnis tegitur spiculis: præterea clypei et cavæ cassides reddunt sonum allis spiculatorum:*

tuebor, remittens reliqua librariorum et grammaticorum seu imperitiæ seu acumini.—654. *sis* pr. Rottend. *Primum* ed. Junt. *Prima hac—laude* Hugen.—655. *nec paribus* inv. a. ed. Ven.—657. *Sic o. Apollo Mortalis*, m. Donati lectio ap. Fabric. *aspectu* sec. Moret. *visus* Gud. pro var. lect. ex lib. iv, 276.—660. *sonantem* duo Burm. et Erf.—662. *ad c. Reg. certamine* Montalb. et Bigot. *c. cursus* Hugen.—663. *animosque* alter Hamb.—665. *amenta* Rom.—666. *tunc et cum* in binis Goth.—667. Habemus hic iterum exemplum rationis criticæ codicum vetustate et auctoritate potioris. *adflictu* Rom. et alii Pier. *atflictu* Medic. *afflictu* Montalb., quod a Nangerio in Ald. tert. admissum, perperam. *flictu* hand dubie poëta maluit quippe doctius dictum. Sunt etiam codd., qui *flictu* tenent ap. Heins. *fuctu* tres Burm. cum Goth. pr. et tert. *galeæ flictu* aliquot Pier., idem ordo in Goth. pr. et tert. Ceterum

## NOTE

655 *Paribus armis*] Nam Apollo puer sagittis serpentem Pythona confixit, ut matrem defenderet: quemadmodum Ascanius hic Numanum, ut patriam ulciscatur, Æn. iii. 75.

660 *Pharetramque fuga sensere, &c.*] Præter signa divinæ presentis quæ diximus Æn. i. 406. hoc addit aliud: nempe, sonitum quendam pharetræ

et sagittarum auditum in aëre, postquam ex oculis Apollo jam evanisset. Talis est Apollinis sonus Iliad. i. 46. De nomine *Apollinis*, Ecl. iii. 104. De nomine *Phœbi*, ibid. 62.

665 *Amenta*] Hastas, quæ circa medium amento, id est, loro alligatæ erant: quo implicata manus, æquali quasi impetu certius hastam libra-

Quantus ab occasu veniens, pluvialibus Hædis,  
 Verberat imber humum; quam multa grandine nimbi  
 In vada præcipitant, cum Jupiter horridus Austris 670  
 Torquet aquosam hyemem, et cælo cava nubila rumpit.  
 Pandarus et Bitias, Idæo Alcanore creti,  
 Quos Jovis eduxit luco sylvestres Iæra,  
 Abietibus juvenes patriis et montibus æquos,  
 Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt 675  
 Fræti armis, ultroque invitant mœnibus hostem.  
 Ipsi intus dextra ac læva pro turribus astant

*oritur crudele prælium. Quanta est pluvia, quæ per hædos pluviales orta ab occidente percutit terram: quam crebra grandine nubes rumpit in mare, quando Jupiter asper Austris emittit cælo tempestatem pluviosam, et solvit cævas nubes. Pandarus et Bitias, geniti Alcanore Idæo: quos Hiera sylvestris educavit in sylva Jovis, juvenes æquales abietibus et montibus patriæ suæ: aperiant portam, quæ credita erat ipsis jussu regis, confisi armis, et ultro alliciunt hostem in muros. Ipsi intus*

alterum versus hemistichium: pugna aspera surgit memm. quidem ad sensum et languera et sententiæ juncturam intercipere videtur. Comparatio enim fit inter illa: *Sternitur o. s. tum scuta.*—666. *occasu vel Oceano* Zulich. *pluvial. herbiæ* Rom.—669. *quam multi* ed. P. Danielis.—670. *In vada* noli tentare: variat rem; antecedente membro *humum* memoraverat, nunc mare.—671. *et telo* tert. Rottend. et concedo in hoc Wakefieldo, elegantius hoc esse: modo codicum auctoritas accederet. Laudat ille Ge. i, 331. 2. 3. /Bn. iv, 120 sq. *cava nubila rumpit* est pro *cæli nubila. lumina* Medic. a m. pr.—672. *Archonore* Goth. tert. nati aliquot Pier. et duo Burmann.—673. *Hiera*. Hanc lectionem quomodo Heins. defendere possit, non assequor. Est enim manifesto vitiosa: in *læva* media produci nequit. Nullus dubito *Iæra* (*læva* Iliad. 2. 42) esse scribendum, ut Mentel. pr. et Gud. exhibebant: quo accedebat Medic. cum ceteris Heins. maximam partem. *Iæra*. Dorvill. *Hiera*. Zulich. *Hibera*. Turnebus *hyænu* conjiciebat: quod per se non malum esset.—674. *patriis juvenes* aliquot Heins. cum Regio. *æquis* Gud. Elegans est emendatio a Jac. Bryant communicata: *patriis in montibus*. Ita utique malim Virgilium scripsisse. Ceterum versus hunc, puto, Virgilius sublatus fuisse secundis curis: nam friget, cum eadem comparatio mox tam copiose ornetur vs. 679 sq.—675. *imperio est* Macrob. v, 11. *reducunt* Hugen.—677. *instant* aliquot Pier. et

# NOTE

bat. *Amentum*, ab *ἄμνo*, *ligo*: unde etiam *apes* et *examen apum*: ut diximus Ecl. vii. 13.

668 *Hædis*] Stellis duabus astri, cui nomen *Erichthonius* vel *Auriga*, infra ejus humerum: quarum ortus et occasus procellosus habetur. De *Austro*, pluvio item vento meridionali, Ecl. ii. 58.

672 *Idæo*, &c.] In Ida monte Troæ-

dis: ubi Cybele colebatur; ac ipse etiam Jupiter: qui ideo passim dicitur ab Homero *Ἰδῆθεν μῦθῶν*, ab *Ida imperans*. Iliad. iii. 276. &c. *Hiera*, *Ἱερὰ*: nomen matris: quia tamen secundam naturam brevem habet, suspicatur Turnebus *hyæna* legendum esse: quæ fera est, a qua Pandarum et Bitian educatos putat, ut Romulum a lupa.

674 *Abietibus*] *Abies*, arbor, *aspin*,

Armati ferro, et cristis capita alta corusci:  
 Quales aëriæ liquentia flumina circum,  
 Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,  
 Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cœlo  
 Attollunt capita, et sublimi vertice nutant.  
 Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes.

680

*stant ante turres ad dextram et sinistram, induti ferro, et rutilantes cristis supra capita sublimia. Quales duæ quercus aëriæ tolluntur circa fluxus liquidos, aut in ripis Eridani, aut juxta gratum Athesia, et erigunt ad cœlum capita incœdua, et nutant altum cacumen. Rutuli, cum viderunt ingressum apertum, irruunt. Statim*

~~~~~

Heins. cum Goth. tert. et Erf. *obstant* Leid. vid. sup. v. 550.—678. *coruscis* Ven. et Macrob. Medic. *coruscant* Hugen.—679. Argutius sunt Servii seu alterius ex scriptura antiqua *liquidis* captatæ, quod *liquidis* legendum esse censet; ut fluvii nomen sit in Venetia in intimam maris Adriatici sinum se immittentis. Sed idem fluvii nomen *Liquentia* passim scribitur, ut, hac ipsa scriptura servata, amnem illum inferre possimus. Male tamen hoc fieret, puto; nam etsi vel maxime poeta *Liquens* flumen formare potuit, tamen nimis obcurum fluvii nomen erat, quam ut nude poneretur; et male etiam grammatica junctura adhaeresceret; vix quoque *Liquentia* flumina plurali numero substituit. Servius vitiose fieri ait, ut a genere incipiamus, et ad speciem revertamur. Immo vero hoc suave et poetis frequens, imprimis Maroni nostro: v. c. inf. xi, 68. 69. 660 sq. *liquidis* autem epitheton otiosum quidem, ornans tamen; ut *fons liquidus* et al. Ductum autem ab antiquo *liquo*, *ere*, prima longa; at *liquens* prima brevi. Hinc diversitas in deductis, fere ut Græca: φλῶν. φιλῶν. πορφόρεν. πορφόρεον. Quod ad codd. attinet, *liquidis* Rom. Medic. et magna pars reliquorum; sicque Macrob. et Diomedes ap. Heins., at Gud. a m. sec., Mentel. uterque cum aliis nonnullis; et Oblongo Pierii, *liquidis*: sic et edd. vet. *Liquentia* Montalb., sed crassa a litera. *liquidis* Goth. tert.—680. præter a. Hugen. a m. sec.—683. *Arrumpunt*, *Errumpunt* (ut Goth. tert.), *Prorumpunt* ap. Burn. I. *aditus Rutuli*:

NOTE

Quatuor syllabæ breves in dactylum compressæ.

679 *Liquentia*, &c.] Ita passim optimi quique codices: aliqui tamen *Liquetia*; quod quidam avide arripiunt post Servium. Et est *Liquetia*, vel potius, ut apud Plinium legitur, *Liquentia*, fluvius Venetorum, in superiorem sinus Adriatici partem infuens, nunc *Lecenza*. At præter rationes ab Erythræo contra Servii curiosiorem interpretationem allatas; contra facit, quod dicitur *Liquentia*, *Liquentia*. Unde puto Virgilium simplicius de *liquidis*, id est *liquidis*

fluviis, explicandum esse: ait enim Ge. iv. 442. *Arrumpuntque liquidem*. Et *liquens*, primam habet, modo brevem, modo longam.

680 *Padi*, &c.] *Padus*, sive *Eridanus*, *le Pô*, fluvius Italiæ maximus, Ge. i. 482. *Athesia*, post *Padem* maximus, *l'Adige*, ex Tridentinis Alpibus, per Venetos in Mare Adriaticum infuit; proprio quidem ostio: sed fossis quibusdam transversis et paladibus cum regio tota scateat, ideo dictus est a Servio et Vibio in *Padum*, qui paulo inferius fluit, decurrere.

Continuo Quercens, et pulcher Aquicolus armis,
Et præceps animi Tmarus et Mavortius Hæmon, 685
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.

Tum magis increscunt animis discordibus iræ;
Et jam collecti Troës glomerantur eodem,
Et conferre manum et procurrere longius audent. 690

Ductori Turno, diversa in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuntius, hostem
Fervere cæde nova, et portas præbere patentem.
Deserit inceptum, atque immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam fratresque superbos; 695
Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,

Quercens et Equicolus spectabilis armis, et Tmarus temerarius animo, et Hæmon Martius, vel repulsi objecere terga totis turmis hostium, vel amiserunt vitam in ipso aditu portæ. Tunc furor magis accenditur in animis insensibilis: et jam Trojani densantur congregati in eum locum, et audent conserere manus et progredi longius. Nuntius fertur regi Turno, scienti alia in parte et turbanti hostes, hostem animari recenti strage, et offerre portas apertas. Relinquit inceptum opus, et accensus ingenti furore, currit ad portam Trojanam et fratres superbos. Et intorto telo deficit primum Antiphaten, filium spurium magni Sarpedonis

Regius interpungit: quod et alii faciunt; nec refert.—684. *Querquens* aliquot Pier. Mox *Equicolus* vulg. et jam Aldd.; reduxit *Aquicolus* Heins. ex Medic. et sec. Moret., ceteri *Aquiculus*. Sic et Pieriani partim, partim *Equiculus* legébant. In binis corrupta scriptura, *Aquiculus*, unde Heins. conj. *Aciculus*, quod Valeriæ gentis cognomen est; in nno *Aquilurus*.—685. *princeps animi* sec. Moret. *Tmaros* multi: ut Ecl. viii, 44. Alii et hic *Marus*, *Tmarus*, *Thamarus*, *Timarus*, *Himarus*, *Tinarus*. In f. *Hæmo* Menag. pr.—686. *adversi* Parrhas. *aversi* Dorvill., sicque aliquot Pier.; iidem *dederunt*.—687. *ipsi* aliquot Pier.; pro *posuere* Parrhas. *dedere*.—688. *Tum magis* Dorvill.—689. *gl. in unum* Bigot. et Rom.—690. *conferre gradum* Nonius in *conferre*: quod arridet Heinsio; tum *percurrere* Sprot. *procedere* sec. Moret. *concurrere* Ed. pr., male; tandem p. l. *ardent* Leid.—692. *hostes* Parrhas.—

NOTÆ

695 *Dardaniam portam*] Novæ Trojæ: Æn. vii. 157. *Dardani*, Trojani, Æn. i. 239.

697 *Thebana, &c.*] *Thebæ* multæ fuerunt, aliæ in Ægypto, aliæ in Bæotia, aliæ in Thessalia Phthiotide: illæ nihil hic ad rem faciunt; sed *Thebe*, *Thebes*, Asiæ Minoris urbs apud Adramyctenos, de qua Lydis et Mysis diu Delph. et Var. *Clas*.

certamen fuit, teste Strabone lib. xiii. Regia fuit Eetionis, Andromachæ patris. Didymus tamen, vetus Homeri interpres, hanc Eetionis regiam *Thebas* etiam vocat plurali numero, ad versum 397. Iliad. vi. et adhuc expressius ad versum 366. Iliad. i. *Sarpedon* Lyciæ rex, Jovis filius, Æn. i. 104. *Nothus*, non legitimo conjugio

Virg.

4 B

Conjecto sternit jaculo: velat Itala cornus

Aëra per tenerum, stomachoque infixâ sub altum

Pectus abit; reddit specus atri vulneris undam

700

Spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.

Tum Meropem atque Erymantha manu, tum sternit Aphid-
num;

Tum Bitian ardentem oculis, animisque frementem,

Non jaculo: neque enim jaculo vitam ille dedisset:

Sed magnum stridens contorta phalarica venit,

705

Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,

Nec duplici squama lorica fidelis et auro

ex matre Thebana, nam is se primus offerebat: jaculum e cornu Italica velat per aërem levem, et impactum stomacho penetrat profundum pectus: hiatus profundæ plagæ emittit fluctus spumosi sanguinis, et ferrum calefit in pulmone sauciato. Deinde dejecit manu Meropem, et Erymantha: deinde Aphidnum: deinde Bitian flammantem oculis, et furentem animo: non jaculo, nam ille non amisisset vitam jaculo: sed phalarica evibrata venit valde stridens impulsâ more fulminis, quam nec duo coria taurina, nec lorica defensa duplici squama aurea, repulit: vasta membra ster-

—699. *tenerum* Heins. reposnit tanquam exquisitius e Medic. et aliis, Pierianis quoque, et exemplis illustravit: uti Macrobius in Ge. 109 laudat quod editum est *Aëra per vacuum*. Vulgo: *per tenuem*. quod equidem pro sensu meo præferam, tanquam proprium ac solenne. *sub alto* Parrhas.—700. *atri vulneris* pr. Hamb. cum aliis ap. Pier., ex interpretatione. *alti vulneris* conj. Pricæus ap. Burm.—701. *effixo* Oudart. *fixum* ferrum tres Burm. in p. *recondit* Parrhas. *resedit* vel *tepescit* codex Kœleri. Scilicet seu calami seu memoriæ vitium corrigere voluit librarius. *tumescit* a pr. m. Erf.—702. Vulgatum erat *Erymantha*, pro quo *Eremantha* Zulich. *ac Periphanta* Heins. conjiciebat. Malim eum emendasse *Erymantha*; est enim *Ἐρμῆς*, *Ἐρμῆος*. Et occurrit *Ἐρμῆος* Iliad. II. 345. Scriptum quoque sic in Mediceo: qui mox *Aphednum*, Rom. *Achidnum*. Ceteri tædium faciunt aberrationibus: quas videat, qui volet, apud Burm. et Pier. *Aphidnum* tert. Goth. Est *Ἀφιδνός*, et paulo ante *Μέροψ*.—703. *Bitian ardentemque* aliquot Burm. *Tibian* pr. Moret. *oculis animoque* Zulich. *animis oculisque* a m. pr. Parrhas. *furentem* vel *frementem* Cod. Kœl. et Erf.—705. *phalarica*. Sic et Medic. In voce Romana maluisses *phalarica*.—706. non Parrhas. et Montalb. *quæ non* Dorvill.

NOTE

susceptus filius, Æn. VII. 283. *Cornus*, arbor durissimo ligno, ideo telorum materia, *cornouiller*: Æn. III. 649.

700 *Undam Spumantem*] Sanguinem undatim, id est, magna copia in rivos erumpentem. *Undam* dixit de multitudine populi, Ge. II. 462.

705 *Phalarica*] Oblonga hasta, teres, præterquam ad extremum, ubi ferrum extabat quadratum, tres longum

pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Hæc ferro picem in stupa circumligabant: adjectoque igni immittebant in ligneas præsertim turres, quæ *phalæ* dicebantur Etrusca voce. Hoc tamen inventum videtur Saguntinis Hispaniæ tribuere Livius I. XXI. 8. unde hæc descriptio concinnata est.

707 *Duplici squama, &c.*] *De tergis*

Sustinuit; collapsa rursus immania membra.
 Dat tellus gemitum, et clypeum super insonat ingens:
 Qualis in Euboico Baiarum littore quondam 710
 Saxea pila cadit; magnis quam molibus ante
 Constructam ponto jaciunt; sic illa ruinam
 Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit;
 Miscent se maria, et nigræ attolluntur arenæ;
 Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile 715

nuntur dejecta: terra reddit gemitum, et grandis Bitias tonat cadens super clypeum. Qualis in Cumano Baiarum littore agger saxeus aliquando cadit, quem immittunt mari eductum prius vastis molibus: sic ille agger præcipitans facit ruinam, et profunde subsidit impactus undis: maria turbantur, et nigræ arenæ eriguntur: tunc Prochyta intima tramit sonitu, et Inarime injecta Typhoeo quasi asperum cubile jussu

taurica Goth. sec.—708. in *menia* Franc.—700. *At t. pr.* Moret.—710. *Tullis* Rom. et Medic. Ipsa interpunctione comparationem ad antecedentia retinē: *Dat tellus—talis, qualis pro taliter, qualiter.*—712. in *ponto* tert. Moret. *jaciunt ponto* vulgg. ante Heins. *sic repetere comparationem necesse est.* Importunum tamen est meo sensu et jejunum alienumque a tota loci structura. An fuit: *fluctu illa ruinam P. an: si victa ruinam Prona trahit?* Sed in hujusmodi locis nemo quicquam facile definiet.—713. *undis illisa a* Iquot Pier. *vadis in littore comit* Parrhas.—714. *tolluntur* aliquot Heins. et Burm. cum Goth. tert. Idem fere versus III, 557.—715. *sonitum* Goth. sec., non male. *fremitu* idem et Bigot. *Procyta* Rom. *Procyda a. t. dirumque* Exc. Burm. *alta tremit*, ut crebra pro crebro maluit jungere Addison. ap. Burm., quoniam

NOTÆ

sive coriis; et squamis loricarum, Æn. III. 467. *Squama et auro*: Id est, squamis aureis: ut Ge. II. 192. *Pateris et auro*, pateris aureis.

709 *Clypeum super*, &c.] Servius agnoscit *clypeum* neutro etiam genere, juxta Caprum: atque sic exprimi a Virgilio Homericum illud Iliad. v. 42. Δούκῃσιν δὲ πρῶτον, ἀράσῃσιν δὲ πρῶτῃ ἐν ἀντρί: *sonuit autem cadens, sonueruntque arma super ipso.* Quod etsi non abs re est, tamen interpretationem allatam puto tutiorem.

710 *Euboico Baiarum*, &c.] *Baia*, locus in Campania tepidis aquarum fontibus nobilis, in latere superiore Campani sive Neapolitani sinus; non longe a Miseno promontorio: etiamnum retinet nomen. De hujus loci

natura fuse, Æn. VI. 237. *Chalcidenses*, ex *Eubæa* Græciæ insula, hodie *Negrepont*, non longe hinc urbem *Cumas* condiderant: Æn. VI. 2. Nec longe fuit *Lucrinus*, *Avernusque* lacus: qui molibus ab Hercule clausi prima; deinde ab Agrippa in portum *Julium* Octaviani auspiciis conversi sunt, anno u. c. 717. ut ostendimus Ge. II. 161. Ideo Virgilius hic *pilas*, sive moles lapideas, in mare impactas commemorat.

715 *Prochyta*, &c.] Vel *Prochyte*, hodie *Procida*, parva et aspera insula Tyrrheni Maris, proxime adnota Miseno promontorio. Hoc inter et *Inarimen* insulam, aqua per terræ motum avulsa, Plinio, Strâ oni aliisque censetur.

Inarime Jovis imperiis imposta Typhoëo.

Hic Mars armipotens animum viresque Latinis

Addit, et stimulos acres sub pectore vertit;

Immisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.

Undique conveniunt; quoniam data copia pugnae;

720

Bellatorque animos Deus incidit.

Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,

Jovis. Tunc Mars bellipotens animum et robur Latinis adjecit et agitarit sub eorum pectore stimulos acutos: et injecit Teucris fugam et nigrum timorem. Latini concurrunt undecumque: siquidem facultas pugnandi ipsis concessa est a Trojanis, et Deus bellicosus subiit eorum animum. Pandarus, ubi videt fratrem prostrato

Prochyta non alta sed humilis est. Sed v. Not.—716. *Inarime* Rom.—717. Sic pr. Moret. *omnipotens* tres ap. Burm. *animos* Parrhas. et Servii codd. ad x, 22. *Hic animum Mars armip.* Goth. pr. *animos* Erf.—718. *sub pectora* aliquot Heins. cum Goth. sec., perpetua varietate et alibi obvia. *Aridet* tamen Heinsio. Alterum tamen jam lib. vi, 101 vidimus. *in pectora* Leid. cum Goth. tert.—719. *Fugam et Timorem* scripsit: sunt enim Homericæ *Δεῦρος ἔ' ἦδ' ὀδός* Iliad. Δ. 440 et al.—720. *pugnae* est Goth. sec.—721. *animos* Heins. e Medic. et Sprot., tanquam elegantius. Vulgg. *animo*. *Bel-lorumque animis incidit* Goth. tert.—722. *infuso* Bigot. c. *vidit* Gud. et alii

NOTE

716 *Inarime*] Ad meridiem Prochytae, multo amplior insula, fertilitate nobilis: olim *Pithecura*, et *Aenaria* etiam dicta, nunc *Iachia*: solo concavo et sulfureo, qualis est totus ille tractus; ignis eruptionibus olim saepe infesta; unde Homerus Jovem commentus est hanc impacto fulmine injecisse gigantei *Typhoëo*, qui ab Hesiodo describitur anguineis capitibus centum instructus, iisque flammam ructantibus, Terræ et Tartari filius, in Theogon. 821. De *Typhoëi* nomine, Ge. i. 279. Porro Homeri versus illi sunt Iliad. ii. 781. *Γαῖα δ' ἑκασθενέ-χισ' ἂν ὅς τε περικεράνῳ Χωμένῳ, δρε ἔ' ἀμφὶ Τυφώϊ γαῖαν ἰδύσση* *Εἰν' Ἀρ-ίμοις, ὅθι φασὶ Τυφώος ἐμμεναι εὐνὰς* 'Terra vero resonabat, sicut Jove fulminatore irato, quando circa Typhoëum terram verberat in Arimis, ubi aiunt Typhoëi esse cubilia.' Quibuscum si Virgiliani versus isti comparantur, certe videbuntur ex iis

exscripti. Ubi duo videntur a Virgilio sane facta audacter: i. Quod *Arimos* illos Pithecusæ insulae addixerit: cum alii Ciliciæ montem, alii Lydiæ esse affirmant apud Didymum in Homer. alii etiam Syriæ apud Strabonem: qui tamen ait, quibusdam videri esse Pithecusæ incolas; eo quod *πίθηκος, simia*. Etrusca lingua *arimus* dicatur: sed hæc quasi admodum incerta videtur proponere. ii. Quod voces illas *Εἰν' Ἀρ-ίμοις* in *Arimis*, apud *Arimos*: quæ voces et Homeri sunt et Hesiodi; in unum insulae substantivum vocabulum composuerit, *Inarime*, *Inarimes*. Nec eum excusat Erythræus cum dicit, eodem exemplo esse, *Inalpinus*: hæc enim vox adjectiva est, quo in genere multo facilius est composita. Nec item excusant alii, cum ex Plinii auctoritate affirmant, ab Homero scriptum *Inarimen*, non in *Arimis*: Pliniam enimvero erroris revincunt codices

Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res:
 Portam vi multa converso cardine torquet,
 Obnixus latis humeris, multosque suorum 725
 Moenibus exclusos duro in certamine linquit;
 Ast alios secum includit recipitque ruentes,
 Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem
 Viderit irrupentem, ultroque incluserit urbi:
 Immanem veluti pecora inter inertia tigrim. 730
 Continuo nova lux oculis offulsit, et arma
 Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
 Sanguineæ, clypeoque micantia fulmina mittunt.

corpore, et quo in statu sit fortuna, qui casus impellat res Trojanas; magno conatu tradit portam revoluta cardine, oblectans vastis humeris: et relinquit in aspero prælio plurimos sociorum, exclusos muris: alios vero claudit secum, et excipit irrupentes: insanus! qui non agnovit in media multitudine regem Rutulum irruentem, et ultro clausit in urbe, quasi crudelem tigrim inter ignavas pecudes. Statim novum lumen emicuit ex oculis Turni, et arma ejus sonuerunt horride: cristæ rubræ nutant in capite, et emittit e clypeo fulgura rutilantia. Trojani statim perturbati

Heins., ac Burm. cum Goth. sec.—723. *quis c.* Rom. et Medic. Pierii; item aliquot ap. Burm., sed *qui*, quod per se minus vulgare, agnoscit Carisius.—724. *vi magna* Medic. *vi tota* Montalb., quod impense placebat Heinsio, quem offendeat recurrens vs. seq. *multos*. Nam et alibi *vi multa* ap. nostrum occurrere non ignorabat. *torquent* Zulich.—725. *Obnixus* Zulich. *latus* Goth. sec.—726. *liquit* aliquot Burm. cum Goth. tert. et Erf.—727. *incluserit* sec. Moret. *recipitque clientes* alter Hamb.—728. *in abest* Goth. tert.—729. *Viderat* et *incluserat* Leid. *urbe* Bigot.—730. *inter media* Dorvill.—731. *oculisque* Bigot. *effulsit* vulgo lectum in codd. et edd. (saltem quas Heins. manu tractabat; ex Aldd. prima *effulsit*, tertia per Naugerium *effulsit*: inde edd. sectæ variant). *effulsit*, quod Romanus Pierii tnetur, repetit Heins. v. sup. v. 110, sed h. l. forte alterum accommodatius; non enim agitur de luce, quæ offulgeat oculis aliunde, sed emissa oculis fulget illa: hoc est, *effulget*. Revocavit quoque Wakefield *effulsit*.—733. *fulmina* Heins. reduxit, quoniam in eo omnes vetustiores consentiunt: vulgata erant *fulgura*, quæ Wakefield revocavit: et probandum est viri docti acumen. Nam quoties fulmen tropice adhibetur, subest comparatio teli emissi; ita *ensis* est fulmen. Ita apud Propertium *fermina fulminat oculis*. At *aëris fulgor* est, non fulmen. Infra tamen XII, 654 *Fulminat Æneas armis*, h. e. fulget. Et quid si *χαλκού στεροπήν* ap. Homerum Maro in animo habuit? ut Odyss. Δ. 72 in Menelai domo: *χαλκού τε στεροπήν*—Χρυσὸν τ' ἤλεκτρον τε καὶ ἀργύρου ἢ δ' ἐλέφαντος. Idem, quantum video, *mittunt* induxit ex codd. parte, *arma* videlicet, inquit (quod nemo facile ad-

NOTE

et interpretes Homeri omnes. Quod autem Virgilius hujus compositionis primus auctor sit, hinc jure conjici posse existimo: quod ante ipsum nemo; post ipsum statim Ovidius, Statius, Lucanus, Silius, Plinius, Clau-

dianus, alique promiscue omnes eadem usi sunt voce; sibi gloriosum rati, cum eo aliquid, aut audere, aut errare. De *Marte*, Ecl. ix. 12. De *Latinis*, Æn. vii. 54.

Agnoscent faciem invisam atque immania membra
 Turbati subito Æneadæ. Tum Pandarus ingens
 Emicat, et mortis fraternæ fervidus ira
 Effatur: Non hæc dotalis regia Amatæ;
 Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
 Castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.
 Olli subridens sedato pectore Turnus:
 Incipe, si qua animo virtus, et consere dextram;
 Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
 Dixerat. Ille rudem nodis et cortice crudo
 Intorquet summis adnixus viribus hastam.
 Excepere auræ vulnus; Saturnia Juno
 Detorsit veniens; portæque infigitur hasta.

735

740

745

agnoscent vultum inimicum et grandia membra: tum magnus Pandarus exiit, et ardens dolore necis fraternæ exclamat: Non hæc est dotalis aula Amata: nec media Ardea claudit Turnum mænibus patriis. Cernis castra hostilia: nulla est facultas hinc erumpendi. Turnus subridens illi respondet sedato animo: Incipe, si vis aliqua est animo tuo, et congredere mecum manu: referes Priamo hic etiam repertum fuisse a te Achillem. Dixerat: ille Pandarus, connitens toto robore, vibrat hastam asperam nodis et scabro cortice. Aër excepit ictum: Juno filia Saturni deflexit eum venientem, et hasta inhæret portæ. Tu vero non eritabis hæc arma, quæ

~~~~~

mittat), vel mittunt pro se mittunt, mittuntur. cf. ad Æn. II, 267. Atqui hoc durum est h. l. vel maxime. mittit alii habent editi et scripti etiam Pier. et bini Goth., item Jul. Sab., sicque Medic. mittet, et a m. sec. mittit. Atqui et durum et languidum est, ut mittit ad Turnum referatur. Suspicio olim fuisse clypeoque pro clypeusque, quod non intellectum corruptelam intulit, cum scriptum esset: clypeusque micantia fulmina mittit; hoc tandem poëta dignum. clypeusque m. f. mittunt Dorvill. In Gud. clypeique m. f. mittunt. Pierson ap. Herm. Arnzen. Epist. crit. p. 76 clypeum neutro dictam ex v. 769 huc quoque vocat. nullo cum fructu. Tandem qu. Moret. cum Zullich. mutant, Montalb. vivant, saltem deb. vibrant.—735. Æneadæ subito turbati Parrhas. cum tres ap. Heins. et Burm.—738. Non m. Parrhas. prohibet Sprot.—739. vide Goth. tert. nulli sec. Hamb. nulla huic sec. Menag. non hinc Bigot.—741. animi virtus Rom.—742. Hinc Zullich. invictum P. Goth. tert., felici lapsu.—743. et c. nudo sec. Hamb.—745. Exc. auræ: vulnus—veniens junxerat Servius seu quis alius; et sic cultus—veniens duo Burm.—746. Detorsit juveni pro div.

## NOTE

737 Dotalis regia Amatæ] Lauren-  
 tum, urbs regia Latini: cujus uxor  
 Amata, Turno favens, Laviniam ipsi  
 regnamque in dotem tradere conaba-  
 tur, Æn. VII. 56. De Ardea, Rutulo-  
 rum et Turni urbe regia, Æn. VII.  
 373. 410.

742 Priamo narrabis Achillem] Tur-  
 num; qui tam sit infestus Trojanis,  
 quam olim Achilles fuit. De Achille,  
 Æn. I. 108. Æn. III. 321. De Priamo,  
 Æn. II. 506. De Junone Saturni filia,  
 Æn. I. 27.

At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,  
 Effugies: neque enim is teli nec vulneris auctor.  
 Sic ait, et sublatum alte consurgit in ense,  
 Et mediam ferro gemina inter tempora frontem 750  
 Dividit, impubesque immani vulnere malas.  
 Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.  
 Collapsos artus atque arma cruenta cerebro  
 Sternit humi moriens; atque illi partibus æquis  
 Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit. 755  
 Diffugiunt versi trepida formidine Troës.  
 Et, si continuo victorem ea cura subisset,  
 Rumpere claustra manu sociosque immittere portis;  
 Ultimus ille dies bello gentique fuisset.  
 Sed furor ardentem cædisque insana cupido 760  
 Egit in adversos.  
 Principio Phalerim et, succiso poplite, Gygen

*mea dextra rotat cum robore: nam non est idem auctor armorum et ictus. Sic dixit Turnus, et erigit se in gladium alte eductum: et dissecat ferro mediam frontem Pandari horrendo vulnere, inter utraque tempora et genas imberbes. Fit sonitus, terra quassata est magno illo pondere: trahit moriens in terra membra deficientia et arma sanguinolenta: et caput scissum in partes æquales pependit illi hinc atque hinc ex utroque humero. Trojani fugiunt dispersi tumultuoso metu: et si illa cogitatio succurrisset statim victori Turno, frangere manu obices et excipere socios portis, dies ille fuisset supremus bello et populo Trojano: sed ira et immoderata cupiditas stragis impulit inflammatum Turnum adversus oppositos hostes. Primo interficit Phalarim, et Gygen poplite ejus subsecto: deinde intorquet in dorsum su-*

~~~~~

lect. pr. Hamb. *terraeque* i. Parrhas. *infingitur* Franc.—747. *vi* quod Goth. sec. *quod* vix alter Hamb. *librat* Medic. Pierii, Gud. Moret. tert. Ven. et Reg. *torquet* Moret.—748. *neque enim es pars* Pier. et Heins. cum Mediol. et Goth. sec. *es tele* Rom. *his telis* Schol. Statii ap. Heins. *his t. et v.* ed. Ven. *actor* Goth. tert. Jo. Schrader. locum pro desperato habebat. Sensus tamen planus: v. Notam.—750. *media inter* nonnulli Pier. et Leid. cum Goth. sec. et tert.—751. *que* abest qu. Moret. i. *pondere* Menag. alt.—753. *Collapsaque* sec. Moret. *arcus* Exc. Burm.—754. Ante Heins. *illi in p.*, quod, Pier. et snos secutus, ejecit.—756. *Defugiunt, Defugiunt*, duo Burm.—757. *ea c. fuisset* Zulich. v. ad lib. viii, 396. Totus versus exciderat Goth. tert. hoc loco et erat insertus post vs. 759.—758. Ortainus, Burmanno monente, malebat *admittere*. Goth. tert. *portæ*.—760. *infanda c.* aliquot Pier. et Heins. cum Goth. sec. et tert. *immensa* Gud. pro div. lect.—762. *Phalerim* recepit Heins., nam sic fere codd. habere vel *Falerim*. Vulgg. *Falarim*, quod tamen analogiam sermonis habet. Priscian. lib. vii *Fabarim*, ut a fluvio Sabinorum nomen habeat; sed in Trojanum hominem non cadit. Alii: *Falarim, Falorim*.

NOTÆ

747 *Telum*] Pro ense, ut jam alibi notavimus, Æn. v. 438.

Excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
 In tergus: Juno vires animumque ministrat.
 Addit Halym comitem, et confixa Phegea parma; 765
 Ignaros deinde in muris Martemque cientes
 Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque;
 Lyncea tendentem contra, sociosque vocantem,
 Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
 Occupat: huic uno dejectum cominus ictu 770
 Cum galea longe jacuit caput. Inde ferarum
 Vastatorem Amycum, quo non felicius alter
 Ungere tela manu, ferrumque armare veneno;

*gientium hastas ereptas his occisis: Juno sufficit ipsi robur et animum. Adjicit
 iis socium Halyn, et Phegeum perforato ejus acuto: postea super muris inacies
 ingressus sui et agitantes pugnam, Alcandrum, et Halium, et Noëmona, et Pry-
 tanim. Connitens a dextera parte aggeris intercipit fulgenti ense Lynceum
 incurrentem ac adverso et appellentem socios; caput cominus excisum uno ictu
 procul cecidit illi cum casside: deinde interficit Amycum venatorem ferarum, quo
 nullus alter erat solertior illinere manu spicula et imbuere ferrum veneno: et Cly-*

Tum Gygem, Cygen.—763. hic pr. Hamb. huic Ven. in raptas Rom. E. ar-
 reptus Goth. sec. Idem fere versus inf. xii, 330.—764. In tergus Heins. e
 Rom. et Carisio. At vulgo: In tergum. vid. Heins. Integrum Franc. et
 Serv. ad Æn. i, 215.—765. Halyn, Halin, Halim, Alim, Alym in codd. Halym
 Heins. e vetustioribus. Idem confixa tuetur contra Pierium, qui probabat
 confixum, quod ant. edd., in his Ald. pr., habent, et Medic. a m. sec. con-
 fixum Parrhas. et fixa Dorvill. confixa primum exaratum deprehendo in
 Ald. tert. 1514, adeoque per Naugerium.—766. M. ruentes Sprot.—767. To-
 tus versus ex Homero conversus Iliad. E. 678, sed sine depravationibus, quas
 in Virgilii codicibus ap. Burm. videas. Scilicet omnino Latini librarii malto
 imperitiores fuere quam Græci. Porro idem versus in Ovid. Met. xiiii, 238
 occurrit: quo eum relegandum esse censebat Jac. Bryant: eo tamen vix h.
 l. carere possumus. v. Not.—768. Lycea, Lingea, Ligea, Lygea, Licea, scripti
 apud Burm. Lyngea, Sigea, Goth.—769. dextra aliquot ap. Burm. dextram
 Goth. tert.—770. hinc uno Zulich. et Bigot., nec male. hic Franc. huic Juno
 Dorvill. huic unum Goth. pr. conjectum sec. Moret. dejecto Goth. tert. con-
 cius idem: putabis eum legisse concitus? sed stipes fuit librarius. Silias xiiii,
 246 Assequitur planta; dejectum protinus ense Cum galea longe jacuit caput.
 —772. felicius quatuor ap. Burmann. fallacior Goth. tert.—773. Stringere
 Schol. Statii apud Heins. Fugere idem Goth. tert. Hic dicat aliquis, qui
 tales delicias sectatur, fuisse scriptum Fingere. Illud vero mireris, Julium
 Sab. in suo habuisse Urguere, idque defendere, ut sit dictum ut fulguere.—

NOTÆ

769 Connixus ab aggere dexter] Cnm
 contra tenderet Lynceus, Turnus
 sinistro latere innixus aggeri, dextra
 manu in dextrum quoque Lyncei

latus incurrit. De aggere, supra 142.
 773 Ungere tela, &c.] Medicatis et
 venenatis herbis, barbarico more.

Et Clytium Æoliden, et amicum Crethea Musis ;
 Crethea Musarum comitem, cui carmina semper 775
 Et citharæ cordi, numerosque intendere nervis ;
 Semper equos, atque arma virum, pugnasque canebat.

Tandem ductores, audita cæde suorum,
 Conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus ;
 Palantesque vident socios, hostemque receptum. 780
 Et Mnestheus : Quo deinde fugam, quo tenditis ? inquit.
 Quos alios muros, quæ jam ultra moenia habetis ?
 Unus homo, et vestris, o cives, undique septus
 Aggeribus, tantas strages impune per urbem
 Ediderit ? juvenum primos tot miserit Orco ? 785
 Non infelicis patriæ, veterumque Deorum,
 Et magni Æneæ segnes miseretque pudetque ?
 Talibus accensi firmantur, et agmine denso
 Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,

tium Æoli filium, et Creteum carum Musis, Creteum socium Musarum, cui semper cantus et lyra erant curæ, et sonos edere chordis: semper cantabat equos, et bella hominum, et certamina. Denique duces Trojani cognita strage suorum congregantur, Mnestheus, et fortis Serestus: et cernunt socios vagos, et hostem admissum. Et Mnestheus clamat: Quo, quo dirigitis fugam ultra? quos jam habetis muros alios, quæ præterea munimenta? vir unus, clausus undique vestris aggeribus, o cives, fecerit per urbem tantas cædes absque ultione? dejecerit ad Inferos tot principes juvenum? o inertes! nonne pudet et miseret vos patriæ infortunata, et antiquorum Deorum, et ingentis Æneæ? Talibus verbis inflammati corroborantur, et stant spisso agmine. Turnus incipit sensim recedere e prælio, et accedere ad

774. Clytium, Clycium, Clycion alii, it. Gluttium. dictum Eolide Dorvill.—
 775. Crætea ante Heins. Crathea qu. Moret., sed est Κρητῆς.—776. que abest qu. Moret. incendere Hugen.—777. Vix Virgilius secundis curis hunc versum loco relicturus fuisset. Etsi emollias jungendo: cordi erat, et canebat.—778. a. voce Zulich. a m. pr.—780. Pallentesq. Menag. pr.—781. Tunc M. Goth. tert. Quo inde f. Reg. Heinsius eleganter jungi putabat: quo deinde fugam? cui bono fugam? Sed hoc vix placere potest præ vulgato: quo deinde, ulterius, fugam, quo tenditis? Ven. et Montalb. fuga. Monuit tamen ipse Heins. tendere fugam dictum esse, ut, tendere iter, gressum, cursum.—782. quæve ultra Gud. et alter Mentel. Parrhas. et Franc. quæ ultra jam Exc. Burm. quæve altera mania sec. Moret.—783. nostris Ven. e nostris Lutat. ad Stat. 11 Theb. 620. cives o vestris Montalb.—784. tanti Goth. tert.—785. primo juvenum Goth. pr. tot dederit tert.—786. Nonne Medic. a m. sec. Deorum vel malorum Gud. At Ms. Coll. Jesu elegantissime veterumque parentum: quod Wakefieldum prætulisse haud miror. Est enim hoc solenne, ut Æn. v, 39.—788. in agmine pr. Hamburg.—789. e. pugna Rom. Montalb.

NOTÆ

785 Orco] Inferorum Deo, Ge. i. 377.

Et fluvium petere, ac partem, quæ cingitur amni. 790
 Acrius hoc Teucris clamore incumbere magno,
 Et glomerare manum : ceu sævum turba leonem
 Cum telis premit infensis ; at territus ille,
 Asper, acerba tuens, retro redit ; et neque terga
 Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra, 795
 Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela virosque.
 Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
 Improperata refert, et mens exæstuat ira.
 Quinetiam bis tum medios invaserat hostes ;
 Bis confusa fuga per muros agmina vertit. 800
 Sed manus e castris propere coit omnis in unum.
 Nec contra vires audet Saturnia Juno
 Sufficere ; æriam cœlo nam Jupiter Irim

flumen et ad partem murorum quæ clauditur flumine. Trojani pergunt eo ardentius incurrere magno clamore, et cogi in turbam. Veluti cum turba aliqua urget juculis infestis immanem leonem : ille autem turbatus, iratus, torve aspiciens, cedit retro : nec tamen furor aut virtus sinit eum obvertere terga ; nec ille valet, propter multitudinem armorum et hominum, contra ruere, licet id cupiat. Non aliter Turnus anceps retro figit gressus absque festinatione, et animus exardescit furor. Immo etiam bis jam irruerat in hostes medios, bis verterat in fugam per muros turmas in se conversas. Sed omnis exercitus festinanter congregatur e castris in unum : nec Juno filia Saturni audet suppeditare Turno robur aduersus eos : nam

~~~~~

et tres recentiores Burmanni cum Goth. tert.—790. *quæ c. unda Rom. et alii Pier., idem Medic. et ceteri vetustiores Heinsii, etiam Jul. Sabinus ; nec omni, quod Naugerius Ald. tert. intulit, nisi in recentioribus fere, etiam Goth. tert., et habet interpretamenti speciem. Prætulit tamen Heinsius ut elegantius, nec immerito ; quæri modo potest, an Maro id, quod elegantius easset, ubique maluerit.*—791. *hic Moret. qu. insistere Dorvill.*—792. *ceu Panum conj. Schrader. e XII, 4.*—793. *ac Franc. adterritus Reg.*—794. *retro dedit Montalb. et Ven. at neque Bigot. ac Goth. tert.*—796. *ac r. Zulich. et pr. Hamb. et Dorvill. neque t. Rom.*—796. *Ille equidem Franc. per tela per hostes Ven. Ceterum non video, cur interpunctione tam duram orationem efficere placeat, Ille, quidem hoc c., nec retinere id, quod se offert : nec t. contra Ille quidem, hoc cupiens (h. quamvis cupiens), potis est etc., aut id, quod supra posuimus.*—799. *cum Ven. tum bis pr. Hamb. in medios Franc. invaserat Leid.*—800. *confusa Heins. reposuit ; sic enim omnes ejus codd., uno alterove recentis notæ exceptis. Ita tamen jam ed. Ald. pr. et sec. Verum mox Ald. tert. Naugerius correctore in edd. intulit conuersa. Recte vero Heins. monet, putidum esse conuersa a. vertit. In Goth. sec. confusa, tert. confusa, pr. conuersa.*—802. *audet Saturnia Turnus Goth. tert., audiendus ille, si auctoritatem haberet.*—803. *in carlo Hamb. sec. jam quidam apud Serv. ad v. Æn. 606. Irim et v. 804 Dimisit vel Dimittit Franc. misit aliquot*

#### NOTÆ

796 *Potis est*] De hac voce, Æn. III. 671. De *Iride*, Æn. IV. 700.

Demisit, germanæ hand mollia jussa ferentem :  
 Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis. 805  
 Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantum,  
 Nec dextra valet : injectis sic undique telis  
 Obruitur. Strepit assiduo cava tempora circum  
 Tinnitu galea, et saxis solida æra fatiscunt ;  
 Discussæque jubæ capiti ; nec sufficit umbo 810  
 Ictibus ; ingeminant hastis et Troës et ipse  
 Fulmineus Mnestheus. Tum toto corpore sudor  
 Liquitur, et piceum (nec respirare potestas)  
 Flumen agit ; fessos quatit acer anhelitus artus.  
 Tum demum præceps saltu sese omnibus armis 815  
 In fluvium dedit. Ille suo cum gurgite flavo  
 Accepit venientem, ac mollibus extulit undis ;  
 Et lætum sociis abluta cæde remisit.

*Jupiter misit e cælo Irim æriam, portantem sorori mandata non grata ; nisi Turnus exeat ex altis muris Trojanorum. Igitur juvenis nec amplius potest resistere clypeo, nec manu : ita premitur jaculis undequaque intortis. Cassis sonat continuo sictu circa cava tempora, et arma valida ex ære rumpuntur lapidibus, et cristæ dejectæ sunt e capite, nec clypeus par est adversus tot ictus : ingruunt hastis, et Trojani, et ipse Mnestheus instar fulminis : præterea sudor e toto corpore labitur, et efficit nigrum fluentum, nec facultas est respirandi : difficilis anhelitus commovet membra fatigata. Tunc denique præcipitans immisit se saliendo in fluvium cum omnibus armis : fluvius in suo flavo sinu excepit cadentem, et portavit placidis aquis : et revertisit gaudentem ad socios, sanguine cædis purgato.*

\*\*\*\*\*

Pier. Non assequor, quod Villebrune ad Silium 1, 113 sibi velit : "dicta. Virgil. ix, 804, ubi contra fidem codicum nonnulli legunt jussa."—806. nonc Parrhas. juvenis clypeo Mentel. pr. Inutilis res esset interpunctionem mutare : Ergo nec clypeo juvenis subsistere ; tantum Nec dextra valet : injectis sic undique telis Obruitur.—807. objectis Macrob. vi, 3. inectis Goth. tert., perperam.—809. Singultu alter Hamb.—810. Diffusæque Zulich.—812. Cum t. duo Burm. torto ejusd. Exc.—813. Linguitur Dorvill.—814. Fulmen Macrob. ibid. cum Goth. tert. fesus agit Goth. tert. Mox vulgo : ager a., ut lib. v, 432 hoc idem hemistichium occurrit. Sed acer anhelitus quosdam olim legisse in Servianis proditum erat ; hoc arripuit Heinsius, ut varietur oratio ; esse enim tales mutationes Virgilio frequentes : v. eum ad h. l. et ad Ecl. v, 37.—816. Cum d. pr. Moret. saltu præceps Gud.—816. gurgite vasto idem et Mentel. sec. Goth. sec.—817. Excepit Erf. fugientem plerique Pier. et aliquot Burm. cum Goth. tert. et Erf.—818. obluta Montalb. oblata Franc. et Dorvill. remittit sec. Moret.

#### NOTE

810 *Jubæ, &c.*] *Equina jubæ*, unde 813 *Piceum Flumen*] Sudor est pulcræ galearum, Æn. III. 468. *Umbo*, veri commistus, picis instar nigrescens et adhærens cuti.  
 pars media eminens in clypeo, Æn. II. 546.



P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER X.

---

### ARGUMENTUM.

**JUPITER**, advocato Deorum concilio, frustra conatus Junonem ac Venerem in concordiam adducere, de Trojanorum Rutulorumque rebus inter se dissidentes; pronuntiat se neutrarum partium fore, sed fatis omnia permissurum. Rutuli ad oppugnandam, Trojani ad defendendam urbem redeunt. **Æneas**, dies aliquot in Etruria commoratus, collectis inde auxiliis ad suos redit, triginta navium classe auctus. Nymphas, e suis navibus eam in speciem paulo ante transformatas, in itinere obvias habet. Ab iis de suorum periculo certior factus; sub primam lucem provectus in conspectum hostium, exercitum in littus exponit. Occurrunt Rutuli; commissoque gravi certamine, **Pallas** a **Turno** occiditur: cujus necem cum ulcisceretur **Æneas** magna strage, et **Ascanius** eruptione facta copias suas paternis adjunxisset; **Juno** **Turnum** præsentis periculo eripit, objecta illi falsa **Æneæ** imagine; quam ille fugientem ad usque navem dum sequitur, retinaculis a **Junone** ruptis, ad littora **Ardeæ** proxima vi tempestatis abripitur. **Mezentius** pugnae pro **Turno** succedens, et filius **Mezentii** **Lausus**, ab **Ænea** occiduntur.

**P**ANDITUR interea domus omnipotentis Olympi,  
Conciliumque vocat Divum pater atque hominum rex  
Sideream in sedem : terras unde arduus omnes,  
Castraque Dardanidum aspectat, populosque Latinos.

*Interim regia cœli omnipotentis aperitur : et genitor Deorum atque rector hominum  
cogit concilium in aulam stellatam : unde sublimis despicit cunctas terras, et castra*

1. Vexata statim in ipsa fronte occurrit lectio *omnipotentis Olympi*. Librorum ea fere omnium auctoritate, etiam Quintiliani I. O. ix, 4, 49 (Leid. *omnipudentis*, ut fere semper, addit Burm.), firmata est : nec tamen satis accommodatum videtur Olympo hoc epitheton, quod proprie Jovis est. Fuere itaque olim, qui Olympum pro Jove dictum acciperent ; alii qui *Olympia* emendarent, alii qui *Olympi* pro Olympii scriptum vellent, hoc utique non male : nisi alter locus esset xii, 791 *rex omnipotentis Olympi*. Inde emendari cœptum est : *omnipatentis*. Egnatii ea est emendatio ; idque ab Ascensio notatum video, qui eam amplexus est : adeoque ita legitur in edd. Ascensianis. In iis tamen exemplaribus, quæ ab Egnatio emendata feruntur (habemus in manibus ipsam principem editionem 1507), ea lectio non reperitur. Notata tamen est illa in præfat. Habet eam Hamb. sec. a sec. m., eamque in simili loco vidinius sup. vi, 595. Verum a poëta vix videtur adoptari potuisse hoc quidem in loco, cum *panditur* præcesserit : Panditur domus *omnipatentis* O., et mox v. 5 de eadem domo : *tectis bipatentibus*. Aliter res se habet inf. xii, 791 *Junonem interea rex omnipotentis Olympi* ; ubi conveniret *omnipatentia*. Habent tamen ibi libri alterum constanter. Restat *omniparentis*, quod alii conjectarunt, quodque jam Jovian. Pontanus agnovisse dicitur et N. Heinsius probabat. *Omniparens terra* Lucretianum epitheton est, quod supra lib. vi, 595 Maro adoptaverat ; desiderio simile exemplum de cælo. Uranum omnium Deorum auctorem et parentem si sic dictum invenero, non mirabor : sicque *παργενέας* ille in Hymnis Orphicis ; sed aliud quid est Olympus. Quæ cum ita se habeant, *omnipotentis* O. tenendum est, quod altero loco recurrit xii, 791, ut tribuerit poëta Olympo, quod Diis convenit, qui in eo continentur : etsi parum placet hoc, nec assequor, cur Maro non maluerit Nævianum versum totum servare : *Panditur interea domus altitonantis Olympi*. Etsi enim et hoc alias Jovis est elogium, tamen et Olympo, e quo prodeunt fulmina, convenire poterat. Servasse hunc Nævii versum narratur Cæcilius Minutianus Apuleius. Est is vetus ille Grammaticus, cujus libri duo (ant potius fragmenta) de Orthographia adhuc in bibliothecis latent, quem tamen evolvit, præter Gyraldum de poëtis Dial. iv, p. 204, Cæl. Rhodiginus vii, 4, et xxii, 13 Ant. Lect., a quo hoc ipsum de Virgiliano loco prolatum est. Idem Grammaticus Olympum de Jove interpretatus erat.—2. *Conciliumque* alii ap. Pier. *Dicum pater atque hominum rex* Ennianum est : Macrob. vi, 1.—4. *spectat* tres Heins. cum uno Barmanni,

# NOTE

1 *Omnipotentis Olympi*] Aliqui per *Olympum*, Jovem intelligunt, quem eo etiam nomine esse appellatum probat in indice Erythræus, ex Cæcilio Minutiano Apulio, ex Cleanthe, et Diodoro Siculo. Alii melius *cælum* accipiunt : quod *omnipotens* dicitur, vel quia Jupiter omnipotens

in eo habitat ; vel quia ad omnium rerum productionem per siderum influxus conducit, ut terra per vim suam, quæ ideo dicitur *omnipotens*. Sic *Olympum omnipotentem* distinguit a Jove, Æn. xii. 791. *Rex omnipotentis Olympi*. De *Dardanidis*, Æn. i. 239. De *Latinis*, Æn. vii. 54.

Considunt tectis bipatentibus. Incipit ipse :

5

Coelicolæ magni, quianam sententia vobis  
Versa retro, tantumque animis certatis iniquis ?

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Quæ contra vetitum discordia ? quis metus aut hos

Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit ?

10

Adveniet justum pugnae, ne arcessite, tempus,

Cum fera Carthago Romanis arcibus olim

*Trojanorum, et gentes Latinas. Sedent in domo aperta valvis biforibus: ipse Jupiter orditur sermonem: Magni habitatores caeli, quare consilium vobis mutatum est in contrarium? et usque adeo pugnatu animis adversis? Prohibueram ne Italia bello congraderetur cum Trojanis: quæ dimissio est contra prohibitionem? quis timor impulit, vel hos, vel istos capere arma et commovere ferrum? veniet legitimum pugnae tempus, ne accelerate illud: quando aspera Carthago inferet*

~~~~~

minius docte. v. inf. xvi, 186.—5. portis b. sec. Moret.—6. quia nam, anti-
quam vocem, astruxit satis Pierius. cf. sup. v, 13, etsi non pauci ejusdem et
ap. Barm., bini quoque Gothani cum Erf., quam exhibent. quæ jam Dor-
vill. a pr. m.—7. retro est Goth. sec. amnis pr. perstatu tert. certatur alter
Menag.—9. Quis Deus aut hos Jo. Schraderus in schedis: ut inf. 73 Quis
Deus in fraudem—egit. Ingeniose, quis neget? modo non hoc molestum
esset, quod ita est: quis Deus vos Deos adduxit, vobis suasit. Verum bella
sunt aut cupiditate, aut metu mali ac periculi nobis vel aliis imminentes,
quod depulsum imus. Vetnerat Jupiter bellum inter Italos et Troianos fieri.
Quid igitur metuendum erat? ut nunc bello vis depelleretur. His respon-
dent Veneris verba: 20 Cernis ut insultent Rutuli;—non clausa tegunt jam
mœnia Teucros: vs. 20....24. Ergo metus aderat, alteri Deorum ordini, ne
succumberent malis Trojani; alteri, ne novum in Italia regnum Trojanorum
corderetur. Nec tamen hæc sibi persuaderi passus Wakefield: "quod vul-
gatur, inquit, ineptissimum est et defendi nequit."—11. Adveniat God.
Advenit alter Mentel. a m. pr. At veniet quondam Goth. tert. arcessite emes-

NOTE

5 *Tectis bipatentibus*] Ubi janua est
biforis, quæ in dextram lævamque
aperitur. Sic Anson. Epig. cxxxvii.
3. vocat *pugillar bipatens*, quod aper-
tum duas paginas explicat.

6 *Quianam sententia vobis Versa, &c.*] *Id est: Cur immemores estis meæ sen-
tentiae, qua prohibueram, ne Itali
Trojanis obstarent? Vel: Cur mu-
tastis ipsi sententiam vestram, qua
astatueratis neutris partibus favere?
Quianam, Æn. v. 13. De Teucris, Æn.
i. 290.*

11 *Adveniet tempus, &c.*] Quasi
dicat Jupiter: 'Nemo mihi objiciat,

quod faveam Trojanis, eosque illatos
esse perpetuo velim. Adveniet tem-
pus præscriptum fati, quo eorum
posteri gravibus et ipsi cladibus affi-
cientur, ab Annibale et Carthaginien-
sibus.'

12 *Carthago, &c.*] Significat bella
Punica, a Carthaginiensibus ter gesta
cum Romanis: quorum secundo An-
nibal per Hispanias Galliasque in
Italiam exercitum traduxit, superatis
Pyrenæis et Alpibus, Italiam fere
totam in suam potestatem redegit, in
ea per annos circiter sexdecim inse-
dit: sed, Scipione interim in Africam

Exitium magnum atque Alpes immittet apertas :

Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.

Nunc sinite ; et placitum læti componite fœdus.

15

Jupiter hæc paucis : at non Venus aurea contra

Pauca refert.

O Pater, o hominum Divumque æterna potestas!

(Namque aliud quid sit, quod jam implorare queamus?)

Cernis ut insultent Rutuli; Turrusque feratur

20

Romanis urbibus magnam perniciem et Alpes patefactas : tunc licebit pugnare odiis, tunc licebit depopulari res Trojanas : nunc permittite, et læti conciliate pacem quæ placet mihi. Jupiter dixit hæc paucis verbis : at pulchra Venus non pauca respondit addeverum. O genitor, o sempiterna virtus hominum ac Deorum: (scilicet quid est aliud, quod nunc possumus invocare?) vides quomodo Rutuli in-

data lectio, non accersite. vid. Pier.—13. immittat pr. Menag. immittit alter. immittere Goth. pr. invitet sec. immiscet tert.—16. placitum Heins. recte tæctor e Pier. et parte suorum ac Servio. Alii placidum, etiam Medic. læti placidum. Nec tamen placitum cum Servio accipiendum, mihi, Jovi: sed placita sunt omnia pacta, in quæ consenserunt plures, h. quod iis placuit.—16. anxia conj. Waddel. Animadversæ. crit. p. 38, perperam.—18. o que hominum Parrhas., quam Apronianam esse lectionem Jul. Sab. tradit. hominum rerumque præstantiores Pierii et Heinsii codd. omnes (omnium rerumque Rom.) cum Valer. Probo; idque sequendum esse ait Heinsius, nec tamen recepit; puto casu. Variasse videtur poëta versum 2 hujus libri. Ceterum Jul. Sabinus subjicit: *Totus iste locus est ex primo Lucilii, apud quem introducitur conciliam Deorum de interitu Lupi* (est is notus ex Horat. ii Sat. 1, 68, et Cic. de N. D. 1, 23, et totum Sabini Scholion illustrant Fragmenta Lucilii p. 200. 261. conf. Serv. inf. ad v. 104.)—19. jam deest tert. Rottend.—20. insultant

NOTÆ

immisso, revocatus in patriam, a Scipione victus est; Carthago vectigalis facta: atque ita bellum Punicum secundam confectum est, anno u. c. 553. Bello deinde Punico tertio deleta est urbs eadem, a Scipione juniore sive Emiliano, anno u. c. 608. De Carthagine, in argumento l. iv. De Alpibus, Italiam a Gallia et Germania determinantibus, Ecl. x. 47.

13 Exitium atque Alpes apertas] Nova et figurata locutio, pro, immittet exitium per Alpes apertas: ut notat Scaliger. Vel potius, immittet Alpes, id est, Alpinos populos: locum dixit, pro incolis: quemadmodum Ge. III. 21. 'Addam urbes Asiæ domitas, pul-

sumque Niphatem: per Niphatem montem Armeniæ, Armenos ipsos intellexit, pulsos a Romanis. Aperuit autem sibi Alpes Annibal maximo labore, adensis aceto atque igne rupibus. Lege Livium l. xxi. 36.

14 Tum certare, &c.] Tum licebit, ut Trojani, seu Romani eorum posterius, pareant odiis atque depredationi hostium: vel, odiis vestris, depredationi hostium.

15 Componite fœdus] Vel inter vos; vel inter Latinos ac Trojanos. De Venere aurea, id est, pulchra, Æn. i. 595. De Rutulis, Æn. vii. 795. De aggeribus, Æn. ix. 142.

Per medios insignis equis, tumidusque secundo
 Marte ruat? Non clausa tegunt jam moenia Teucros.
 Quin intra portas atque ipsis praelia miscent
 Aggeribus mœrorum; et inundant sanguine fossæ.
 Æneas ignarus abest. Nunquamne levare
 Obsidione sines? Muris iterum imminet hostis
 Nascentis Trojæ; necnon exercitus alter,
 Atque iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis

25

solescant? et quomodo Turnus conspicuus equis rapiatur inter medios, et irrumpat superbus felici praelio? munimenta clausa jam non tuerentur Trojænes: immo committunt pugnam intra portas, et in ipsis propugnaculis murorum, et fossæ replentur sanguine. Æneas abest illinc inactus rerum illarum. An nunquam permittes eos liberari obsidione? Rursus hostis instat muris Trojæ resurgentis, et præterea alter exercitus: et rursus Tydei filius insurgit in Teucros ab Arpis Ætolis. Sane, opinor,

quatuor ap. Burm., qui remittit ad Ecl. II, 66.—22. *claustra* Medic. Arripuit hoc Wakefield, cumque in Ms. Coll. Jes. esset: *non mœnia*, ipse refinxit in ipso carmine: *non claustra tegunt, non mœnia Teucros*. Inesse vim aliquam in repetitione haud neges. Et *claustra* pro portis bene. Nec tamen est in vulgato aliquid, quod poetam dedecet; ut *clausa domus* vulgo dicitur, sic *clausum callem* apud Silium, et *clausa mœnia* l. 1.—24. *mœrorum* pars librorum cum Probo et Servio hic et infra XI, 382, ubi idem fere versus redit; antiqua pronuntiatione pro murorum, ut in *cæra* et aliis; mansere, *pomeria*, a muris, mœrus, item pœna, Pœni. Cur tamen non nisi his binis locis poeta antiquatum hoc nomen retinuerit, cum in aliis locis *muros* communi more eloquatur, equidem non expediam, nisi forte *agger mœrorum* ex Ennio aut alio vetere poeta desumtum servavit. Non enim *mœrorum* deprehendo scriptum nisi in *aggere mœrorum* inf. 144, et XI, 382. Quod ni ita se habet, grammatici aliqujus ludibrium hoc esse arbitror; nam Rom. et Medic. aliique præstantiores *mœrorum* habent. Potuit fieri, ut vetus Grammaticus ex suo codice, in quo *mœrorum* ubique scriptum erat, hunc locum laudaret, utque hinc increbraceret opinio de scriptura huic loco peculiari: quæ communis erat omnibus locis. In fine versus *fossæ* plerique Pier. Gud. alter Hamb. tert. Rottend. qu. Moret. cum tert. Goth., sicque Serv. legisse videtur. *fossæ* tamen, quod in Medic. et aliis habetur, ubique lectum erat ante Burmannum: et haud dubie hoc doctius dictum: *fossæ inundant sanguine*, absolute, pro vulgari, *sanguis inundat fossas*, ut *amnis inundat campos*; nec exempla aliorum poetarum desunt; et sic Priscianum VIII quoque legisse notat Ge. Fabric. At Burm. *fossas* prætulit; cum enim *miscent* præcesserit, quod ad Rutulos referatur, requirere rationem, ut et *fossas* ad eos referatur. Sed si hæc regula valere debet, non pauca Maronis loca erunt immutanda. Errorem ut præcidamus, post *mœrorum* plena tantum interpunctione opus est. Tum idem infra XI, 363 in simili loco *fossæ* reliquit. Equidem non dubitem *fossæ* pro vero habere.—25. *Unquam ne* sec. Moret.—26. *iterum insidet* tert. Moret.—27. *nec non exercitus alter*. Hemistichium mihi videbatur frigere, multo magis, si, ut fere factum, plene interpungitur post *alter*: sed bene monuit Brunnck. cum seqq. verba hæc esse jungenda; etsi vel sic dura est oratio.—28. *surgit*

NOTÆ

27 *Nascentis Trojæ, &c.*] Æn. VII.
 157.

28 *Ætolis ab Arpis Tydides*] Arpi,
 Apuliam Dauniae urbs, cujus ruinae

Tydidēs. Equidem, credo, mea vulnera restant;
 Et tua progenies mortalia demoror arma! 30
 Si sine pace tua, atque invito numine, Troēs
 Italiam petiere; luant peccata; neque illos
 Jueris auxilio. Sin tot responsa secuti,
 Quæ Superi Manesque dabant: cur nunc tua quisquam
 Vertere jussa potest? aut cur nova condere fata? 35
 Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
 Quid tempestatum regem, ventosque furentes
 Æolia excitos? aut actam nubibus Irim?

superest ut ego rursus vulnerer; et ego tua filia expecto arma mortalis viri. Si Trojani adierunt Italiam absque tua venia, et invita divinitate tua; expendant pœnas delicti sui, nec recrees illos ope tua: si vero id fecerunt obsecuti tot oculis, quæ cœlum et Inferi dabant illis; cur ultus nunc potest frangere vim mandatorum tuorum, vel cur potest statuere nova fata? Cur memorabo naves incensas in littore Siculo? cur regem procellarum, et ventos furiosos eductos ex Æolia insula, aut Irim demissam ex aëre? Nunc quoque Juno concitat Inferos, hæc sola

Medic. Gud. et alii Heins. ac Burm., minus bene. Poëtæ videndum est, ut quam maxime in præsentem rem lectores adducat. *ab arvis* pr. Voss.—29. *me* v. alter Menag.—31. *invicto* Ven. *invicto* Dorvill. nomine Gud.—32. *hunc* Franc.—33. *Sint tot* Franc. Si bini alii ap. Burm. cum Commentat. Horatii.—34. *non tua* Montalb.—35. *Vertere jussa*. Receptam hanc lectionem tuetur Medicus cum aliis, imprimis vet. Vatic. Pierii. At Rom. *jura*. Enimvero *ſectere jussa* Oblong. et alii Pier. pars vett. edd. cum magna parte Heinsianorum. *ſectere jura* sec. Menag. et Leid.—36. *exhaustas* ed. pr. Burm., qui cur Erycinum litus in Italia quærat, non assequor.—38. *exactos* Menag. pr.

NOTÆ

adhuc dicuntur *Arpe*. Condita a Diomede Tydei filio, de quo Æn. xi. 243. Ab eo petierat auxilium Turnus Æn. viii. 9. nullo tamen successu, ut patebit, Æn. xi. 243. Quare Venus hic fingit exercitum ab Arpis imminere, ut causam suam exaggeret.

29 *Mea vulnera restant*] Iliad. v. 335. Cum Æneam, a Diomede lapidis ictu vulneratum, Venus opposito peplo e pugnæ periculo subduceret, a Diomede in vola manus vulnerata est. Mars deinde ad imum ventrem ab eo sauciatus quoque est, 857.

36 *Erycino in littore*] Æn. v. 660. Mulieres Trojanæ, Junonis et Iridis

suasus, tædio navigationis, naves Æneæ exusserunt, dum is ludos celebrat ad patris Anchisæ tumulum, prope Erycem, Siciliæ urbem et montem, qui nunc est mons *sancti Juliani*, Æn. iii. 707. Æn. v. 24.

38 *Æolia excitos*] Juno Æolum et ventos in Æneæ classem concitavit, Æn. i. 56. ubi de insulis *Æoliis*, ad latus septentrionale Siciliæ.

Irim] Missa est a Junone, ad Trojanas mulieres, ut eas ad incendium navium concitaret, Æn. v. 606. Ad Turnum, ut eum ad bellum hortaretur, Æn. ix. 2. &c. De *Iride*, Æn. iv. 700.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

4 C

Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat
 Sors rerum) movet, et superis immissa repente 40
 Allecto, medias Italum bacchata per urbes.
 Nil super imperio moveor : speravimus ista,
 Dum fortuna fuit : vincant, quos vincere mavis.
 Si nulla est regio, Teucris quam det tua conjux
 Dura ; per eversæ, genitor, fumantia Trojæ 45
 Excidia obtestor ; liceat dimittere ab armis
 Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
 Æneas sane ignotis jactetur in undis ;
 Et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur :

pars rerum restabat inexperta : et Alecto immissa subito in loca superiora, servitiis in mediis urbibus Italorum. Non moveor ob regnum : speravimus illud, dum sors facit : superent, quos mavis superare. Si nulla est plaga, quam aspera uxor tua relinquat Trojanis ; o pater, obsecro per fumantes ruinas Trojæ diruta ; liceat mihi eripere Ascanium saluum e bello, liceat ut restet nepos. Æneas quidem agitur fluctibus incognitis, et sequatur iter quodcumque sors offeret ipai ; at possum tuari,

—39. *intempesta* Goth. sec. *intempestiva* tert., corruptum ex veteri scriptura, *intemptata*. manebant Dorvill.—40. *invisa* Leid.—41. *Allecto*. v. ad vii, 324. iterum *bacch.* Goth. tert.—42. *imperis* pr. Hamb. *imperium* Sprot. conf. Stat. ii Theb. 339. *speravimus* legerat Jul. Sab. Servium distinxisse : *speravimus*, *ista Dura* f. *putat* Burm.—44. *dat* duo Burm.—45. Post *Dura* interpungendum monet Servius. Junxerunt itaque alii *Dura excidia*. Sed *Dura Juno*. cf. inf. 72.—46. *demittere* aliquot Burm. *liceat superesse nepotem*, *Incolumem Ascanium liceat discedere ab armis* Goth. tert.—47. *nepoti* conj. Hein- sius ; sed bene ipse damnat.—48. *sane* semper mihi displicuit : etsi non ignoro defendi posse, nec tamen ut sensum habeat, quem vulgo tribuunt, ut sit, valde : nec ut cum irrisione dicta innuat : eam enim inesse non video ; sed ut simpliciter, saltem cum amaro dolore, concedatur alterum, altero sumto : δὴ, δὴ ἴα. Habemus vero meliorem lectionem Romani vetustissimi et alterius Pieriani, cum Sprot. et Goth. sec. *Æneas procul* i. Hoc amplector. Porro *in oris* aliquot Pier., tum Gud. alter Mentel. bini alii et ed. pr. Burm. cum Goth. tert. *horis*. Bona sententia respectu *Æneæ* apud Etruscos degentis : *Æneas procul ignotis jactetur in oris* ; rhetorice, ut alia in hac Veneris oratione, exaggerata ; et forte *undas* adduxit *vox jactetur*, quoniam *uari* et *undis jactari* solenne est. Recepit quoque hanc ex duplici codd. secta confectam lectionem Brunck. Mihi in iis locis, in quibus plures sunt lectiones, sua quæque codicum auctoritate et probabilis sententia se commendantes, nihil novare constitutum est : ne lectio per editorum diversa in innovando judicia per omnes editiones fluctuet : etsi elegantiam alterius lectionis bene sentiam. conf. Not.—49. *quamcumque* pr. Hamb.—50. *Nunc* Labec. ap. Burm., qui

NOTE

39 *Manes*] Deos Inferorum, Æn. in furem egit, ibid. 346. postea vi. 748. Hos commovit Juno cum in Turnum, ib. 409. De voce *bacchata*, quæ a furiosis Bacehi comitibus petitur, Æn. vii. 324. Alecto deinde Amatam Æn. iv. 301.

Hunc tegere, et diræ valeam subducere pugnæ. 50
 Est Amathus, est celsa mihi Paphus, atque Cythera,
 Idaliæque domus: positis inglorius armis
 Exigat hic ævum. Magna ditione iubeto
 Carthago premat Ausoniam; nihil urbibus inde
 Obstat Tyrîis. Quid pestem evadere belli 55
 Juvit, et Argolicos medium fugisse per ignes,
 Totque maris vastæque exhausta pericula terræ:
 Dum Latium Teucris recidivæque Pergama quærent?
 Non satius, cineres patriæ insedissem supremos,
 Atque solum, quo Troja fuit? Xanthum et Simoënta 60

et subtrahere e crudeli prælio hunc Ascanium. Est mihi Amathus, est alta Paphos, sunt Cythera, et ædes Idaliæ: illic ducat vitam ignobilis abjectis armis: impera ut Carthago opprimat Italiam gravi potentia; nihil ab eo Ascanio obstat urbibus Punicis. Quid profuit Æneam evitasse ruinas belli, et fugisse per medios ignes Græcos? et quid profuit evasisse tot pericula maris et terræ immensæ, dum Trojanum quærunt Latium, et Trojam rursus cadentem? nonne potius erat manere in ultimis ruinis patriæ, et in terra ubi fuit Troja? O pater, redde, precor, miseris

~~~~~

repente hic prodit novus codex. *duræ* Sprot. cum vet. Pier.—51. *Amathos* perperam codd. Pier. Heins. *Amathus* Franc. Sed est *Ἀμαθούς* ex *Ἀμαθούς*. est *excelsa* P. Dorvill. *Paphus* cum libris Heins. rescripsit; vulgg. *Paphos*: quod retinuit Cunningham. est *celsa Paphos atque alta* C. Palatin. ap. Pier. cum Rom., alii ap. G. Fabric. et in Gud. pr. Rottend. pr. Hamb. Alii confundunt utramque lectionem: est *celsa mihi Paphos atque alta* C. Videtur *alta* illatum esse ex inf. v. 86.—53. *Exigat* plerique Pier. et Heins. cum Goth. sec. ævum Gud., et ex hoc reposuerat Heins. Si tamen hic, cur non ubique? Si Virgilius ita pronuntiavit; utique non hoc loco solo. Nisi ad aurium iudicium referas: quod quale Romanorum fuerit, vix dicere ausim, mihi ævum se prebare fateor.—54. C. ut *premat* Goth. tert. *Italiam* tres Burm. *Nil viribus Parrhas*, et Reg. *Nihil arcibus* malit Jo. Schrader. *Nil* etiam Cunningham. prætalit.—55. *Obstat* Menag. pr. et Sprot. cum Goth. pr. *Tyrîis* vel *Teucris* Zulich. *bellis* Goth. tert.—56. *Argolicum* pro — *orum* Bigot. *medios* alii odd. et scripti Pier. et Burm., binique Goth. *Exquisitis* alterum: *Æneam medium* fugisse. *fecisse* Ven.—58. *recidiva* Rom. et alius Pier., sed *recidiva* fere omnes scripti Heins. v. sup. ad iv, 344. r. *mania* sec. Moret. *quærent* habet Jul. Sab. et, pro quærent, addit.—59. *Num satius* tres Burm. *insidissem* Mentel. pr. et tert. Rottend. v. i, 723. *expensis* ed. pr. Burm.—60.

# NOTÆ

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 51 <i>Amathus</i> ] Genit. <i>Amathuntis</i> , nunc <i>Límisso</i> : et <i>Idaliæ</i> , aut <i>Idalia</i> , <i>bourg</i> <i>Dalim</i> : et <i>Paphus</i> , sive <i>Paphos</i> , <i>Bafso</i> : urbes in Cypro insula, quæ tota Veneri sacra fuit, Æn. i. 629. <i>Cythera</i> , <i>orum</i> , insula inter Peloponnesum et Cretam, nunc <i>Cerigo</i> , Æn. i. 261. | 54 <i>Ausoniam</i> ] <i>Italiam</i> , Æn. vii. 55. 56 <i>Argolicos</i> ] Græcos, ab urbe <i>Argis</i> , Æn. i. 289. 58 <i>Latium</i> , &c.] Æn. vii. 54. <i>Teucris</i> , Æn. i. 239. <i>Pergama</i> , arx Trojæ, Æn. i. 470. <i>Recidiva</i> , aliqui explicant <i>restituta</i> ; ego, <i>caduca</i> , rursus <i>cadentia</i> , |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|



Redde, oro, miseris : iterumque revolvere casus

Da, pater, Iliacos Teucris. Tum regia Juno

Acta furore gravi : Quid me alta silentia cogis

Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem ?

Ænean hominum quisquam Divumque subegit

65

Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino ?

Italiam fatis petiit auctoribus; esto :

Cassandræ impulsus furiis. Num linquere castra

Hortati sumus, aut vitam committere ventis ?

Num puero summam belli, num credere muros ?

70

Tyrrhenamve fidem aut gentes agitare quietas ?

Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostri,

illis *Xanthum et Simoënta*, et permitte Trojanis rursus adire casus Troicos. Tum Juno regina, commota furore aspero, ait: *Quare cogis me solvere profundum silentium, et patefacere sermone dolorem occultum? An ulhus hominum aut Deorum cœgit Æneam adire bellum, aut opponere se hostem regi Latino? Adiiit Italiam fatis audientibus, incitatus vaticiniis Cassandræ; sit ita sane. An suavis ei ut decerneret castra sua, aut crederet vitam suam centis? an suavis, ut traderet puero administrationem belli et urbem suam; aut ut sollicitaret fidem Etruscæ et populos tranquillos? quis Deus, quæ infesta vis nostra impulit eum in hoc damnum?*

\*\*\*\*\*

quod T. Zulich. et Oudart. a m. pr. quæ Ven. et Leid. Corruptelas nominum fluviorum v. ap. Burm.—61. *evolvere* pr. Hamb. *resolvere* Erf.—63. *Acta* f. tert. Moret. v. Heins. sup. ad 1, 517. f. *gravi est* Goth. sec. me abest Menag. pr. *coges* duo Burm.—64. *obtectum* sec. Moret. Sed vulgata apud Lutatium et Nonium. Burm.—65. *Divumque* tert. Goth.—67. *fatis petiit*: e Pierianis ordinem bene adoptavit Heinsius. Vulg. omnes: *petiit fatis*. Rom. *petit fatis*. Venag. sec. *petiit fatisque*.—68. *Non l c.* sec. Hamb. et Ven.—70. *Non puero* Gud. *flammam belli* Montalb. *non credere* Ven. et Montalb. Versus abest Goth. tert.—71. *Tyrrhenamque* Medic. Gud. et alii Heins. cum Donato. et g. Rom. g. *equitare q.* Franc.—72. *dura* sec. Moret., male; *dura* est, quæ cogit. vide v. 45. *nostra* aute Heinsium, qui ex Medic. Menag. et Bigot. emendavit. Corruptela tamen etiam Romanum invasit et ceteros omnes, etiam Rufinian. de Schem. Dian.

#### NOTE

Æn. vii. 322. *Xanthus*, et *Simois*, Troadis fluvii, Æn. i. 104. 477.

68 *Cassandræ* ..... *furiis*] Amarum Junonis dictum: quo significat Æneam furiosa quædam Cassandræ vaticinia pro Deorum et fati monitis accepisse. *Cassandra*, Priami filia fuit et vates, Æn. ii. 246. Prædixerat Anchisæ Trojanos venturos in Italiam, Æn. iii. 183.

70 *Puero*] Ascanio, cui curam novæ Trojæ crediderat, sub tutela tamen Mnesthei et Seresti, Æn. ix. 171.

71 *Tyrrhenamve fidem, &c.*] *Æneas*, Evandri consilio, Tarchontem et Tyrrhenos, a Mezentio rege dissidentes, adierat, opem ab iis petiturus: Æn. viii. 597. De *Tyrrhena gente*, ibid. 479.

Egit? Ubi hic Juno, demissave nubibus Iris?  
 Indignum est, Italos Trojam circumdare flammis  
 Nascentem, et patria Turnum consistere terra, 75  
 Cui Pilumnus avus, cui Diva Venilia mater:  
 Quid, face Trojanos atra vim ferre Latinis?  
 Arva aliena jugo premere, atque avertere prædas?  
 Quid, soceros legere, et gremiis abducere pactas?  
 Pacem orare manu, præfigere puppibus arma? 80  
 Tu potes Æneam manibus subducere Graium,

*ubi est in ea re Juno, et Iris missa ex aëre? Injustum est nempe, quod Itali cingant ignibus Trojam novam; et quod Turnus maneat in patria tellure; Turnus, inquam, cui Pilumnus est avus, cui Dea Venilia est mater. Quid ergo illud est, quod Trojani nigris tædis inferunt vim Latinis? opprimunt imperio regiones non suas, et abducunt prædas? quid est, quod decipiunt soceros, et eripiunt sponsas e suis sponsorum? quod manu præcantur pacem, et prætendunt arma navibus? Tu potes suffurari Æneam e manibus Græcorum, et opponere pro tiro illo nubem*

§. 7.—73. *Ubi hinc Medic. hæc Parrhas. dimissaque multi et hic ap. Burm.—74. Rutulos T. Goth. sec. succendere flammis ap. Rufinian. de Schem. Dian. §. 5.—76. Venilia Gud. a m. pr.—77. inferre duo Rottend. et Dorvill.—78. Huic in nonnullis v. 79 præponi notat Burm. advertere alter Hamb. et Zulich. cum Goth. pr. avertere prædam, abigere, solemne est. cf. ad 1, 476. evertere Oudart.—79. lege et Parrhas. cum Goth. sec. adducere Leid.—80. et pr.*

## NOTÆ

76 *Pilumnus avus, &c.*] *Pilumnus* et *Picumnus* fratres, antiqui Rutulorum reges, Jovem, juxta aliquos, patrem habuerunt. *Pilumnus*, ob inventum *pili* usum in comminuendo frumento, totamque pinsendi artem, inde nomen habuit. *Picumnus*, ob inductum morem stercorandæ terræ, *Stercutius* etiam est appellatus. Iidem dicti sunt Dii conjugales: iisdemque, statim ut natus erat infans, lectus in atrio domus honoris causa sternebatur, teste Varrone apud Nonium: quare ipsos etiam necesse est aliquid eorum reperisse, quæ ad conjugia puerorumque institutionem pertinent. Ab hoc primo *Pilumno*, aut multi, aut omnes deinde Rutulorum reges, *Pilumni* dicti sunt: siquidem *Pilumnus* dicitur Turni pater, Æn. ix. 4. Turni avus, hic; Turni quartus pater, id est, abavus, infra 619. De *Venilia*

genere nihil reperitur, nisi quod erat soror Amatæ, Latini uxoris: de ejusdem divinitate nihil, nisi quod a Servio Nympha dicitur.

77 *Face, &c.*] Significat primos belli motus ob occisum a Trojanis Sylviam cervum excitatos: ubi rusticis armis, fustibus obustis, et stipitibus primo res acta est, Æn. vii. 506.

79 *Soceros legere, &c.*] *Decipere, furtim accipere*, et quasi *suffurari*: unde dicitur *sacrilegus*, qui sacra furatur: quo sensu compositum verbum magis est in usu *sublegere*: unde Ecl. ix. 21. 'sublegi tacitus tibi carmina nuper.'

80 *Pacem orare manu, &c.*] Id est: aliud verbis præ se ferre, aliud re præstare. 'Pacem orare manu,' est supplicum ritu ramos olivæ, tæniis laneis implicatos, manu prætere, Æn. vii. 237.

81 *Tu potes Æneam, &c.*] *Æneam*

Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes ;  
Et potes in totidem classem convertere Nymphas :  
Nos aliquid Rutulos contra juvisse, nefandum est ?

*Æneas ignarus abest : ignarus et absit.*

85

Est Paphus, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.

Quid gravidam bellis urbem et corda aspera tentas ?

Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo

Conamur ? nos ? an miseros qui Troas Achivis

Objecit ? quæ causa fuit, consurgere in arma

90

*et vanas auras ; et potes transformare naves in totidem Nymphas : crimen est, nos adjuvisse aliquantulum Rutulos adversus eum. Æneas abest inaciis periculi urbis, et vero absit inaciis. Est tibi Paphus et Idalium, sunt Cythera sublimia : cur ergo sollicitas urbem potentem bello et animas bellicosos ? an nos subruere tibi a fundamentis fragile regnum Troadis contendimus ? an, inquam, nos ? an potius ille, qui commisit Trojanos cum Græcis ?*

~~~~~

Rom. et aliquot Pier.—82. *ostitos o. manes Ven. ostendere Parrhas. protendere* Zulich. Bigot. et Oudart. pro var. lect. *protendere* Goth. sec. Dictum autem pro viro obtendere, non pro vulgari viro casu tertio, sed subint. alteri, Achilli, pro viro, Ænea, ad hunc tuendum.—83. *potis* Cuningham. intulit e Regio et Medic. Tu potes in t. iterum volebat Markland., sed recte momet Burm., etsi in se ipsum ius statuat, non ubique ejusmodi elegantias et adversus libros esse sequendas. *classes* Medic. Ven. Bigot. cum binis Goth., perperam.—84. *contra Turrum* Menag. pr. *est* abest tribus Burm.—86. *Paphus* et hic ab Heinio profectum e Medic. et al. pro *Paphos. sint* alta Menag. pr.—87. *belli* Dorvill. a m. sec.—88. *Trojæ res* sec. Moret. *mittere f.* Bigot. *fundere vento* Leid.—89. *quis* T. Dorvill. et pr. Hamab. a m. sec.—90. *concurrere* Oudart. et Leid. conf. ad Ge. 1, 318.—92. *Spartem* sec.

NOTÆ

Venus e Diomedis manibus eripuit, peplo, vel nebula pepliinstar obducta, supra 29.

83 *Nymphas*] Id a Cybele factum Æn. ix. 117. sed quasi in gratiam Veneris factum esset, Veneri exprobrat Juno.

85 *Ignarus et absit*] Rationem petitam ex Æneæ absentia, cum refutare non possit, ironica concessione eludit. De *Papho, Idalio*, &c. 51.

87 *Urbem*, &c.] *Laurentum*, cujus imperium affectare Æneas videbatur, per Lavinia conjugium.

89 *Nosne tibi fluxas*, &c.] Dixerat Venus: *Xanthum et Simoënta Redde*

oro miseris: permittit ut in ipsis Trojæ reliquiis maneamus. Reponit Juno, *An ego id impedio, an Trojæ reliquias tibi invidio?* Vel præsens ponit pro præterito: *An ego everti olim res Trojæ per se labentes et fluxas?*

89 *Qui Troas Achivis Objecit*] *Paris* significat; qui societatem et jura hospitiorum violavit: Helenam Menelai regis Spartani conjugem, apud quem hospitio exceptus erat, rapuit, marito absente: imo, si fides hic est Junoni et Virgilio, per vim expugnata Sparta id commisit. Æn. i. 31. De Achivis, Æn. i. 492.

Europamque Asiamque, et foedera solvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter? .

Aut ego tela dedi, foveve Cupidine bella?
Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis

Haud justis assurgis, et irrita jurgia jactas. 95

Talibus orabat Juno: cunctique fremebant
Coelicolæ assensu vario. Ceu flamina prima,
Cum deprensa fremunt sylvis, et cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Tum Pater omnipotens, rerum cui summa potestas, 100
Infat. Eo dicente Deum domus alta silescit;
Et tremefacta solo tellus; silet arduus æther;

quæ fuit causa cur Europa et Asia surgeret in bella, et societas dirimeretur clandestino amore? an adulter Trojanus cepit Spartam me duce? an ego subministravi arma, et alui bellum amoribus? Tunc decebat te timere tuis: jam tardior insolescis querimoniis non legitimis, et moves rixas inanes. Juno loquebatur talibus verbis: et omnes incolæ cæli mussitabant diversis sententiis: veluti quando primi status fremunt inclusi sylvis, et volunt obscuros sonitus, significantes nautis imminentem ventum. Tunc genitor omnipotens, cui est suprema potentia rerum, incipit loqui: illo loquente, alta aula Deorum cunctescit, et tellus territa a fun-

Hamb.—93. *foveve* al. *fovine* pr. Menag., sed *foveve* meliores Pier. et Heins.
—94. Tum scripti potiores cum Goth. binis; et sic iv, 597 Tum decuit. Cledonius quoque agnoscit. Casu igitur factum, quod in Heinsianam recensionem illud non transiit, sed remanserat Tunc.—96. T. o. dictis Gud.—98. *depressa* premunt Parrhas., et *depressa* etiam emendabat Markland. ad Statii Sylv. p. 20, ut *depressa* fremere sit, humili et depresso sono murmurare, ut apud Lucret. Cum tuba depresso graviter sub murmure mugit. Nec spernenda hæc erat emendatio. Idem, ne bis fremebant et fremunt esset, gemunt malebat: et gemere utique dicuntur et sylva ventis et ipsi venti: sed potest alterum defendi non modo simili loco inf. xi, 296, ubi Heins. ad h. l. provocavit, verum ipsa ratione: etsi enim ter redire videtur vox fremere: fremebant, ceu fremunt, cum fremunt: altero tamen loco nemo de eo cogitat, nisi subtilitate grammatica illata.—99. portantia nonnulli apud Ge. Fabric. ventis Medic. a m. pr.—100. cui prima p. Rom. a m. pr. Medic. Gud. pro var. lect. (adde Goth. sec.) et Donat., itaque receperat Heinsius; sed iterum summa revocavit Burmann., quod prima modo præcesserat; et probe factum arbitrator; parum enim placet τὸ prima h. l.—101. Infat, quo dicente ed. Ven., nec male. domus alta quiescit Jul. Sabinus legisse videtur; et quiescit pr. Hamb. a m. sec., scilicet ne silescit et silet continuo se excipiant: quod per se non male fieret, modo non sententia interjiciatur: et tellus tremefacta est solo; forte ergo repetendum etiam in illis: Et tremefacta solo tellus silescit.—102. solo Goth. tert. sono Passerat. apud Burm. suspicatur; et sic pr.

NOTE

91 *Europam, &c.*] Ubi Græcla. Asia, ubi Troas. Spartam, urbem Peloponnesi, Æn. ii. 577. Dardanius, Paris, e regia Dardani familia, Æn. i. 31. 239.

93 *Cupidine*] Amore mutuo Helenæ et Paridis: Cupido, Veneris filius, Æn. i. 662.

102 *Solo tellus*] Solo, profunditate, qua solida terra est, Ecl. vi. 35. De

Tum Zephyri posuere; premit placida æquora pontus.

Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta.

Quandoquidem Ausonios conjungi foedere Teucris 105

Haud licitum; nec vestra capit discordia finem;

Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo:

dumentis, et sublimis æther tacet: tum Zephyri quieverunt, mare æternis tranquillam planitiem. Ergo excipite hæc mea verba, et imprimate ea mentibus. Siquidem non permittitur Latinis sociari Trojanis per fœdus, et contra dissensus non habet finem: ab hoc die, quæcumque sit unicuique sors, quamlibet spem sibi assumat unusquisque, sive Trojanus, sive Rutulus fuerit, hos tractabo sine ullo discrimine:

Hamb. a m. sec., ut sit sono vocis. Perperam. Est enim poëticus ornatus; ut *solum terre, solum telluris*, jungi solet; quoniam *solum*, obdus, per se notionem habet fundamenti, quod subjectum est: sic quoque *tellus* contremiscere dici potuit *solo*, simpliciter, nulla alia notione adjuncta. Sic fere mox, cum *æquora ponti* junctim efferantur, poëta dixit: *pontus premit æquora*, h. pontus premit, comprimit se, quiescit. *Solum* pro usque ad *solidum* accipere, sermonis rationi repugnat.—103. *Jam Z. malit Burm. Et Z. aliquot Pier.* Sed variat poëta copulam. *Tum venti* Macrob. vi, 2, sed sup. ex lib. vii, 27. *posuere minas, premit æquora pontus Ven.* Sed jam vidimus lib. vii, 27. *Cum venti posuere omnisque repente resedit Flatus.*—104. *f. verba pr. Hamb. vid. iii, 260. conf. Iliad. Ø. 5, 6.*—105. *Quando equidem Hugen. Dorvill. cum Goth. tert. Ausoniis c. f. Teucros Gud. a m. pr., quo alludit pr. Voss. Ausonios... Teucros.*—106. *licitum est ante Heins., qui recte hoc ejecit auctoribus libris.*—107. *Quæcumque aliquot Pier. tenet spem Dorvill.* Hic velim ab Heinsio et Burmanno appositum esse, quo sensu illa: *quam quisque secat spem*, acceperint. Servius exponit: “sequitur, tenet, habet: ut vi, 900 *Ille viam secat ad naves.*” Sed *viam secare* longe aliud est. Si poëta archaismum sectatus secit scripisset, posset esse antiqua vox *seco, secere*, pro *sequo, ere*, unde *sequor* mansit. Turnebus exposuerat *sumit*: nam, qui aliquid secat, sibi partem sumit. Scaliger et Cerda, *aperit sibi spem factis*, nt, qui viam secat, aperit. Sed hæc dura et longe petita sunt. *Spem incidere* et ex Horatio *spem longam rescare* rationem certam loquendi satis produnt, quæ quidem ita fert: ut, *spem secare*, sit: incidere, intercipere, *spem*.—108. *Rutulusve* aliquot Pier. cum Rom.; tum Medic. et a m. sec. tert. Rottend. *luat Mentel. pr. et Parrhas. ruat Montalb. cum Goth. tert. fiat Medic. et Zulich. a m. pr.* Sed satis constat *fuat* esse verum, ex antiquo *fuo, fuerre*, unde mansit *fui. habeto* Voss. sec. et sec. Hamb., unde Heins. conj. *habetor*. Cf.

NOTE

Zephyris, Ecl. v. 5. De *Ausoniis*, Æn. vii. 54. De *Teucris*, Æn. i. 239.

107 *Secat spem*] Servius, Erythræus, et alii explicant, *sequitur spem*: sic enim *secundus* et *secta* derivantur a *sequendo*. Turnebus interpretatur *dissecat*, et sibi quasi *separat* et *sumit*.

Idem innuit adhuc tertiam interpretationem, *transigit, absolvit, exequitur*, ex illo Horatii Sat. l. i. 10. 15. ‘*ridiculum acri Fortius et melius magnas plerumque secat res.*’

108 *Rutulusve fuat*] *Fuerit*: defectivum futuri temporis. De *Rutulis*, Æn. vii. 795.

Seu fatis Italum castra obsidione tenentur,
 Sive errore malo Trojæ monitisque sinistris. 110
 Nec Rutulos solvo. Sua cuique exorsa laborem
 Fortunamque ferent. Rex Jupiter omnibus idem.
 Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris,
 Per pice torrentes atraque voragine ripas
 Anquit, et totum nutu tremefecit Olympum. 115
 Hic finis fandi. Solio tum Jupiter aureo
 Surgit, coelicolæ medium quem ad limina ducunt.
 Interea Rutuli portis circum omnibus instant
 Sternere cæde viros, et moenia cingere flammis.
 At legio Æneadum vallis obsessa tenetur; 120
 Nec spes ulla fugæ. Miseri stant turribus altis
 Nequicquam, et rara muros cinxere corona:
 Asius Imbrasides, Hicetaoniusque Thymœtes,

sive urbs cingitur obsidione in damnum Italorum; sive pernicioso errore Trojanorum et omnibus infaustis. Nec libero Rutulos fatis. Unicuique sua incepta præstabunt damnum aut felicitatem. Rex Jupiter æquus erit omnibus. Fata facient sibi viam. Firmavit hoc per fluvium fratris Stygii, per ripas fluentes pice et nigris corticibus, et motu capitis commovit universum cælum. Hic fuit finis sermonum: tunc Jupiter surgit e solio aureo: quem Superi deducunt domum cingentes eum medium. Interim Rutuli ad omnes portas pergunt circum delere viros internecone, et circumdare muros incendiis. Exercitus autem Trojanorum clauditur obsessus intra aggeres: nec est ulla spes fugiendi. Infelices illi excubant frustra in altis turribus, et cingunt muros exiguo numero. Asius filius Imbrasi, et Thymætes

Iliad. Θ. 419. 430.—110. Troës Hugon. a m. sec. monitiæ Bigot. cum Goth. tert.—111. salco Zulich. pro var. lect., sicque Goth. tert. quique Medic. a m. pr. Interpunctio etiam sic institui potest: habeo. Seu...sinistris: Nec R. solvo. Vel: Seu...sinistris (Nec Rutulos solvo): sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent. Neutra ratio præstat vulgari.—112. ferant Bigot.—113. ineniant Gud. a m. pr. cum aliis Heins. et Medic. Pier.—116. Hæc finis Schol. Cruqu. Horat. ap. Heins., ut sup. iii, 145. cum J. Lubec.—120. At Heins. e codd. pro vulg. Ast. Zulich. Ac. flammis obs. pr. Hamb. pro var. lect.—121. Nec s. u. fugæ miseris Sprot. duo Rottend. et Dorvill.—123. Iasius perperam editum passim ante Heins. Asius jam Pierius emendaverat ex Rom. Reliquas corruptelas nominum in h. v. videat qui volet apud Burm., in cujus edit. vitiose exaratum Thymœtes. Est enim Θυμῶτης

NOTE

110 *Errore malo.....monitis sinistris]*
 Quibus impulsæ sunt, ut urbe se clauderent.

113 *Stygii per flumina fratris, &c.]*
 Per Styga, Plutonis Inferorumque flumen: per quod Dii jurabant, Ge.

iii. 551. Æn. vi. 323. De Olympo, Ecl. v. 56.

117 *Ad limina]* Ex patenti ania, ubi habitum concilium fuerat, ad ipsius interioris domus januam.

Assaracique duo, et senior cum Castore Thymbris,
 Prima acies. Hos germani Sarpedonis ambo,
 Et Clarus et Themon, Lycia comitantur ab alta.
 Fert ingens toto counixus corpore saxum,
 Haud partem exigua montis, Lyrnessius Acmon,

125

filius Hicetaonis, et duo Assaraci, et senex Tybris cum Castore, sunt præcipui in turba propugnantium: duo fratres Sarpedonis, et Clarus et Hamon e nobili Lycia, comitantur illos. Acmon ex urbe Lyrnesso, non inferior patre Clytis aut

~~~~~

ap. Quintum II, 9.—124. *A. domus duo* et ed. pr. ap. Burm. ex lib. I, 288. *Thybris*, et ante Heins. *Tybris*, corruptum arbitror: quomodo enim Trojanus vir poëta a Tybri denominari commodè potuit? Legendum *Thymbria*, quod et Rom. habet: eoque alludunt alii ap. Burm., in quibus *Thimbris*, *Tanbris*, *Thinbris* legitur. Fuit autem Thymbra urbs et fluvius, hic etiam Thymbris, Troadis, vid. Iliad. K. 430, ibique Eustath., unde Thymbræus Apollo. cf. Ge. IV, 323 et Not. Transtulere Græci scripturam sibi notiore ad Tybrim, quem et ipsum *Θυβρις* appellant. cf. Salmas. ad Inscript. Herod. p. 87.—125. *Prima acie* malit Trappius, vulgare amplexus pro exquisitiore. Tum ap. Serv. interpungitur ab aliis, quod Ge. Fabric. malebat: *hos germani, Sarpedonis ambo* (sc. filii), *Et Clarus*.—126. *Et Clarus et Hamon*. Locus manifeste inquinatus et in leges metricas peccans, ait Heinsius. Sic tamen Rom. cum aliis Pier. et Medicus cum aliis Heins., ut vetus adeo corruptela hic insideat: scripturus enim fuisset poëta: *atque Hamon*. Heinsius tentat varie *et Cnemon* et *Mæon* et *Mæmon*; sed talia infinita possit aliquis comminisci. *Et Clarus et Hemus* Ge. Fabric. probat, ut sit *Clarus*, ut Panthus; sed *Epos* vix occurrit. *Et Darus* vitiose nonnulli: multæ etiam edd. *Et Clarus Ethemon*, vel *Æthemon*. Parrhas. *clarus Thimon*. Duo Rottend. et a m. sec. Moret. tert. et *Themon*: *Θῆμω*; quod eadem, si quid mutandum, cum Heins. edit. amplector: inprimis cum corruptelæ causa in promptu sit. *liacu* in Gud. ex vitio scribentis pro *Licia*, *Lycia*, et erasa vox antecedens, unde Heins. putabat fuisse et *Hæmo Iliaca* c. ab *Ida*. Pierius nonnullos habere testatur *Ida* c. ab *alta*, pessime. Sarpedonis fratres e Lycia oriundi esse debuerunt. *Lycia alta*, nobili, clara, ut alias quoque poëtæ hoc epitheton frequentatur. *comitantur* edd. Ald. Junt. ab *acta* Goth. tert.—127. c. *pectore* pr. Hamb.—128. Modestius hoc visum Mæcenati, tumidum quod Homerus dixit Odys. I. 481 Polyphemum in naves *κορυφῇν ὄρεος περὶ δόλοιο* jaculatum esse: Senec. Suas. I. p. 9. Locum jam Burm. post alios laudavit. Sed Mæcenas non cogitasse videtur, de Polyphemo agere Homerum, de homine Trojano Maronem. *Lyrnessius*, *Lirnessius*, *Lyrneius*, *Hernessius*, est in codd., sed *Λύρνησσος*, Troadis, patriam

## NOTE

125 *Germani Sarpedonis ambo, &c.*] Fratres Sarpedonis, qui Lyciæ rex, Jovis ex Laodamia filius, occisus est a Patroclo in obsidione Trojæ, Æn. I. 104. *Germani* autem dicuntur a Varrone, qui ex eadem genitrice manant: ant melius a Festo, qui ex eodem *germine*, et stirpe, sive paterna sive materna, sunt.

128 *Lyrnessius*] Ex urbe Phrygiæ *Lyrnesso*, non longe a Thebe, circa sinum Adramyttenum; ubi suos Cilices ponit Homerus: qui ab Achille pulsi, et in meridiionalem Asiæ Minoris partem profugii, ad orientem Pamphyliæ conseruerunt; ibique condiderunt urbes cognomines *Lyrnessum* et *Theben*, et Ciliciæ novæ nomen

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.  
 Hi jaculis, illi certant defendere saxis, 130  
 Molirique ignem, nervoque aptare sagittas.  
 Ipse inter medios, Veneris justissima cura,  
 Dardanius caput, ecce, puer detectus honestum,  
 Qualis gemma, micat, fulvum quæ dividit aurum,  
 Aut collo decus, aut capiti; vel quale per artem 135  
 Inclusum buxo, aut Oricia terebintho,  
 Lucet ebur; fusos cervix cui lactea crines  
 Accipit et molli subnectens circulus auro.  
 Te quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes.

*fratre Mnestheo, contendens toto corpore jactat vastum saxum, quod erat non parvum fragmentum montis. Alii conantur propugnare urbem jaculis, alii lapidibus: et immittere tadas, et imponere sagittas nervo arcus. Ecce ipse puer Dardanius, dignissimus amor Veneris, in mediis nudatus secundum pulchrum caput, fulget quasi gemma, quæ distinguit aurum rutilum, et ornamentum est colli vel capitis: aut quemadmodum splendet ebur infixum ex arte, vel buxo, vel terebintho Oriciæ urbis. Huic cervix candida sustinet capillos promissos, et circulus auri flexilis subligat eos. O Ismare, bellicosi populi viderunt etiam te intentare vul-*

\*\*\*\*\*

Briseldis, ab Achille direptam (Iliad. B. 690. T. 291 sq.) quis nescit? *Acmo, Agmon, Æmon* alii.—129. *Liceo, Litio, Lycio* libb., et Gothani *dicio, clicio, clitro*; tm *Mnestheo* codd. pars, quod et Macrob. v, 17. Sed est Homericum *Μεγεσθεός*.—130. *tendant* Oudart. *certant* illi alter Hamb. *saxis d. certant* Goth. tert.—132. *inter primos* Gud. pro var. lect.—133. *ipse puer* alter Hamb.—134. *quam d. qu.* Moret.—136. *Orithia, Coricia*, al. ap. Pier., et sic fere Gothani; plures corruptelas vid. ap. Burm. cf. ad Lucan. III, 187 Intpp. Est *Ὀρυκός*.—137. *fuscus* videtur Serv. legisse. *cervix fusos* tres Burm. cum Goth. tert.—138. *Excipit* quod vulgare ac solenne esset, Schol. Horat. Crnqu. IV Od. 10. Sed *accipit* omnes scripti et Priscian. Similem varietatem vidimus I, 438, et viciis *accipit* Virgilio frequentatur pro pedestri *excipit*. Mox *subnectens* ab Heins. restitutum ex codd., etiam Pierianis; sec. Rottend. *submittent*. Bigot. *subnexus*. Vulgo *subnectit*.—139. *Frigent magnanimæ gentes*. Id quoque senserat, suspicor, Heins., qui *magne animæ v. Ismare*

#### NOTÆ

dederunt. Ita Strabo l. xiv, ex Callisthene. Quare cum diximus Æn. II, 456. Andromachen filiam fuisse Eetionis, Thebani regis in Cilicia; Ciliciam veterem et Homericam, non novam accepimus.

133 *Dardanius puer*] Non tantum Trojanna, sed ex regia *Dardani* familia etiam oriundus, Æn. I, 239. 288.

136 *Oricia terebintho*] *Terebinthus*, arbor est resinæ speciem fundens, ligno ebeni instar eximii ac nigri splendoris: magna nascitur in Syria, brevis ac fruticosa in Macedonia. Plin. I, XIII, 6. *Oricum*, oppidum est Macedoniae Plinio, in Epiri confinio, ad Mare Ionium, nunc *Oreo*: ab aliis Chaoniae regioni Epiri annumeratur.



Vulnera dirigere, et calamos armare veneno, 140  
 Mæonia generose domo : ubi pingua culta  
 Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro.  
 Adfuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni  
 Aggere mœrorum sublimem gloria tollit ;  
 Et Capys : hinc nomen Campanæ ducitur urbi. 145  
 Illi inter sese duri certamina belli  
 Contulerant : media Æneas freta nocte secabat.  
 Namque, ut ab Evandro castris ingressus Etruscis,  
 Regem adit, et regi memorat nomenque genusque ;  
 Quidve petat, quidve ipse ferat ; Mezentius arma 150

*nera, et ungere sagittas veneno: te, inquam, generose juvenis e patria Lydia, ubi homines colunt opimos agros, et Pactolus spargit eos auro. Aderat quoque Mnestheus, quem honor pristinus ejecti e murorum propugnaculis Turni evehit in altum: et Capys, a quo nomen inditum est urbi Campanæ. Illi commiserunt inter se prælium asperi belli: Æneas autem media nocte scindebat mare. Scilicet postquam ab Evandro venit ad regem Tarchontem, ingressus in castra Tyrrhena; et aperuit regi nomen et genus; et exposuit quid poscat, aut quid ipse offerat,*

olim conjecerat. Brunckius edidit magnanime cum Medic. a pr. m. et cum Guellio. Scribam saltem *Te quoque magnæ animæ*, h. virum magnanimum: mox generosus idem. Quo vero jure Ismarum Lydium veneno inongentem tela inducere poëta potuerit, non assequor. Mæones illo tempore non adeo barbari erant. Et jam Amycum simili modo notaverat ix, 773.—140. *dirigere* Gud. *Spicula dirigere* propius ad vulgarem rationem dixit inf. xi, 654.—141. *M. g. modo* Medic. cui p. c. Lnbec.—142. *Pactolos i. sine que Rom. Pactolos et irr.* alii Pier.—143. *Adfuit* Bigot., quod ornat Burm. *pulsi quem* Parrhas. et Goth. tert., idque recepit Cuningham. e cod. Markiano.—144. *mœrorum* etiam hic Rom. Medic. cum aliis Heins., ut sup. 24.—145. *Campania* Ald. pr. *dicitur* aliquot ap. Burm.—146. *Divi* Hugen. pro *diri*, ut Burm. conjicit. *dura* Exc. Burm. *bellum durum*, h. ærumnosum, novum nunc esse non debebat.—147. *Contulerunt* Exc. Burm.—148. *Namque* pr. Voss. Ceterum junctura eorum, quæ sequuntur, duplex fieri potest; aut, ut prior propositionis pars sit: *ut ab Evandro castris ingressus Etruscis* est: aut, ut continuetur prodosis usque ad: *immiscetque preces*; alterum hoc oratorium, prius, etsi durius, poetico sermoni magis consentaneum.—149. *nomenque decusque* apud Diomedem ex lib. ii, 89. 90. *nomen memoratque genusque* Goth. tert.—150. *Quidve ferat quidve ipse petat* Carisius; quidque...

## NOTÆ

141 *Mæonia, &c.*] Quæ deinde *Lydia* dicta est, Asiæ Minoris mediterranea regio. De ea, ejusque fluvio Pactolo, aureis arenis nobili, Æn. iv. 216.

145 *Campanæ urbi, &c.*] *Capua*, quæ Campaniæ caput fuit: nunc quæ

extat hujus nominis, ab antiqua fere leucæ spatio diversa est.

148 *Ut ab Evandro*] Quomodo Æneas ab Evandro ad Tarchontem, Etruscorum ducem, Evandri suasu abierit, vidimus Æn. viii. 478. 597.

Quæ sibi conciliet, violentaque pectora Turni,  
 Edocet; humanis quæ sit fiducia rebus  
 Admonet, immiscetque preces. Haud fit mora; Tarcho  
 Jungit opes, foedusque ferit; tum libera fati  
 Classem conscendit jussis gens Lydia Divum, 155  
 Externo commissa duci. Æneia puppis  
 Prima tenet, rostro Phrygios subjuncta leones:  
 Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.  
 Hic magnus sedet Æneas, secumque volutat  
 Eventus belli varios; Pallasque sinistro 160

*quas vires Mezentius associet sibi, et quam sit violentus animus Turni; monuit, quæ sit habenda fides rebus hominum, et adjecit preces: mora nulla adhibetur, Tarchon sociat vires suas, et init foedus. Tunc populus Etruscus, non impeditus fati, conscendit naves, creditus duci extero ex imperio Deorum. Navis Æneæ habet primum locum, ornata circa rostrum leonibus Phrygiis. Ida assurgit supra, mons gratissimus Trojanis exulibus. Ingens Æneas hic sedet, et meditatür secum varios casus belli: et Pallas admotus ad lævum latus ejus, modo inquit de astris,*

*quidque melius scripsisset; idque multos maluisse Servius auctor est. auf quidve ferat Gud. et Leid.—151. pectora vel præmia vel prælia Zulich.—152. quæ si Dorvill. quid sit Menag. alter.—153. admiscetque Carisius. Tarcho: v. sup. ad VIII, 506.—154. libera fati e Rom. Medic., aliisque præclare recepit et illustravit Heinsius. Vulgg., etiam Serv., fati. Nec vero ex Eurip. Phœniss. 1006 ἄλλοτεροι θεοφάται huc advocari possunt: ibi enim sunt, ad quos oraculi sententia non spectat.—155. Dico Rom. ex Divom.—157. subrecta passim in scriptis et excusis. Sed post Pierium Heinsius tuetur subjuncta secundum meliores. Est autem poetica ratio pro, habens leones rostro subjunctos. Porro alii ap. Pier. cum Goth. tert. subjecta; pr. Moret. subiecta, sec. submissa.—158. Si Tucca et Varius hunc versum delevisent, Maroniani carminis sententiæ non male consuluissent, ut equidem arbitror.—159. secum-*

## NOTÆ

154 *Libera fati*] Quia fati prohibebatur, ne, post expulsum Mezentium, alium sibi regem, nisi externæ stirpis, assumeret, Æn. VIII. 498.

155 *Gens Lydia*] Etrusci sive *Tyrheni*, e *Lydia* oriundi. Æn. VIII. 479. Æn. II. 781.

156 *Æneia puppis*] Probabile est Etruscos tum classem paratam habuisse, cui sola Æneæ insignia ad ornatum imponenda fuerint. Neque enim tantulo tempore potuit ædificari, quantulo Æneas apud eos moram fecit.

157 *Rostro Phrygios, &c.*] *Idem* habuit in insignibus, quia in illo Phrygiæ monte classem olim ad fugam ædificaverat, Æn. III. 6. auspiciis *Cybeles*, quæ pinus, in eo monte sibi sacras, Æneæ in id opus concesserat, Æn. IX. 88. Ideo *leones* appositi, quia sacri sunt *Cybele*. *Phrygii* dicti, quia *Cybeles* cultus in Phrygia præcipue vigeat, Æn. III. 111. De *rostro navium*, Æn. V. 143. De *Teucris*, Æn. I. 139.

160 *Pallas*] Evandri filius, Æn. VIII. passim.

Affixus lateri jam quærit sidera, opacæ  
Noctis iter, jam quæ passus terraque marique.

Pandite nunc Heliconæ, Deæ, cantusque movete ;  
Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris  
Ænean, armetque rates, pelagoque vehatur.

163

Massicus ærata princeps secatur æquora Tigri :  
Sub quo mille manus juvenum, qui moenia Clusi,

quæ sunt itinera noctis ; modo de iis, quæ Æneas sustinuit terra et mari. O Musa, aperite nunc Heliconæ, et suggerite mihi hos cantus : quæ multitudo sequatur interim Æneam e regione Etruscæ, et impleat naves, et feratur mari. Primo Massicus findit mare Tigri ærata : sub quo sunt mille manus juvenum ; qui venerunt e

~~~~~

que voluptas Goth. tert.—161. sidus Zulich.—162. noctis idem Medic. a m. pr. noctis iter rationem nocturnæ navigationis, vel noctis lunæ, exponit Bern.; at vid. Notas. modo quæ Goth. tert.—163. castus Rom. monete Gud. a m. pr. vide ad eund. vers. sup. vii, 641.—164. Etruscis Leid. comitatur Hugen. comitentur pr. Hamb.—165. pelagore Oudart. trahatur ed. pr. Burmanni.—167. Clusi Leid. Clausi Bigot. et Leid. a m. pr.—169. Gerythi, Geridi,

NOTÆ

163 *Pandite nunc, &c.*] Eundem hunc versum adhibuit in enumeratione auxiliorum Turni, Æn. vii. 641. *Deæ*, Musæ, Ecl. iii. 60. *Heliconæ*, mons Bæotiz, Parnasso vicinus, Musis sacer.

164 *Tuscis*] De iis jam sæpe diximus, Æn. viii. 479. &c. Pro variis temporibus et colonis variamutarunt nomina : modo *Etrusci*, modo *Tyrrhæni*, modo *Tusci*. Primo Apenninis montibus a septentrione et occidente, mari infero a meridie, Tybri ab oriente, terminati sunt, Ligurum etiam partem aliquam complexi : tumque duodecim in populos urbesque distincti : quibus totidem præerant principes, *Lucumones* patrio nomine communiter dicti ; quorum unus aliis per vices præerat. Talis fuit *Mezentius*, rex sive *Lucumo* Cæretis urbis : talis *Porcena* rex Clusii, &c. Postea, ut testatur Livius l. v. transgressi Apenninum, circa Padum ad usque Alpes tenere : ibique totidem statuere colonias, quot erant gentis capita, mirum duodecim : hinc a Gallis deinde pulsati sunt, et intra fines

antiquos repressi. Atque hujus Etruriæ Circumpadanæ caput fuisse Mantuam ait Virgilius infra 201. Ubi eandem ipsi divisionem populorum tribuit : ut primo totum *gens* tres in tribus sive *gentes* ; mox singulæ tribus in quatuor *populos*, sive urbes, aut curias, distinguerentur.

166 *Massicus*] Rex, sive *Lucumo* Clusii urbis et *Cosæ*. Tamen infra 685. Clusii rex vocatur *Osinus*. Igitur vel idem duplici nomine dictus est *Osinus* et *Massicus* : vel *Massicus* rex fuit *Cosæ*, *Osinus* Clusii ; ita tamen ut *Osinus* subesset *Massico*, unde urbs utraque *Massicum* duem sequi dicitur. Et vero reges illos inter se non fuisse æqualis dignitatis, ex eo patet ; quod primo tres, deinde duodecim in partes populi illi dividerentur, ut modo diximus. *Tigri*. Nomina navium, petita e figuris in puppi vel prora pictis aut sculptis.

167 *Clusi, &c.*] *Clusium*, urbs Etruriæ mediterranea, hodie *Chiusi* : ad paludem longissimam, quam *Clusii* fluvius trajicit, hodie *la Chiana*.

Quique urbem liquere Cosas: quis tela, sagittæ
 Corytique leves humeris et letifer arcus.
 Una torvus Abas: huic totum insignibus armis 170
 Agmen, et aurato fulgebat Apolline puppis.
 Sexcentos illi dederat Populonia mater
 Expertos belli juvenes: ast Ilva trecentos
 Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
 Tertius, ille hominum Divumque interpretres Asylas, 175
 Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,

maris Clusii et urbe Cosa; quibus arma sunt, sagittæ, et leves pharetræ in humeris, et arcus mortifer. Simul est ferox Abas: tota hujus acies splendebat armis conspicuis, et puppis Apollinæ aurato: Populonia patria subjecerat illi sexcentos juvenes peritos belli: Ilva autem trecentos, insula nobilis copiosis metallis Chalybum. Tertius erat, ille Asylas interpretres rerum divinorum et humanarum, cui obtemperant

Coriti, Corithi, Choriti in libris, prave. Græcum est *χόριτος*; v. c. Odyss. 4. 64, ubi v. Eustath. et Hesych. h. v.; est autem ex *χῶς*, *χῶ*, antiqua voce, capio: ut vix putem, *Corytus* recte scribi.—170. *torvos* Rom. *torvus* Ven. *turnus* Goth. sec.—171. *aurata* f. *imagine* pr. Hamb. pro var. lect.—172. *sexcentos* codd. apud Pier. et Gud. cum binis Rottend. *dederat illi* Goth. sec.—173. bello Bigot. *tracentos* Reg. *ast illa* Goth. sec. *asulæa* tert. Tum Servius interpungendum censet: *ast Ilva trecentos, Insula inexhaustis*.—174. *inexhaustis* Parrhas. *moz haustis* Goth. sec.—175. *Asillas* Reg. *Asilas* multi.—176. *cœlum* alter Hamb., unde Burm. an *cui cœlum et s.* Et quid quæso inde? Addit

NOTÆ

168 *Cosas*] *Cosæ*, vel *Cossæ*, vel singulari numero *Cosa*, Etruriæ maritima urbs, ad promontorium *Argentarium*, quod hodie est *monte Argentaro*: urbs ipsa putatur quibusdam eadem esse, quæ nunc dicitur *Orbitello*; sed aliis melius oppidum vicinum, *l'Assodonia*.

169 *Coryti*] Græca vox, *χουρῖτις* *pharetra*, theca sagittarum. Quæ voce, post Virgilium, nisi Ovidius et Statius.

173 *Populonia mater*] *Populonium*, vel *Populonia*, in promontorio cognominæ: cujus ex ruinis non procul condita est urbs hodie dicta, *Piombino*. Dicitur urbs, *mater*: quemadmodum Italia, *parens*, Ge. II. 173.

175 *Ilva*] Græcis dicta *Æthalia*, nunc *Elba*: in conspectu Populoniæ,

ad meridiem: ferri fodinis olim ferax, quæ duo hæc habebant præcipua, teste Strabone l. v. Unum, quod in ipsa insula fornacibus liquari ferrum non posset, sed ideo in continentem transferretur: alterum, quod fossæ, unde ferrum esset erutum, rursus tractu temporis impleretur: quare merito dicuntur a Virgilio, *inexhaustæ*.

174 *Chalybum metallis*] Ferro, cujus cudendi ars præcipua fuit apud *Chalybes*, populos, vel Pouti, vel Hispaniæ, Ge. I. 68. a quibus ferrum optime temperatum dicitur *chalybs*, *acier*.

176 *Pecudum fibræ, &c.*] Significatur hic i. Per fibras pecudum, *arspium*, qui futura prædicebant ex inspectis extis et visceribus hostiarum,

Et linguæ volucrum, et præsagi fulminis ignes,
 Mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.
 Hos parere jubent Alpheæ ab origine Pisæ:
 Urbs Etrusca solo. Sequitur pulcherrimus Astur, 180
 Astur equo fidens et versicoloribus armis.
 Tercentum adjiciunt, mens omnibus una sequendi,
 Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis,
 Et Pyrgi veteres, intempestæque Graviscae.

viscera animalium, et astra cæli, et voces avium, et flammæ fulminis ominosi: trahit secum mille viros confertos numero et rigidis hastis. Pisa, urbs Tusca sita, orta ex Pisâ Alpheis, jusserant hos subesse Asylæ. Sequitur Astur formosissimus, Astur fidens equo et armis pictis. Qui sunt ex patria Cærete, qui in Campis Minionis; et antiqui Pyrgi, et Gravisca ubi mala temperies aëris, adjungunt tre-

quoque idem: sed alterum usitatius Maroni. cui cæli Goth. tert.—178. *horr. umbris* alter Hamb. a m. pr., et a m. sec. *armis*: hoc multi alii habent apud Burm. cum Goth. tert.—179. *Alpheæ ab origine* Heinsius e Medic. et alii reposuerat. *Alpheæ ab o. P.* tacite revocavit Burm., et recte, arbitror; quippe elegantius dicas *Pisas ab origine Alpheas*, quam *Pisas ab origine Alpheæ*. Wakefield refinxit: *Hos parere jubet, Alpheæ ab origine, Pisa Urbs, Etrusca solo*. Excute singula, an placeant.—180. *Astur* Medic. bis. *Austur* Parrhas. hasta Zulich.—181. *equo fidens* Goth. sec. *versique coloribus* Bigot. *versique* c. Goth. tert.—183. *Cærete ex Kalpyros*, adeoque a *Kalpyr*. cf. ad VIII, 597. *Chærete* Medic. *Cærete* al. ap. Pier., sed est *Cære*. *Kaipæ, Kauph, Kalpyr*. Non intelligo Julium Sabinum, qui ascripsit: “Ego puto per se legi: Nunc *Cære vetus*.” Mox *Isonis* Parrhas., sed de *Minione* vel *Munione* nemo dabitet. in *armis* Dorvill. cum Goth. sec.—184. *Phyrgi, Phrygi, Purgi*, scribitur, et *Pugi*. Sunt Πύργοι. *P. jurenes* Bigot. *Gabisca* Rom. *Grabisca* Spret.

NOTE

Æn. VIII. 498. II. Per sidera, *astro-mantia*. III. Per volucrum linguas, *ars augurum*, Æn. III. 361. IV. Per fulmina præsaga, *ars ominatoria*, quæ ex dextro aut sinistro casu aliisque fulminum circumstantiis præsagia ducebat: Ecl. I. 16.

179 *Alpheæ Pisæ, &c.*] *Pisæ*, vel *Pisæ*: urbs in confinio Etruriæ, prope *Ligures*, adhuc retinens nomen, ad fluvium Arnum, Arno. Condita putatur a Peloponnesiis, vel post bellum Trojanum eo per errorem pulsâ; vel, ut Virgilius censet, ante ipsa Trojana tempora. Est autem in Peloponneso urbs cognominis, ad *Alpheum* fluvium, Ge. III. 19. Æn. III. 694.

183 *Cærete domo, &c.*] Ex urbe *Cæretana*, hodie *Cereteri*, cui prius Mezentius imperabat, Æn. VIII. 479. 597. *Minio*, hodie *Mugnone*: fluvius, non qui *Cære* alluit, ut aliqui perperam notarunt; sed qui ab ea urbe distat leucis aliquot ad occidentem.

184 *Pyrgi*] Oppidum maritimum, nunc dirutum, Cæretanæ urbi vicinum, ad occidentem: Martialis vocat *littoreos Pyrgos*, a Πύργοι *turres*.

Intempestæ Graviscae] *Gravisca*, vel *Gravisca*: maritima item urbs fuit, jam plane excisa. Nomen habet a *gravitate* aëris, vicinarum paludum odore corrupti; ut ex Catone apud Servium, et Rutilio constat. Ideo

Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello, 185
Transierim, Cinyra, et paucis comitate Cupavo,
Cujus olorinæ surgunt de vertice pennæ:

centos: omnibus par est voluntas sequendi. Non ego omittam te, o Cinyra generosissime bello dux Ligurum; et Cupavo quem pauci sequuntur, cujus e capite

Agrusæ Goth. tert.—186. *Cinyra*. Deficit nos Phanocles, ut in notis dixi, vel ductus ex eo rivulus, quo minus aliquid certi de hoc loco statuere posimus. Veterum edd. lectio erat *Cycne*, vel *Cygne* (*Cygnæ* duo Goth., et tertius *tacite*); nec aliter Aldd., haud dubie ex interpolatione. Servius *Cunare* legerat, sed inepte adjiciens: *quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte qui in Piceno*. Romani legebant: *Cumare*: vetustissimus Pomponii cum aliis apud Pierium *Cinere*; sic et Gud. At Medic. *Cinyræ*, Mentel. pr. *Cinyre*, alter Voss. *Cinira*, Moret. tert. *Cynare*, Parrhas. *Cinate*, Hamb. sec. *Cyrina*, multi alii, inter quos Reg., *Cynire* vel *Cinire*; et Macrobio quoque v Sat. 15 *Cinirus* est. Scripsit Heinsius notum nomen *Cinyra*. Tum *Cupano* Sabin. et Parrhas. cum Ald. pr. *Cupabo* tres Burm.—187. *pinnæ* Rom. Medic. Gud. et alter Mentel. *cristæ* alii Pier. cumque iis Goth. tert.—

NOTE

intempestæ a Virgilio vocantur, quia carentes æris salubri temperie.

185 *Ligurum*] *Liguria* duplex, alia littorea, Alpius ab occidente; Macra fluvio, *la Magra*, ab oriente; Apenninis jugis, a septentrione; mari Lignitico, a meridie definita. Alia mediterranea, ultra Apenninum ad septentrionem excurrens, usque ad Padum, *le Pô*. Littorea nunc fere est, *la rivière de Gênes*; ubi *Genua*, urbs et respublica: mediterranea nunc capit ducatum Montis-ferrati, partemque Mediolanensis et Pedemontii principatus.

186 *Cinyra*] Sic reposuimus e Mss. Nicolai Heinsii: cum antea legeretur *Cycne*, nullo sensu. Neque enim ea quæ de Cycno mox dicuntur, ad hunc pertinent; sed ad *Cupavonem*.

Cupavo] Phaëton, Clymenes et Solis filius, Epaphi regis Ægypti convitiis adactus ut se filium Solis probaret: cum a patre petiisset currus regimen in unum diem, et ægre obtinisset, defeceretque a consuetudine diurni currus orbita, atque ita mundus ardere cœpiisset; Jovis fulmine percussus in Eridanum cecidit. Ovid.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

4 D

Metam. II. Phaëtonis sorores, *Phætusa*, *Lampetie*, et *Lampetusa*, cum eum toto orbe quærerent, tandem ejus tumulum in Eridani ripis nactæ, ibidem fletu contabuerunt; et in arbores mutatæ sunt, vel alnos, vel populos; unde *succinum* sive *electrum*, quasi lacrymas, manare poetæ finxerunt. *Cycnus*, Ligurum rex, materno sanguine et amicitia conjunctissimus Phaëtoni, apud eundem fluvium ex dolore in cycnum conversus est, Ovid. Metam. II. 367. *Cupavo*, *Cupavonis*, hujus Cycni filius a Virgilio dicitur, id est, unus e posteris. Quis autem fuerit fluvius ille *Eridanus*, electri ferax, ambigitur. Vulgo poetis *Padus* putatur, superioris illius Italiæ, sive Galliæ Cisalpinæ fluvius, Ge. I. 482. Joannes Gropius *Vistulam* esse existimat, Poloniæ et Prussiæ fluvium; quia electrum e Prussiæ littoribus mitti certum est. Cluverius arbitratur esse fluvium *Radanum*, *Radawne*: qui Dantiscum urbem interficiens, non procul inde æ Vistulæ immiscet.

(Crimen amor vestrum, formæque insigne paternæ.)

Namque ferunt, luctu Cycnum Phaëtonis amati,

Populeas inter frondes umbramque sororum

190

Dum canit, et moestum Musa solatur amorem,

Canentem molli pluma duxisse senectam;

attoluntur pluma cycneæ. Amor crimen est vestræ familiæ, et insigne petitarum ex transformatione patris. Scilicet aiunt Cycnum, dum desiderio dilecti Phaëtonis cantat inter arbores populos ac umbracula sororum ejus, et dum recreat cantu tristem amorem; albescentem teneris plumis traduxisse senectutem, deserendo terras

188. *formæ quæ* Waddel. Animadvers. crit. p. 33; quo fructu, non video. Mihi totus versus e margine irrepsisse videtur: ita consutus est ex binis sententiis hiantibus: tum turbat totius loci sententiam, et illa: *Crimen amor vestrum* per se nullum habent commodum sensum, ne tum quidem, si *versum insigne* legas, pro, insigni formæ versæ. Sed ascripserat aliquis: *surgunt de vertice pennæ: formæ insigne paternæ*. Supplevit versum ineptus homo ex reliquo Scholio, quod ascriptum erat de incesto amore Cyeni in Phaëtonem. Jam hoc versu ejecto quam bene procedant omnia, pro se quisque intelligit. Aliam iniit viam vir doctus, Ouwens Noct. Hag. iii, 27, qui omne vitium in verbis *Cinyra* et quærit et relinquit; ut agatur de uno Capavone; ut *pennas olivinas* sint per appositionem *insigne formæ paternæ* Cyeni, et *crimen*, causa tanti infortunii, *amor*, luctus nimius in Phaëtonis morte. *vestrum* pro *trium*. Quam dura et coacta hæc sint, facile sentias. Non multum recedit tertia ratio, quam Brunckius intulit, interpunctione mutata: *pennæ: Crimen, Amor, vestrum, formæque insigne paternæ*. Non licebat assequi sensum, nisi nota inspecta; e qua apparet, sic accipiendum esse: *quæ pennæ, o Amor, tibi sunt crimini*. Exigat hæc unus quisque pro se et videat, an valde mollia ea sint, et accommodata reliquis. Inciderat in eandem rationem Jo. Schraderus in schedis, et laudat versus Ciris 328 *Non ego te comor Flectere, Amor, etc.* Versu ad meum judicium ejecto non hiat sententia, sed multo magis coit: namque redditur causa ejus, quod antecedit: quod olivinas pennas pro crista gestat Capavo: namque ferunt patrem in olorem esse mutatum. Nunc video Wakefield refinxisse; *Carmen* pro *crimen*: ut sit: "Canebant ad prælium euntes, pro more plurimarum gentium, amorem Cyeni in Phaëtonem et mutationem ejus in avem, cujus pennæ galeas eorum insigniebant" ingeniose quidem. Ad verbum tamen esset: O Cinyra et Capavo, *carmen vestrum erat amor et insigne formæ paternæ*. Argumentum adeo cantus bellici erat iis patris amor in puerum et mutatio in olorem ex longo luctu in pueri morte; argumentum agmini militari non valde consentaneum. Expectabam facta patrum et laudes. *Namque* pro *δη, δηλαδῆ*, scilicet, nimirum, solemne, v. c. sup. 148. XII, 247. IX, 40 et al.—189. *amici* sec. Rottend. *Pethontis* Rom.—190. *P. que* inter Franc. *umbrasque* Parrhas. *umbraque* alter Mentel.—191. *cā.* pro *cantu* habet Parrhas. pro *Musa*.—192. *C. m.* *pennas* Goth. tert.

NOTÆ

188 *Crimen amor vestrum*] *Vestrum crimen*: id est, familiæ illius vestræ, (nam *Cycnus*, Phaëtoni ejusque sororibus per Clymenen sanguine junctus erat,) fuit amor in Phaëtonem, dolorque

nimius de ejus interitu: quo offensus Dii tam multos ex eadem familia in alienas formas immutaverunt. *Formæque insigne paternæ*. *Plumæ olivinae*, sive *cycneæ*, e *galea* subrectæ.

Linquentem terras, et sidera vocē sequentem.

Filius, æquales comitatus classe catervas,

Ingentem remis Centaurum promovet: ille 195

Instat aquæ, saxumque undis immane minatur

Arduus, et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,

Fatidicæ Mantus et Tusci filius amnis,

Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen; 200

Mantua, dives avis: sed non genus omnibus unum;

et petendo cœlum cantu. Filius secutus classe turmas æqualium, propellit remis magnam navem Centaurum: ille Centaurus impendit aquæ, et sublimis intentat fluctibus vastum saxum, et findit profundum mare longa trabe. Ille etiam Ocnus, filius Mantus vatis et fluvii Etrusci, movet exercitum e patria regione: ille, o Mantua, qui dedit tibi muros et nomen matris suæ, o Mantua illustris majoribus,

~~~~~

senecta Leid. et tert. Rottend.—194. *æquali c. classe* Medic. et sec. Moret. *æqualis* Dorvill.—195. *submovet* pr. Hamb. *centurumque admovet ipse* ed. pr. Burm.—196. *aquis auxumque vides* alter Hamburg.—197. *maria alta*. Wakefield *alba* in ipso poëta refinxit: quia spuma candens fluctus occurrit.—198. *Quis etiam p. antiquum* satis exemplar ap. Pier., quod non displicet. Nunc ut est, accipiendum: *Ocnus ille, qui*. Tum unus e Vaticanis: *Ocnus ciet agmen*. Etiam *Ognus* nonnulli Pier., tum Medic. Gud. et alii: ut in *cycnus, cygnus*. Corrupte *Ocnus* sec. Hamb. et pro var. lect. prior. *Ocnus* Hugen. cum pr. Goth. *Hocnus* Montalb. Servius dicit *Ancnum* eundem fuisse.—199. *Mantoys* pr. Menag. et Exc. Burm., ut *Panthoys* in nonnullis lib. II, 819. Alii *Mantos, Mantuos, Mantis*. At est *Marræ, Marrois*.—201. *dives agris* pr. Hamb. et Zulich. pro var. lect.; expeditior utique lectio: sed propter hoc ipsum minus vera. Videntur quoque sequentia, ut bene monet Burm., priscam majorum potentiam astruere. Loca ab eo laudata, sed melius constituta, vid. in

#### NOTÆ

195 *Centaurum*] Navim, cui insculptus Centaurus saxum intentans. De *Centauris*, monstribus, superiore parte humana, inferiore equina, Æn. vi. 286.

198 *Ocnus*] Non conditor, sed instaurator, sive munitor urbis Mantuæ: cui muros et nomen matris suæ dedisse fingitur. Quo nomine antea dicta fuerit *Mantua*, ignoratur. *Ocnus*, idem, qui *Bianor* appellatur, Ecl. ix. 60.

199 *Fatidicæ Mantus*] *Manto*, genitivo Græco *Mantus*: Tiresiae vatis filia. *Fatidicæ* dicitur, ex ipsa vi nominis: est enim *µάρις, vates*.

*Tusci amnis*] *Tybris*, qui *Tusci-*

*am* a vicinis regionibus determinat, Æn. viii. 330.

201 *Mantua, dives avis*] Urbs Galliæ Cisalpinæ, nunc ducatus caput: sita in medio stagno, quod *Mincius* amnis efficit. Primi ejus conditores fuere *Tusci*: qui ex Etruria, sive Tuscia antiqua, in eam regionem effusi, eandem illic, quam apud se, regiminis formam constituerant, duodecim in urbes ac populos administrationem partiti: ut jam diximus 164. Duodecim urbium illarum novæ Tusciæ, *Mantuum* caput Virgilius facit, ut faveat adoletarque patriæ: cum tamen caput esset *Felsina*, quæ deinde *Bo-*



Gens illi triplex, populi sub gente quaterni :  
 Ipsa caput populis : Tusco de sanguine vires ;  
 Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,  
 Quos patre Benaco velatus arundine glauca  
 Mincius infesta ducebat in æquora pinu.

205

It gravis Aulestes, centenaque arbore fluctus  
 Verberat assurgens : spumant vada marmore verso.  
 Hunc vehit immanis Triton et cœrula concha  
 Exterrens freta : cui laterum tenuis hispida nanti  
 Frons hominem præfert, in pristin desinit alvus ;  
 Spumea semifero sub pectore murmurat unda.  
 Tot lecti proceres ter denis navibus ibant

210

*sed stirps non est eadem omnibus : habet tribus tres, populos quatuor sub unaquaque tribu, ipsa est primaria populorum illorum, robur illi ex Etrusca cognatione. Præterea Mezentius concitat contra se quingentos ex illa regione : quos Mincius, habens patrem Benacum, coronatus arundine viridi, ducebat in mare navibus inimicis Mezentio. Ducit eos Auletes gravis, et erigens se percutit undam centenis remis ligneis : fluctus spumant agitato mari. Portat illum Triton vastus, et terreus mari cœruleum tuba et concha : huic Tritoni merso usque ad latera, cultus pilosus exhibet hominem, venter exit in pristin, unda spumosa sonat sub pectore semiferino. Tot principes selecti navigabant triginta navibus in auxilium Trojæ novæ, et scindebant*

Nota.—202. *populi triplex* Rom. cum gente qu. Moret.—203. *Ipsa caput* Montalb. *populi duo* Rottend. et pr. Hamb. a m. sec.—204. *Hic* Montalb. a m. pr.—205. *duce Benaco* Zulich. pro var. lect. *Venaco* Rom. *Bonacho* Goth. tert.—206. *Mincius*, *Mincius* bini Goth., iidem in *æquore*.—207. *Aulestes* Heins. e Medic. et al., ut xii, 290. Vulgo : *Auletes*. Sed Latinum nomen desiderabas. Apud Jul. Sab. *Aulestes*. Tum *fluctus* Heins. cum Rom., et aliquot aliis ac binis Goth. Vulgg. *fluctum*. Leid. *fluctu*. Parrhas. *fructum*.—208. *insurgens* Goth. tert., ut lib. iii, 560 et al. Sed et *adsurgere* (in ictu inf. 284. 797. v, 443) et *consurgere* inf. v. 299.—210. *exercens* alter Hamb. et Zulich. a m. sec. *hospita* Goth. tert. *hospida* Dorvill.—211. *profert* pr. Hamb. *pristin* Nonius Marcellus et tres Heins. *pistrin* et *pistrin* plerique etiam h. l. conf. sup. ad v, 116 ; pessime Goth. tert. in *serpentem* d. Rom. *alvos*.—212. *semifero* Montalb. *cæruleo* sub p. citat Arusianus Messius.—213. *Tot l. juvena*

## NOTÆ

*nonia* appellata est, juxta Cluverium Ital. l. i. 26.

205 *Benaco*, &c.] *Benacus*, lacus est ejusdem Galliæ Cisalpinæ, in agro Veronensi, nunc *Lago di Garda*, Ge. ii. 160. *Mincium* fluvium emittit, *Menzo* : qui postquam urbem *Mantuanam* in modum lacus circumalluit, exonerat sese in Padum. *Mincium*

hunc ne ducem esse putes, sed ipsum fluvium, cujus e ripis collecta classis hæc fuerat quingentorum hominum, quorum dux *Auletes*.

209 *Triton*] Neptuni tubicen, cœcha utens pro tuba, superiore parte vir, inferiore piscis, Æn. i. 148.

211 *Pristin*] Piscem immanem, e balænarum genere, Æn. iii. 427.

Subsidio Trojæ, et campos salis ære secabant.

Jamque dies cœlo concesserat; almaque curru 215

Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum :

Æneas (neque enim membris dat cura quietem)

Ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.

Atque illi medio in spatio chorus, ecce, suarum

Occurrit comitum : Nymphæ, quas alma Cybebe 220

Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse,

Jusserat, innabant pariter, fluctusque secabant,

Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

*ærato rostro spatia salis aquæ. Et jam lux abierat e cœlo, et benefica Luna attingebat medium cœlum curru nocturno : Æneas ipse sedens, moderatur gubernaculum, et dat operam velis : non enim sollicitudo permittit ejus corpori ullam quietem. Et ecce turba suarum sociarum offert se ipsi in medio cursu : scilicet Nymphæ, quas benefica Cybele voluerat frui divinitate maris, et fieri Nymphas e navibus : natabant simul, et scindebant undas ; quot antea naves æratæ stabant ad littus. Agnoscunt*

~~~~~

Leid. et sec. Moret.—214. *campos maris* Bigot. et Goth. tert. *ruebant* aliquot Pier., ut Æn. I, 39. *Tò secabant* Heinsio displicebat, quod sequitur idem verbum v. 222.—215. *diacesserat* olim in edd. Mutatum in ed. 1614 Ald. in *concesserat* ; quod codices ubique agnoscunt, præter Francianum, qui recentissimus est, ut et Goth. pr. *detexerat* Vratisl. *cursu* Dorvill.—219. in *medio* Mentel. et pr. Hamb. cum Goth. tert.—220. *Cybebe*, debetur Heinsii doctrinæ, qui Colot. et Gud. secutus est cum Leidensi. *Cibebe* Dorvill. Nec multum abludebat Rom. *Cybere*. Est enim ἡ Κυβήθη, ut et δ Κύβητος, Gallus, in glossariis. v. Etymol. et Hesych. in Κύβητος, ubi v. Notas. Vulgg. *Cybele*, quæ Κυβέλη esset ; nam Κυβήλη ne quidem scribi pronuntiat Brunck. ad h. l. nisi per nostrorum hominum imperitiam et temeritatem : a qua equidem eos non absolvam, secundum ea, quæ Gudius ad Phædrum et Burmann. ad Anthol. Lat. docuere ; illud tamen monere æquum est : ap. Schol. Lycophron. 1168 legi : δ Ἰππῶναξ Κύβητιν τὴν Πέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλλῃ (deb. Κυβήλῃ) πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι : explicat autem ille eo loco voc. Κύβητιν. Nec exemplo res caret, inprimis in voce barbarorum. Nec magis dubitari potest τὰ Κύβελλα esse dicta ; v. Steph. Byz. Manet tamen haud dubie hoc : usu receptum esse, ut aut *Cybebe* aut *Cybele* scribatur. vid. sup. ad lib. III, 111. Laudat Burm. notas ad Phædr. III, 17 et 20.—223. Idem vs. sup. IX, 121 ubi vide. Quo p. Medic. et *puppis* a sec. m. ; hoc et alii codd. apud Pierium ha-

NOTÆ

214 *Salis, &c.*] *Sal*, pro mari, Æn. I. 541. De *æratis rostris*, Æn. v. 143.

216 *Phæbe*] Luna, Phœbi soror, Ecl. III. 67. De *Olympo*, monte Thesaliæ, qui pro cœlo sumitur, Ecl. v. 56. De *Cybele*, Æn. III. 111. De *navibus Æneæ*, in Nymphas transformatis, Æn. IX. 120.

218 *Velisque ministrat*] Proprium

est, *ministrare* alicui homini : translatum, *ministrare* oclis : ministrabat autem Æneas, non colligendo aut explicando vela ; quod inferiorum erat operarum : sed *pedes*, id est, funes qui extremis angulis majoris veli alligati erant, aut contrahendo, aut remittendo ; quod gubernatoris erat munus, Æn. v. 830.

Agnoscunt longe regem, lustrantque choreis.

Quarum, quæ fandi doctissima, Cymodocea 225

Pone sequens dextra puppim tenet, ipsaque dorso

Eminet, ac læva tacitis subremigat undis.

Tum sic ignarum alloquitur : Vigilasne, Deam gens,

Ænea ? vigila, et velis immitte rudentes.

Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus, 230

Nunc pelagi Nymphæ, olassis tua. Perfidus ut nos

Præcipites ferro Rutulus flammaque premebat :

Rupimus invitæ tuæ vincula, teque per æquor

Quærimus. Hanc Genetrix faciem miserata refecit,

Et dedit esse Deas, ævumque agitare sub undis. 235

At puer Ascanius muro fossisque tenetur

procul regem, et circumcunt eam saltando. Cymodocea, quæ erat peritissima loquendi inter illas, tenet manu dextra puppim, sequens prope : et ipsa emergit tergo, ac subnata sinistra manu per aquas quietas. Deinde sic affatur Æneam incensum harum rerum : O Ænea, soboles Deorum, an vigilas ? vigila, et laxa funes velis. Nos sumus pinus Idææ, è sacro cacumine illius montis, naves olim tuæ, nunc Nymphæ maris. Cum Rutulus fœdifragus persequeretur ferro et igna nos submergendas : abruptimus non sponte tua retinacula, et te quærimus per mare. Mater Cybele miserta nostri reparavit formam nostram, et permisit nos esse Deas, et ducere vitam sub aquis. Sed juvenis Ascanius clauditur muro et fossis, inter media

bebant, et Oblongus naves.—224. *choreas* sec. Haub. conf. sup. ad VII, 391. —225. *Quarum una f.* Goth. sec. *quæ fandi* Markland. ad Stat. II Sylv. 2, 19 legebat, quem refellit Burm. hactenus, quod non magna laus Nymphæ esse potest, si bene natate didicerit. Fatendum tamen, nec alterum satis esse accommodatum : etsi enim illa mox partes affandi Æneam sibi sumit, non tamen faciundæ laus in Nympham cadit. Maximam natu nympharum Italidum edidit Cymodocen Silius lib. VII, 428.—227. *at læva a m. pr.* Medic. *ac leri* Montalb.—228. *ignarum* Rom. *rigilasne* Goth. tert.—229. *ac centis* ed. pr. Burm.—231. *Nos pelagi* Exc. Burm. *Fervidus ut nos* emendabat Jo. Schrader., ut IX, 72, et sæpe alibi. Sane et hoc ferri potest, et illud. Contra VII, 24 *rada perfida* conjicit, ubi *fervida*. Sane utrumque bene.—232. *flamisque* Goth. tert. *petebat* alter Hamb. pro var. lect., alter a m. pr.—233. *Rupimus* Heins. scripsit cum vetustioribus, etiam Pier. codd. parte. Alii

NOTE

224 *Lustrant*] Circumeunt, Æn. I. 612.

228 *Vigilasne, &c.*] Ratione quippe temporis dormire debuerat ; nisi gubernatoris partes in se suscepisset. Sunt, qui allusum putent ad morem Romanum ; quo, postquam indictum erat bellum, imperator Martis sacrum ingressus, hastam simulacri

commovebat dicens : *Mars vigila*. Sunt, qui ad verba Vestalium : quæ, teste Servio, certis diebus adibant regem sacrorum, dicebantque : *rigilasne rex ? rigila*.

230 *Idææ pinus*] Materia navium, pinus arbor. Locus natalis, *Ida* Phrygiæ mons, Æn. II. 801. De *Rutulis*, Æn. VII. 796.

Tela inter media atque horrentes Marte Latinos.
 Jam loca jussa tenent forti permixtus Etrusco
 Arcas eques. Medias illis opponere turmas,
 Ne castris jungant, certa est sententia Turno. 240
 Surge age, et Aurora socios veniente vocari
 Primus in arma jube, et clypeum cape : quem dedit ipse
 Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
 Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
 Ingentes Rutulæ spectabit cædis acervos. 245
 Dixerat : et dextra discedens impulit altam,
 Haud ignara modi, puppim. Fugit illa per undas

arma et Latinos feroces bello. Jam equitatus Arcadius, junctus generosis Etruscis, attigit loca præscripta: certum est consilium Turni, obicere illis agmina interjecta, ne illi promoveant ad urbem suam. Age, surge: et prima luce imminente, primus impera socios excitari ad arma: et sume clypeum, quem ipse Vulcanus donavit tibi impenetrabilem, et cinxit extremitatem illius auro. Crastina dies videbit magnos cumulos Rutulorum cadaverum, nisi existimaveris mea verba vana. Sic locuta fuerat, et abiens pepulit manu dextra puppim sublimem, non inacia modi quo erat

Rumpimus.—237. Jo. Schrader. conj. *ardentes Marte L.* At vid. Not.—238. *tenent...Arcas eques* e Medic. Heins. et late illustravit. Vulgo *tenet. commistus* Ald. pr.—240. *Nec c. Franc. jungant castris* pr. Moret. *justa est s. Hugen.*—242. *Pronus in arma* aliquot Pier. *quem dedit ingens* aliquot Pier. Mentel. et pro div. lect. Sprot. et duo Burm. cum Erf., sed *ingentes acervi*, monet Heinsins, mox subsequuntur.—243. Quotiescumque hunc versum recitavi, hemistichium sensi languere, *atque oras ambiit auro*, itaque ab alia manu ad explendum versum insertum arbitratus sum. Nunc video apud Burm., etiam Ortuinium, quisquis ille est, a manu indocti monachi adjecta illa credidisse. Nisi dixeris, ipsi poetæ versum excidisse.—244. *Crastina lux*; deficere hic verbum, sc. aderit, veniet, Burmannum putare potuisse, miror: nam Longo et aliis veteribus Grammaticis id condonandum est, qui vs. sequ. *spectabis* legebant. *verba p. pr. Hamb.*—245. *R. gentis* Gud. Ven. et Oudart. *spectabis* Medic. Bigot., et sic olim quidam legerunt, inter quos Longus apud Serv., male ipso Servio iudice; nam jung. *crastina lux spectabit.* Laudat Burm. Benteleium ad Terent. Hec. iii, 1, 6. *spectabat* Hugen. *spectabant* Exc. Burm.—246. *altam*; Montalb. pro div. lect. *actam.*—247. *modo* Dorvill. *undam* duo

NOTÆ

238 *Jam loca jussa, &c.*] Non descriptis poetæ, quo Æneas jusserit equites abire. Sed cum Evander Arcadas equites quadringentos Æneæ adjunxerit, Æn. viii. 618. cum Æneas eos Etrusco exercitui sociarit, ibid. 606. verisimile est eum, antequam naves conscenderet, equitatum et suum et Etruscum terra præmisisse :

eo consilio, ut certum in locum provecti, impressionem in castra Rutulorum facerent; eodem tempore, quo naves excensionem tentarent. De *Aurora*, Ge. i. 249.

243 *Ignipotens*] Vulcanus, Veneris suasu, clypeum Æneæ fabricaverat, Æn. viii. 439.

Ocyor et jaculo et ventos æquante sagitta.
 Inde aliæ celerant cursus. Stupet inscius ipse
 Tros Anchisiades; animos tamen omine tollit. 250
 Tum breviter supera aspectans convexa precatur:
 Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi,
 Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones;
 Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
 Augurium, Phrygibusque adsis pede, Diva, secundo. 255
 Tantum effatus; et interea revoluta ruebat
 Matura jam luce dies, noctemque fugarat.
 Principio sociis edicit, signa sequantur,
 Atque animos aptent armis, pugnaeque parent se.
 Jamque in conspectu Teucros habet et sua castra, 260
 Stans celsa in puppi: clypeum cum deinde sinistra
 Extulit ardentem. Clamorem ad sidera tollunt

impellenda: illa puppis currit per aquas, celerior et telo et sagitta pari ventis. Deinde alia naves properant. Ipse Trojanus filius Anchisæ miratur ne sciens causam: tamen erigit animos suorum hoc præsagio. Deinde suspiciens concatas partes summi cæli, sic orat breviter: O mater Idæa, alitrix Deorum, cui Dindyma cara sunt, et urbes turritæ, et leones bini alligati iugo et dociles ad fræna: tu nunc es mihi auctor pugnae, tu bene secundes omen, et accedus ad Phrygas cursu prospero, o Dea. Hæc solum locutus: et interim dies reversa procehatur lumine jam pleno, et expulerat noctem. Primo imperat sociis, ut sequantur vexilla, et excitent animos ad bella, et accingant se ad certamen. Et jam habet præ oculis Trojanos et munimenta urbis suæ, erectus in puppi excelsa: tum postea extulit læva manu clypeum fulgentem. Trojani e moribus emittunt clamorem

Burm.—248. *ventos spectante s.* Sprot. Est *ἄμα πρὸς ἀνέμους*.—251. *supera spectans* aliquot Pier. et Heins. *superaspectans* duo Moret. *supera breviter spectans* ed. pr. Burm. *ὀρπὰν ἐλσινιδὼν* Homericum est Iliad. *Ω.* 307.—254. *Tu mihi nunc princeps pugnae*, suaviore sono Wakefield e cod. Coll. Jesu.—255. *asis* Dorvill. *superbo* sec. Hamburg.—256. *effatus* dno Burm. *est fatus* Goth. tert. *at interea alter* Hamb., non male, cum Goth. sec.—258. *edicit sociis ut* Oudart. *bella sequantur* Vratisl. Nec vero in *signa sequi* argutandum, an ævo Trojano signa militaria habuerint.—259. *aptant* aliquot Burm. *optant* sec. Hugon. pro var. lect. *arman* a m. pr. *pugnae re* Oudart. *aptant* et *parent* idem sunt.—261. *cum ex* Pier. et suis reposuit Heins. pro vulgari

NOTÆ

251 *Supera convexa*] Id est, *rotunda*, aut *concava*, *Æn.* i. 314.

252 *Idæa*] *Cybele* mater Deorum: quæ quia pro terra sumebatur, quæ sustentat urbes; ideo turrata cum corona pingebatur. Cur ejus currum leones traherent, vidimus *Æn.* iii. 111. Huic sacri fuerunt montes

plerique Phrygiæ: *Ida*, *Æn.* ii. 601. *Dindymus*, *Æn.* ix. 618.

254 *Propinques Augurium*] Id est, *præsens* *sis* hoc augurio: seu, *faveas* hoc augurio. Vide *Æn.* i. 530. 'propius res aspice nostras.' Vocat Trojanos, *Phrygas*; quia Troas in Phrygia Minore fuit, *Æn.* i. 385.

Dardanidæ e muris. Spes addita suscitât iras.
 Tela manu jaciunt. Quales sub nubibus atris
 Strymonidæ dant signa grues, atque æthera tranant 265
 Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.
 At Rutulo regi ducibusque ea mira videri
 Ausoniis; donec versas ad littora puppes
 Respiciunt, totumque allabi classibus æquor.
 Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma 270
 Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes :

ad astra : spes aucta accendit iras : vibrant manibus jacula. Quales grues Strymonis fluvii emittunt voces inter nigras nubes, et trajiciunt cælum cum sonitu, et fugiunt Austros cum læto clamore. Sed ea cœperunt videri mirabilia regi Rutulo et ducibus Italii : donec viderunt naves detortas ad littus, et totum mare appellii cum navibus. Conus galeæ fulget e capite, et splendor spargitur e summitate per cristas, et umbo clypei aureus emittit copiosos ignes :

tum.—263. *e* deerat Romano. *D. omnes* Ven.—265. *dant colla* Sprot., quod ornare aliquis possit de porrectis volantium gruum collis. Sed *dare signum* l. 1. simpl. *dant clamorem*, v. Not. *æquora tr.* alter Hamb., quod et Jo. Schrader. conjiciebat, quia in Homero est, *ἐν ἄκρωτιο ποδάριον*. At ibi est pro versus Austrum. *transnant* Dorvill. cum Goth. tert., ut solent recentiores.—267. *fama mira* Medic. a m. pr.—268. *versare ad* Ven. *proras* Leid., male.—270. Versus jam in Aldd. sic legitur. *capitis* Rom. Sprot. et Montalb. cum ed. Pontana Macrob. v, 10, quod deterius est. conf. ad vii, 689. Tertius casus docte pro, in capite. *cristisque* Faernus emendabat apud Ursin. et Cunninghamus, sicut Erf. legit. *a vertice* damnabat Pier., sed revocavit Heins. e Medic. et aliis, et ex Nonio ac Macrobio. Alii cumque his idem Erf. *cristisque* ac *vertice* duce hujus familiæ Roinano, quod equidem præferam. *que* etiam nonnullis abest, nec male.—271. *ac vastos* Goth. sec. *umbo æreus* cum Macrob. v, 13 aliquot Pier. cum Medic. Leid. et pro div. lect. Rottend. tert., utrumque recte. conf. inf. 881, sed *aureus* poetica oratione dignius. *movet a.* Montalb.

NOTÆ

265 *Strymonidæ, &c.*] Comparatio illa, bellici Trojanorum clamoris cum gruum clamore, repetita est ex Homero Iliad. iii. 2. *Grues*, aves oblongo collo ac rostro, frequentes circa *Strymonem*, Macedoniæ fluvium, in confinio Thraciæ. Imbrem fugiunt, magno numero collectæ; ideoque *Notos*, id est, *Austros*, ventos pluvios a meridie, Ecl. ii. 58. Hinc Ge. i. 374. inter signa imbris: 'aut illum vallibus imis Aëriæ fugere grues.' De *Rutulis*, Æn. vii. 795. De *Ausoniis*, Latinis, ibid. 54.

269 *Totumque allabi classibus æquor]*

Commutatio, pro *classes allabi toto æquore*. Sic Æn. vi. 268. 'Ibant obscuri sola sub nocte.'

270 *Ardet apex capiti, &c.*] Ænææ habitum describit, cædem Rutulo comminantis: et cum cometa comparat. Mutuatus est hanc descriptionem ex Homero, de clypeo et galea Achillis, Il. xix. 379. Comparationem vero cum *Sirio*, sive *canicula*, ex eodem, Il. xxii. 26. De *apice*, sive *cono* galeæ, ejusdemque *cristis*, Æn. iii. 468. De *umbone*, parte media et maxime eminente clypei, Æn. ii. 546.

Non secus, ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris
Nascitur, et lævo contristat lumine cœlum.

275

Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora præcipere, et venientes pellerè terra.

Ultero animos tollit dictis, atque increpat ultro.

Quod votis optastis, adest, perfringere dextra.

In manibus Mars ipse, viri. Nunc conjugis esto

280

Quisque suæ tectique memor; nunc magna referto.

Facta patrum, laudes. Ultro occurramus ad undam,

non aliter ac si cometa cruenti aliquando triste rubescunt per humidam noctem, aut si ignis ille Sirius oritur, portendens hominibus male affectis siccitatem et morbos, et contristat cœlum luce sinistra. Tamen non perit audaci Turno spes occupandi littus, et prohibendi terra descendentes. Ultro excitat verbis animos suorum, et ultro adhortatur: O viri, promptum est vobis perficere manu, quod cupistis votis: pugna ipsa est in potestate vestra: jam unusquisque sit memor uxoris et domus suæ; nunc memoret præclara gesta et laudes majorum: ultro obijciamus nos ad

—273. *Sanguineæ* multi apud Burm., et duo ac *Syrius*. Est autem *Sirius* adiectivæ formæ; *Zelpios* *dorh*p, unde h. l. *Sirius ardor*. Vocem peregrinæ esse originis, dubitare non debebant veteres grammatici. Wakefield ita interpretatur: *aut Sirius ardor Ille, sitim morbosque ferens mortalibus ægris, Nascitur, et* —Erit adeo comparatio hæc: *umbo comit ignes, non secus ac Sirius ardor ille nascitur*. quæ nescio an bene procedant.—275. *lævo*. Schraderus: *f. ævo*. *circumstat* l. c. Goth. tert.—276. *Haud tunc* Erf.—277. *præcipere* Heins. e Pier. et suis post Ge. Fabric.; vulg., etiam Serv., *præcipere*, quod toties in ejus locum successit. Ait Burmann., melius hoc convenire audaciæ Turni. Sed poëta doctius vocabulum amplecti mavult, quod eandem vim habet, ante capere, occupare.—278. Abest hic versus Mediceo et aliis Heins., in aliis superiori præponitur, ut satis constet esse huc retractum ex sup. ix, 127. Omissus nunc in ed. Parm.—279. *Quos v. Parrhas. optatis* aliquot apud Burm. *perstringere* pr. Hamb. pro var. lect. *perfringere* Dorvill. *perfringite* Parrhas. *perstringite* ed. Ven. Burm. Sed dictum ut *aciem perfringere*, perrumpere.—280. *In manibus Mars ipse viris* olim editum, et sic Medicis cum aliis, inter quos tres Goth. cum Erf. Habet hoc ipsam quod placeat. *viris* pro vobis: sed cum adjuncto, si viri estis. Pro altera lectione, *viri*, quam Nangerius intulit, stat Rom. cum aliis, etiam Ge. Fabricii codice, qui hoc præferebat tanquam acris adhortantis verbum. *Mars ecce* pro var. lect. pr. Hamb.—281. *testisque* Goth. tert., belle vero testis sen testiculus, post, *conjugis suæ!* tum non m. r. idem. *referte* Gud. a m. pr., sicque malebat Heins., scilicet doctius hoc arbitratus.—282. *laudesque* Egnatius videtur correxisse, sicque

NOTE

273 *Sirius ardor*] *Sirius* vel *Canicula*: stella in ore majoris canis, maximus æstus creans, Ge. II. 353. Hic adjective sumitur, alibi substan-

tive, *En. III. 141.*

280 *In manibus Mars*] In potestate. Sic *En. IX. 132.* 'Terra autem in manibus.'

Dum trepidi egressique labant vestigia prima.

Audentes Fortuna juvat:

Hæc ait, et secum versat, quos ducere contra, 285

Vel quibus obsessos possit concredere muros.

Interea Æneas socios de puppibus altis

Pontibus exponit. Multi servare recursus

Languentis pelagi, et brevibus se credere saltu;

Per remos alii. Speculatus littora Tarcho, 290

Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda,

mare, dum tumultuantur, et primi gressus vacillant, exscendentibus. Fortuna auxiliatur audacibus. Dicit hæc: et meditatür secum, quos possit ducere adversus Æneam, aut quibus possit committere urbem obsessam. Interea Æneas emittit pontibus socios ex altis navibus. Multi incipiunt quærere refluxum maris tranquillioris, et exponere se in loca vadosa per saltum; alii ope remorum. Tarchon contemplatus littora, qua parte non putat reperiri vada, et undæ non sonant allis: sed

~~~~~

edd. ejus: etiam P. Dan. ed. idemque bini Goth. habent; improbat copulam Ge. Fabric., vix ego; qui eam desidero; etai τὰ κλέα respicit poëta. Saltem *Facta, patrum laudes*; distinguo, ut olim nonnulli in Servianis. *et laudes: ultro* Jul. Sabin., hoc et Erf.; et forte præferendum. *accurramus* Leid. *curramus* Exc. Burm. *ad undas* Ven. cum Goth. tert. *ad annem* pr. Hamb. pro var. lect.—283. *egressiq.* Rom. et plerique alii Pier. et Heins. scripti fere omnes. Cur ergo non receptum? magis haud dubie figuratum: *egressi labant vestigia prima* h. vestigiis primis. vulg. *egressis*, et *egressusque* aliquot Pier. *primi* sec. Moret. *primo* pr. Hamb. pro var. lect.—284. *Audaces* pr. Hamb. a m. sec. *jurat ciresque ministrat* Leid., interpolate. Ennius dixerat: *Fortibus est fortuna ciris data*, ap. Macrobi. vi, 1 extr.—285. *quos d. mavult* Goth. tert.—286. *posset* Hugon. *committere* pr. Hamb. pro var. lect. *conducere* Sprot. a m. pr.—288. *recessus* codd. ap. Pier., quod pro interpretamento habeo; est enim h. l. de loco, quo fluctus recedunt, quousque unda procurrit seu recurrit.—290. *Tarcho* de hoc v. ad viii, 506.—291. *spirant* secundum Rom., aliosque vetustiores Pierianos, tum Medic. duosque Voss., necnon ed. Junt.; adde Colot. et binos Goth., item Jul. Sab., Heinsius recepit; *spirat* a m. pr. tert.

# NOTE

288 *Servare recursus, &c.*] Mirum, quam multa hic absurde interpretes commenti sint, inprinis Donatus. Sensus hic est. Tres ineunt exscensionis vias. I. Æneas applicat naves summæ crepidini littoris, et jactis pontibus milites exponit. II. Aliqui quærunt vadosa quædam loca; quæ æstu quidem affluente fluctibus operata sunt; refluxente sicca sunt, aut saxis et arenis et stagnantibus aquis infesta: hæc autem in loca exiliunt, aut saltum remis adjuvant ac sustem-

tant. III. Tarchon, omissis vadosis illis et inæqualibus locis, eligit planum et humile littus; quo fluctus absque offensione ac strepitu, sed leni et æquabili impetu evolvuntur. Cum autem ibi aqua deficiat; hortatur Tarchon, ut valido impetu naves impulsæ ac velut sublata, sulcum in terra sibi aperiant. Eo tamen in loco repertis præter speciem vadis et inæqualibus arenarum cumulis, navis Tarchontis alliditur.



Sed mare inoffensum crescenti allabitur aestu;  
 Advertit subito proras, sociosque precatur:  
 Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;  
 Tollite, ferte rates; inimicam findite rostris  
 Hanc terram, sulcunque sibi premat ipsa carina.  
 Frangere nec tali puppim statione recuso;  
 Arrepta tellure semel. Quæ talia postquam  
 Effatus Tarcho: socii consurgere tonsis,  
 Spumantesque rates arvis inferre Latinis;  
 Donec rostra tenent siccum, et sedere carinæ  
 Omnes innocuæ. Sed non puppis tua, Tarcho.

295

300

qua parte mare sine offensione advolvitur, aestu tumescente: subito impellit proram et orat socios: Nunc, o turba electa, intendite validos remos: erigite, invehite naves: scindite rostris hanc terram hosticam, et ipsa trabs ima aperiat sibi viam: et cum semel arripiero terram, non abnuo lacerare navem in tali loco. Quæ talia cum Tarchon dixisset: socii cæperunt erigere se in remos, et invehere naves spumosas in litus Latinum: donec rostra attigerunt siccum locum, et omnes naves steterunt illæ; non tamen navis tua, o Tarchon. Quippe impacta arenis, dum pendet ex in-

//////////

Rottend. Vulgo: *sperat*, qua non sperat, locum esse vadosum: id quod alienum ab h. l. Erat olim quoque *sperant*, cui præferebat *sperat* Servius; sicque plerique libri et, qui familiam ducit, Romanus. *superat* Franc. *spectat* edd. nonnullæ ap. Pier. Sed *spirant* Heins. illustrat ad fastidium usque plurimis locis, in quibus sententia plurimum ab hoc loco diversa est. Nunc enim est æstuare, inflatum esse, fluctus movere, *κοπτοσέρβου*. Jam Ge. i, 327 vidimus: *servetque fretis spirantibus æquor*, ubi alii *spumantibus*, quod pro interpretamento est: etiam h. l. nonnulli Pieriani: *spumant*. Alia exempla dabit Heins. hic et ad Ge. i. l. Mox *fracta*: *strata* pro var. lect. pr. Hamb.—298. *proram* Medic. a m. sec.—294. *Nunc electa* tres Burm.—295. *Tollite forte* Waddel. Animadv. crit. p. 35, perperam. Si conjecturæ indubgere vellem, dicerem me malle, *Pellite, ferte, rates*; h. impellite. Sed *ferre, tollere*, ad motum navis remorum impulsu jactatæ et elevatæ spectare potest. *fundite* Ven. *scindite* Zulich. Heinsius conj. *figite*.—296. *premet* pr. Hamb. *illa c. sec.* Hamb. et Montalb.—297. *puppis* Rom. Medic. et alii pervertisti Pieriani: item Gud. a m. pr. cum Moret. binis et Regius, idque Catrens secutus.—299. *Affatus* Zulich. *Est fatus* pr. Hamb. a m. sec. *Sic fatur* Bigot. *Sic fatus* Goth. tert. v. sup. 256. *Effatus T. sociis* Medic.—300. *armis* et hic aliquot. *referre* Ven.—301. *sidere* tert. Rottend., quod verum videtur; saltem proprium hac in re. v. Heins. Adde Tacit. Ann. ii, 6 *quædam planæ carinis ut sine noxa siderent*.—302. *innocue* Medic., a m. pr. Cunninghamus emendat: *innocuum*, perperam. Quorsum enim mutes id, quod per se bene poeticum

## NOTE

- 299 *Tonsis*] *Tonsa*, remus. Æn. canus usurpat *innocua* l. ix. 896. de  
 vii. 28. Psyllis loquens: 'gens unica terris  
 302 *Innocuæ*] Activa vox: sed Incolit, a sævo serpentum *innocua*  
 passive sumitur, pro *illæ*. Sic Lu- morsu; id est, *illæ* morsu.

Namque, inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,  
 Anceps sustentata diu, fluctusque fatigat:  
 Solvitur, atque viros mediis exponit in undis; 305  
 Fragmina remorum quos et fluitantia transtra  
 Impediunt, retrahitque pedem simul unda relabens.  
 Nec Turnum scgnis retinet mora: sed rapit acer  
 Totam aciem in Teucros, et contra in littore sistit.  
 Signa canunt. Primus turmas invasit agrestes 310  
 Æneas, omen pugnæ, stravitque, Latinos,  
 Occiso Therone, virum qui maximus ultro  
 Æneam petit: huic gladio perque ærea suta,

*dequali cumulo earum, nutabunda, diu suspensa; et dum agit undas: laceratur, et effundit viros in medias aquas: quibus fragmenta remorum et scamna subnatantia obstant, et fluctus refluens simul retrahit pedes allabentium. Nec pigra mora retardat Turnum: sed promptus ducit universum exercitum contra Troianos, et ex adverso stat in littore. Signa insonant: Æneas primus aggreditur agmina rustica, quod fuit initium prælii: et dejecit Latinos, intersecto Therone, qui hominum maximus primus tendit in Æneam. Æneas ense percadit huic latus professum, per*

est.—303. *Jamque* Hugen. *infricta* alter Hamburg. *pendit* tres Burm. *radis dorso* per appositionem dicta jungebat olim Probus ap. Servium, male.—304. *fatigant* pr. Hamb. et Zulich. cum Erf. At vid. Not. Malim vero interpungere: *Anceps sustentata, diu fluctusque fatigat.*—306. *remorumque* et Mentel. pr. *effluentia* tert. Rottend. cum parte Pierianorum. *fluctuantia* Dorvill.—307. *pedes* ante Heins., quod tuetur Romanns; sed meliores et ipsius et Pier. elegantius, *pedem*: nam alterum vulgus loquitur. *simul ora r.* Goth. tert.—308. *capit* Goth. sec.—309. in abest binis Burm. in littora duo alii.—310. *inradit* quatuor Heins.—311. *statuitque* L. Goth. pr.—312. *Therone.* Est *Θηρων*.—313. *suta*, quod Rom. Medic. et alii vetust. agnoscunt, post Ursinum, Pierium et alios, asseruit Heinsius magna locorum copia, in quibus idem vocabulum restituit. *Scuta* vulgo lectum: sed in *suta* Rom. et Medic. omnesque meliores consentiunt: thoracem antilem ex ære h. ex æreis lamellis vel catenulis de-

## NOTE

303 *Vadis*] Locis ubi aqua parum alta est, Æn. i. 115. in Notis.

304 *Fluctusque fatigat*] Servius explicat: *fluctus fatigat navim.* Ego: *navis fatigat fluctus*: scilicet crebro remorum et contorum impulsu, succussuque, ut ex arenis extraheretur. De *transtris*, scamnis navium, Æn. v. 119.

310 *Signa*] *Tubæ*, cornua, buccinæ, Æn. vii. 637.

311 *Omen pugnæ*] Vel initium: quia in rerum initiis, omnia sive aspacia

captabantur, Æn. vii. 173. Vel *factum auspiciu*: ex hoc enim primo successu, de victoria bene æstimare cœpit.

313 *Suta*] Alii legunt, *scuta*: sed durior hæc consonantium collisio multis videtur, *ærea scuta*. Quare, juxta probatissimos codices, malo *suta*: sive, clypeum ex multis æreis laminis *consutum* et contextum. Qua forma Virgilius Ge. iv. 33. vocavit *alvearia*, *corticibus suta cavatis*. Nec obstat duo hic jungi adjectiva absque sub-

Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.  
 Inde Lichan ferit, exsectum jam matre perempta, 315  
 Et tibi, Phoebe, sacrum, casus evadere ferri  
 Quod licuit parvo. Nec longe, Cissea durum,  
 Immanemque Gyan, sternentes agmina clava,  
 Dejecit leto : nihil illos Herculis arma,  
 Nec validæ juvere manus, genitorque Melampus, 320  
 Alcidae comes, usque graves cum terra labores  
 Præbuit. Ecce Pharo, voces dum jactat inertes,

*loricam asperam auro, et per textus areos clypei. Inde occidit Lycam, excisum e matre jam mortuus, et dictum tibi, o Apollo; quod adhuc infans potuisset evadere periculum ferri. Nec procul stravit morte asperum Cissæum, et grandem Gyan, vastantes clava turmas. Nihil profuerunt illis arma Herculis, nihil robuste manus, et pater Melampus, socius Hercules quamdiu terra proposuit Herculi difficiles labores. Ecce vibrans telum in Pharam, dum is emittit stollida verba, defligit illud in*

signat.—314. *suadentem* sec. Rottend. *hausit* alter Hamburg.—315. *Lichan* bene Heins. restituit e codd. *δ Αλφας*. Vulgo *Lycam*, corrupte : alii *Lychan*, *Lican*, *Lithan*, *Lichem*, *Lycum*. Porro et *sectum* Oblongus Pierii, *exemptum* alius Pier. *exemplum* alter Menag. *exceptum* alter Hamb. *exectum* Leid.—316. *actum* nonnulli vett. Pier.—317. *Cui licuit* vulgg., sed Romano præeunte. Quoi ed. pr. Burm. *Quod* Heins. e suis et Pier. emendavit. Utramque Servius scriptum reperit. Quo Gnd. a m. pr., atque sic Markland. ad Stat. pag. 28 emendabat : *casus evadere ferri Quo licuit parvo?* Vix probabit tale acumen, quisquis Maronem noverit. Tum *Cissea*, *Cissea*, *Scissea*, *Scissea*, *Cynæa*, corrupte. Est *Κισσέας*.—318. *Finalemque* Bigot. *Gyan* vulgg. ante Heins. Alius Gyan inter Trojanos memoratus est lib. 1, 226. 616 et al.—319. *Dejecit leto* : Jo. Schrader. conj. *leto*, ut alibi : xi, 665. Ge. 1, 339. At *sterni leto* v. c. 8il. Ital. x, 33.—320. *Nil v.* ante Heins. *Non* Goth. sec.—321. *comes ille* pr. Hamb. pro var. lect. *graves* ante Heins. *cum t.* idem e Medic. a m. pr. pro *dum*, quia mox *dum* reddit. Sed : *A. comes usque*, g. c. aut *usque . . dum* relinqui, et vs. sequi legi debet *cum*.—322. *Pharo* sapienter tuitus est post Ge. Fabricium Heinsius, ut sit a Pharus : τῷ Φάρῳ. *Pharo clamanti*; sic Rom.

## NOTÆ

stantivo nomine : siquidem idipsam sæpe usuvenit. Ge. 1. 153. *Nitentia culta*. Ibid. 398. *Aperta serena, &c.*

314 *Tunicam*] Vestem interiorem, de qua, *Æn.* ix. 616.

*Latus haurit*] *Exhaurit*, educto per vulnus sanguine. Metaphora ducta ab utribus, et doliis : quæ dicantur *exhauriri*, cum facto foramine liquor ex his educitur. Sic Homerus usurpat ἄφω. Il. xiii. 506. δὴ δ' ἐν τῇρα χαλκὸς ἠφω, 'intestina autem æs ex-

hausit.'

316 *Tibi, Phæbe, sacrum*] Quia Apollo medicorum est Deus, quorum ope exsecta matre Lycas ortus fuerat : atque ita ferri vi natus, eademque mortuus. De *Phæbo*, *Ecl.* iii. 62.

319 *Herculis arma*] *Clava*, e dæmæ arboris trunco. De *Hercule*, seu *Alcida*, ejusque laboribus, *Æn.* viii. 268. De *Melampo*, forte medico illo cecabri, de quo Ge. iii. 556.

Intorquens jaculum clamanti sistit in ore.  
 Tu quoque, flaventem prima lanugine malas  
 Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon ; 325  
 Dardania stratus dextra, securus amorum,  
 Qui juvenum tibi semper erant, miserande, jaceres :  
 Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci  
 Progenies ; septem numero, septenaeque tela  
 Conjiciunt : partim galea clypeoque resultant 330  
 Irrita ; deflexit partim stringentia corpus  
 Alma Venus. Fidum Æneas affatur Achaten :  
 Suggere tela mihi, non ullum dextera frustra  
 Torsit in Rutulos, steterunt quæ in corpore Graium

*ore vaciferantis. Tu etiam, o miser Cydon, dum perditus insequeris Clytium, flavum genis ob primorem barbam, novum amicum tuum, jacuisses defectus manu Trojana, non sollicitus de amoribus juvenum qui tibi erant semper cordi : nisi densa turba fratrum, proles Phorci, fuisset obvia Æneæ : numero septem sunt, et vibrant septem tela : sed ea partim e casside et clypeo resiliunt inania, partim mater Venus diverstit ea contingentia corpus Æneæ. Æneas alloquitur fidelem Achaten : Subministra mihi arma, quæ in arvis Trojanis fixa sunt in corporibus Græcorum : nullum telum*

et Oblongus Pierii, etai is Pharo accipit ut Plato : item Medic. Gud. et alii vetustiores. Alii Pharon ; utrumque Servius agnoscit. *dum tractat* pr. Hamb. et Ald. *inertes* dabitur Burm. an pro glossa irrepserit, quia Serv. ad 1 Æn. 106 *inanes* excitat. Enimvero satis inertis est, clamare et convicia ac contumelias jactare, ubi pugnando opus erat : *inertis* ex Nonio reposuit Heinsius.—323. *clamanti* Heins. e nonnullis, tanquam elegantius. Vulgo *clamentis*, quod et ipsum bene se habet ; ambiguitas est in *clamanti*, cum sequatur, *ore* : revocavit itaque illud Wakefield.—324. *Tum* Franc. *flaventem* Rom. *flaventes* apud Probum in Arte Grammat.—325. *Clicium, Licium, Clycium, Litium, Licium, Ditium, Elicium, Eliquum*, aberrant, et Clidon Zulich. Est *Κλῆβριος*.—327. *juvenes* Parrhas.—328. *obvia cohorti* ed. pr. Burmann. *Phorci* Rom. et al.—329. *septem numeros* Medic. a m. pr. Poterat et hoc vitium in elegantiam deflecti ; ut sit pro *numerus*. Melius autem sic distingui putem : *Progenies : septem n.*, quam continuari orationem, ut in Heins. et Burn.—330. *Consiliunt* Rufin. de Schem. Lex. *Continuit* alter Hamb. *partem* Rom. *clypeo galeaque* Dorvill.—331. *stridentia* Medic. a m. pr.—333. *Suffice tela mihi* et mox *Sparsit* in R. Barthius ex vet. Schol. profert ad Stat. vii Theb. 593. *nullum dextra mea* Exc. Burm.—334. *steterunt* editum ante Pier. *steterunt* Medic. a m. pr., tum *steteruntque* Goth. pr. et sec. cum Erf., sicque a nonnullis lectum Serviana docent. *quæ abest* a Franc. *in corpora* alter Hamb.

## NOTE

326 *Securus amorum*] Nihil tum amorum Germanæ. *Dardania*, Trojana Æneæ manu, Æn. i. 280. *Rutulos*, Æn. vii. 794. *Græcia*, Ge. ii. 16.

Iliacis campis. Tum magnam corripit hastam, 336  
 Et jacit. Illa volans clypei transverberat æra  
 Mæonis, et thoraca simul cum pectore rumpit.  
 Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem  
 Sustentat dextra: trajecto missa lacerto  
 Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem; 340  
 Dexteræque ex humero nervis moribunda pependit.  
 Tum Numitor, jaculo fratris de corpore raptò,  
 Æneam petiit; sed non et figere contra  
 Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ.  
 Hic Curibus, fidens primævo corpore, Clausus 345

ex iis dextera vibrabit incassum in Rutulos. Tum apprehendit ingentem hastam, et vibrat: illa volans transfodit æra scuti Mæonis, et penetrat simul lorica cum pectore. Alcanor frater auxiliatur illi, et sustinet dextra fratrem cadentem: hasta jam vibrata continuo percadit transosso brachio, et sanguinolenta seruat impetum: et dextra Alcanoris languens nervis pependit ex humero. Tunc Numitor telo extracto e corpore fratris appetiit Æneam: sed non permixtum est vicissim etiam cum vulnerare, at delibavit femur magni Achatæ. Tunc Clausus confidens juvenili cor-

—336. oras alter Hamb. et Parrhas. cum Goth. sec., ut inf. v. 477. æraa Mentel. pr. a m. pr.—337. Malovos. Meonis vett. edd. rupit Rom. cum aliquot Burm. et Goth. binis.—339. Sustentat alter Hamb. Sustentant Franc. lacertos Medic. a m. pr.—340. hasta subit pr. Moret. et Sprot. a m. pr., præcesserat id v. 338.—341. Dexteræque per humeros sec. Rottend. pudibunda Hugen.—343. sed non effigere c. multi codd. et edd., alii affigere, asfigere, effigere, effigere apud Heins. et Burm.—344. perstringit duo Burm. Heins. ad Ovid. Met. xii, 273 ait esse, leniter stringit. Atqui hoc non admittit per. Præstat dicere esse pro simplici, stringit, ferit.—345. Viribus hic fidens Ald. sec. et edd. aliquot ante Pierium. Hic viribus Ald. pr., ut et Goth. pr. Hic curibus Rom. Curibus hic tert. Curibus fidens malebat Cerdà jungere. At fidens juvenis, robore, pro usus, habens; jam alibi monitum, ἀλλὰ περὸν δὲ. Tandem Lausus lectum ante Pierium. Sed Clausus emendavit Naugerius et Pier. v. vii, 106. Videtur autem in Claudii gentis gratiam Clausum hunc

## NOTÆ

339 Trajecto missa lacerto, &c.] Aliqui de altera hasta intelligunt, quæ post trajectum Mæonem ab Ænea missa fuerit. Ego de eadem, quæ primo Mæonis pectus, deinde eodem impetu subeuntis Alcanoris pervaserit lacertum, unde dextra ejus manus languida pependerit. Lacertus, pars est brachii a cubito ad manum.

345 Curibus] Ex urbe Sabinorum, Æn. vii. 710. Postquam descripsit Virgilius cædem factam ab Ænea, mox narrat cædem Trojanorum, a Clauso Sabino patratam. Male legunt aliqui Lausus: est enim Lausus Mezentii filius; Clausus vero Sabinorum dux, Æn. vii. 707.

Advenit, et rigida Dryopem ferit eminus hasta  
 Sub mentum, graviter pressa, pariterque loquentis  
 Vocem animamque rapit, trajecto gutture; at ille  
 Fronte ferit terram, et crassum vomit ore cruorem.  
 Tres quoque Threicios Boreæ de gente suprema, 350  
 Et tres, quos Idas pater et patria Ismara mittit,  
 Per varios sternit casus. Accurrit Halesus,  
 Auruncæque manus; subit et Neptunia proles,  
 Insignis Messapus equis. Expellere tendunt  
 Nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso 355

*pore venit e Curibus, et procul ledit Dryopen rigenti hasta dure inflicta sub mentum, et simul aufert loquenti vocem et spiritum transfosso jugulo: ille autem verberat fronte tellurem, et effundit ore spissum sanguinem. Deicit etiam per varios modos tres Thraces, de sublimi stirpe Boreæ; et tres quos pater Idas et patria urbs Ismara misit ad bellum. Halesus occurrit, et turmæ Auruncæ: occurrit et progenies Neptuni Messapus conspicuus equis: modo hi, modo illi conantur expellere: pugnatur in ipso ingressu Italiae. Quemadmodum tenti op-*

~~~~~

ornare. *Laurus* Medic. a m. pr. *lapsus* duo Burm.—346. *Advolat* Oblongus Pierii, Hamb. pr. et sec. Rottend. cum Leid. *Dryopen* legebatur; rescripti *Dryopem* ex *Δρῶφ. Driopem, Dyopen*, erratum ap. Burmann.—347. *presso* sphalma est ed. Burm.—349. *Fronte premit* aliquot Burm. cum Goth. tert.—350. *Tris* vestustiores plerique. At in codd. antiquis apud Gell. XIII, 19 priore loco *Tres*, altero *tris* lectum esse narratur, idque a poeta auri datum. Sane hominum argutias plures passim vidimus; nolo tamen iudicio aurium, quod varium esse solet, refragari. Legat adeo, qui volet, *Tres quoque* tum *Et tris*.—351. *et patria, Ismara mittunt*: malebam scriptum. Sicque video etiam Heinsium in votis habuisse; uti fuit Ge. II, 37. Sed potuit a poeta *Ismarus* pro *Ismarius* dici; ut tot alia. *Ismarus* autem non modo urbs Ciconum, circa Maroneam, Odys. I, 40, sed et ipse mons apud Virgil. Ecl. VI, 30. *nutrit* Leid. et Goth. tert.—352. *Accurrit* Heins. e Medic. et aliis reposuit, vulgo *Occurrit*. Porro *Halesus* h. l. exaratum in ed. Heins. et Burm., cum tamen sup. VII, 724 *Halesus* inductum esset. Sed et ea, quæ Heinsius h. l. super vocis origine disputat, scripturæ *Halesus* adversantur. In Troade erat τὸ Ἀλφειὸν πείδιον: Strab. XIII, pag. 902 A.—354. *Inanis M. Parrhas*.—358.

NOTÆ

350 *Threicios, Boreæ, &c.*] *Thraces* Æn. III. 14. *Boreas* septentrionalis ventus, fingitur Strymonis fuisse filius, fluvii Macedoniæ, qui Thraciæ etiam tribuitur, Ecl. VII. 51.

351 *Ismara*] Singularis numeri, ut videtur: Thraciæ urbs est Servio ad Ismarum montem, qui non longe est ab ostiis Hebri: *Ismarus* tamen urbs

Delph. et Var. Clas.

illa vulgo dicitur, non *Ismara*. Ptolemæo in Armenia Minore statuitur, ad Euphratem.

353 *Halesus, Auruncæque, &c.*] *Auruncorum* Italorum dux, mox a Pallante occidendus, 425. Æn. VII. 723. 726. &c. De *Messapo*, equis nobili, ob Neptunum equi auctorem, ibid. 691. De *Ausonia*, ibid. 54.

Virg.

4 E

Ausoniæ. Magno discordes æthere venti
 Prælia ceu tollunt, animis et viribus æquis :
 Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedunt ;
 Anceps pugna diu ; stant obnixi ; omnia contra.
 Haud aliter Trojanæ acies aciesque Latinae
 Concurrunt : hæret pede pes, densusque viro vir.

360

At parte ex alia, qua saxa rotantia late
 Impulerat torrens arbustaque diruta ripis,
 Arcadas, insuetos acies inferre pedestres,
 Ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci ;
 Aspera quis natura loci dimittere quando

365

positi excitant pugnas in spatioso aëre, partibus animis et viribus : non cedit mare ipsis, non nubes, non ipsi venti inter se ; diu dubium est prælum, manent oblacantes contra omnia. Non aliter agmina Trojana, et agmina Latina congregiantur : pes hæret pedi, et vir spissus viro. Sed ab alia parte, qua torrens late disiecerat lapides contortos, et arbores culaas e ripis ; postquam Pallas conspexit Arcadas, non assuetos incurrere agmine pedestri, obicere terga Latino persequenti ; quando-

limite Zulich. *limina in ipsa Gud. a m. pr.*—356. *Magno æquore* suspicatur Burm., quia mox sequitur : *non mare*. Atqui sequitur quoque *non nubila*. Vix putes serio talia tractari. *Magnum mare* idem interpretatur tempestuosum et agitatum ventis. *Magnos fluctus in eam sensum dici non dubito : Magnum mare, vix puto : sed sic dicitur pro vasto mari.*—357. *animis et viribus æquis*. Mallet forte, inquit Burmannus, qui modo *æquore* protulerat, critica prurigne laborans aliquis hic legere *æqui*. Sed docte mox docet, utrumque quidem recte dici, sed Virgilio placuisse alterum *viribus æquis*, multis in locis, v. c. inf. 431.—358. *Nunc in edd. ant., sicque Goth. tert. cedit omnes. cedunt Medic. a m. pr., idque Heins. arripuit, paulo cupidius.*—359. *obnixi* et olim editum inde ab Aldd. (donec ed. Commelin. e Palat. *obnixa* intulit) et reductum ab Heinsio tanquam elegantius, per græcismum *stant contra venti obnixi* (κατὰ) omnia. At vide meliorem rationem interpretationis in notis. Est hujus lectionis auctoritas apud Arusianum Messium. Omnes tamen ubique fere codd. cum Romano et Mediceo *obnixa* ; ut omnia sint *obnixa*, obnitantur sibi invicem, mare ventis, venti mari et sic porro. Quod si sunt codd., in quibus *obnixi* legitur, scriptum illud in litura : præter alterum Hamb. et Moret. tert. et Goth. pr., de quibus id monitum non video. *obnoxia* sec. Rottend. Retraxisit *obnixa* Cuningham. et Brunck. Habet sane utraque lectio, quo se commendat et quo se tueatur.—360. *Teucrorum acies* sec. Rottend.—361. *hærent* Dorvill. a m. pr.—363. *Impulerat* e Medic. Colot. Scheffer. et Moret. qu. Heinsius reposuit. Addit Burm. Aldinam, perperam puto ; nam omnes Aldd. tuerunt quod vulgo habent codd. cum Rom. *intulerat* ; tum *deruta* Sprot.—364. *Arcades* ed. pr. et N. Heinsii, operarum haud dubie vitio.—365. *sequenti* Vratisl.—366. *quos Gud. demittere* aliquot Pier. et Burm.,

NOTE

361 *Pede pes*] Pro *pedi*, inquit Servius.

362 *Saxa rotantia*] Passive, pro *rotata* : ut Ge. i. 163. *Volcentia plaus-*

tra : pro, *voluta*.

363 *Arbusta*] Non arbusculæ sunt, sed loca ipsa arboribus consita, Ecl i. 40.

Suasit equos ; unum quod rebus restat egenis,
 Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris :
 Quo fugitis, socii ? per vos et fortia facta,
 Per ducis Evandri nomen, devictaque bella, 370
 Spemque meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudi,
 Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hostes
 Est via. Qua globus ille virum densissimus urget :
 Hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.
 Numina nulla premunt : mortali urgemur ab hoste 375
 Mortales ; totidem nobis animæque manusque.
 Ecce, maris magna claudit nos objice pontus ;
 Deest jam terra fugæ : pelagus Trojamne petemus ?

quidem difficilis natura loci coëgit eos descendere ex equis ; modo precibus, modo dictis asperis inflamat virtutem illorum, quod solum supererat in rebus angustis : Quo fugitis, o socii ? per vos ipsos, et per generosa gesta vestra ; per nomen Evandri regis, et relatas victorias, et meam expectationem, quæ nunc surgit æmula gloriæ paternæ : ne committite vos fugæ : via est aperienda inter hostes, qua parte multitudo illa hominum spississima premit nos : nobilis patria hac vocat vos et ducem Pallanta. Nulli Dii urgent nos, mortales urgemur ab hoste mortali : sunt nobis tot manus et animæ, quot illis. Ecce mare coerctet nos magno obstaculo aquarum : jam terra deficit fugæ : an adibimus mare, an Trojam ? Dixit hæc, et

perperam ; est enim *dimittere* voc. proprium. Burmannus laudat Suet. Cæs. 60. *quondam Parrhas*.—367. *quod restat rebus e.* duo Hamb.—368. *v. extendit Parrhas*.—369. Quos f. Gud. a. m. pr.—370. Forte *Et ducis*. Nam est : *Vos precor et per f. f. et per d. E. nomen*.—371. *laudis* edd. aliquot apud Pier. et Ald. pr. cum Goth. tert.—372. *rapienda* pr. Hamb., sed *ferro rumpitur* via. cf. Burm.—373. *Quo gl.* Rom.—374. *p. arma* pr. Hamb., an *alma*, inquit Burm. *repositat* Parrhas.—376. *nobisque* Montalb. in nobis duo Burm. *nobis totidem* Dorvill.—377. *magna objice* seu *obice* (scribendum sic *obice*, nam I est pro ii ut LavinI. imperI.) recepit secundum Pierium Heinsius vetustiorum omnium auctoritate : quem vide ad h. l. et ad Claudian. ii in Eutrop. 34. Edd. et codd. recent., ut Goth. tres, *magno*, quomodo et Servii ætate nonnulli legébant, parum memores et *hic et hæc obex* dici. Nonnulli adeo *magni* emendare ausi. vid. Serv.—378. *Pelagus Trojamne* hoc est, utrum Pelagus an Trojam ? *Pelago Trojamne*, (quod esset : num mari Trojam novam, nam antiquam, jam excisam, Arcades petere haud poterant, petendam esse putatis ?) edd. vulgg. ante Heins., cum tamen vetustiores codd., quod et Pierius monuit de suis, constanter habeant : *Pelagus Trojamne*. Nisi quod Gud. et Leid. *Pelagus Trojane*. Montalb. *Trojum pelagusne*. Ed. pr. Burm. *Pelagus terranne*. Mediol. *Pelagus Trojamne*. Porro *petamus* Medic. a. m. sec. Gud. et alter Mentel.

NOTE

371 *Spemque meam, quæ, &c.*] Cum rem rediturum.
 pater meus victor ex omnibus bellis 378 *Trojam*] Novam, seu castra Tro-
 domum remearit : ego, ejus laudis janorum, Æn. vii. 157.
 æmulus, sperabam me quoque victo-

Hæc ait, et medius densos prorumpit in hostes.
 Obvius huic primum, fatis adductus iniquis, 380
 Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,
 Intorto figit telo, discrimina costis
 Per medium qua spina dabat: hastamque receptat
 Ossibus hærentem. Quem non super occupat Hisbo,
 Ille quidem hoc sperans; nam Pallas ante ruentem, 385
 Dum furit, incautum crudeli morte sodalis,
 Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.
 Hinc Sthenelum petit, et Rhœti de gente vetusta
 Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.
 Vos etiam gemini, Rutulis cecidistis in arvis, 390

medius irruit in hostes confertos. Lagus occurrit primum obvius illi, attractus fatis adversis: dum hic attollit saxum vasti ponderis, Pallas occidit cum immissa hasta, qua parte spina facit divortium costarum per medium dorsi: et retrahit hastam infixam ossibus. Hisbon non intercipit illum Pallanta in hoc opere, quamvis ille hoc speraret. Nam Pallas prius intercipit irruentem, improvidum, dum furit ob mortem asperam socii: et occultat gladium in pulmone turgido. Deinde incidit Helenum, et Anchemolum e veteri familia Rhœti, ausum constuprare cubile novercæ. Vos quoque fratres occidistis in campis Rutulis,

cum aliis Burm. et cum aliquot Pierii, qui *petetis* ex edd. vett. habet, quod et in Goth. pr. occurrit, reliqui *petatis*. *Pelago Lernæne petemus* h. e. Arcadium, vel, *Pullanteumne petemus*, ingeniose tentabat Jo. Schrader. in schedis.—379. *prorupit Parrhas*.—380. *fatis primum deductus Ven. deductus etiam Goth. tert. ultectus Parrhas*.—381. *hic* quidam olim edd. ap. Pier. *vellit magno Rom. et aliquot Heins. ac Burm. cr. u. biuis Goth. et Ms. Bersman.*, unde revocavit Cuningham. *cum Rom.*—383. *qua spina dabat Medic. Gud. a m. pr. Montalb. cum Colot. et Parrhas. ac Goth. sec.*, idque recte recepit Cuningham., idque ipse nunc sequor: postulat enim id consecutio temporum, quam poëta amat. *Vulgo dedit editur. hostemque retemptat Dorvill.*, ineptissimus codex, a m. pr. est *ἀντιπάραις* *ἔγχο*.—384. *Quem desuper Dorvill. et Goth. sec. occubat duo Moret. et var. lect. Pierii ap. Burm. Hisbo e libb. refinxit Heins. pro vulgari Hisbon.* Corrupte alii: *Hysbon, Hispon, Isbon, Iston, Hiamon, Usbon*.—386. *Marte Goth. tert.*—387. *in deest Ven.*—388. *Hinc Helenum vett. edd., etiam Ald. pr.* At *Sthenelum* ex libris, in quibus fere *Stenelum* est scriptum, defendit Pier. et Heins., edideruntque hoc Egnatius et Nauger. Nisi verum est *Sthenium*, quod Medic. Gud. et bini Rottend. habebant. *Stenium* quoque ed. pr. Burm. *Stelenum, Steneum, Steium, Stimum* alii. Tum: *petit, hinc Parrhas. Rhæthi, Rehæti, Reti, Rethi, Hræti*, vitiose al.—389. *Ἀρχέμαλον* esset: ut apud Homerum *Ἀρχέμαχος*. *Anthemolum, Achemodum, Anchelamum, Archemodum, Ancelomum, Arthenolum, Austemolum*, aberrant. *Archemorum, Ἀρχέμορον*, quædam edd., ut ap. Juvenal. vii, 234 legitur, qui h. l. respexit. *thalamumque* ed. pr. Burm. *temerare* sec. Moret.—390. *in agris Gud. et tert. Rotteud.* cum

NOTÆ

387 *Tumido in pulmone*] Et ex natura sua, et ob iram ex morte socii conceptam.

389 *Anchemolum, thalamos, &c.*] Nar-

rat Servius ex Abieno, Rhœtum fuisse Marruhiorum in Italia regem, qui cum Anchemolo filio novercam superinduxisset Casperiam, stuprata illa

Daucia, Laride Thymerque, simillima proles,
 Indiscreta suis gratusque parentibus error ;
 At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas :
 Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abstulit ensis ;
 Te decisa suum, Laride, dextera quærit ; 895
 Semanimesque micant digiti, ferrumque retractant.
 Arcadas accensos monitu, et præclara tuentes
 Facta viri, mixtus dolor et pudor armat in hostes.
 Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
 Trajicit. Hoc spatium tantumque moræ fuit Illo ; 400
 Illo namque procul validam direxerat hastam :
 Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra,

Laryde et Tymber, soboles Dauci, quæ erat simillima, et indistincta suis parentibus, et causa jucundi erroris. Sed Pallas nunc posuit crudelia discrimina inter vos. Nam gladius Evandri filii abscidit tibi caput, o Tymber: dextra manus amputata quærit te suum, o Laride: et digiti moventur semimortui, et motant gladium. Dolor junctus pudori excitat in hostem Arcadas inflammatos monitis, et videntes egregia gesta ducis. Tunc Pallas confodit Rhœteum fugientem ulterius equis binis jugo alligatis: tantumdem spatii et moræ fuit Illo ad mortem. Nam Pallas intenderat eminens in Ilum hastam robustam: quam Rhœteus medius excepit, fugiens te, fortissime Teuthra, et fratrem tuum Tyren; et excussus e curru semimortuus

tribus al. armis Leid., aberrationes perpetuæ.—391. *Dautia* nonnulli Codd. cum Goth. pr. *Dancia* Julius Sab. *Damia* Menag. pro div. lect. et Scheffer. cum Zulich. a m. sec., quod probat Heins. Equidem non video, cur non *Daucus* aliquis esse aut fingi potuerit, cui duo filii essent, Larides et Thymer, *Dancia proles*. *Laride* Goth. tert. et aliquot Burm. *Larida* Mentel., et *Laurida* Dorvill. Tum *Thymbreque*, *Tyber*, *Thiber*, *Tymber*, *Tiber* al. Quod poëta sibi in tam brevi spatio *Thymber* et *Thymbre* permisit, exemplo non caret.—392. *Indiscreta suis*, interpungit Wakefield cum Servio; nec male; suis scil. propinquis.—393. Et nunc Dorvill. *dura* Sprot. pro var. lect. et Zulich. a m. pr. *sæva* Schol. Stat. ix Theb. 295.—394. *enses* Medic.—395. *descissa* duo Burm.—396. *Semanimes* Rom. et 404, et sic scribi malim.—398. *d. et furor* Rom. cf. sup. ad iv, 91.—399. *propter* in fine tert. Rottend., ut sit prope. Eadem varietas alibi. Burm. laudat ad Ovid. Met. v, 159.—400. *Illo* Parrhas. Delevi nunc interpunctionem post *spatium*; nam ex animo poëtæ junctura videtur esse: *hoc tantumque spatium fuit Illo moræ*, casu tertio; h. e. moratum est mortem.—401. *derexerat* Rom. et Medic., ut alibi.—402.

NOTE

fuit ab ipso Anchemolo, qui patris metu ad Turnum fugit.

392 *Indiscreta suis*, &c.] Ita similes inter se fratres, ut a parentibus discerni non possent.

394 *Thymber*] Dicitur *Thymber* et *Thymbrus*; ut *Evander* et *Evandrus*, Æn. viii. 318.

396 *Ferrumque retractant*] Convulsis nempe nervis, et aliquo motu subsultuque gladium adhuc attrahantibus.

402 *Teuthra*] *Teuthras*, *Teuthræ*: ut *Æneas*, *Æneæ*: vocat. in a. *Tyren*] *Tyres*, *Tyræ*: ut *Anchises*, *Anchisæ*: accus. in en.

Te fugiens, fratremque Tyren : curruque volatus
 Cædit semanimis Rutulorum calcibus arva.
 Ac velut, optato ventis æstate coortis, 405
 Dispersa immittit sylvis incendia pastor ;
 Correptis subito mediis, extenditur una
 Horrida per latos acies Vulcania campos ;
 Ille sedens victor flammæ despectat ovantes :
 Non aliter socium virtus coit omnis in unum, 410
 Teque juvat, Palla. Sed bellis acer Halesus
 Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.
 Hic mactat Ladona, Pheretaque Demodocumque ;
 Strymonio dextram fulgenti deripit ense
 Elatam in jugulum ; saxo ferit ora Thoantis, 415
 Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.

ferit talis agros Rutulorum. Et sicut per æstatem ventis subortis ex voto, pastor diffundit in sylvis sparsa incendia: continuo correptis mediis sylvis horrenda vis Vulcani funditur simul in vastos agros: ille vero pastor sedens voti compos aspicit ignes exultantes. Non aliter vis tota sociorum colligitur in unum, et adjuvat te, o Palla. At Halesus ardens bello currit contra oppositos, et concoluit se in arma sua. Hic interficit Ladonem, et Phereta, et Demodocum: abscondit Strymonio splendente gladio dextram erectam in guttur suum: vulnerat lapide frontem Thoantis, et diffundit ossa mista cerebro sanguinolento. Pater Halesi prædicens futura occul-

~~~~~

*Teucra Dorvill. Teucrum Goth. tert. Nec vero Teuthra cum Servio a Teuthras, æ, est repetendum, sed a Teuthrus, antis, unde Teuthra, ut Τεῦθρα et Τεῦθρα.—403. Tyrim Rom., ex Τόπρι.—405. optato vett. edd. ante Pier. cum Ald. pr. et codd. nonnulli apud Heins. et Burm. et duo Goth., perperam; non enim æstas optatur, sed in æstate venti aura. Itaque recte vetustiores, quod editum a Nangerio, optato, h. ex voto, ut bene Servius explicat; sed male interpungitur in Heins. et Burm. optato, ventis. Porro sec. Rottend. optatu.—406. Dispersam Parrhas.—409. dispectat Leid.—410. virtus socium Oblong. Pier.—411. Pallas omnes fere vetustiores Heinsii. conf. inf. 152 lib. xi. Alenus, Alæus, Halesus etiam h. l. vid. sup. ad v. 352.—413. Adlona, Ἀδλὼνα te, Δημόδοκον te. Laudona et mox Fereta, Phareta, Pharetra, Pherea, freta, fretam, Pheretra, librorum aberrant., et Dedomocum, Dedemosum, Demodum.—414. diripit deteriores.—416. dispersit e melioribus Pier. et suis Heinsius. Vulgg. cum pr. Goth. dispergit. In qu. Moret. disperdit: pr. Voss.*

#### NOTE

404 *Calcibus*] *Calx*, extrema pars et posterior pedis, talus: unde *calcar*, et *calcare*. De *Rutulis*, Æn. vii. 794.

408 *Acies Vulcania*] Exercitus et vis Vulcani, id est incendium, ex multis flammis, aciei instar, collectum. De

*Vulcano*, Ge. i. 295.

409 *Flammæ ovantes*] Quasi triumphantes. De illa voce, Æn. iii. 189.

413 *Phereta*] *Pheres*, *Pheretis*: ut *Dares Daretis*: accus. in a.

Fata canens sylvis genitor celarat Halesum ;  
 Ut senior leto canentia lumina solvit :  
 Injecere manum Parcæ, telisque sacrarunt  
 Evandri. Quem sic Pallas petit ante precatus : 420  
 Da nunc, Tybri pater, ferro, quod missile libro,  
 Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.  
 Hæc arma exuviasque viri tua quercus habebit.  
 Audiit illa Deus : dum textit Imaona Halesus,  
 Arcadio infelix telo dat pectus inermum. 425

*taverat Halesum in sylvis : postquam senex dissoluit morte oculos seniles, Parcæ miserunt manus in Halesum, et addixerunt eum armis Evandri. Pallas aggreditur illum, sic prius precatus : O pater Tybri, da nunc felicem exitum, et viam per pectus fortis Halesi, telo, quod libro volatile : quercus tua feret hæc arma et spolia hominis. Deus Tybris exaudivit illa verba. Dum Halesus tegit Imaona, offert miser jaculo Arcadico pectus indefensum. Sed Lausus, qui erat magna pars belli,*

\*\*\*\*\*

*dispersa et c. permixta.*—417. *Facta sec.* Moret. *cærens* aliquot Pier. et pro div. lect. pr. Hamb., sicque alii ap. Serv. Potest et hoc defendi, etiam præferri, *cærens celarat* ; sed alterum et ipsum bonum est et a libris defenditur. Præstat monere, nos interpunctionem mutasse. Male interpungebatur : *Fata c.*—*Halesum ; Ut s.*—*solvit.* *Injecere m.*—418. *Ut genitor sec.* Rottend. ex glossa. *leto canenti* Rom.—420. *paratus alter* Hamb.—421. *Tybre, Tibre, Timbre, Tymbr* inepti librarii. *ferri* Sprot.—422. *Fortuna atque via* Franc. *Fortunamque* Exc. Burm. *diri* Mentel. pr.—423. *habebat* Medic. a m. pr.—424. In *textit* hære potuisse Grammaticos, quis credat? quis dubitet a *tego* esse? Halesus clypeum prætendebat amico Imaoni, sicque suum pectus aperiebat. At Serv. a *texo*, ut sit *spoliat*, detexit. Sententia esset similis Iliad. Δ. 468. Tum *Hymeona* Medic. et al., unde Heins. conj. *Hymæona*, et aliæ iterum aberrant. librarium *Imæona, Imæona, Himaona, Himagona, Imahora.* Rom. *Himæonia.* *Iudova.*—425. *Aradico* Goth. *telum* Rom. *dat telo* sec. Moret. *juveni dat* alter Hamb. *inerm* tres Burm. *apertum* Goth.

#### NOTÆ

417 *Genitor celarat Halesum*] Halesus hic diversus est ab eo qui Æn. vii. 723. dicitur 'Agamemnonius Trojani nominis hostis.' Hujus enim pater, 'senior leto canentia lumina solvit : ' et filium Italicis 'sylvis celavit.' At pater alterius Agamemnon, robusta ætate occisus est in Græcia, Clytæmnestræ uxoris insidiis.

418 *Canentia lumina*] *Senilia* : dura translatio, a *canitie*, quæ propria est capillorum. De *Parcis*, fata hominum fuso volventibus, Æn. i. 26. De *Tybri*, fluvio regionis illius, Æn. viii. 330.

423 *Tua quercus*] Aliqua ex iis, quæ tuis in ripis nascuntur.

424 *Textit*] Donatus videtur explicuisse *protextit, defendit* ; a *tego*. Servius, *detexit, spoliavit, a texo* : et Plautina quidem locutio est, in Amphitr. Act. i. sc. 1. v. 138. 'Illic hoc homo denuo volt pallium detexere,' id est *spoliare*, ut explicant Turnebus ac Taubmannus. At cum Plantus usus sit verbo composito *detexere* ; vereor ut simplex *texere* significare idem possit : quare Donato assentior, etsi tempus præteritum hic duriusculè adhibetur pro præsentī.

At non cæde viri tanta perterrita Lausus,  
 Pars ingens belli, sinit agmina : primus Abantem  
 Oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.  
 Sternitur Arcadiæ proles ; sternuntur Etrusci ;  
 Et vos, o Graiis imperdita corpora, Teucri.  
 Agmina concurrunt ducibusque et viribus æquis.  
 Extremi addensent acies : nec turba moveri  
 Tela manusque sinit. Hinc Pallas instat et urget,  
 Hinc contra Lausus, nec multum discrepat ætas,  
 Egregii formæ ; sed quis fortuna negarat  
 In patriam reditus. Ipsos concurrere passus  
 Haud tamen inter se magni regnator Olympi ;  
 Mox illos sua fata manent majore sub hoste.

430

435

Interea soror alma monet succurrere Lauso

*non permittit exercitum terri nece tanti hominis. Primus interficit Abantem adversum, qui erat difficultas et firmamentum pugnae. Soboles Arcadiæ caditur, Teuci caduntur : et vos, Trojani, corpora quæ Greci non potuerant perdere. Exercitus miscetur, paribus ductoribus et viribus : ultimi comprimunt multitudinem pugnantium : nec multitudo permittit expediri arma et manus. Hinc Pallas imminet et urget ; illinc Lausus ex adverso : nec ætas valde distat : pulchra erant specie ; sed sors negaverat illis regressum in patriam. Tamen rex vasti cæli non passus est illos certare inter se : mox sua funera destinata sunt illis sub hoste nobiliore. Interim soror benevola Turni admonet Turnum, qui trajicit celeri curru me-*

~~~~~

tert., non indocte, ut alibi.—426. *tanta* exquisitius quam tanti.—427. *sinit* agmine Franc., sed *sinit* scil. esse p. *Abantum* Rom. *Abanta* Leid.—428. *interimit* Rom. Gud. Mentel. pr. *pugnae interimit* Dorvill.—429. *Arcadia* Parrhas.—430. *a Graiis* aliquot Burm. *Teucrum* Schol. Statii Theb. III, 84.—432. *addensent* edidit Nanger. Ge. Fabric. et Heins. e codd. aliquot ; sicque poëta solet. v. VII, 794 et al. Vulgg. cum Rom. et Medic. *addensant*. Montalb. *Extrema addensant acies* pro *addensant se*, *addensantur*. Priscian. lib. VIII *Postremi addensent acies*, at lib. IX *Extremi addensent acies*.—434. *Hic c.* Franc.—435. *quis, quis*—*forma* Heins. e Gudiano, tanquam elegantius. Vulgo *forma*.—438. *illi* Hugen. *majora* Leid., sed *maiore* bene : Turno et Ænea.—439. *mox* Voss. et Goth. sec. *succedere* Rom. et alii Pier.

NOTE

426 *Lausus*] Mezentii filius, Æn. VII. 649. De *Arcadibus*, Æn. VIII. 51. De *Etrusci*, ibid. 479. De *Teucris*, Æn. 239.

432 *Addensent*] Vulgo *addensant*. Sed doctissimi quique grammatici verbum illud etiam in secunda conjugat. agnoscunt. Ita frequenter Lucretina. *Addensent* autem extremi

acica, dum urgent ipsi, instantque, ut in primos pugnantium ordines perveniant.

438 *Maiore sub hoste*] Quippe *Pallas* mox occidendus erat a Turno, 487. *Lausus*, ab Ænea, 815.

439 *Soror alma*] Turni soror, *Juturna* Nympha, de qua Æn. XII. 138.

Turnum; qui volucris curru medium secat agmen. 440
Ut vidit socios: Tempus desistere pugnae;
Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas
Debetur; cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait; et socii cesserunt æquore jusso.
At, Rutulum abscessu, juvenis tum, jussa superba 445
Miratus, stupet in Turno, corpusque per ingens
Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu.
Talibus et dictis it contra dicta tyranni:
Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni. Sorti pater æquus utrique est. 450

diam turbam, ut auxilietur Laoco. Postquam asperit socios, ait: Tempus est recedendi a prælio, ego solus irruo in Pallanta, Pallas debetur mihi soli: optarem, ut ipse ejus pater hic esset præsens. Dixit hæc, et socii recesserunt e campo præscripto. Sed juvenis Pallas, tum ob recessum Rutulorum, tum admiratus jussa imperiosa, obstupet fixus in Turno: et versat oculos per magnum corpus illius, et circumit omnia ferro aspectu, et talibus dictis respondet adversus verba regis: Ego mox prædicabor, aut propter direptas magnificas exuvias, aut propter necem illustrem: genitor meus paratus est utrique fortunæ: abstine minis. Locutus prodit

~~~~~

et Heins., quod et hic probat; ejus interpretamentum esse succurrere, conf. v. 441. 444. Tuentur tamen hoc Medic. et alii; et videtur melius sententiæ convenire.—441. *Ut vidit, Socii, t.* vel *Ut vidit, sociis*: Waddel. conj. Animadvers. crit. p. 36. *desistere pugna* Rom. et alii, quod vulgare esset: cum secundo casu doctius dictum, ut tot alia: *desinere irarum* etc.—442. *ferar* tentet aliquis: sicque Bigot. et Goth. tert., prave: alterum enim eruditius, ut infinitis aliis in locis quæ in communi oratione futura erant, in præsentia deflectit Maro. *fero* Goth. pr.—443. *pater sp.* Parrhas.—444. *jussi olim edd.* ante Pier., in his Ald. pr., ut vulgaris oratio ferebat: *cesserunt jussi*, ut inf. XII, 696 *Discessere omnes mediis spatiumque dedere*. Sed hoc ipsum epitheton elegantius transfertur ad alterum: *æquore jusso*, quo ipsi cedere jussi fuerant: Hoc a Naugerio editum, et ex eo in aliis, habet Pierii Medic., aliique Heins. cum Goth. pr.; et hanc lectionem Servius interpretatur et Macrobius vi. 6, sed, quod mireris in Grammatico, tanquam insolentiorum eam improbat Probus. Laudat Burm. Silium x, 447, ubi *ordine jusso*. Ex Julio Sabino patet fuisse olim qui legerent *jussu*.—445. *Et Dorvill. At juvenis Rutulum accessu* Goth. tert. *tum jussa* idem cum qu. Moret. dum Exc. Burm. cum Goth. tert. *tamen ipsa* idem alter Menag. *ea jussa* Parrhas. Hæserunt omnes in tum, quod paulo asperius dictum hic videtur. *tum*, deinde Serv. interpretatur. Aut junges: *At tum juvenis stupet in Turno, miratus jussa superba, discessu Rutulorum*. Variavit scilicet orationem pro vulgari: partim Rutulorum discessum, partim causam discessus, jubente Turno, miratus. *dicta superba* Oblongus Pierii et pr. Hamb.—446. *Miratur* Rom. et alii Pier. et Burm., ac bini Goth.—449. *lædabor Bigot.*—450. *est* in fine abest tribus Burm.—451. *Fatua*.

## NOTÆ

448 Tyranni] Regis, Æn. vii. 449 Spoliis opimis] Quæ dux duci  
 266. detrahit.

Tolle minas. Fatus medium procedit in æquor.  
 Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.  
 Desiluit Turnus bijugis; pedes apparat ire  
 Cominus. Utque leo, specula cum vidit ab alta  
 Stare procul campis meditantem in prælia taurum, 455  
 Advolat: haud alia est Turni venientis imago.  
 Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ,  
 Ire prior Pallas, si qua fors adjuvet ausum  
 Viribus imparibus; magnumque ita ad æthera fatur:  
 Per patris hospitium, et mensas, quas advena adisti, 460  
 Te precor, Alcide, cœptis ingentibus adsis;  
 Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,  
 Victoremque ferant morientia lumina Turni.

*in medium campum. Sanguis frigidus concurrat Arcadibus circa cor. Turnus descendit ex equis duobus jugo alligatis, parat pedes accedere propius: et quemadmodum leo occurrit, quando e sublimi specula conspexit taurum cogitantem pugnas stare longe in agris: non alia est species Turni appropinquantis. Pallas, quando existimavit fore ut ille posset tangi hasta vibrata, cœpit primus irruere, robore inæquali, explorans an sors aliquando faveret incepto, et sic loquitur ad cæcum magnum: O Alcide, oro te, per hospitalitatem mei patris, et mensas quibus exceptus fuisti peregrinus, auxiliare magnis inceptis meis: Turnus videat me auferre sibi moribundo arma sanguinolenta, et oculi exanimis Turni patientur me victorem.*

Alias adjicit, hæc fatus. Jo. Schrader. conj. *Fatis. processit Menag. pr. et Hamb. pr. cum Goth. sec.—453. Disiluit aliquot Burm. Subsiliuit Exc. ejusdem.—454. Itque Goth. sec.—455. meditantem in prælia: ita Heins. e Medic. et binis Pierii Vaticanis, quorum alter Romanus est: adde ed. Mediol., cum vulgo in abesset: meditantem prælia taurum. At alterum illud Heinsius illustrat partim Silii imitatione vii, 439 partim similibus, quæ affert, nonnullis tamen aliquantum diversis. Conveniunt: *prohudere in pugnam, cedere in prælia sup. lib. ii, 347. irasci in cornua Ge. iii, 232, et inf. xii, 104 prohudere ad pugnam* lisdem locis. Scilicet ad exquisitiorem formam sic processit poëta: *meditari, exercere se, aliqua in re, et aliquam ad rem, hoc alterum elegantius extulit, in rem.—456. Evolat Zulich. est duo Rottend. omittunt: at Gud. et, quod Heins. amplectitur; et facit utique orationem nitidiorum. Nescio, cur Burm. tacite iterum eiecerit. venientis vid. ad Ecl. ix, 13.—457. Nunc tibi Goth. pr.—458. si quæ et hic malebat Bentlei. ad Horat. Sat. ii, 6. 10. sors aliquot Burm. adjuvat Medic. et alii tres.—462. Cernat, sc. morientia lumina, Oblongus, tert. Moret. Zulich. et Franc., quod multo suavis altero; recepit quoque e cod. Coll. Jeau Wakef. cruento Goth. tert.—**

## NOTE

451 *Æquor*] Est æqua planities, *Æn. ii. 780.*

454 *Specula*] Loco editiore, unde subjecta loca despicere, et *speculari* possumus.

460 *Hospitium*] Hercules ex His-

pania redux, ab Evandro exceptus hospitio fuerat, auctusque sacrificiis et ara maxima, post occisum Cæcum, *Æn. viii. 269. 271. &c. De Alcide, Hercule, ibid. 288.*

**Audiit Alcides juvenem, magnamque sub imo  
Corde premit gemitum, lacrymasque effudit inanes. 465  
Tum Genitor natum dictis affatur amicis :  
Stat sua cuique dies ; breve et irreparabile tempus  
Omnibus est vitæ : sed famam extendere factis,  
Hoc virtutis opus. Trojæ sub mœnibus altis  
Tot nati cecidere Deum ; quin occidit una 470  
Sarpedon, mea progenies. Etiam sua Turnum  
Fata vocant, metasque dati pervenit ad ævi.  
Sic ait, atque oculos Rutulorum rejicit arvis.  
At Pallas magnis emittit viribus hastam,**

*Hercules audit juvenem, et comprimit sub profundo corde magnum dolorem, et emisit lacrymas inutiles. Tunc pater Herculis alloquitur filium verbis mitibus: Dies fixa est unicuique sua, spatium vitæ est omnibus angustum et immutabile ; sed augere gloriam gestis, hic est effectus virtutis: Tot filii Deorum occiderunt circa muros sublimis Trojæ: quin simul Sarpedon occidit, meus filius: etiam fata sua repossunt Turnum, et accedit ad terminum vitæ concessæ. Sic dixit, et retulit oculos ad campos Rutulorum. Pallas autem librat hastam magno robore, et educit*

\*\*\*\*\*

464. *Audit Rom.*—465. *effundit* plerique Pier. et Heins., et ipse Medic. ac Rom. Totum hemistichium ab aliena manu venisse arbitror: cum et otiosum sit et vero etiam molestum: qui Deus corde premit gemitum, ut idem ille lacrymas fundat, absurdum est, si quid video.—466. *Cum G. Montalb. ita futur* ed. pr. Burm.—467. *irremeabile* Oudart. cf. ad Ge. III, 284. In voc. *Stat.*, constituta, præfinita, est, arguantur veteres Grammatici apud Macroh. I, 16 extr., quasi dictum sit ad modum τοῦ μὲντος ὁραπέου: *extremum diem stare dicens, quasi ad quem per omnes statur—intelligens illud stare dici, ad quod acceditur.* Nisi sanam jam mentem attuleris ad Grammaticos, raro ex illis sapias.—468. *fatis* Goth. tert. Expectes: *vitam extendere factis.* Sed est τὸ κλέος. De hoc cf. sup. ad lib. VI, 807. ubi erat: *virtutem extendere factis.*—470. *Hoc g. Goth. sec. periere d.* Oudart. pro var. lect. *gnati* Pier. e libb., al. *nati.*—471. *Et jam* Heins. invexit e Mentel. et aliis melioribus. Sed in his et similibus codicum vix ulla esse potest auctoritas: et multo magis consentaneum argumentationi: *Etiam Turno.* Intercessit quoque spatium aliquod inter Turni necem et præsens tempus. Servius: multi, ait, *Etiam* legunt, ut sit ecce. Scripserat Servius: *En jam.*—472. *Fata manent* aliquot Pier., etiam hoc recte, sed codd. consensus tuetur alterum.—473. *torsit in arvis* ed. Ven. Burm. Noluit poëta: *reicit ab arvis.*—474. *immittit* Oudart.—475.

#### NOTÆ

466 *Tum Genitor, &c.*] Jupiter, Herculem filium, pro Pallante morituro deprecantem, cum fata mutare non possit, exemplis consolatur.

471 *Sarpedon, &c.*] Jovis filius ex Laodamia, Lyciæ rex, ad Trojam occisus a Patroclo. Æn. I. 104.

472 *Metas*] *Finem.* Translatio a

*metis* in circo positis, Æn. V. 288.

473 *Oculos Rutulorum rejicit arvis*] *Ad arva.* Sic Æn. V. 451. 'It clamor cælo.' Hoc autem aspectu favorem suum ad Rutulos transtulisse Jupiter significatur, Æn. I. 530. 'propius res aspice nostras.'



\*Vaginaque cava fulgentem deripit ense.\*

475

**Ille** volans, humeris surgunt qua tegmina summa,  
**Incidit**, atque, viam clypei molita per oras,  
**Tandem** etiam magno strinxit de corpore Turni.  
**Hic** Turnus ferro præfixum robur acuto

*gladium splendidum e vagina cava. Hasta illa volans percenit, qua suprema armatura humerorum erigitur: et aperiens sibi editum per extremitatem clypei, denique liberit etiam de magno corpore Turni. Tunc Turnus diu quatiens immittit in Palanta lignum armatum ferro acuto, et sic loquitur: Vide, an telum meum metum*

~~~~~

deripit perperam plerique codd. et edd. ante Heins., qui illestrat *deripere*. De hoc versu valde ambigo; inutile enim et otiosum hoc intulit poeta; ensis nondum poterat esse usus, expectandum enim, ut alter hastam emitteret, donec propius accedere et cominus pugnare poscent.—476. Variant codd. et edd. inter *humeri* et *humeris*: hoc editum inde ab Akdd.; donec Commelin. alterum intulit; prius tamen Rom. cum aliis Pierianis, Ursin. et Medic., aliæque Heins. tuentur. Forte parum refert, utro modo legamus; modo interpretationem recte instituamus. Vulgo de thorace accipiunt; quod ut recte fiat, vercor; ita enim *hasta, quæ in humerum incidit*, mox per clypei oram, *ἐκ τῆς*, adacta tandem corpus strinxit, quod quomodo fieri potuerit, nemo facile dicat. *Tegmina* nulla alia esse possunt, quam *clypeus*: ut eandem rem amplificet: *tegmina summa et oras clypei*. In hac interpretatione *tegmina humeri* et *humerorum* esse possunt, nullo discrimine; ad perspicuitatem tamen, et ad orationis poeticæ genium, cum tertius casus poni soleat ubi vulgo secundus, præstat *humeris* legere: *hasta incidit ea parte, qua tegmina summa surgunt humeris*, qua extrema clypei ora humeris prætenditur, in summa clypei parte: *ἄνω ὑπὸ πτέρῃ, ἢ λεπτότατος θεῖ χαλκός*, ut Iliad. T. 275; atque eo trajecto (*viam clypei molita per oras*), etiam Turni humerum stringit: *ἀπὸ τῆς ἐκ τῆς ἑσθῆος χροῖας φέρει*, Iliad. Δ. 139; quem locum a v. 134 nunc Maro ante oculos habuit. Similiter inf. 589 ab inferiore parte *hasta subit per oras imas clypei* Lucagi stantis in curru, tum (h. ora clypei trajecta) *hasta perforat inguen læcum*, imam ventris partem in sinistro latere. Add. inf. xii, 924. 925. Etiam Hector saxo ab Ajace percussus narratur hand absimilem in modum Iliad. E. 412 Ajax arrepto saxo, *Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἑσθῆος ἐγχεῖν δαυρῖς*. Porro *qua surgunt* Erf. In fine vs. *tegmina prima* Rom. solita varietate.—477. *clypei est* Medic.—478. *Partem etiam* Goth. sec., memorabilis lectio, nisi in codice tam recenti et nitide sed inscite scripto casui potius deberi videretur, aut interpretamento. *magni* Sprot. *detrahit* Bigot. sec. Moret., et *detrahit* Goth. tert. Heinsius nec ipse habebat quomodo expediret *re strinxit de*, et conj. *strinxit se*, at mox *stringit* absolute pro se stringit, stringitur, dictum accipit; non video quo sensu. Non veniebat in mentem viris doctis esse hoc græcum: *τὸ σάμαρος ἐκείθεν, ἐκ τῆς πλάτης*, sc. *μέρος τῆς*; sic *strinxit de corpore* sc. partem. *stringit* pr. Hamb. *de pectore* Ven. Simili sensu etiam *detrahingere* dicitur, ut aliquid detrahatur et *perstringere*, si per superficiem strictura fit. cf. Herm. Arzen. Ep. crit. p. 56 ubi idem p. 72 mox in v. 480 *vibrans* legere mavult.—479. *robur* Goth. tert. Est Homericum

NOTE

476 *Humeris tegmina summa*] Summa pars lorice, quæ humeros tegit: ubi levi vulnere perstrictus est Turnus.

479 *Robur*] Validum quodcumque lignum, Ge. i. 162.

In Pallanta diu librans jacet, atque ita fatur : 480
 Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.
 Dixerat; at clypeum, tot ferri terga, tot æris,
 Cum pellis totiens obeat circumdata tauri,
 Vibranti medium cuspis transverberat ictu,
 Loricæque moras et pectus perforat ingens. 485
 Ille rapit calidum frustra de vulnere telum;
 Una eademque via sanguis animusque sequuntur.
 Corruit in vulnus; sonitum super arma dedere;
 Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
 Quem Turnus super assistens: 490

penetret. Dixerat: mucro autem teli perfodit ictu coruscante medium clypeum: quamvis tot laminæ ferri, tot æris, corium tauri toties circumplicatum ambiat eum: et pervadit moras thoracis, et magnum pectus. Ille Pallas incassum extrahit e plaga telum calidum: sanguis atque anima exeunt una et eadem via. Concidit super plagam: arma ediderunt sonitum super eum: et moriens mordet ore sanguinolento terram inimicam. Turnus incumbens super illum, ait: Arcades, reportate

ἐλκμον ἔγχος ἀπαχμῶνον ὀξέϊ χαλεπῷ.—481. nunc mage duo vel tres Burm. non m. Reg. nunc magis est alii apud Servium. At Medic. cum Moret. tert. si mage sit, eleganter. magi Rom. penetrabile active, ut Ge. i, 93 p. frigus. Tandem p. ferrum sec. Moret. et Franc.—482. ac ol. vulgo ante Heins. quom ferri aliquot Pier.—483. Quom codd. Pier. Quem Medic. et Montalb. cum Gud. et Ven., uti et Marklandus malebat ad Stat. p. 8, et recepit Cunningham. et Wakefield. oberat totiens Parrhas.—484. cuspis medium alii; et sic vulgo editum ante Heins.—485. pectus ingens Pallantis tanquam fortis et magnanimi juvenis. Male argutatur Servius et alii, ut cuspis ingens jungatur. transforat Goth. tert.—486. de pectore Rom. et Goth. sec. de corpore Gud. Sprot. Parrhas., nec displicebat Heinsio, quoniam vulnus statim occurrat. ferrum Bigot. et Goth. tert.—487. sanguisque edd. vulgg. ante Heins. Sed jam Fabric. Pier. monuerant, præstantiores codd. copulam non agnoscere; quæ inductorum hominum metro male caventium emblema est.—488. Concidit Oblong. insuper Dörvill.—489. Terramque Goth. pr. moriens ferit conj. Burmannus Sec. ad Antholog. Lat. p. 88. Causam mutationis non satis perspicio; nam ipse laudat exempla Silii v, 526, et ix, 383, ubi appetere ore, morsu, terram in simili re occurrit: mordere et mandere humum inf. xi, 418. 669. Home-ricum ὀξάξ ἐλεῖν ὀδδας, quid hoc aliud quam capere, petere. Sed aliud est, quod ambigo: an poeta hunc ipsum morientium angorem ex doloris impatientia, ira, ac rabie, exhibere h. l. voluerit. Quantum video, simpliciter narrat eum primum terram ore petiisse, h. e. procidisse: ore cruento: nam vulnere tali accepto, ore et naribus sanguis erumpit.—490. sic ore profatur:

NOTE

481 *Penetrabile*] Passive vulgo significat: hic active, pro eo quod vim habet penetrandi. Sic Ge. i. 93. 'penetrabile frigus adurat.'

482 *Ferri terga*] Proprie de pelli-bus dicuntur: hic per translationem, de metallorum laminis.

489 *Petit ore cruento*] Concidit igitur in faciem. *Petit ore*, id est, mordet terram: vel ex vindictæ rabie, vel ex lucta animæ difficile e juvenili corpore erumpentis. *Ore cruento*, quia accepto letali quocumque vulnere, sanguis vulgo per os effluit.

Arcades, hæc, inquit, memores mea dicta referte
 Evandro : Qualem meruit, Pallanta remitto.
 Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est,
 Largior. Haud illi stabunt Æneia parvo
 Hospitia. Et lævo pressit pede, talia fatus, 495
 Exanimem, rapiens immania pondera baltei,
 Impressumque nefas : una sub nocte jugali
 Cæsa manus juvenum fœde, thalamique cruenti ;
 Quæ Clonus Eurytides multo cœlaverat auro :
 Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus. 500
 Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
 Et servare modum, rebus sublata secundis.

memores hæc mea verba Evandro : Remitto ipsi Pallanta, qualem meruit remitti : quæcumque est gloria sepulcri, quodcumque solatium inhumationis ; hoc concedo : non constabunt illi exiguo pretio hospitia data Æneæ. Et locutus talia, compressit pede sinistro mortuum : asferens grande pondus baltei, et crimen in eo pictum : quod erat, turba juvenum turpiter occisa per noctem conjugalem, et cubilia sanguinolenta ; quæ doctus Eurytion sculpserat multo auro : quo spolio potitus Turnus jam triumphat et latatur. O mens hominum ignara fati, et casus venturi, et ser-

hemistichium in Rom. et aliis expletur ; in aliis aliter. cum voce *superba* Leid.—491. *memores inquit* pr. Hamb.—492. Aut sic ut nunc fit, aut : *Evandro qualem m. distinguî posse*, Servius pntabat.—493. Si *quid* vel *Si quis* in Gud. a m. pr. *honor* duo Burm. *honos rutuli* Goth. pr., nec tanti est, ut conjicias *honos, Rutuli*. est itidem duo omittunt.—494. *constant* Æ. Sprot.—496. *Exanimem*, præter unum Gud., omnes Heins. et Pier., at *Exanimem* olim editum. Contrarium sup. ix, 451 vidimus. *Exanimem* tamen præferam in poëta, et retraxit illud Cuningham.—499. *Quæ bonus Eurytion* vet. edd., etiam codd. pars. Sed, quod Heins. et ante eum Commelin. e Palat. reposuit, præstantiores ejus et Pier. codd. habent. Monstra corruptelæ ex aliis libris v. ap. Burm. ; adde *domus Euryton* ex Goth.—501. *fortis* edd. vulgg. aliquot, sed cum *fato* omnino *sors* melius jungitur.—502. *Nec servare m.* Diu hæsi in hac

NOTÆ

494 *Æneia Hospitia*] Quomodo Æneam hospitio exceperit, legitur Æn. viii. 154, &c.

497 *Una sub nocte jugali, &c.*] Danaus et Ægyptus, Beli regis filii, cum inter se dissiderent, Danaus in Græciam abiit, ibique occupavit regnum Argivum : ut fratris sui genus deleteret, quinquaginta filias suas, fratris sui filii item quinquaginta uxores dedit. Illæ patris sui jussu maritos prima nocte occiderunt, excepta una Hy-

permnestra, quæ Lynceo pepercit suo. Hinc sorores illæ apud Inferos addictæ sunt aquis in pertusum dolium perpetuo infundendis. *Danaides* dictæ a patre, *Belides* ab avo.

499 *Eurytides, &c.*] Peritus aliquis artifex. *Cœlaverat*, non acu pinxerat : ergo balteus aureis argenteisque laminis opertus fuit, in quibus hæc cœlata fuerant. De verbo *ovat*, Æn. iii. 189.

Turno tempus erit, magno cum optaverit euntum
 Intactum Pallanta, et cum spolia ista diemque
 Oderit. At socii multo gemitu lacrymisque 505
 Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
 O dolor atque decus magnum rediture parenti!
 Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert:
 Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos!
 Nec jam fama mali tanti, sed certior auctor 510
 Advolat Æneæ, tenui discrimine leti
 Esse suos: tempus, versis succurrere Teucris.
 Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen
 Ardens limitem agit ferro; te, Turne, superbum
 Cæde nova quærens. Pallas, Evander, in ipsis 515
 Omnia sunt oculis; mensæ, quas advena primas

vandæ modestiæ in fortuna prospera! tempus adveniet Turno, cum optabit euntum ingenti pretio, ut nunquam tetigisset Pallanta; et cum detestabitur ista spolia et istum diem. At socii Pallantis densati multis lamentis et fletibus reportant Pallanta impositum clipeo. O Palla rediture ad patrem, magne ejus dolor et honor! hæc prima dies exposuit te bello, hæc eadem eripit: tamen postquam reliquisti magnos cumulos Rutulorum. Nec jam rumor, sed certus nuntius tantæ calamitatis accurrit ad Æneam: suos parum distare ab exitio: tempus esse opem ferendi Teucris fugatis. Æneas cedit ense vicina omnia, et furens facit sibi ferro viam per latam turbam: quærens te, Turne, ferocientem nova strage. Pallas, Evander, omnia versantur Æneæ ante ipsos oculos: inprimis mensæ, quas primas externus tum adi-

Nec, quod prorsus incommodum esse videbam. Mox vidi nil esse aliud quam vitium edd. Burm. Nam omnes, quos evolvi, scripti et editi Et s. habent: Itaque mutavi non cunctanter. rebus lassata s. apud Lutat. ad Stat. II Theb. 188. sublata poetæ est, quod elata vulgo.—504. op. ipsa Medic. a m. pr. et Leid. —505. Ac Dorvill.—506. Imp. clipeo apud Serv. inf. 841. Pallanta sequentes Zulich.—507. parentis Rom., sed vulgatum elegantius.—508. atque eadem pr. Hamb. aufer Rom.—509. Cui t. Leid. linquit Leid. alius.—510. sed c. alter sec. Hamb.—511. discrimine vitæ Bigot. et Goth. tert., quod et ipsum bonum et alias frequentatum.—512. versis tempus Gud. succedere Teucris Rom. et alter Hamb. cum Goth. alt., ut sup. 439.—514. limen Vratial. te cæde s. Turne nova Bigot. et Goth. tert.—516. Omina Exc. Burm. primas e Medic. Gud. et aliis ac parte Pierianorum Heinsius recepit. Vulgg. partim cum Ald. pr. primus, partim cum Ald. tert. et Rom. primum.—

NOTE

503 *Turno tempus erit, cum, &c.*] Cum scilicet ab Æneâ victus, et vita tantum non donatus, ad aspectum baltel recrudescente victoris ira, occidetur, Æn. XII. 940.

516 *Mensæ, quas advena, &c.*] Cum ab Evandro exceptus hospitio est, Æn. VIII. 154. et junctis dexteris fœdus initum, ib. 467.

Tunc adiit, dextræque datæ. Sulmone creatos
 Quatuor hic juvenes; totidem, quos educat Ufens,
 Viventes rapit, inferias quos immolet umbris,
 Captivoque rogi perfundat sanguine flammæ. 520
 Inde Mago procul infensam contenderat hastam:
 Ille astu subit; at tremebunda supervolat hasta;
 Et genua amplectens effatur talia supplex:
 Per patrios Manes, per spes surgentis Iuli,
 Te precor, hanc animam serves natoque patrique. 525

vit, et dextræ junctæ. Illic capit viros quatuor juvenes, natos Sulmone; totidem, quos Ufens alebat: quos mactet in sacrificium umbris Pallantis, et ut riget cruore captivorum ignes busti. Deinde cum longe intentaret inimicam hastam Mago; ille dolo supposit se, et hasta trenens supervolat: et Mago amplectens genua loquitur talia supplex: Oro te per animam patris tui, et per spes tuas de Iulo crescentē; serva hanc vitam meam et patri et mihi filio. Est mihi domus sublimis: jacent inti-

517. Tunc in capite versus: vox hæc videtur merum versus fulcrum esse, nec quicquam aliud. Apud Servium est: Quidam tunc pro quondam accipiunt. Observavi tamen Virgilium et aliis locis durius hac voce tunc et tum uti: sic sup. v. 445 *At Rutulum abcessu juvenis tum*: inf. 533 *jam tum Pallante peremto*, pro, jam tum cum Pallantem peremit; et eodem modo Homerus *τῶτε* interserit. Respicit autem poeta sup. lib. viii, 102. 175 sqq.—518. *hinc j. Ven.*—519. *inferias quas sec.* Rottend.—520. *perfundant Medic.*—521. *procul Mago Parrhas.* Lago Scheffer. *Magno* Goth. pr. *infestam* Macrob. v Sat. 2 et Rom. Gud. Moret. sec. Parrhas. *immensam* pr. Hamb. pro var. lect. Porro *contenderat* Heins. recte tuitus est (cf. sup. ad lib. v, 520) et sententiæ et præstantiorum auctoritate, inter quos Oblong. et alii Pier. Medic. a m. sec., nam a prima erat *contenderet*: unde vulgaris lectio orta: *cum tenderet*. Menzel. a m. pr. *cum tenderat*. At in Rom. *contorserat*.—522. *hastæ* Goth. pr. *hastam* alter Hamb. *ictu* Zulich. *actu* Goth. sec. *astu evadit* sec. Rottend., quod pro interpretatione esse potest. *ac tr.* vulgg. edd. et codd. pars. *en tr.* a pr. m. Medic., at ab altera manu *at*: sic et Gnd. aliique, unde Heins. recepit. *tremibunda* vett. codd., ut Medic. Rom.—523. *En g. a.* Medic. *affatur* alter Hamb. et Zulich.—524. *et spes* vulgg. *per spes* Heins. emendavit, tanquam efficacius (et ex more: cf. sup. ad iii, 599. 600) dictum, ex Leid. Moret. sec. Macrob. et Donato ad Terent., ut supra quoque vi, 364 vidimus. *per spem* Goth. tert. *et spes hæredis Iuli* Gud. ex lib. iv, 274.—525. *gnatæque*

NOTE

519 *Inferias quos immolet umbris, &c.] Inferiæ*, sunt munera quæ tumulis mortuorum *inferuntur*: lac, mel, vinum, aqua, flores, exsectæ comæ; sanguis victimarum, etiam quandoque humanarum, quæ ex captivis assumebantur. Sic Achilles in funere Patrocli mactat duodecim Trojanos juvenes, eorumque corpora in Patrocli pyram injicit, Iliad. xxiii. 175. Romani de-

inde, pro humanis illis victimis, gladiatorum certamina circa pyram induxerant. *Umbra* dixit, plurali numero, pro *umbra*, Pallantis: ut Æn. v. 81. '*animæque umbræque paternæ.*'

524 *Manes]* Aliquando pro Diis ipsis Inferorum sumuntur, Æn. vi. 743. Hic et alibi, pro umbris ipsis, sive animis mortuorum, Ge. iv. 469.

Est domus alta; jacent penitus defossa talenta
 Coelati argenti; sunt auri pondera facti
 Infectique mihi. Non hic victoria Teucrum
 Vertitur; aut anima una dabit discrimina tanta.
 Dixerat. Æneas contra cui talia reddit: 530
 Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
 Natis parce tuis. Belli commercia Turnus
 Sustulit ista prior jam tum Pallante peremto.
 Hoc patris Anchisæ Manes, hoc sentit Iulus.
 Sic fatus galeam læva tenet, atque reflexa 535
 Cervice orantis capulo tenus applicat ensem.
 Nec procul Hæmonides, Phœbi Triviaeque sacerdos,
 Infula cui sacra redimibat tempora vitta,

me infossa talenta argenti signati: sunt pondera auri elaborati et non elaborati: victoria Trojanorum non hic continetur: vita unica non exponet vos tantis periculis. Dixerat: Æneas adversum respondet illi talia: Serva tuis filiis talenta illa plurima auri et argenti, quæ narras. Turnus jam ante occiso Pallante abstulit prior ista belli pacta. Hoc censet anima patris Anchisæ, hoc Iulus. Sic locutus, corripit sinistra manu cassidem ejus, et condidit gladium usque ad capulum in cervice re-torta deprecantis. Nec erat longe Æmonides, sacerdos Apollinis ac Dianæ, totus resplendens veste et armis conspicuis: cui infula cingebat caput tæniis. Æneas

fere omnes Heins. paterque Franc.—526. jacens Rom.—527. calata Goth. sec.—528. mali pro mihi Franc. Teucrum. Gratium pr. Hamburg. pro var. lect.—529. aut a. probe e Medic. et aliis restituit Heins. Vulgo: *hand. tantum* sec. Rottend.—530. cui contra Dorvill. Goth. pr.—531. Auri atque argenti Goth. sec. magna talenta Leid. et Goth. tert. cum Cod. Thuaneo apud Macrob. v, 10 cf. sup. ad ix, 265.—532. Gratis alter Menag.—533. illa p. Medic.—534. Hoc patris manes hoc ipsum s. Iul. pro var. lect. Cod. Kæler. In sentit nulla varietas.—536. applicat Rom. et Medic., omnesque vetustiores. Vulgg. *abdedit*, quod sup. legebatur in simili versu 553 lib. ii. Variare autem poeta solet vel verbo: v. sup. ad ix, 814.—537. Æmonides ante Heins., ut libb. pars: item Emonides, Emenides.—538. cui sacro Rom. redimibant, redi-

NOTÆ

526 *Tulenta, &c.*] De talenti valore, Æn. v. 112. 248.

527 *Facti Infectique*] *Factum aurum* quod in opus confiatum est: *infectum*, quod adhuc in massam compactum.

532 *Parce, &c.*] Serva natis tuis, et tuam in rem abstine: unde *parcus* dicitur abstinentia.

534 *Hoc sentit*] Hæc est eorum sententia, ut omissis muneribus tuis Pallanta ulciscar.

Delph. et Var. Clas.

537 *Phœbi Triviaeque sacerdos, &c.*] Dianæ et Apollinis templa et sacra sæpe conjunguntur, ut Æn. vi. 85. De Phæbo seu Apolline, Ecl. iii. 62. 104. De Trivia, Diana, sic a trivii, ubi colebatur, dicta, Æn. iv. 511.

538 *Infula, &c.*] Fascia latior, ex qua minores vittæ dependebant, instar diadematis caput sacerdotum ambiens, Æn. ii. 133.

Virg.

4 F

Totus collucens veste atque insignibus armis:
 Quem congressus agit campo, lapsumque superstans 540
 Immolat, ingentique umbra tegit; arma Serestus
 Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropæum.
 Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
 Cæculus et veniens Marsorum montibus Umbro.
 Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram 545
 Et totum clypei ferro dejecerat orbem;
 Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo

aggressus illum persequitur in campo, et incumbens lapso mactat eum, et opprimit magnis tenebris. Serestus reportat humeris arma ejus collecta, trophæum futurum tibi, o Mars rex belli. Cæculus natus e stirpe l'ulcani, et Umbro ortus e montibus Marsorum, novant certamen. Æneas adversum accit. Absciderat enee manum sinistram Anxuria, et ferro totum ambitum clypei. Ille cecinerat aliquid magnum,

mebat, redundabat erratum ap. Burm. redimebant alii ap. Pier.—539. insignibus albis. Sic apud Serv. Probus legendum dicebat: "ut albas vestes accipiamus, quæ sacerdotibus congruæ sunt." Nec tamen video, quomodo insignia de veste possint accipi. Nisi forte voluit, certe debuit, insignia alba, de infula et vittis intelligi, et veste alba inde expleri. Ita blanditur lectio: etiam quia paulo post v. 550 in fulgentibus armis itidem exit. Tuentur tamen codd. *in insignibus armis* et vetus Grammaticus Asper apud Servium: et *arma lecta* v. 541, nec extat *albis* nisi pro var. lect. in pr. Hamb. Ald. pr. et inde profectis. Nam Nanger. *armis* reposuit.—540. congressu ed. Mediol. *ait* ed. pr. Burm. *campum* ejusd. Exc. *lassum* pr. Hamb. *lappo* Latat. ad Stat. vii Theb. 710.—541. *Cerestus* aliquot edd., etiam Heins. *Segestus* Mentel. pr. conf. Serv.—542. *Tecta* Rom. *Lata* qu. Moret. *Spolia* legere, propria vox. *refert lateri* pr. Hamb. a pr. m. *triumphum* Bigot. et Goth. tert.—544. *et juvenis Marsorum* Bigot. *a montibus* Zulich. et Goth. pr. e m. Sprot. et Montalb.—545. *contra* ruit Hamb. sec. *Anawis* Rom., corrupte. *Anxiris* codd. recentiores; tres *Ansiris*: duo *Anxyris*, hoc melius: verum enim est *Anxaris*, sive, ut veteres scribebant, *Axuris*. cf. sup. vii, 799. Hic et in seqq. interpunctionem mutavi. conf. Not.—546. *ferri* vitiose aliquot edd. e trivio: *pro orbem*, umbo Goth. tert.—547. *illi* Rom. *aliquid magicum* Guellius emendabat, quem Cerda et Catræus sequuntur: prava enim interpunctione eo deveniant, ut ad Umbronem referrent; eum autem incantationis peritum prodide-

NOTÆ

541 *Umbra tegit*] Val super incumbente corpore suo morientem inumbrat, quod inane admodum mihi videtur. Vel potius, mortis tenebris operit, quod congruit cum illo 746. 'in æternam clauduntur lumina noctem.'

542 *Rex Gradive, tropæum*] *Gradivus*, Martis nomen, Æn. iii. 35. *Tropæum*, strues armorum ad vponimen-

tum victoriæ, Æn. xi. 7.

544 *Cæculus, &c.*] Prænentinorum dux, Æn. vii. 673. *Umbro*, Marsorum, ibid. 750.

547 *Dixerat ille aliquid magnum*] Id est, magicis quibusdam consecrationibus et carminibus adversus vasa se munierat. Unde Germanus aliquem suspicantur legendum esse, *magicum*, non *magnum*.

Crediderat, coeloque animum fortasse ferebat,
 Canitiemque sibi et longos promiserat annos.
 Tarquitus exultans contra fulgentibus armis, 550
 Sylvicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
 Obvius ardenti sese obtulit. Ille reducta
 Loricam clypeique ingens onus impedit hasta.
 Tum caput orantis nequicquam, et multa parantis
 Dicere, deturbat terræ; truncumque tepentem 555
 Provolvens, super hæc inimico pectore satur:
 Istic nunc, metuende, jace. Non te optima mater
 Condet humi, patriove onerabit membra sepulcro:

et putaverat virtutem adfuturam incantamento, et forte tollebat animum ad cælum, et promiserat sibi capillos albos et prolixam vitam. Tarquitus, quem nympha Dryope pepererat Fauno sylvarum incolæ, contra gestiens armis micantibus dedit se obvium furenti Æneæ. Æneas detorta hasta Tarquiti impedit ejus lorica et magnum pondus clypei: deinde dejicit in terram caput illius, frustra deprecantis et parantis loqui plurima: et propellens truncum calentem, hostili animo loquitur hæc super eum: O tremende hostis, jace nunc istic: bona mater tua non te teget terra, nec imponet corpus patrio tumulo; relinqueris aribus rapacibus, aut aqua vehet te

~~~~~

rat poëta sup. vii, 750 sqq. Sed agit nunc de Anxure, homine superbo, qui insolentius increpuerat Æneam, ut solent veteres heroës in primo congressu pugne. *aliquid magnum tros p̄ra*. Nihil notius. cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I, p. 59. *aliquid magnum malebat* Heins. *Dictum erat illi aliquid emendaverat* Waddel. pag. 36 *Animadv. crit.*, infelicit ingenii criticus. Totus versus aberat Goth. tert. Porro, pro verbo, bello Rom.—548. *animam tres* ap. Burm. *cælumque animo* Ven. a m. pr., quod ornari posset verbis; ad vocem *fortasse*, quoties ad eam redeo, semper offendo.—549. *et multos* Goth. sec. *permiserat* Ven.—550. *Tarquitus, Tarquinius*, ap. Burm.—551. *Faula* Ven. et Gud. a m. pr.; alius, quam Deus, *Sylvicola Faunus* vix esse potest. Vocem e Nævio de b. Pun. I et Accio adoptatam esse ap. Macroh. vi, 5 traditum. Ita vero humani quid passus est poëta, dum subjicit v. 558 *patrio sepulcro*. Videtur hoc sensisse Jul. Sab., qui legit *Drauna*, sed sic *Sylvicolæ* parum accommodatum.—552. *sese tulit* Heins. conj.—553. *Lorica* Ven., tum impedit Burm.; an impetit? Laboravit igitur et ipse in h. l. vid. Not.—554. *Tunc* Goth. tert. *Cum* pr. et *plura parantis* *Hiscere* Parrhas.—555. *deturpat* a m. pr. Medic. *truncumque repente* vulg. *Ad tepentem* jam antea lectum in Commelin. Heins. e Medic. et aliis, etiam Pierii ac Ge. Fabricii. *ptentem* Rom. *jaorentem* tert. Moret.; Heins. conj. *truncumque repentem*, nimis eruditel!—556. *Pervolvens* aliquot Burm.—557. *nunc*; non pro var. lect. pr. Hamb. *Nunc te* vet. edd. ap. Pier. *Nam te* Sprot. *te* multis abest.—558. *Æneam* Medic. a m. sec. et Dorvill. *patrio*.

# NOTE

551 *Sylvicola Fauno Dryope, &c.*] *Fauni*, rustica numina, multi fuere, Ecl. vi. 27. Horum aliquo, et Dryope Nympha, natus Tarquitus.

552 *Reducta Loricam, &c.*] Tarquitus longam hastam in Æneam dextra

intendebat: Æneas hanc detorsit: quam cum Tarquitus non amitteret manu, inde clypens ejus hasta transversa impeditus, patentem vulneri locum reliquit.

558 *Patrio*] Non *pateris*, cum ma-



Alitibus linquere feris; aut gurgite mersum  
 Unda feret, piscesque impasti vulnera lambent. 560  
 Protinus Antæum et Lucam, prima agmina Turni,  
 Persequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem,  
 Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri  
 Qui fuit Ausonidum, et tacitis regnavit Amyclis.  
 Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt, 565

*abjectum in profundum, et pisces acidi sugent vulnera. Continuo insectatur Antæum et Lycam, primas turmas Turni: et robustum Numam; et flavum Camertem, vatium generoso Volscente, qui fuit agris opulentissimus inter Ausonas, et imperavit Amyclis silentibus. Qualis Ægæon, cui aiunt fuisse centum brachia et centum manus,*

\*\*\*\*\*

que nonnulli. *onerabat* duo Burm. *oneravit* Gud. *ornabit* Hugen. a m. sec. honorabit Dorvill., et *onerabit* emendaverat Acidalius ap. Heins. Scilicet recordandum est, *sepulcrum* h. l. esse tumulum, quo alias mortuus dicitur *premi*, cum sub eo conditus jacet; pro *membra, umbra*, Goth. tert.—559. *liquere* Dorvill. a m. sec.—561. *Antheum* Medic. Esset adeo *Arctior*; sed nunc *Arctior* est. *Lucam* bene Heins. secundum Pierium e libris: melius *Lucam* Gud. Vulgo *Lycam*: sic primam corripit probabile fieret. *Lyncam* Oblong. Alii aberrant: *Licam*, *Lican*, *Licnam*. pr. a. Turnum aliquot edd. ante Pier.—562. *Prosequitur* aliquot Burm. *Numam* Medic. Diversus is ab eo, qui sup. ix, 454 memoratus. *flavumque* nterque Hamb. *Camertem*, *Carestem*, aberrat.—563. *Vulscente*, *Fulcente*, *Volsente*, *Volcente*. conf. sup. ad ix, 370. *dit. agris* Bigot. conf. sup. ad v. 201. *aquis* Goth. tert.—561. *regnabat* Dorvill.—565. *Ægæon* est, *Alyalov*.—566. *orbibus* Franc. *auribus* alter Hamb. pro var.

#### NOTE

ter Nympha, paterque Fannus immortales essent: sed *patrio*, sen natali in loco: erat enim Italus, at non ex ea Italiæ parte. *Onerabit membra sepulcro*: commutatio est, pro *onerabit sepulcrum membris*. Sic Æn. i. 119. 'vina cadis onerarat Acestes.'

562 *Numam*] Jam Numam occiderunt Nisus et Euryalus, Æn. ix. 454. ideo vellicatur Virgilius apud Macrobiū, quasi parum memor. Quasi vero in tanto exercitu duo ejusdem nominis esse non potuerint!

563 *Volscente*] Qui a Niso occisus fuerat, Æn. ix. 438.

564 *Tacitis Amyclis*] *Amycla*, urbs fuit Peloponnesi, Lacedæmoni sic vicina, ut pars ejus a quibusdam habitata sit. Hinc profecti coloni urbem in Italia cognominem condiderunt, in Auruncis, inter Tarracinam et Cai-

tam: ad lacum, qui deinde *Amyclanus*, postea *Fundanus* dictus est, nunc *Lago di Fondi*. Urbs illa jamdiu deleta erat tempore Virgilii: vel a serpentibus, juxta Plinium et Solinum; vel a finitimis, juxta Ciceronem. *Tacite* autem dicuntur Amyclæ, ex eodem Cicerone, vel quod propter nimiam modestiam injurias a finitimis acceptas cum tacerent ac dissimolarent, ab iisdem oppressæ sunt: vel ex Servio, quia cum Pythagoricam sectam sequerentur, quæ quinquennale silentium servari, et ab animalium cade abstineri jubebat; a serpentibus e vicina palude erumpentibus, quos occidere nefas putabant, deletæ sunt.

565 *Ægæon*] Gigas, Coeli et Telluris filius, ex Hesiodo in Theog. v. 147. *Ægæon* apud homines dictus, *Briareus* apud Deos, ex Homero Iliad. i. 403.

Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem  
 Pectoribusque arsisse, Jovis cum fulmina contra  
 Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses :  
 Sic toto Æneas desævrit in æquore victor,  
 Ut semel intepuit mucro. Quin ecce Niphæi 570  
 Quadrijuges in equos adversaque pectora tendit;  
 Atque illi, longe gradientem et dira frementem  
 Ut videre, metu versi retroque ruentes  
 Effunduntque ducem, rapiuntque ad littora currus.  
 Interea bijugis infert se Lucagus albis 575  
 In medios, fraterque Liger; sed frater habenis  
 Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensem.  
 Haud tulit Æneas tanto fervore furentes :  
 Irruit, adversaque ingens apparuit hasta.

*et flammam erupisse quinquaginta faucibus et pectoribus, quando adversus tonitrus Jovis sonabat totidem clypeis æqualibus, et nudabat totidem enses: sic Æneas victor furit per totam planitiem, ex quo gladius semel incaluit. Immo ecce irrumpit in equos quatuor Nyphæi alligatos iugo, et in pectora opposita eorum: sed illi, cum viderunt Æneam procul incendentem et dire furentem, turbati timore et retro fugientes, excutiunt ducem, et trahunt currum ad littus. Interim Lucagus immittit se in medios equis duobus albis jugalibus, et frater ejus Liger: sed frater Liger regit equos loris, Lucagus ardens quatit gladium nudatum. Æneas non passus est eos tanto ardore ferocientes: irrumpit, et opposita hasta sublimis occurrit. Cui*

\*\*\*\*\*

lect.—568. *et stringeret* Sprot.—569. *descendit* Goth. tert. in *agmine* aliquot Pier. et Leid.—570. *Nyphæi, Nipei, Riphei* in aliis. *Quin et Ufei* ed. pr. Burm.—571. *Quadrijugos* aliquot Pier. Goth. tert. et ed. pr. Burm. *Quadrijugis in equis* Medic. a m. pr. et bini Burm.—572 *illum* Menag. pr. et *dura* Dorvill.—573. *retroque fluentes* alter Hamb.—574. in *littore* edd. Ald. pr. et aliæ ante Pier. cum Gud. Bigot. et pr. Hamb. in *littora* Goth. tert.; et potest alterum illud pro interpretatione esse alterius; tum *currum* optimi quique, inquit Burm., sicque Rom. et alius Vatic. cum Goth. sec., sed *currus* magis poeticum. r. ad l. *curvus* aliquot Pier.—575. *Licagus* Exc. Burm. *Licagus* Goth. sec. et mox.—576. In *mediosque Liger frater* Goth. tert.—578. *fruentes* alter Hamb. *ruentes* Parrhas. et Erf.—579. *Diruit* ed. pr. Burm.—580. *Cui L. ait* duo Burm. *Cui tum Liger ait*

#### NOTÆ

manibus centum, capitibus quinquaginta instructus. Jovis hostis hic dicitur, quales gigantes ceteri. Tamen Homerus loco citato ait eum Thetidis impulsu opem Jovi tulisse, adversus Neptunum, Junonem, et Palladem, cum Dii alii adversus Jovem, propter ejus jactantiam, rebellassent.

Ideo apud Inferos non torquetur, sed sedet quasi satelles in vestibulo, Æn. vi. 287.

575 *Bijugis*] A nominativo *bijugus*: dicitur enim *bijugis* tertie declinationis, et *bijugus* secundæ, unde infra 587. *Admonuit bijugos*.

Cui Liger:

580

Non Diomedis equos, nec currus cernis Achilli,

Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis et ævi

His dabitur terris. Vesano talia late

Dicta volant Ligeri; sed non et Troius heros

Dicta parat contra; jaculum nam torquet in hostem. 585

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo

Admonuit bijugos; projecto dum pede lævo

Aptat se pugnæ; subit oras hasta per imas

Fulgentis clypei, tum lævum perforat inguen;

*Liger ait: Non vides equos Diomedis, non currum Achillis, aut æra Phrygiæ: mox terminus belli et vitæ tuæ ponetur in his terris. Talia verba volant late ab insano Ligere: at heros Trajanus non sic meditatur verba ex adverso: nam librat telum in hostem. Lucagus, postquam incurvatus imminens in verbera excitavit telo binos equos, dum sinistro pede protensus parat se ad certamen; jaculum Æneæ intrat per infimam extremitatem clypei splendentis,*

~~~~~

ed. Ven. At in Ald. tert. et hinc ductis excidit totum hoc. In eadem et cett.—581. non currum cernis Achillis legitur. nec c. Heins. cum parte codd. et edd. Alii non c.; tum currum omnes Heins. cum Medic. et aliquot Pier., it. binis Goth. Achilli Heins. e Menag. pr. et Moret. pr.; adde Leid. et Goth. tert., upote doctius.—582. Phrygios campos Goth. alter.—583. His d. telis Dorvill., atqui opp. Phrygiæ campos. Vesani Goth. tert.—585. parit Leid. pro var. lect. Quod Servius habet: "potest legi: Edicta parat contra" hac spectare puto, quod alii interpungebant post parat: nam edicta vitiosum est. jam torquet alter Hamb. et Dorvill. a m. sec. contorquet Oudart. in hostes plerique Pier. et potiores Heins., sicque Heins. expressum dederat: quod tacite a Burn. mutatum: nec male.—586. prono p. in v. telo Arusianus Messius: quod merito placet Heinsio: modo codd. addicerent. in verbere solo Montalb. Lucagus at pronus pendent in verbere tela corrupte Erf.—587. Ammonuit bijugis idem Arusianns. bijuges Goth. sec., tum trajecto Medic., sed projecto pede recte in statu pugnandi. Ad fastidium illustravit Heinsius. cf. Macrob. vi, 4, p. 596 ed. Lips.—588. Aptet duo Heins. sub imas sec. Moret.

NOTE

581 *Non Diomedis equos, &c.*] Non ii sumus hostes, quorum e manibus elabi possis: ut elapsus es e Diomedis manibus, Venere peplum suum obtendente, ut diximus supra 81. ex Homero, Iliad. v. 311. ant e manibus Achillis, Neptuno te pugnæ subducente, ut diximus Æn. iv. 228. ex Homero, Iliad. xx. 321. Sed jam vitæ terminum attigisti. Porro equi Diomedis non illi sunt, quos Rheso

abstulit, de quibus Æn. i. 756. sed equi quicumque Diomedis. Quippe Rhesi equos rapit Diomedes Iliad. x. 498. cum Ænea autem e curru pugnauerat jam Iliad. v. 311. De Diomede Æn. xi. 101. De Achille, Æn. i. 103. De Phrygia, ubi Troas, ibid. 385.

589 *Inguen*] Pars est illa corporis, qua femur, imo ventri vicinum, complicatur.

Excussus curru moribundus volvitur arvis. 590
 Quem pius Æneas dictis affatur amaris:
 Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
 Prodidit, aut vanæ vertere ex hostibus umbræ;
 Ipse rotis saliens juga deseris. Hæc ita fatus
 Arripuit bijugos. Frater tendebat inermes 595
 Infelix palmas, curru delapsus eodem:
 Per te, per qui te talem genuere parentes,
 Vir Trojane, sine hanc animam, et miserere precantis.
 Pluribus oranti Æneas: Haud talia dudum
 Dicta dabas. Morere, et fratrem ne desere frater. 600
 Tum latebras animæ, pectus, mucrone recludit.
 Talia per campos edebat funera ductor
 Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri

deinde perfodit inguen sinistra. Dejectus e curru semianimus sternitur humi: quem pius Æneas alloquitur verbis acerbis: Lucage, nulla iners fuga equorum prodidit tuum currum, aut umbræ inanes averterunt eos ab hostibus: tu ipse exiliens e rotis relinquis jugum currus. Sic locutus ista, apprehendit binos jugales. Frater miserandus, dejectus eodem curru, porrigebat manus exarmatus dicens: Vir Trojane, per te ipsum, per parentes qui te produxerunt talem, omittis hanc animam, et miserece orantis. Æneas oranti pluribus verbis ait: Non proferebas prius talia verba: morere, et frater ne deseras fratrem. Deinde aperit acumine gladii pectus, quo latet anima. Dux Trojanus tales faciebat cædes per agros: cæ-

~~~~~

—590. *volvitur agmen* Mediol. ed.—591. *Quem prius emendat* Jo. Schrader, quod per se non malum. *affatus* Dorvill.—592. *Huc age* Rufinian. de Schem. Dianæas. ed. vet.—593. *Perdidit* Ven. *advertere* Leid.—595. *Abripuit* Leid. Menag. pr. et Exc. Burm. *bijuges* etiam hic Goth. sec. *inertes* vel *inertis* aliquot Pier., inter quos Rom., et Heins. fere omnes, etiam Medic., haud dubie elegantius altero, etsi sensu eodem. Hic tamen Heinsio inermes magis arridebat: causam non adjecit: nisi forte alterum servavit alteri loco inf. xi, 414, et potest hoc urgeri: quod Liger auriga equos regebat adeoque sine armis erat.—596. *delatus* Sprot. pro var. lect. In nonnullis insertum testatur post hunc Burmannus versum pessime cusum *Tendebatque tales illi de pectore voces*.—597. *Per qui te tanti talem g. p.* Donat. in Terent. *qui tanti talem g.* Schol. Horat., et idem alio loco: *Æneam tanti talem g.* Fuisse hic jam antiquitus aliquid turbatum suspicabatur Heins. Melius Burm. vidit homines istos confudisse cum h. l. versum Æn. i, 610. *parentem* Goth. pr.—598. *et abest* Goth. tert. *sine hanc animam*, novo exemplo, fere, ut *ἐξῆρ* occurrit; v. c. *ἔκταρ δ' ἑλλοὺς μὲν Δαναοὺς τὰ οὐ δ' ἐνδρίξεν*. Sic h. l. vitam mihi relinque, nec eripe.—600. *et abest* ed. Mediol. et binis Goth. *non desere* duo Burm.—601. *recludit* vel *resolvit* pr. Hamb.—602. *ductor* probatores Pier. et Heins. Alii edd. et scripti *victor*, ut Goth. pr. et tert. cum Erf.—603. *Dardanius* et

## NOTÆ

603 Turbinis] Turbo, ventus est ex Apuleio: Græcis *τὸν πύον*.  
 repentino impetu universa perturbans,

More furens. Tandem erumpunt, et castra relinquunt  
Ascanius puer et nequicquam obsessa Juventus.

605

Junonem interea compellat Jupiter ultro:

O germana mihi atque eadem gratissima conjux,

Ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)

Trojanas sustentat opes; non vivida bello

Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.

610

Cui Juno submissa: Quid, o pulcherrime conjux,

Solicitas ægram, et tua tristia dicta timentem?

Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque esse decebat,

Vis in amore foret: non hoc mihi namque negares,

Omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum,

615

Et Dauno possem incolumem servare parenti.

*viens more aquæ præcipitis, aut nigrae procellæ. Denique juvenis Ascanius, et Juventus frustra obsessa, egrediuntur, et deserunt munimenta sua. Interim Jupiter alloquitur prior Junonem: O soror mea et eadem uxor acceptissima, an Venus fulcit vires Trojanorum, ut putabas? nec opinio tua decipit te? non est illis hominibus manus ardens ad bellum? et animus asper ac tolerans laboris? Cui Juno ait humilis: O formosissime marite, cur laccasis me dolentem et metuentem verba tua dura? quippe si mihi esset in amore ea auctoritas, quæ fuit olim, et quam deceret esse; non negares hoc mihi, cum possis omnia: immo possem subtrahere Turnum e prælio, et servare saltem patri ejus Dauno.*

aliquot Pier.—604. *fremens* Mentel. sec., sicque Rom. *erumpit* pr. Moret. *claustra* pr. Hamb. et Parrhas.—609. *Trojanis* Sprot. *sustentat* Ven. *nec*, *nunc*, *nam*, erratum apud Burmann. *nec* etiam Goth. tert. *non invida* Parrhas.—610. *animosq.* Gud. a m. pr.—611. *Cum J.* pr. Hamb. *Et J.* Rom.—612. *me ægram* Exc. Burm. *tr. jussa t.* Medic.—613. *quemque* Montalb.—614. *non hæc* duo Moret. et Junt. ed. cum Goth. sec. *mihi nempe* Bigot. et Zulich., sed vid. Not.—615. *Turnum s. pugnae* aliquot Pier.—616. *Vel Dauno*

## NOTE

604 *Castra*] Urbem obsessam, Æn. vii. 157.

607 *Germana, &c.*] Cur Juno dicatur Jovis et soror et conjux, Æn. i. 51.

609 *Non vivida bello, &c.*] Existimant aliqui dictum id a Jove simpliciter: nullam inesse virtutem Trojanis, nisi quæ in uno Veneris auxilio posita sit. Sed hoc durius. Quare Servius putat ironiam esse, cujus vera sententia sit: non Venerem Trojanis, sed vividam bello dexteram virtutemque succurrere. Etai enim Venus ab Ænea vulnera depulcrit, 331. hæc

tamen ipsius cura ad unum Æneam pertinebat; non ad ceteros item duces, qui propria vi multa fortiter patrabant. *Opes*: vires, potentiam, Æn. ix. 532. 'summa nitantur opum vi.'

612 *Solicitas ægram*] Laccasis, objurgas, ludis. Et hinc firmatur Servii sententia de ironia Jovis.

614 *Vis in amore, &c.*] Si tantum apud te possem amore meo, quantum olim poteram, non hoc mihi negares; ut Latini quoque virtute atque animo superiores essent.

Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine poenas.  
 Ille tamen nostra deducit origine nomen,  
 Pilumnusque illi quartus pater; et tua larga  
 Sæpe manu multisque oneravit limina donis. 620  
 Cui rex ætherii breviter sic satur Olympi:  
 Si mora præsentis leti tempusque caduco  
 Oratur juveni, meque hoc ita ponere sentis:  
 Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.  
 Hactenus indulsisse vacat. Sin altior istis 625  
 Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri  
 Mutarive putas bellum; spes pascis inanes.  
 Et Juno allacrymans: Quid si, quod voce gravaris,

*Nunc moriatur, et pereat pio sanguine poenas Trojanis. Tamen ille trahit nomen e stirpe nostra, et Pilumnus est illi pater quarto gradu: et sæpe cumulavit portas templorum tuorum liberali manu et plurimis muneribus. Cui rex cæli sic loquitur breviter: Si petitur a te pro illo juvene morituro dilatio mortis instantis et tempus, et si existimas me posse sic statuere; aufer Turnum fuga, et eripe eum fatis urgentibus: licet mihi favere tibi eo usque. Si vero gratia ulla amplior occultatur sub istis precibus, et si existimas bellum universum posse mutari et transferri; alis spem vanam. Cui Juno fletus ait: Si saltem permitteres ex animo, id quod ægre*

\*\*\*\*\*

Oudart. *possim* uterque Rottend. et Leid.—617. *suo det s.* Dorvill. *modo det* Erf., sed *pio*, quatenus mortem non mernit.—618. *deducet* duo Rottend. et Gud.—620. *que* abest binis Burm. *oneravit* ubique legitur. Jo. Schrader. Emendatt. p. 151. memor perpetuæ varietatis in duabus voc. *onerare* et *ornare*, emendabat *ornavit*: quod sane et ipsum præclarum est, ut, *decorare*. Et qui donaria in templis suspendit, ille ornat templum: quod nunc per limina declarat poëta. Lucan. vi, 260 *Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis Temples potes*. Accommodatum itaque Jo. Schraderi inventum dicam et ingeniosum. Solenne tamen non minus est copiam magnam per implere, *onerare*, declarare. Sup. iii, 485 *Nec cedit honori, Textilibusque onerat donis*. Lectionem igitur non ausim contra omnes codices mutare, quæ nec ipsa aut minus poëtica aut absurda aut alia de causa damnanda sit. Mutavit tamen nunc Wakefield — 621. *fatus* a m. sec. Medic. et Gud. cum aliis Heins., sic et Rom. cum Goth. sec. et Erf.—623. *hæc ita* Leid. qu. Moret. ed. Ven. *ponere si vis* Dorvill. a m. sec.—627. *Mutarive* Medic. a m. pr. *putes* Oudart. *poscis* idem.—628. *Et J. allacrymans* e Medic. et aliis Heinsius. Edd. Mediol. et Ald. pr.

#### NOTÆ

618 *Nostra origine*] *Divina*. Et vero Pilumnus a quibusdam dicitur Jovis fuisse filius: quod tamen parum huic Junonis orationi convenit. Neque enim cara esse potuit Junoni stirps Pilumni, si Jovis ex pellice filius fuit. Igitur ad ignotam aliam, sed divinam tamen, originem referen-

dus est. De *Pilumno*, quarto patre Turni, supra 76.

623 *Hactenus indulsisse vacat*] Fuit opinio veterum, fata omnino impediri ne a Jove quidem posse; posse tamen aliquantum differri: ut diximus *Æn.* i. 243.

628 *Quid si, quod voce gravaris, &c.*]

Mente dares; atque hæc Turno rata vita maneret!

Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri

630

Vana feror. Quod ut o potius formidine falsa

Ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!

Hæc ubi dicta dedit, coelo se protinus alto

Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras;

635

Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.

Tum Dea nube cava tenuem sine viribus umbram

In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum)

Dardaniis ornat telis; clypeumque jubasque

Divini assimulat capitis; dat inania verba;

*permittis verbo; et si hæc vita superasset certa Turno! nunc vero acerbus finis destinatur innocenti, aut ego dicor ignara veritatis: quod ita potius sit, ut ego decipiar inani metu; et tu referas in melius incepta tua, tu qui id potes! Postquam protulit hæc verba, statim dimisit se e summo caelo, inroluta nube, propellens procellem per ætherem: et adirit exercitum Trojanum et castra Latina. Deinde Dea instruit armis Trojanis lecem umbram aboque viribus, ex nube vacua, in figuram Æneæ, quod erat prodigium mirabile aspectu: et simulat clypeum, et cristas dicini*

~~~~~

Quoi *J. allacrimans*. Vulgo inde a Nangerio: Cui *J. illacrimans*. At præcessit Cui v. 621. Rom. Cui *J. lacrimans*. Duo Moret. et pr. Hamb. Cui *J. adlacrimans*. Quod si Gud. et Sprot. ita atque esset dictum pro atque: sic sane, § 84. quæ voce gr. Rom. et pars codd. Pier., Heins. et Burm. cum Goth. pr.—629. data vita Rom., non Servius, quem Heins. nominat.—630. hæc ego Oudart. et Exc. Burm., quod et ipsam defendi posset.—631. feror Dorvill. Quod uti p. Gud. Quid ut o ed. pr. Burm. Quin o, et, Quin ut o, vett. edd. cf. Pier. Quin ut Goth. pr. ultro p. tert. Quod ut opto tuis Erf.—634. Post hunc in Moret. sec. retractus erat versus ex lib. xi, 144 *Ordine flammarum et late discriminat agros*.—635. et *L. tecta* aliquot Pier. Alii *I. a. petis et Laurentia castra*.—637. miserabile Ven., sicque edd. nonnullæ diabolares.—638. armos pro div. lect. Dorvill. et jubamque.—639. verba vel membra Gud.—640. gras-

NOTE

Timet Juno ne parum sincere et ex animo permiserit Jupiter, vitam Turni, dilata morte, servari.

630 *Veri Vana*] Ignara, inscia, Æn. vii. 440. 'veri effata senectus.'

632 *Potes*] Potest Jupiter fata reflectere: vel differendo; vel conditionem aliquam, unde illa pendent, impediendo, Æn. i. 243.

634 *Hyemem*] Tempestatem, Æn. i. 126. De *Laurento*, urbe Latina, Æn. vii. 63.

636 *Tum Dea nube cava, &c.*] Ex

Homero, Iliad. v. 449. Cum Venus, Diomedei in Æneam irruenti frustra peplum obtendens, ab ipso Diomede vulnerata suis et, currumque Æneæ commisisset Apollini; Apollo, Æneæ subducto, simulacrum eidem persimile hostibus opposuit. Idem hic præstat Juno; non quidem ut Æneam, sed ut Turnum Æneæ subducatur: nrgentibus e littore, erumpentibus ex urbe Trojanis.

638 *Jubas*] Galeæ cristas, e júbis equinis, Æn. iii. 406.

Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis: 640
 Morte obita quales fama est volitare figuras,
 Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
 At primas læta ante acies exultat imago,
 Irritatque virum telis, et voce lacessit.
 Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam 645
 Conjicit; illa dato vertit vestigia tergo.
 Tum vero Ænean aversum ut cedere Turnus
 Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:
 Quo fugis, Ænea? thalamos ne desere pactos:
 Hac dabitur dextra tellus quæsitæ per undas. 650
 Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
 Mucronem; nec ferre videt sua gaudia ventos.
 Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi
 Expositis stabat scalis, et ponte parato;

*capitis; tribuit ei vana verba, tribuit sonum vocis abque anima, et exprimit ince-
 sum ambulantis: qualia simulacra rumor est volare post mortem obitam; aut qua-
 lia somnia decipiunt sensus sopitos. At simulacrum lætum gestit ante prima agmi-
 na, et provocat armis Turnum, et urget verbis. Turnus imminet illi, et procul
 cribrat hastam sonantem: illud convertit gressus oblato dorso. Tunc autem quando
 Turnus credidit Æneam retro versum fugere, et turbatus accepit animo spem vanam,
 ait: Quo fugis, o Ænea? ne desere conjugia promissa: terra quæsitæ per mare da-
 bitur tibi hac manu mea. Inclians tulla persequitur, et intorquet ense nudum:
 nec animadvertit ventos rapere suam voluptatem. Forte navis, admota margini
 lapidis alti, stabat scalis extensis et ponte præparato, qua nave rex Osinius vectus*

*sumque Medic., idque præfert Cuningham.; etiam Wakef. quia ambigua est
 structura in vulgata. affligit Ven. inertes Goth. sec., felix librarii lapsus, si
 intelligas esse gressus non veros, sed per ludibrium assimilatos: ut modo in-
 axia verba.—641. qualis binis locis Priscianus.—642. ludunt insonnia pars
 codd. Heins. et Kurm., sicque Goth. tert. Omiserat, puto, aliquis præposi-
 tum verbi: deludunt. In Hugen. deducunt s. In tert. Moret. alludunt s.—
 643. Aut p. Zulich. et ed. Junt. læti Dorvill.—644. ac voce Menag. pr. et
 Goth. tert. aut aliquot Burmann.—645. versus deerat Goth. tert.—647. ver-
 sum Ænean Sprot. et Montalb., nec male. Ænean versum incidere alter Menag.
 Æneam adocernum Zulich. et ed. P. Daniel. cum Goth. tert. ubi cedere Par-
 rhas.—652. ut ferre Franc.—653. saxi...celsi Goth. tert.—654. Inpositis Hu-*

NOTÆ

650 *Hac dabitur, &c.*] Amarus jo-
 cundus: significat enim, se humi dejec-
 turum Æneam, et morti daturum.

651 *Coruscat Mucronem*] Neutrum
 verbum, Virgilio sæpe activum. Æn.
 v. 642.

652 *Nec ferre videt, &c.*] Nec videt

hostem, cujus ob fugam exultat; um-
 bram inanem esse, quæ vento rapi-
 tur.

653 *Crepidine*] *Crepido*, est sum-
 mitas ripæ, vel abrupti saxi. *Crepidi-
 ne*, pro *crepidini*: ut supra, 361.
 'hæret pede pes,' pro *pedi*.

Qua rex Clusinis advectus Osinius oris. 655
 Huc sese trepida Æneæ fugientis imago
 Conjicit in latebras: nec Turnus segnior instat;
 Exsuperatque moras, et pontes transilit altos.
 Vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem,
 Avulsamque rapit revoluta per æquora navem. 660
 Illum autem Æneas absentem in prælia poscit;
 Obvia multa virum demittit corpora morti.
 Tum levis haud ultra latebras jam quærit imago,
 Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ:
 Cum Turnum medio interea fert æquore turbo. 665
 Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis,

fuerat e Clusina regione. Simulacrum Æneæ fugientis conjicit se illuc timidum in latebras: nec lentior imminet Turnus, et omittit moras, et transcolat pontes excoleas. Vix percenerat ad proram: cum filia Saturni Juno secut funem, et trahit natem solutam per mare turbatum. Æneas vero vocat ad certamina absentem Turnum; tradit morti plurima corpora hominum obvia. Tunc tenue simulacrum non querit ulterius latibula, at ecclans in altum confudit se cum nigra nube: dum inferum ventus rehit Turnum medio mari. Ille circumspexit inscius rerum, et ingratus

gen. ponte peracto Goth. tert.—655. Clusiniis Medic. a m. sec. Claustrinis ed. pr. Burm. adventus Ven. Osinius Oudart. Osirus Goth. sec., sicque aliquot Pier. cum Rom. Osinus Franc. Onisius Bigot. pro var. lect. Inepit Servius, qui Massicum Osimum hinc exsculpit, et Grammaticus apud Macrob. v, 15, p. 632, qui hæc reprehendit.—656. Huc Medic. Æneæ trepida Ald. pr. et Goth. pr. trepidam Æneæ alter Hamb.—657. in tenebras Hagen. in latebris pr. Menag. Latebras pro refugio dixit. segnius alter Hamb.—659. rapit aliquot Heins. cum Goth. pr. sicque edd. apud Pier. et Rom.—660. Avolsam et Advolsam in Pier. libb. Evulsam Leid. resoluta Goth. tert. navim Pier. malebat ex vett. scriptis. classem Ven.—661. Ille autem Gud., quod se non capere profitetur Heins. Ex Servio tamen facile est ad intelligendum. Legerunt olim nonnulli, quod Romanus quoque exhibebat: Ille autem Æneam absentem in pr. poscit. Ita vero sequens versum non facilis erat ad expediendum. Urbanus virum corpora de nautis in navi inventis accipiebat. Præstat utique lectio vulgata. Verum si ex animo dicendum est, quod sentio, utrumque versum 661. 662 aut alienum esse arbitror, aut a Marone ad marginem appictum, necdum reliquo carmini accommodatum. absentem Æneæ Rottend. alter, et Exc. Burm.—663. viro Parrhas. ex virom. dimittit multi.—663. Tunc ante Pier.—664. se miscuit Goth. alt. arte Franc.—665. Tum duo Burm. Tunc Goth. tert. T. interea magnus fert Ven. interea medio Rom. et Goth. alter. in medio Montalb.—666. saluti pr. Hamb. pro var. lect.

NOTÆ

655 Clusinis advectus Osinius oris, adverbii more. Sic Ge. i. 320. 'segetem ab radicibus imis Sublime exulsam eruerent.'

664 Sublime volans] In sublime: 666 Ingratusque salutis] Lucasat

Et duplices cum voce manus ad sidera tendit:
 Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
 Duxisti, et tales voluisti expendere pœnas?
 Quo feror? unde abii? quæ me fuga, quemve reducet? 670
 Laurentesne iterum muros aut castra videbo?
 Quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?
 Quosne (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
 Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
 Accipio. Quid ago? aut quæ jam satis ima dehiscat 675
 Terra mihi? vos o potius miserescite, venti,

serrata vitæ: et tollit ad astra geminas manus cum his verbis: O pater omnipotens, an existimasti me aptum tanto sceleri, et voluisti me luere tale supplicium? quo vehor? unde discessi? quæ fuga et qualem referet me? an rursus aspiciam muros Laurentes, aut castra mea? quid dicet multitudo illa hominum, qui secuti sunt me et meum bellum? et quos omnes, o scelus, deserui in crudele morte? et jam cerno eos vagos, et audio gemitum morientum. Quid faciam? aut quæ terra jam satis aperiat mihi? o venti, vos potius miserescite mei: ego Turnus vos colo sponte:

ignarusque salictis Goth. sec.—667. *ad sidera tollit* plerique Pier. pars Heins. et Burm. cum Goth. tert. et Erf.—668. *tanton' me* Zulich. Sprot. ed. pr. *tanto* in Rom. et plerisque Pier., in aliis n' *erasum*. Tnetur tamen *tanton'*, quæ Mediceæ et aliorum lectio est, Priscianus. cf. sup. v, 319. Equidem nondum credo ne ita elisum fuisse a poeta: sed si n ab eo profectum, esse debet ex an eliso: *tanto 'n Pyrihi 'n.*—669. *Dixisti* Goth. tert. *impendere* Ven. *expandere* pr. Moret.—670. *quem me fuga quæve reducit?* Zulich. *quo me fuga quove reducet* alius ap. Burm. *quove reducet* aliquot Pier. *quove reducit* Medic., sed in marg. *quemoe*. Præclare Servius: *quem*, qualem: ix, 481 *Hunc ego te, Euryale, aspicio*; quomodo et qua cum existimatione redibo? Tandem *reducit* Rom. Gud. et magna ceterorum Pier. et Heins. pars, etiam edd. vett. cum Goth. tert., nunc receptum video a Cuninghame et Brunck. *reducit* Dorvill.—671. *Laurentesne* ante Heins. vulgg. Alii *Laurentesque*.—673. *Quisne* (pro *eoque*) Aspri est lectio apud Servium ab Heinsio recepta, accedente uno Leid., nec abhorret Medic. a m. sec. *Quove*, et sic ceteri Heins. cum Goth. pr. Vulgo: *Quoque*; nec aliter Rom. Goth. tert. *Quoque*. Tum in plurimis Pier. et Heins. desideratum. *relinquo* Franc.—674. *palantes*, quod miror Cuninghamum probare, Medic. a m. pr. Bigot. et Goth. tert., alii *pullantes*. *gemitusque* Vratisl. et ed. pr. Burm.—675. *Adspicio* Goth. tert. et Dorvill. *Quid ago?* ex Mediceo et ceteris suis restituit Heins. pro *Quid agam?* *Quid ego?* Erf. Porro et quæ Medic. a m. pr., pro *ecquæ*, putabat Heins. cf. ad iii, 341. *satis una* Bigot. *dehiscit* Rom., probante Perio, sex Heins. duoque Barmann. *dehiscit* pr. Voss. Zulich. a m. pr. Goth. tert.—676. o aberat Rom.

NOTE

enim Jovem, cujus permissu, Junonisque opera, servatus fuerat.

668 *Crimine dignum*] *Dignum*, qui admitterem tantum scelus; quale est, meos in pugna deserere.

670 *Quemoe reducit*] Qualem me

reducet? quanta ignaviæ labe maculatum?

671 *Laurentes muros*] Urbem Latini regis, Æn. vii. 63. *Castra*: vel mea, vel Trojanorum.

674 *Palantes video*] *Palantes*, vagos:

In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
 Ferte ratem, sævisque vadis immittite syrtis,
 Quo neque me Rutuli, nec conscia fama sequatur.
 Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc; 680
 An sese mucrone ob tantum dedecus amens
 Induat, et crudum per costas exigat ensem:
 Fluctibus an jaciati mediis, et littora nando
 Curva petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.

allidite navem ad scopulos, ad saxa: impellite in vada aspera syrtium: quo neque Rutuli, neque fama sciens meam fugam, sequantur me. Hæc dicens nunc agitur animo huc, nunc illuc: an furens ob tantam ignominiam transfodiat se cuspide, et traducat per costas durum gladium; an immittat se in medias aquas, et adeat natalu sinuosa littora, et se referat rursus in arma Trojanorum. Ter ten-

o vos o potius Medic. Pierii.—677. In Syrtis, in saxa Priscian. lib. vii; et sic Menag. alt., cum tamen Syrtis statim sequantur.—678. Ferte pr. Hamb. sævisque malis Goth. tert. Syrtis, quæ vulgo leguntur, tuetur Heins. e pr. Moret. Gud. et utroque Rottend. Utinam simul interpretationem suppeditasset: quam talem esse arbitror: immittite Syrtis h. in Syrtis, ut et alibi smat: sævis vadis, absolute, ubi vada exitiosa sunt. Nam si malis accipere: et, o Syrtis, vadis immittite! alienum hoc esset ab hoc loco, cum a Syrtibus Africæ longe absit nunc Turnus. Vulgata lectio, Medicei quoque, multo suavior et lenior: syrtis. Est enim et una Syrtis: ut iv, 41; et sic vada Syrtis, ut Syrtium. Nec Servius aliter legerat; itaque revocavi, comite Brunckio. Sup. i, 115 In brevis et syrtis, urget... Illiditque vadis et aggere cingit arena.—679. Rutulus ed. pr. Burm. et Mediol. neque vulgo ante Heins. fata Exc. Burmann. sequantur in iisdem, Leid. et pr. Hamburg.—680. animam magna pars codd., ut sibi Heinsius non constet, qui græcismum hic non, ubi alibi, sæpe non hac codd. auctoritate, recepit.—681. ob tantum mucrone Parrhas. mucronem Zulich. et Goth. pr. Sicque Priscianus legit et interpretatur apud Pier. et Heins., non indocte, induere se (in) mucronem. Romanus: mucroni. Sed et mucrone se induere elegans satis: de mucrone infixio, qui adeo a corpore et visceribus tegitur et absconditur. φασγάνῳ ἀμυκνέλειν Pindar. dixit Nem. viii, 40.—682. Imbuat ed. pr. Burm. et durum Rom., male. cf. inf. lib. xii, 507. 508. per c. dirigat aliquot Pier.—683. jaceat pr. Moret. et ed. Junt. jactet Rom. in littora Goth. tert.—684. Cornus Medic. a m. pr. que deest Zulich.

NOTE

quasi planantes: a πλανῶμαι, erro, vager: unde et planeta, vaga astra.

677 Adoro] Ventos scilicet. De quorum divinatione, Æn. iii. 120.

678 Syrtis] Ita lego cum Servio, non syrtis: ne sit obscurior structura. Syrtis, locus quilibet arenosus in mari, Æn. i. 115.

681 Sese... Mucrone... Induat] Com-
 mutatio, pro, mucronem induat, vestiat,

abbatque corpore. Sic Cæsar, de bello Gall. i. vii. 'Se ipsi acutissimis vallibus induebant.'

682 Crudum ensem] Cruentum. Nam cruor est sanguis effusus venis et jam frigescent, a κρύος frigidus: a crœre cruentus, et cruentus, qui adhuc est in cruore: a crudo, crudelis; ut a fide, fidelis.

Ter conatus utramque viam : ter maxima Juno 685
Continuit; juvenemque animi miserata repressit.
Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo:
Et patris antiquam Dauni deferitur ad urbem.
At Jovis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnae, Teucrosque invadit ovantes. 690
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus uni,
Uni odiisque viro telisque frequentibus instant.
Ille; velut rupes, vastum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furii, expostaque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert coelique marisque, 695
Ipsa immota manens; prolem Dolichaonis Hebrum

tacit utramque viam: ter suprema Juno cohibuit eum, et animo miserta coërcuit juvenem. Provehitur findens maria, unda et fluxu maris favente: et portatur ad urbem veterem Dauni patris sui. Sed interea Mezentius impulsu Jovis ardens succedit ei in prælio; et aggreditur Trojanos. Irrumpunt in eum turma Etrusca; et imminet uni viro; uni, inquam, omnibus odiis et densis jaculis. Ille Mezentius, sicut rupes quæ procurrit in magnum mare, objecta furori ventorum et opposita fluctibus, sustinet omnem violentiam et minas celi et maris, ipsa stans in-

~~~~~

—686. *Conticuit* Goth. tert. *animo* vulgo editum inde ab Aldd., idque tueretur pars codd. Pierii et Heinsii cum Goth. tert. (at sec. *animis*) *animo miserata* unusquisque facile intelligit: sicque sup. vi, 332, ubi etiam Medic. *animi*: quod et hic Medic. et Rom. habent alique; receptum in edd. a Commellis. ex Palat., et agnoscit Servius et Arusianus Messius. At *animi miserata* non eodem sensu dictum esse potest. Casus secundus verbo *miserari* et similibus additus rem miserationi objectam denotare solet, ut in eo ipso Siliii loco, ad quem Burm. provocat, lib. xi, 381 *ni paræ juvenem indignæ miseratus ab alto Jupiter*; et sic in omnibus exemplis, quæ vidi. Hic ergo casus debet *miserata* Turnum *animi*, ut Græcis θυμῷ sc. ἔρεκα, quod Turnum ira, dolore, pudore, tantopere commotum videt ex eo, quod e pugna subductus erat.—687. *æstu fluctuque* Goth. pr., eodem ordine et geminata copula ed. Mediol. et P. Dan.—688. *antiqui* Menag. et Hamb. sec., ut sit stirpis auctor; sed snp. 616 *Dauno* ...*parenti*. ad undam pr. Hamb.—689. *monitu* Parrhas.—690. *Succedit* Goth. sec. *invasit* Menag. et Hamb. priores.—691. *Tyride* Goth. sec. Ne cogites de Tyrrhidis vii, 484; est enim merns librarii strop. *uas* Parrhas. et a m. sec. Dervill.—694. *expostaque* Ald.—695. *præfert* Leid.—696. *manet* snavius quidem meo sensu, Oblongus Pierii et Medic. a m. sec. (sed a pr. *manent*.) receptum quoque nunc a Brunchio; ita vero deficit complementum sententiæ: *ille*

#### NOTE

685 *Viam*] Modum utramque consulendi decori suo.

688 *Urbem*] Ardeam, Dauni et Turni regiam, Rutulorum caput, Æn. vii. 410.

690 *Ovantes*] Successu exultantes, et

quasi jam triumphantes, Æn. iii. 169.

691 *Tyrrhenæ acies*] Pars ea Etruscarum gentium, quæ Mezentium regem ob immanitatem ejecerant, et Æneæ in auxilium venerant: supra 168. Æn. viii. 476.

Sternit humi, cum quo Latagum, Palmarumque fugacem :  
 Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis  
 Occupat os faciemque adversam : poplite Palmam  
 Succiso volvi segnem sinist ; armaque Lauso 700  
 Donat habere humeris, et vertice figere cristas.  
 Necnon Euanthen Phrygium, Paridisque Mimanta  
 Aequalem comitemque : una quem nocte Theano  
 In lucem genitori Amyco dedit, et face pragnans  
 Cisseis regina Parin : Paris urbe paterna 705

*conclusa: sic deiecit in terram Hebrum filium Delichonis, et cum eo Latagum et Palmam fugientem: sed opprimit saxo et magno fragmento rupis Latagum, secundum os et cultum sibi objectum: permissit Palmam volitari jacentem adnecto poplite; et dat Lauso arma ejus ferenda humeris, et cristas impendendas capiti. Opprimit etiam Euanthem Phrygium, et Mimanta coetanum et socium Paridis: quem Theano protulit in lucem Amyco patri eadem nocte, qua regina filia Cissei, gravida ex face, edidit Parin: ad urbem patris Paris obijt; Laurous latus habet Mimanta*

~~~~~

enim non habet verbum, ad quod se referat, nisi scribas: *ille*, velut *rupes... minas perferit cultique marique, ipse immota, manet*; ut sit ipse *manet*. Sed hoc parum placet. Præstat prava interpunctione mutata rescribere, ut feci: *ille... prolem... Sternit humi. manes Franc. manens tamen Rom. et reliqui omnes. proles alter Hamb. Tum Delichonis, Delichonis, Delichonis, Delichonis, Delichonis librarii: prolemque Licoonis Montalb. et p. Lycionis ed. Ven. Est utique vera lectio, quam et Medicus habet, Delichonis: ex δελχων, vel δελχων aut δελχων, quæ insula ad Lyciam erat, unde δελχων, δελχων. — 697. Latagum, Latagum, Litagum, iidem stipites librarii: et Palmam. — 698. Latago maluisse Heinsium narrat Burm. Non sequar: Latagum (αὐτὰρ τὸ) os o. est doctina, ingentis fr. montis tres ap. Burm. — 699. adversum God. a m. pr. adversum Franc. adversa Paribas. adversa Goth. sec. — 700. inrokti Franc. armaque lapso Zulich. — 702. Euanthen ex Mediceo bene restituit Heins. Est et apud Homerum Εὐανθῆς. Eodem alludent librorum aberrationes: Euanthen, Euanthen, vulgg. Euanthem: quod Rom. habet. Euanthem Vratisl. Ouantem Franc. Mimantem Μίμαντα jam Pier. emendavit ex Rom. Vulg. Minanta, alii Minantha, Minanti, Minata, Myantha, Minantem, Nunata. — 703. Θεὰ. At ed. Ald. pr. et hinc profectæ Theana, sicque codd. multi: item Thea, Theana. — 704. Amico al. genitore Amyco Bentleii emendatio. v. ad vs. sequ. ut face malebat Heins. sed et inversionem poeticæ orationi consentaneam facit. pragnans ed. Junt., ut alibi scribendi mos habetur. — 705. Parin aliquot*

NOTÆ

703 Theano] In secundo casu, Theanus: Amyci Trojani uxor: a Taubmanno Hecubæ soror dicitur, ideo, quia Cissei Thraciæ regis filia vocatur ab Homero, Iliad. vi. 299. et xi. 224. Hecuba autem Cisseis a Virgilio et a quibusdam aliis appellatur. At Homerus Hecubam, non Cissei Thracis, sed Dymantis Phrygis filiam

fuisse ait, Iliad. xvi. 718. et Theano, uxorem Antenoris et Minervæ sacerdotem, Iliad. vi. 299. Igitur, neque Theano soror Hecubæ fuit; neque Theano Virgiliana, eadem est atque Homérica; sed nomen a Virgilio fictum. Quomodo Hecuba, cum Parin utero ferret, facem gestare se somniaverit, Æn. i. 31.

Occubat; ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosve palus Laurentia, sylva

incogitantem. Et quemadmodum aper aliquis moribus canum pulvis ex altis montibus, nutritus in sylva arundinea, quem Vesulus pinifer texit annis plurimis, vel

~~~~~

Heins. cum binis Goth., et agnoscit Carisius lib. i. Quod sequebatur in edd. *creat* (Medic. a m. pr. *crepat*) luce clarius erat vitium: ut illud non dudum sublatum merito mirareris. Quid enim: *Cisseis regina Paris creat*: urbe paterna Occubat: quis quæso? Mendum subolfecerunt jam alii viri ingeniosi apud Pierium, sed si situm alio loco quærebant et emendabant: Occubat hic Carum Laurens. Et Cunninghamus dedit: Urbe paterna Hic cubat: obvium est, Paridis nomen repetitum excidisse: ejusque locum, monente metro, aliena voce *creat* esse expletum: idque vidit dudum acutissimus Bentleius ad Horat. Epod. v, 28, et legere jussit: *Cisseis r. Parim. Paris urbe p.* Et sic est hand dubie legendum, iudice quoque subtilissimi ingenii viro, Marklando, ad Statii Sylv. p. 43. Quæ Johnsonus in Aristarcho P. ii, p. 50 contra disputavit, hominis cavillantis sunt argutiæ, non ingenue disputantia. Aliud est, quod Uptonus ad Spencer. (*Fairy Queen*) T. ii, p. 362 pro vulgata affert: solere poetas propositionem, quæ per relativum erat efferenda, demonstrative efferre. Sed non vidit vir doctissimus, h. l. duo opposita jungi: alter, alter ille.—706. *Occupat* aliquot Burm. et Goth. *ignotum* fuisse qui legerent ex Servio suspicio fit: et Pier. in codd. lituram viderat. *conf.* ad v. 705.—707. *morsus* Serv. ad xii, 4.—708. *Vesivius* Rom. *Venulus* Zulich. In Veneto ordo hic erat: *m. altis, Defendit multos V.—annos, Actus aper.—709. multoque* Medic. Equidem pro *que* malim codices suppeditare *te; multoque*

# NOTE

706 *Occubat; ignarum, &c.*] Prima para ad Paris pertinet, qui ad Trojam a Philoctete occisus est: secunda ad Mimanta, qui in campis Laurentibus occiditur. Quare Pierius aliique sic locum hunc restituunt: *urbe paterna occubat hic Carum Laurens habet ora Mimanta.* Sed contra est, quod antiqui interpretes omnino *ignarum* legerint: Gellius in primis, qui *ignarum* passive interpretatur, pro *ignotum*: ut apud Ovid. Metam. l. vii. 408. 'Jamque aderat Theseus, proles ignara parenti.' Sed hic nihil opus est ad passivam illam vim confugere: cum active significare possit, *ignarum casus sui*; id est, *ignorantem se tali casu et loco moriturum.* De Laurente littore, Æn. vii. 63.

707 *Ac velut ille, &c.*] Ille frequenter abundat in Virgilianis comparationibus, et magnum aliquid ac singulare significat: *ille aper*, id est, *magnus aliquis aper.* Sic Æn. xii. 5. 'Pœnorum qualis in arvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Jamdudum movet arma leo.'

708 *Vesulus*] Mons altissimus Alpium maritimarum, ad occidentem Liguriæ, nunc *Monte Viso*: in eo sunt Padi fontes, *du Pô.*

709 *Palus Laurentia*] Inter Tybris æstia urbemque Laurentum, secundum littus Tyrrheni Maris: qui tractus sylvis et paludibus arundinetisque asper olim fuit, ubi frequentes apri memorantur a poetis: hinc *sylva hæc arundinea*, id est palustris, a Virgilio appellatur: testaturque Cluverius, loci speciem nunc ab antiqua non admodum differre, immo et apris infestam esse.

Virg.

4 G

Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est, 710  
 Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos ;  
 Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus ;  
 Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant :  
 Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,  
 Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas. 715  
 Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ,  
 Non ulli est animus stricto concurrere ferro ;

*palus Laurentia ; postquam ventum est in retia, constitit, et frendet asper, et cohorescit humeris : nec animus est ulli irasci in eum, aut accedere propius, sed omnes urgent eminus telis et securis clamoribus : ille vero interritus opponit se in omnes partes, stridens dentibus, et excutit tela e tergo. Non aliter nemini eorum, quibus Mezentius legitimo est odio, est audacia congregi nudo ense cum eo : procul infren-*

pal. L. Nunc video jam Serviana inter legi : " multosque pro multosce." Et hoc nemo arripuit. *silvam P. arundineam* Erf.—710. *Pastus* Antiptosin esse dixerat Servius pro, *Pastum*. Idcirco id sollicitat idem Bentleius : non enim causus mutationem ferri posse, Itaque legit *Pascit* vel *Pavit*. Suaviter utique hoc legeretur, fateor. Ferri quoque posset quod Cuninghamus dedit : *Pastum in arundinea*. Sed *Pastus*, quod horridiorem juncturam facit, severitatem orationi affert epico carmine dignam ; dum modo verba rite jungas : *velut aper... Pastus... Substitit*. Schol. Cruqu. Horat. Serm. II, 4, 42 laudat : *Pastus siliquis et arundine longa*. Tum in fine est deest Sprot. et Goth.—711. *feros* pr. Hamb. a m. sec. *armis* Hugon. a m. sec., minus scite.—712. *propiusque* Gud. et Leid. cum Goth. sec. Deficit copula alia.—713. *totisque* aliquot Burm. Qui sequuntur versus, in editis alio ordine se excipiebant : *Haud aliter. Non ulli. Missilibus. Ille autem. Dentibus*. Non multo acumine opus est, ut perspicias, quod puerili quoque diligentia deprehendere me memini, versus sic constitutos sede sua esse motos, et nunc sequi debere : *Ille autem. Dentibus infr.*, et post hos demum : *Haud aliter. Non ulli. Missilibus*. Nihil liquidius esse potest, quam ad comparisonem et ad aprum versus *Ille autem. Dentibus infr.* esse retrahendos. Monuerunt hoc idem viri docti, Scaliger in Prolegom. in Manilium, H. Stephanus et alius vir doctus apud Guell. Quibus Heins. et Burm., qui poetam recensebant, et a quibus tot alia mutata sunt, quæ bene ferri poterant, obtemperare debebant : obtemperavit Cuninghamus. Disceasi quoque a vulgata ratione in edit. altera minore ; nec aliter Brunck. edidit. Etiam luxationis causam deprehendere mihi videor in hoc, quod transitus ad comparatum ab eo fit, quod vs. 712. 713 exponitur. Haud aliter nulli eorum, quibus etc., ut apro nemo audebat propius accedere.—714. *cunctatus* Gud. *rectatur* Goth. tert. *cunctari* h. l. est deliberare, incertum esse, quo impetum faciat.—715. *discutit* duo et ed. pr. Burm. cum Goth. tert. Nec aliter legitur apud Lucanum in loco ex nostro expresso VI, 210. *Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis Omne percussus aequalenti minile tergo Frangit et hærentes mota cute discutit hastas. Tergo de scuto dictum accipiunt, ut nonnulli sup. IX, 412 tergum Sulmonis*. Male. vid. modo ad v. 713.—717. *Non ulli fas est* ap. Jul. Sabin.—718. *magno* Leid. et Pierii Ob-

## NOTÆ

714 *Partes cunctatur in omnes*] Moram facit ac subsistit, ut opponat se in omnes partes.

716 *Quibus Mezentius iræ*] Quo-

modo dicimus : esse odio. Justa dicitur illa Etruscorum ira, ob immanem Mezentii crudelitatem : *Æn. VIII.*

478.

Missilibus longe et vasto clamore lacesunt.  
 Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,  
 Graius homo; infectos linquens profugus hymenæos: 720  
 Hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,  
 Purpureum pennīs et pactæ conjugis ostro:  
 Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans;  
 Suadet enim vesana fames; si forte fugacem  
 Conspectit capream, aut surgentem in cornua cervum; 725  
 Gaudet, hians immane, comasque arrexit, et hæret  
 Visceribus super incumbens; lavit improba teter  
 Ora cruor:  
 Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.

*tant eum jaculis et alta vociferatione. Acron, vir Græcus, venerat ex antiqua regione Coriti, advena, omittens nuptias imperfectas. Postquam Mezentius aspexit procul eum turbantem medias turmas, purpureum ob cristas et purpuram sponsæ promissæ: quemadmodum sæpe leo famelicus percurrens alta stabula, (nam impellit immoderata fames) si forte vidit capream fugacem, aut cervum sublimem ob cornua; latatur aperiens fauces immaniter, et arrigit jubas, et stat incumbens super viscera, et sanguis tingit os sædum: sic gaudens Mezentius irrumpit in hos-*

//////////

longus.—719. *antiqui* Menag. pr.; tum *Arcon* duo Burm.—720. *infectos* Zulich. *profugus linquens* quatuor Heins. et Burm. cum Goth. tert. Scilicet erat, qui metro metneret.—721. *socia agmina* Goth. tert., memorabilis utique diversitas, si in alio codice occurreret, cujus aliqua esset auctoritas. Nunc casui tribuenda videtur; etsi elegans lectio sit.—722. *pennīs* Medic. Gud. et ed. Junt., sic et alibi. *pennis* Bigot. et pro var. lect. Zulich. et Goth. tert., qui idem: et *pictum* exhibet: quod nec ipsum contemnendum.—723. *Impastus* Zulich. *specula alta* tres Burm. *cui sæpe* Bigot. *pererrans* pr. Hamb. pro var. lect. —726. *capram* Franc. et Goth. tert., male. *et surg.* sec. Moret. *taurum* Mentel. alt. et Paris.—726. *hians inhiansque comas arrexit* ed. pr. Burm. *arrectus* apud Macrob. v, 10 in nonnullis. *erexit* ed. Mediol. *herrexit* Goth. pr.—727. *super incumbens* Heins. e Medic. et aliis et parte Plerianorum ac Goth. tert. Vulgg. secundum Rom. *accumbens*. *lavat* Rom. *improbat æther* Medic. a m.

#### NOTÆ

719 *Antiquis Corythi de finibus*] *Corythus* nunc *Cortona*; urbs in orientali parte Tusciæ, circa Thrasiemenum lacum, *antiquis finibus*: quia a Coryto Dardani patre fundata, a quo Trojani originem duxerunt. Æn. iii. 170. *Graius homo*] Græca origine: qui Corythi, seu Cortonæ, conserat. *Profugus* ad Tarchontem et Æneam: causam non affert poëta. De *hymenæis*, Ge. iii. 60.

722 *Pennis et ostro*] *Pennis purpureis*: ut Ge. ii. 192. 'pateris libamini et auro.' Sunt *pennæ*, cristæ cassidis, e plumis avium purpureo colore tinctis, Æn. iii. 468. Munus autem erat a sponsa datum abeunti, in pignus amoris. *Ostrum*, purpura ex ostreo expressa. Ge. ii. 506.

727 *Lavit*] Prima brevi, præsentis est temporis, a *lavere*: prima longa, præteriti est temporis, a *lavare*.



Sternitur infelix Acron, et calcibus atram 730  
 Tundit humum exspirans, infractaque tela cruentat.  
 Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden  
 Sternere, nec jacta cæcum dare cuspidè vulnus :  
 Obvius adversoque occurrit, seque viro vir  
 Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis. 735  
 Tum super abjectum posito pede nixus et hasta :  
 Pars belli haud tempeuda, viri, jacet altus Orodes.  
 Conclamant socii lætum pæana secuti.  
 Ille autem exspirans : Non me, quicumque es, inulto,  
 Victor, nec longum lætabere ; te quoque fata 740  
 Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.

*tes confertos. Miser Acron sternitur, et moriens ferit talis nigram terram, et inficit sanguine hastam ruptam. Atque idem Mezentius dedignatus est occidere Oroden fugientem, et librato jaculo acuto infligere ei plagam improvisam : sed obtrunc præcurrens, et obtulit se adverso, et vir viro objecit se: non melior insidiis, sed generosis armis. Deinde pede imposito, et innitens hasta super eum stratum: O viri, ecce jacet ingens Orodes, pars exercitus non aspernanda. Socii exclamant, repetentes lætum pæana. Ille autem moriens dixit: O victor, quisquis es, non gaudebis diu, nec me inulto: sors æqualis te etiam spectat, et mox mordebis eandem ter-*

\*\*\*\*\*

pr.—730. cum pro et Goth. tert.—731. *infractaque*. Multa moliuntur in hac voce Dorvill. et Burmann.; et ille quidem e cod. suo probat, quod a m. pr. fuisse suspicatur, *infectaque*. Verum satis constat *infracta* nihil aliud esse quam *fracta*: ut frangere, infringere, tendere, intendere, frendere, infrendere, etsi ex origine discrimen utriusque vocis deduci potest. In fine *cruentat* alter Menag.—732. *Oroden* aliquot Burm. *Hodorem* Goth. pr., quia *Horoden* scribi solet, ut in Rom. Est *Opóðns*.—734. *obverso* Sprot. et Voss. *averso* Omdart., hoc quidem absurde.—735. *sed fortior a*, aliquot codd. cum Erf. et ed. pr. Burm.—736. *abjectum* duo Burm. *objectum* Goth. tert. *erectum* ed. pr. Burm. Non autem necesse cum Trappio interpungere: *Tum super abjectum* posito pede (ut sit *pede posito super abjectum*), *nixus et hasta*: nam et pede niti poterat et hasta: nec cum Cuninghame scribere: *in hastam*.—737. *haud metuenda* uterque Menag. *haud tempeuda* Sprot. *ciris* vulgg. inde ab Ald. tert. ex Nangerii emendatione; *viri* jam in Ald. pr. erat, sed ut jungeretur: *Pars*—*ciri*, quod putidum erat. *viri* per se vocandi casu acceptum jam Commelinus dederat; iterum astruxit elegantia Heinsii e codd. Mediceo aliisque, etiam Mediceo Pierii: sicque jam Ge. Fabricius emendaverat. *actus* O. Medic., Heinsius interprete, ut sit pro, ad terram *actus*. *ultus* alter Hamb. a m. sec. *Orontes* pr. Hamb. pro div. lect. et Serv. ad Æn. vi, 9, ubi Mss. *odores*. cf. modo ad v. 732.—738. *pæne* invitiis omnibus libris malebat Heins., ut *lætum* sit, læte.—739. *inulte* Parrhas.—740. *longe* pr. Moret, quod vulgare. *facta* Lutat. ad Stat. vii Theb. 701.—741.

#### NOTE

733 *Cæcum vulnus*] Ab Orode non sentio, socii persequuntur. De eo prævisum: quia a tergo, quasi clam, voce Æn. vi. 657.

et ex insidiis; sen, ut mox ait, furto.

741 *Eadem mox arva tenebis*] Pro-

738 *Pæana secuti*] *Pæan*, carmen triumphale: quod inceptum a Me-

sternendus et occidendus ab *Eno*, infra 894.

Ad quem subridens mixta Mezentius ira :  
 Nunc morere. Ast de me Divum pater atque hominum rex  
 Viderit. Hoc dicens eduxit corpore telum.  
 Olli dura quies oculos et ferreus urget 745  
 Somnus ; in æternam clauduntur lumina noctem.  
 Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen ;  
 Partheniumque Rapo et prædurum viribus Orsen ;  
 Messapus Cloniumque Lycaoniumque Ericeten ;  
 Illum infraenis equi lapsu tellure jacentem, 750  
 Hunc peditem pedes. Et Lycius processerat Agis :  
 Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitæ

*ram. Ad quem respondet Mezentius subridens mixto furore : Jam morere : de me autem statuat genitor Deorum et rex hominum. Id loquens, extraxit hastam e corpore : quies acerba et somnus ferreus premit illi oculos : oculi clauduntur in perpetuam noctem. Cædicus jugulat Alcathoum, Sacrator Hydaspen : et Rapo Parthenium, ac Orsen prævalidum robore : Messapus, et Clonium, et Ericeten Lycaonium ; illum dejectum in terram lapsu equi indomiti ; hunc pedes peditem. Agis quoque Lycius cucurrerat in Messapum : hunc tamen deturbat Valerus non carens*

~~~~~

Expectant Parrhas, et Goth. tert. mors arma Dorvill. a m. pr.—742. Atque a m. pr. Medic. Atque et Voss. pr. Ad quæ Gud. et alii ; sicque Heins. volebat.—743. Trappius malebat : Tu morere. Miror ast, h. l. vicem roû at ante consonam obtinere.—744. Hæc tres apud Burm.—745. dira et oculis pro var. lect. pr. Hamb. q. oculos Horadi et f. ed. pr. Burm.—746. in æternum Oudart. et Goth. sec., sic saltem nocte. mortem Bigot. et pro var. lect. Zulich. et ed. pr.—747. Gethicus Goth. sec. Alcathoum alii, et Alcatoum, Alcatonum. Est 'Αλκαθῶος. Tum Hydaspen e tribus Heins. pro Hydaspen.—748. Capo Dorvill. Sapo Goth. tert. Orsam, Orsan, Orsem, Orson al.—749. Donium, Cronium, Drionum...Ericeten Heins. ex Medic. Erycheten Gud. Erychaten Rom. Alias depravatt. ap. Burm. vide, qui Erychaten retraxit. Verum arbitror Ericeten. 'Ερῆχτης. Accipio Lycaonium, Lycaonis filium.—751. præcesserat Ven. Argis Medic. cum aliis, etiam Goth. Hærgis, Ages, Hægis, Agys, Argus al.—752. Valerus duo. Valens Jul. Sabinus invenerat, forte verius : nam Valerii primum Valesii fuere.—

NOTÆ

743 *Divum pater atque hominum rex*] Quem vos talem esse creditis : ut notat Servius. Jocatur enim impius Mezentius in Deos, qui infra 773. nullum invocat ad pugnam Deum, præter dextram suam et arma : ' Dextra, mihi Deus, et telum quod missile libro, Nunc adaint.'

747 *Cædicus, &c.*] Reprehendunt poetam critici, quod nomina permiscuerit. Produunt se tamen ipsa per se, quorum, et qualia sint : Latina

quippe, *Cædicus, Sacrator, Rapo, Messapus, Salius, &c.* Græca, seu Phrygia et Trojana, *Alcathous, Hydaspes, Parthenius, Orsen, &c.*

749 *Lycaonium Ericeten*] Vel *Lycaonis* filium : vel e *Lycaonia*, minoris Asiæ regione mediterranea : inter Cappadociam, Pisidiam, et Ciliciam.

751 *Lycius Agis*] E *Lycia* : minoris Asiæ regione, meridionali et maritima : inter Cariam ab occidente, et Ciliciam ab oriente.

Dejicit; at Thronium Salius, Saliumque Nealces,
Insignis jaculo et longe fallente sagitta.

Jam gravis æquabat luctus et mutua Mavors 755

Funera; cædebant pariter pariterque ruebant
Victores victique; neque his fuga nota, neque illis.

Di Jovis in tectis iram miserantur inanem

Amborum, et tantos mortalibus esse labores;

Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Juno; 760

Pallida Tisiphone media inter millia sævit.

At vero ingentem quatiens Mezentius hastam

Turbidus ingreditur campo. Quam magnus Orion,

virtute avorum: Salius Atronium; et Salium Nealces, bonus jaculo et sagitta cernis decipiente. Jam Mars asper adæquabat dolores et mortes mutuas: victores et victi pariter occidebant, et pariter cadebant: nec fuga cognita erat his, neque illis. Dii in domo Jovis miserantur vanum furorem utriusque partis, et tantas difficultates esse hominibus. Hinc Venus, hinc Juno filia Saturni aspexit ex adverso. Tisiphone pallida furit in mediis millibus. At vero Mezentius librans magnam hastam intrat in campum turbulentus: quantus Orion excellit humeris super fluctus, quando

~~~~~

753. *Anthronium* e Gud. dedit Heins. pro vulgato: *Atronium*. Medic. *Atthronium*, et is audiendus erat. Scribendum est: *at Thronium*, a *Θρόνος*, quod codd. Heins. pars expresse exhibebat, quo etiam reliquæ aberrationes ducunt: *at Cronium*, *ac Thronium*, *Acthronium*, *Antronium*, *Aucronium*.—754. *Insidiis* j. Rom. et a m. pr. Medic. *Insidiit* Gud., perperam utique.—755. *Et gravis* Goth. tert. *Nertis* alter Hamb.—756. *cedeabant* alii apud Servium: et sic Mentel. nterque et ed. Junt.—757. *neque* e suis et Pier. et Heins. Vulgo *nec*.—758. *casum* m. i. Macrobr. v, 16. *miserantur* ed. P. Dan.—760. *spectant* Medic., (sed a m. pr.) quod placebat Heinsio. Tacite iterum expulit Burmannus. *aspectat* pr. Moret.—761. *inter lumina* Montalb. Versus hic ad cetera, quæ de Deorum ex Olympo prospectu agunt, non bene est accommodatus.—763. *campum* Medic., nec ineleganter: ut vi, 117. *Quem* m. Parrhas. *Ceu* Leid. pr. Hamb. pro div. lect. et Goth. tert., lenius utique altero; nec tamen verius. Opposita sunt: *quam magnus supereminet, aut ingreditur, talis*

#### NOTE

754 *Longe fallente sagitta*] Eminus incautos feriente. *Mavors*, Martis nomen, quia magna vertit: Ecl. ix. 12. *Venus*, Æn. i. 260. *Juno*, *Saturni filia*, Æn. i. 27. 50.

761 *Tisiphone*] Una e tribus Furiis, Æn. vi. 572. Ge. iii. 552. Nomen a *τρί* ulciscor, et *φόνος* cædes.

763 *Orion*] De eo multa fabulosa congerit hic Servius: sed omnino arbitror, poetam explicandum de ejus specie cœlesti: maximum enim sidus

est, stellis constans sex et quinquaginta lucidissimis: pingitur accinctus gladio, et clavam intendens. Unde cum mari navigantibus oritur, videtur mare medium secare: mox humeris, deinde toto corpore, e fluctibus emergens. Sic quoque in terra degentibus videtur ex horizonte ad summum usque cælum pertingere. *Ornus* arbor, clava est, qua instructus pingitur. *Ornus* arbor, fraxinus sylvestris. *Nereus*, marinum numen,

Cum pedes incedit medii per maxima Nerei  
 Stagna viam scindens, humero supereminet undas; 765  
 Aut, summis referens annosam montibus ornum,  
 Ingrediturque solo et caput inter nubila condit:  
 Talis se vastis infert Mezentius armis.  
 Huic contra Æneas, speculatus in agmine longo,  
 Obvius ire parat. Manet imperterritus ille, 770  
 Hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat;  
 Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastæ:  
 Dextra, mihi Deus, et telum, quod missile libro,  
 Nunc adsint; voveo prædonis corpore raptis  
 Indutum spoliis ipsum te, Lause, tropæum 775  
 Æneæ. Dixit; stridentemque eminus hastam  
 Injicit; illa volans clypeo est excussa, proculque

*graditur pedes, aperiens sibi iter per vasta stagna medii Nerei; aut quando reportans antiquam ornum e summis montibus, ambulat in terra, et tegit caput inter nubes. Talis Mezentius immittit se magnis armis. Ex adverso Æneas, conspicatus dum in longa turba, parat ire obviam illi. Ille stat intrepidus, expectans generosum hostem, et immotus est sua proceritate: et mensus spatium, quantum suffiebat hastæ, ait: Nunc dextera, quæ mihi Deus est; et hasta, quam vibro volatilem, auxiliatur mihi. Voveo, o Lause, te fore trophæum ipsum Æneæ, vestitum spoliis detractis e corpore raptoris. Sic ait, et procul evibravit hastam sonantem: illa*

~~~~~

(pro tam magnus) se infert.—764. Dum p. Leid.—765. numero Gud. unda Goth. sec.—766. At simul infrendens annosum ed. pr.—767. solum pro var. lect. pr. Hamb. et Goth. tert. Vide modo v. 763. intra sec. Hamb.—769. Hunc contra Medic. et Leid. et Dorvill. a m. sec. Hinc Ven. Tunc Sprot. agmine magno pr. Hamb.—773. Interpungo: Dextra, mihi Deus, et telum.... adsint! ne accipiatur: dextra mihi Deus est, et telum. Tum in telum Ven. vibro Oblongus Pierii.—774. Huc Hugen., ut Ecl. II, 45 et al. assis Erf.—775. Inductum Leid. triumphum Bigot. et pro var. lect. pr. Hamb., natum ex scriptura vitiosa trophæum. Sed volebat Mezentius Lausum induere armis Æneæ, ut in tropæo truncus armis indni solet.—777. Injicit Heins. e Gudianò refinxit: pro vulgato: Jecit, at. Turbatur fere in libris: in aliis Jecit: illa, sicque in Medic. et a sec. m. at insertum. Jacit Voss. pr. Conjicit Parrhas. et Montalb. Ejecit Mentel. pr. Injicit pr. Hamb. Tum clypeoque

NOTE

Ecl. VI. 35. *Nerei stagna*: humilior expressio maris, quam auget addendo, *maxima*: ut Æn. I. 122. 'nantes in gurgite vasto.'

773 *Dextra, mihi Deus*] Nam ubique *Contentor Divum Mezentius*: Æn. VII. 648.

775 *Ipsam te, Lause, tropæum, &c.*]

Solent victores truncum arboris eligere, quem spoliis onerent; idque tropæum appellant. Mezentius vovet, non truncum arboris, sed Lausum ipsum filium suum tropæi loco sibi futurum: id est, se daturum, et quasi consecraturum filio spolia Æneæ.

Egregium Antoren latus inter et ilia figit :
 Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis
 Hæserat Evandro, atque Italæ consederat urbe. 780
 Sternitur infelix alieno vulnere, coelumque
 Aspicit, et dulces moriens reminiscitur Argos.
 Tum pius Æneas hastam jacit : illa per orbem
 Ære cavum triplici, per lineæ terga, tribusque
 Transiit intextum tauris opus, imaque sedit 785
 Inguine ; sed vires haud pertulit. Ocyus ense
 Æneas, viso Tyrrheni sanguine lætus,
 Eripit a femine, et trepidanti fervidus instat.

*autem volans detorta est e clypeo Æneæ, et longe confodit inter ilia et latus illius-
 trem Anthorem : Anthorem socium Herculis, qui profectus Argis adhæserat Evan-
 dro, et remanserat in urbe Italæ. Miser depicitur aliena plaga, et spectat cælum,
 et moriens recordatur dilectos Argos. Tunc pius Æneas immittit hastam : illa
 pervadit per clypeum cavum trino ære, per telas lineas, et opus clypei compactum
 tribus coriis tauri : et summa sui parte stetit in inguine ; sed non tulit vim suam
 eo usque. Statim Æneas, gaudens conspecto sanguine regis Etrusci, educit gla-*

~~~~~

quatuor Burm. expulso Zulich. et alter Menag.—778. Antorem Servius,  
 Valerius Probus, et Agræcius, Grammatici jam satis monuerunt esse ab  
 Antores. 'Ανθρῶς, ut Διῶνς : unde tamen melius fieret Antoren. Corrap-  
 telas vid. ap. Pier. et Burm. Antoren dedit ex ed. pr. Cuningham., idque  
 secutus sum. Apud Cerdam Alciatus Parerg. vii, 16 Antonem legebat, quia  
 Plutarchus Antonius originem et nomen ab Antone Herculis filia trahere  
 dixit (in Vita Anton. pag. 917 C.) *fixit* Goth. sec., sicque Agræcius de  
 Orthographia laudat.—779. *jussus* ab Franc.—780. *considerat* Gud. a m. pr.  
 et tert. Mentel.—782. *moriens dulces* aliquot Heins.—783. *At p.* pr. Hamb.  
 a m. sec. et Bigot. cum Goth. tert. et per Leid.—784. *Ære cavo* Rom.  
*ter lineæ* idem. *lignea* nonnulli ap. Pier., tum Sprot. pr. Hamb. et pr. Moret.,  
 ac pro var. lect. Zulich. cum ed. pr., idque Catrens perperam secutus.—  
 785. *inque* Colot., indocte ex interpretamento. *sedit* in marg. ed. Sylburg.  
 ap. Burm.—788. *femine* Carisius et plerique codd. Pier. et Heins., itaque

#### NOTE

778 *Antoren*] Non ab *Antor*, *Antoris* : brevis enim esset media syllaba : ut in *Hector*, *Hectoris* ; *Nestor*, *Nestoris*. Igitur ab *Antores*, ut *Diores* : unde *Antoren*, sicut *Dioren*, Æn. xii. 509. Ita Servius. De *Argis*, urbe Peloponnesi, Æn. i. 288. De *Hercule*, apud Evandrum excepto, Æn. viii. 200.

780 *Italæ urbe*] *Pallanteo*, Evandri regia, Æn. viii. 51.

784 *Lineæ terga*] Supra 482. *Ferri*

*terga* : id est, plexus varios. *Lino* autem, sive *linteo*, tegebantur ærea etiam scuta, ut iis inhærere pictura posset : ex Servio. De *inguine*, supra 589.

788 *Femine*] *Femen* et *femur*, promiscue sumuntur : tamen proprie *femen*, pars est interior ; *femur*, exterior. Aliant aliqui solum dici *femur*, in nominativo : cujus genitivus at *femoris* vel *feminis*.

Ingemuit cari graviter genitoris amore,  
 Ut vidit, Lausus; lacrymæque per ora volutæ. 796  
 Hic mortis duræ casum, tuæque optima facta,  
 Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,  
 Non equidem, nec te, juvenis memorande, silebo.  
 Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus  
 Cedebat, clypeoque inimicum hastile trahebat. 795  
 Prorupit juvenis, seseque immiscuit armis;  
 Jamque assurgentis dextra plagamque ferentis  
 Æneæ subiit mucronem, ipsumque morando  
 Sustinuit; socii magno clamore sequuntur:  
 Dum genitor nati parma protectus abiret; 800

*dium a femore, et ardens imminet turbato. Lausus, cum id conspexit, alte ingemuit ex amore in dilectum patrem, et lacrymæ sparsæ sunt per vultum. Sane, si aliqua posteritas datura est fidem tanto facto, non hic tacebo exitum asperæ mortis, et tua fortia gesta; nec te ipsum, o celebrande juvenis. Ille retro ferens græsum, et debilis, et impeditus, recedebat, et trahebat cum clypeo hastam hostilem; juvenis irruit, et se interposuit armis, et objecit se cupidi Æneæ attollentis dextram, et inferentis vulnus, et ipsum sustinuit retardando: socii adjuvant ingenti clamore,*

ab Heinsio receptum, quem vide. Alii cum Goth. sec. et tert. *femore*, quod Priscianus agnoscit. Conf. ad Tibull. 1, 9, 26. in *femine* Goth. pr.—789. *graviter cari* Dorvill.—790. *volutant* tres Heins. et duo Burm. cum Erf. *solutæ* Bigot. et Goth. tert.—791. *optima facta* erunt fortia: sicque libri constanter. At apud Servium alii: *tuæque, optime, facta*; quod placere potest, Ge. Fabricio quoque et Cuninghamo iudicibus: sicque Goth. sec., etsi e recentissimis, et, quod mireris Heinsio non observatum, a m. sec. Medicis. Unde Jul. Sabinus Apronianum ita legere tradidit. Obstat tamen, quod bene vidit Brunck., quod additum jam est, *juvenis memorande. fata* pr. Voss. cum eodem Goth., nec hoc male; ut alias fata et casum jungit poeta.—792. Videtur ex Servianis laciniis colligi posse, lectum olim fuisse *Si qua fides*. An versum male expletum arbitramur, ut nunc est? *est* deest pr. Hamb. et parti Pier. codd.—793. *Non equidem*, sic interpunxi: nam partes sententiæ hæ: *Non equidem silebo hic mortis duræ casum—nec te, m. j.—794. atque ligatus* tres Burm. cum Goth. tert.—796. *Prorupit* Heins. e Romano adoptaverat: is vero *Prorupit* habet, et hoc recte, nam sequitur *immiscuit*; hoc igitur nunc emendavimus. Vulgo: *Prorupit*, quod fugientis est, non in pugnam prodeuntis.—797. *dextræ* vulgg. cum Servio ante Heins., qui e Medic. Gud. et pro div. lect. Hamb. pr. (adde Goth. tert.) reposuit *dextra*, ut sit *assurgere dextra*, ad ictum insurgere manu elevata. In Rom. erat *dextrum*, minus concinne.—798. *subigit* Medic. *morantem* Serv. ad vii, 161.—799. *magno socii* Goth. tert.—801. *perturbant* Medic. Parrhas. ed.

# NOTÆ

- 794 *Inque ligatus, &c.*] Æneæ hastili, per clypeum in inguen impacto, cum ipso clypeo quasi illigatus. ex Romano apud Pierium codice: alias *prorupit*.  
 800 *Parma*] Brevis clypeus, rotundus, et undique *per*: *velitum* apud

Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hostem  
Missilibus. Furit Æneas, tectusque tenet se.

Ac velut, effusa si quando grandine nimbi

Præcipitant, omnis campis diffugit arator,

Omnis et agricola; et tuta latet arce viator,

805

Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,

Dum pluit in terris; ut possint, Sole reducto,

Exercere diem: sic obrutus undique telis

Æneas nubem belli, dum detonet, omnem

*dum pater excederet tectus parma filii: et evibrant spicula, et longe propelbant hostem jaculis: Æneas sævit, et continet se tectus clypeo. Et quemadmodum, si aliquando nubes ruunt effusa grandine, omnis arator et omnis agricola fugit ex agris, et viator addit se sub aggere securo, aut sub crepidine fluxii, aut sub cavo rupis arduæ, dum pluit; ut possint Sole revocato operari per diem in terris: sic Æneas obrutus undequaque spiculis, sustinet omnem nubem armorum, donec cesset*

\*\*\*\*\*

Mediol. et Ven., perpetua variatione. In Ven. etiam *que deest*.—802. *clypeoque tenet se* alter Hamb.—803. *effusi* Zulich. cum Goth. tert. *effuso* Oudart. *effusam* Franc.—805. *et ante tuta* abest vet. edd. codd. Ge. Fabricii, qui sublatum volebat; et sustulit Cuningham., sed numeris versus debilitatis; tum *tuta....arte* Medic. cum plerisque Heins. ac Parrhas., quod illi placebat. Sic quoque Rom. Suus tamen quemque sensus docebit facile *arce* præstare, nec debuisse poëtam aliter dicere, cum, genere posito, mox duas formas ac species subjiciat: cavum ripæ vel antrum; solent autem poëtae generi posito subjicere formam: v. c. inf. lib. xii, 522 *Arctem in sylvam et virgulta sonantia lauro*. Et sic sexcenties. *tute* Dorvill.—807. *Dum pluit*; sic etiam Servius distinguere jussit, ne archaismus existeret: *Dum pluit in terris*: pro in terras. Vix tamen magna sensus subtilitate opus est, ut aliquis percipiat hanc interpunctionem esse unice probandam: primum quod Virgilius doctrinæ causa antiquiorem formam prætulisse videri debet, præeunte Lucretio lib. vi, 630 *Cum pluit in terris et venti nubila portant*: etsi illa forma non tam antiquior quam exquisitior dicenda erat; tum vero, quod ex altera interpunctione friget totus locus: quam enim vim habet *in terris* in hac sententia: *in terris ut possint, sole reducto, Exercere diem*? Edd. variant. Porro in terras ed. pr. Burm. *ut possit* Medic. a m. pr. cum aliquot aliis; sic quoque, quod mireris, itidem a m. pr. Romanus. Etiam Goth. pr.—809. Vett. edd. quas vidimus omnes: *nubem belli dum detinet, omnes vel omnes sustinet*. Primum in Ald. tert. emendatum a Nangerio *nubem belli, dum detonet, omnis Sustinet*, et ex eo aliæ; et aliæ adhæserunt priori. *detonet*, unus in marg. ed. 1544 occurrere video. Pierius tanquam inauditam lectionem e cod. Romano protulit *belli, dum detonet, omnem Sustinet*, quæ deinde in edd. saltem Steph. recepta est: quandoquidem etiam Ge.

#### NOTE

Romanos ob levitatem proprias, Æn. ix. 548. unde infra 817. *Parmam levia arma*.

809 *Nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet*] Ita Pierius legit, ex vetustissimo Romano codice: cum vulgo cor-

rupte legatur: *nubem belli dum detinet, omnes Sustinet*. Firmat Romanam lectionem Servius cum sic interpretatur: *Bellantum impetum sustinet, dum deferreat*.

Sustinet, et Lausum increpitat, Lausoque minatur : 810  
 Quo moriture ruis, majoraque viribus audes ?  
 Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille  
 Exultat demens ; sævæ jamque altius iræ  
 Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso  
 Parcæ fila legunt : validum namque exigit ensem 815  
 Per medium Æneas juvenem, totumque recondit ;  
 Transiit et parmam mucro, levia arma minacis,

*tonare : et objurgat Lausum, et comminatur Lauso : quo curris, o moriture, et cur suacipis majora viribus ? pietas tua decipit te improvidum. Ille nihilominus insanus gaudet : et jam furor asper gravius exardescit duci Trojano, et Parcæ colligunt ultima fila Lauso. Nam Æneas immittit validum ensem in medium juvenem, et abdit totum : cuspis trajecit quoque parmam, levem armaturam minacis juvenis, et*

\*\*\*\*\*

Fabricius sic ex suo Pseudo-Donato et libris vetustis, quos nec denominat, scribere jussit. *detonet* etiam Servius legerat : eamque lectionem Heinsius firmavit, et ante enim, monente Burmanno, Schottus Obs. II, 2. Sed Rom. Cod. lectionem Pierius parum diligenter exhibuit : nam legitur in eo, ut in Aldina expressum, *nubem belli dum detonet omnis Sustinet*. Iterum eandem hanc lectionem e Palatino excusam video in ed. Commelin. et hinc in Pulman., nec alludit Voss. pr. *dum detonat omnis*. Scilicet distinctione mutata tenere nos veram lectionem nullus dubito : *nubem belli, dum detonet omnis, Sustinet*. Codd. omnes inde a Mediceo vitiosam edd. priorum vulgarum lectionem retinent ; nisi quod Zulich. pro var. lect. *dum detinet atque*, et Exc. Burm. *dum retinet omnis*.—812. *Fallet* Gud. a m. pr. *Fallit et in tantum p. l. nec unius illa Exultat* inepte Franc.—813. *Exultans* Medic. a m. sec. Mox *que* abest Franc.—815. *jamque* Goth. sec.—817. *Transiit* edd. vett. ap. Pier. et codd. pars ; sed Rom. Oblong., tum Medic. et alii Heins. *Transiit*, quod lectum inde a Naugerio. Heinsio tamen alterum se probabat, quia jam v. 785 præcesserat de hasta : *Transiit intextum tauris opus*. Non assentiar. *Transiit* proprie dictum ; et sic δῖηλθε, ut passim apud Homerum. *media arma* Rom., minus bene. *minantis* quidam Pier. et Ven., sed Rom. *minaci*, hoc elegantius ; ut solet poëta tertium pro secundo casu ponere : et recepisse id video Cuninghamum. Ceterum in ed. Burm. erat distinctum : *Transiit et parmam mucro, levia arma, minacis*. Scilicet Servium secutus est, qui perperam h. l. monet : *minacis autem non Lausi, sed Æneæ*. Immo vero Lausi, cujus, cum tam minaciter in Æneam insurrexisset, nimis levia hand dubie arma erant parma. Hoc quoque Cerdam secutum video. Ornavit autem Maro Homerica Iliad. T. 470. Ceterum quatuor hos versus 817....820 damnat vir doctus tanquam a re et consilio poëtæ alienos, et infringentes vim et impetum reliquorum : exacto enim jam per medium corpus ense nunc subijci : etiam parmam et tunicam esse ense perforatam : quod sane ridiculum et puerile. Vide tamen, an male se sententiæ habeant, si ita eas constitueris : *exigit Æneas ensem per medium Lausum : etenim transierat ensis parmam et tunicam, et in pectus penetraverat*. Scilicet *Transiit* et non est etiam, sed *recondit, et transiit*, vel *jungenda et parmam et tunicam* ; tum deficit particula *Nam* ; est enim quod vulgo diceret : *nam transiit*. Consentaneum autem erat, ut poëta vulnere et mortu describendæ immoraretur, cujus tanta vis erat ad

#### NOTÆ

815 *Parcæ*] Tres, quæ fasces hominum sortes evolvunt, Æn. I. 26.



Et tunicam, molli mater quam neverat auro ;  
 Implevitque sinum sanguis : tum vita per auras  
 Concessit mœsta ad Manes, corpusque reliquit. 820  
 At vero ut vultum vidit morientis et ora,  
 Ora modis Anchisiades pallentia miris ;  
 Ingemuit miserans graviter, dextramque tetendit ;  
 Et mentem patriæ strinxit pietatis imago.  
 Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, 825  
 Quid pius Æneas tanta dabit indole dignum ?  
 Arma, quibus lætatus, habe tua : teque parentum

*tunicam quam mater neverat auro flexili : et cruor replevit sinum : tunc vita tristis abiit per aërem ad Inferos, et deseruit corpus. At vero cum filius Anchisæ vidit faciem et ora morientis, ora pallentia miris modis ; ingemuit graviter miserescens, et porrexit dextram, et specimen illud pietatis in parentem penetravit animum. O puer infelix, quid nunc pro istis meritis, quid pius Æneas dabit tibi dignum tanta virtute ? Retine arma tua, quibus gaudebas : et te reddo umbris parentum et*

\*\*\*\*\*

animum Æneæ miseratione movendum.—818. *niverat* Rom.—819. *sinus* a m. pr. Medic. et Gud. cum aliis Heins. (adde Goth. tert. et Erf.), sicque Macrob. et Schol. Juvenal. apud Heins., atque hoc ipsum Heinsius dederat ; quod, nil monens, mutavit Burmannus.—820. *Cum cessit et relinquit* Franc. et Dorvill. *Discessit* Goth. sec.—821. Lenius foret : *Ut vero vultum*.—823. *graviter miserans* pars Pier., tum Medic. alter Mentel. et Ven. cum Goth. tert. Burman. notat ex v. 789 patere, *graviter* ad *ingemuit* referendum.—824. *subiit* ante Heins., qui ex Colot. Medic. et utroque Rottend. reposuit *strinxit*, etsi supra IX, 294 idem hemistichium cum ipsa voce *strinxit* præcesserat, in quo sibi parum constare videtur, cum variare talia poetam alibi contenderit ; per se utrumque bonum est. *stringit* tert. Moret. *subit* Rom. familiæ ductor, in qua etiam Goth. sec. et tert. sunt.—827. *parentum* scribunt bini Goth. et plures puto codd. *teque parentum* Ven., quod alicui, qui novas lectiones aucupatur, probare se potest : *te peremptum* remitto (sc. ad sepulturam), *si qua ea cura est Manibus et cineri*, h. si modo Manes et cinis tale quid curant : sc. quod te remitto : quod jejunum est ; nec remitti corpus satis erat, verum *sepeliendum* mitti ; cineris vero notio a recenti cadē erat aliena. Hoc idem adversatur conjecturæ Jo. Schraderi : *teque parenti* (*Manibus et cineri si qua est ea cura*) remitto. Aliter res se habebat IV, 34 *Id cinerem aut Manes credis curare sepultos* ? de Sychæo dudum sepulto. Præstat vulgaris lectio : *te remitto parentum Manibus et cineri*, h. ad sepulcrum patrum, ut inf. XI, 688 *nomen tamen haud leve patrum Manibus hoc referes, telo cecidisse Camilla*. Tenent tamen interpretem verba adjecta : *si qua est ea cura : cuienam ? num tibi ? an Manibus et cineri parentum ? an universe, modo est qui id curet, qui te inferendum curet : ut additum forte sit propterea, quod patria cum patre exulabat Lausus*. Sed illa forma : *si qua, si modo* poetis, græcorum more, *si forte*, non semper est conditionalis, sed interdum causalis, pro, *ut* : potest adeo omnino accipi, ac curandum, ut funus tuum curetur.—

#### NOTÆ

818 *Tunicam*] De ea veste interiore,  
 Æn. IX. 616.

820 *Manes*] Inferorum Dii sunt,  
 vel animæ mortuorum, Æn. VI. 743.

Manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem;

Æneæ magni dextra cadis. Increpat ultro

830

Cunctantes socios, et terra subleuat ipsum,

Sanguine turpantem comtos de more capillos.

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam

Vulnera siccabat lymphis, corpusque levabat

Arboris acclinis trunco. Procul ærea ramis

835

Dependet galea, et prato gravia arma quiescunt.

*sepulcro, si qua ratione id curas. Tamen, o miser, solaberis necem infaustam ea re: moreris manu ingentis Æneæ. Ultro excitat socios morantes, et erigit e terra illum fœdantem cruere crines de more compositos. Interim pater ejus, ad undas Tybris fluvii, tergebat aquis plagam, et curabat corpus admixtus trunco arboris: ærea cassis longe pendet e ramis, et onerosa arma jacent in prato. Juvenes præ-*

~~~~~

831. *Cunctatos* Hamb. sec.—832. *turbantem* Zulich. *turpantem* *pulvere* *crines* *landat* Schol. Cruqu. Horatii iv Od. 13, confundens monente Burmanno alterum locum lib. xii, 99.—833. *undas* etiam hic sec. Rottend. Bigot.—834. *lavabat* Medic. Rom. et alii Pier. et Heins., ac Goth. tert., etiam vett. edd. multæ: tñque præferebat Cerda. Est tamen otiosum hoc *corpus lavabat*; accommodatus alterum: *levabat acclinis*: est ornatè dictum pro acclinabat. Si altera lectio defendenda est, sequi necesse est Cod. Paris., qui distinguebat: *Vulnera siccabat: lymphis corpusque levabat*, et a m. sec. *lavabat*. Recte tamen monet Burm. *siccabat lymphis* non esse divellendum, Statii i Theb. 527 imitationem docere: *siccatis vulnera lymphis*. Saltem inde discimus, Statium non aliter in Marone interpunxisse ac nos.—835. *acclivis* et *acclivus* plerique codd. et vett. edd., et fuerunt adeo viri docti, Valesius et Cerda, qui vitiosam lectionem defenderent. *acclinis* vel *adclinis* meliores, Rom. Medic. et alii, cum Servio; nisi quod Mentel. alter ac Scheffer. cum Regio ac Paris. *adclinus*, quod arridebat Heinsio et receptum Cuninghamo. Depravate *admixus* Ven. *obmixus* Dorvill. Porro *ænea* Hugen. In fine *ramo* Rom. et Serv. ad Ecl. vi, 16.—836. *Dum pendet* Dorvill. et abest Zulich.—837. *Stant circum*

NOTE

832 *De more*] Juvenum: qui, ut et mulieres, capillos certa lege componebant, ut videre est in antiquis statu-
tis. De Tiberino fluvio, Æn. viii. 330.

835 *Acclinis*] Vulgo *acclivis*: sed emendant Turnebus, Lambinus, Casaubonus, &c. ut et *reclinis* pro *reclivis*: a voce antiqua et Lucretiana, *clino*. Cæsar de bello Gal. l. vi. 'His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicant: atque ita paulummodo acclinatæ quietem capiunt.' Dicitur tamen *proclivis*, non *proclinis*:

a *clivo*, quæ inclinatio est et devexitas montis. Ego existimo: sicut *clivus* a *clino* dictus est, quod apud omnes constat; ita potuisse dici *acclivis* et *reclivis*, etiamsi a *clino* deriventur.

Procul] Servius aliique hinc probant, *procul*, significare *juxta*: itemque ex illo, Ecl. vi. 16. 'Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.' Ego in eam opinionem adduci non possum: et puto, *procul*, non quidem longam semper distantiam; sed aliquam saltem significare.

Stant lecti circum juvenes; ipse æger, anhelans,
 Colla fovet, fusus propexam in pectore barbam;
 Multa super Lauso rogitat, multumque remittit,
 Qui revocent, mœstique ferant mandata parentis. 840
 At Lausum socii exanimem super arma ferebant
 Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.
 Agnovit longe gemitum præsaga mali mens.
 Canitiem multo deformat pulvere, et ambas
 Ad cœlum tendit palmas, et corpore inhæret. 845
 Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
 Ut pro me hostili paterer succedere dextræ,
 Quem genui? Tuane hæc genitor per vulnera servor,
 Morte tua vivens? Heu, nunc misero mihi demum
 Exilium infelix! nunc alte vulnus adactum! 850

cupi circumstant: ipse saucius, anhelans, sustentat collum, deponens in pectus barbam promissam: quærit plurima de Lauso; et mittit plurimos qui retrahant eum, et portent ei jussa patris. Sed socii plorantes portabant in clypeo Lausum mortuum, magnum, et magna plaga occisum. Mens patris præsagens calamitatem agnovit procul lamenta: deturpat canos crines sædo pulvere, tollit ad cœlum geminas palmas, et incumbit cadaveri: O fili, an tanta cupido vita corripuit me, ut paterer eum quem genui supponi pro me dextera inimica? an ego pater servor per has plagas tuas, tuam vitæ per mortem? heu! nunc denique mihi misero durum est

lecti proceres aliquot Pier. Stant lecti Dorvill. a m. pr. atque ipse æger idem. anhelus Zulich.—838. propexam Rom. perpexam, perpassam vitia codd. et edd. in corpore Gud.—839. rogicans Gud. Leid. multumque remittit, haud dubie doctius, Rom. et Medic. cum Gud. pr. Mentel. et ceteris præstantioribus: itaque recte receperat Heinsius. Excidit tamen et hoc Burmanni recensione et iterum illatum vulgare multosque.—840. ferent Exc. Burm. et Franc. responsa Leid.—841. exanimem Heins. e scriptis revocavit; vulgo exanimem. v. ad rv Æn. 8. exanimem socii Parrhas. et Dorvill.—843. Agnoscit alter Hamb.—844. multo Helms. secundum Pierium reduxit, ob codd. consensum, et Macrobr. iv, 3, tum quoque variasse dicendus est poëta id, quod lib. xii, 611 retractavit: Canitiem immundo perfusam pulvere turpans; unde in recentiores (etiam Goth. sec.) et in edd. h. l. venit: immundo deformat pulvere.—845. corpori alter Menag. Moret. sec. et a m. pr. Zulich., quod vulgarius esset; nunc hæret in corpore.—846. voluntas etiam hic aliquot Burm. cum pr. et tert. Goth.—847. succumbere vett. codd. Prisciani lib. xvi cum Erf.—849. M. t. juvenis Zulich. et pro var. lect. pr. Hamb.—850. Exitium cum Ald. pr. plerique Pier., etiam Rom., tum Medic. et ceteri fere omnes. Etiam hoc est exemplum consensus codicum, emendationis veritate inferioris. Etsi enim adjuvari potest ea lectio interpunctione: nunc misero mihi demum Exitium! infelix! nunc alte vulnus

NOTÆ

849 *Heu, nunc misero mihi, &c.*] Non me movit huc usque, aut ignominia exilii, aut dolor inflicti ab Ænea vul-

neris; quamdiu te ultorem superare putavi: nunc, &c.

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
 Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.
 Debueram patriæ poenas odiisque meorum :
 Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem !
 Nunc vivo ! neque adhuc homines lucemque relinquo ! 855
 Sed linquam. Simul hoc dicens attollit in ægrum
 Se femur ; et, quanquam vis alto vulnere tardat,
 Haud dejectus, equum duci jubet. Hoc decus illi,
 Hoc solamen erat ; bellis hoc victor abibat

exilium, nunc plaga intime inflicta est ! Ego, o fili, ipse infeci scelere tuum nomen, ejectus solio et regno paterno propter cupiditatem meam. Debebam poenas patriæ, et debebam ipse dare animam sceleratam indignationi meorum subditorum per omnia genera mortis. Nunc vivo, nec adhuc relinquo vitam et homines : at relinquam. Hæc proferens, simul erigit se in femur saucium : et quamvis violentia profundi vulneris retardet eum, non fructus imperat adduci equum : hoc erat illi ornamentum, hoc solatium ; per hunc exibat victor ex omnibus præliis : alloquitur

~~~~~

*adactum, at tamen exilium, quod pleræque vett. edd. habent, et Naugerius intulit, verum est ; hoc enim primum erat, quod in Mezentii fortuna poetæ animo occurrere poterat. Sunt autem codd., qui tueantur, Gud. a. m. pr. pro div. lect. Rottend. Leid. et sec. Menag. cum Goth. pr. nunc autem volnus Dorvill.—851. violaci Lutat. ad Stat. III Theb. 607.—852. Pulsus ob invidiam regno idem Lutat. ibid. ex lib. XI, 539, nisi et hic, inquit Burm., regno legit pro solio. Versus huius cum sqq. sententia distinctione mutata aliter procedit ; potest enim et sic interpungi :*

*Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen.  
 Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis,  
 Debueram patriæ poenas odiisque meorum.  
 Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem !  
 Nunc vivo.*

*h. Utinam, ut fas erat, omnibus suppliciis animam efflasset ego, te super-  
 stite ! Nunc vivo. Sentio tamen desiderari sic in primo versu criminis rationem et causam : quæ in vulgari interpunctione bene subjecta est.—853. odiisque malorum Montalb.—854. dedisse aliquot Pier., perperam.—855. homines vitamque Sprot.—856. hoc e scriptorum consensu Heins. pro vulgari hæc. his dictis Parrhas.—857. Primum, pro vis, passim in codd. sese alto vel alto sese, vel quamvis alto se : ex interpolatione indoctorum hominum. Tum vero vis tardet Medic. a. m. sec. et a pr. Gud., cumque iis tardet plerique codd. et edd. vett. Forma tamen verbi : tardeo, ere, alibi vix occurrit. vis ...tardat Rom. et al., it. Goth. pr., recte : quod Heins. interpretatur : tardat se, tardatur ; cf. sup. ad Æn. II, 208. Potest tamen commode vis tardat accipi, solito poetarum more, pro virium defectus tardat. Servius aliter reddidit : alti vulneris violentia ; ut adeo doloris notio adjuncta sit. Cerda legisse videtur : vis alto vulnere tarda.—858. Haud dejectus, animo dejecto.—859. erit Gud., solenni errore. Heinisius tamen suspicatur fuisse : Hoc solamen heri ; eleganter, sed nulla cum fide. hoc victor obibat a. m. pr. idem Gud. habebat*

#### NOTÆ

852 Ob invidiam] Non, ob odia : ne merito expulsus esse videatur : inquit Servius. Male : cum profiteatur se criminis reum debere poenas patriæ.

Fortasse ob invidiam dicit, non subditorum in se, sed suam in subditos : id est, cupiditatem, avaritiam, immanitatem.

Omnibus. Alloquitur moerentem, et talibus infit : 860  
 Rhoebe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est)  
 Viximus. Aut hodie victor spolia illa cruenta  
 Et caput Æneæ referes, Lausique dolorum  
 Ultor eris mecum ; aut, aperit si nulla viam vis,  
 Occumbes pariter. Neque enim, fortissime, credo 865  
 Jussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.  
 Dixit, et exceptus tergo consueta locavit  
 Membra, manusque ambas jaculis oneravit acutis ;  
 Ære caput fulgens, cristaque hirsutus equina.  
 Sic cursum in medios rapidus dedit. Æstuat ingens 870  
 Uno in corde pudor mixtoque insania luctu,

*maestum equum, et affatur talibus verbis: Rhæbe, diu viximus, si ulla res diu durat hominibus: vel hodie victor reportabis spolia illa sanguinea et caput Æneæ, et mecum eris ultor mortis Lausi; vel, si nullus impetus pandit mihi viam ad ultionem, cades simul. Opinor enim, o fortissime, dedignaberis ferre imperia exterarum, et Trojanos dominos. Sic ait: et exceptus dorso, composuit corpus assuetum huic equo: et armavit binas manus telis acutis: splendens ærea casside secundum caput, et horrens crista e júbis equinis. Sic præceps cepit cursum per medios. Pudor magnus ardet in corde intimo, et amentia juncta cum dolore, et amor turbatus*

Montalb. cf. ad XII, 17.—860. *ac talia fatur aliquot Pier., inter quos Rom.*—861. *Rhæbe* Heins. e codd. pro vulgari: *Phæbe*. Apud Maerob. iv, 6 *Rhæbe*. An dicendum: *ῥοῖβον* pro *ῥοῖβδον* dictum fuisse? *Rhæbus*, *ῥαῖβος*, quod in Rom. est, *συνορπακτέοντος ῥοῖβος ῥάβας* significaret. *mortalibus agris* pr. Moret., quod Maroni, et hinc librario, familiare. *ultra est Rom. usquam est Erf.*—862. *cruenti* Hugon.—863. *Ut c. A. Gud. Lausique laborum tert.* Moret. At Regius: *dolorem. Ultor.*—865. *Occumbens* a m. pr. Gud., tam Ven. et sec. Rottend. cum Goth. sec.—867. *acceptus* Exc. Burm. *in tergo acceptus* Goth. sec. *assueta* pr.—870. *Sic cursu in m. r. redit Rom.*, quod et ipsum bonum.—871. *Uno in corde* nec ineleganter multi ap. Pier. et vetustiores Heinsii cum Goth. pr., qua de causa hic recepit pro vulgari: *Imo in corde*, quod Pierius præferebat. Deseruit Heins. et hic placitum suum, dum variare poetam similia bis in carmen illata contendebat. Jam autem inf. XII, 667 est *Uno in corde*. Habuit tamen hoc Servius quoque in suo; et facilis lapsus inter duo: *imus* et *unus* multis exemplis constat. *Una in corde* Moret. sec. et Gud. cum Goth. sec. Revocavit imo Wakef. Tum dolor vetustiores Heinsii cum Mediceo Pierii. Romanus tamen cum Mediceo Foggini in *pudor* consentiunt, cumque his ceteri: erit *pudor* ex eo, quod filium pro se cadere passus est. In aliis Pier. *puer*, et in Sprot. *puer vel pavor*. Ad meum sensum præfe-

## NOTE

861 *Rhæbe, diu, &c.*] Carpitur hic a quibusdam Virgiliis, quod Mezentium indicat se cum equo componentem. Ducem tamen habet Homerum II.

VIII. 185. ubi Hector equas item suos, Xanthum, Podargum, Æthona, et Lampum adhortatur.

\* Et Furiis agitatus amor, et conscia virtus : \*

Atque hic Æneam magna ter voce vocavit.

Æneas agnovit enim, lætusque precatur :

Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo,

875

Incipias conferre manum.

Tantum effatus, et infesta subit obvius hasta.

Ille autem : Quid me, erepto, sævissime, nato,

Terres ? hæc via sola fuit, qua perdere posses.

Nec mortem horremus, nec Divum parcimus ulli.

880

*furore, et fortitudo sua sibi cognita. Tunc vero appellavit Æneam ter alta voce. Æneas agnovit eum, et gaudens orat Deos : Sic pater ille Deorum, sic magnus Apollo efficiat, ut incipias conacere manum mecum. Hoc solum locutus est, et occurrit adversus minaci hasta. Ille autem Mezentius ait : O crudelissime, cur me territas subitio filio ? unicus fuit ille modus, quo posses me occidere : nec time-*

\*\*\*\*\*

*rare : Æstuat ingens Imo in corde dolor.—873. Versus hand dubie ejiciendus ; nam adversatur loci rationibus ; tum inf. xxi, 608 iterum occurrit ; tandem deest in antiquissimis Rom. Medic. et a m. pr. Gud. At in Menag. legebatur post v. 875. Ejectus est quoque a Cuninghåmo ; et nunc in ed. Parmensi, et a Wakefield.—873. ter magna Dorvill. magna sic ed. Ven. Burm.—874. agnovit enim ex vetustioribus Pierianis et suis (adde ed. pr. Burm. cum Goth. sec. et tert.) præclare dedit Heins. pro vulgari : a. cum. Idem ad illustrandum laudat sup. lib. vi, 317. ix, 340. Ge. ii, 509, sed in illis locis ratio diversa ; nam h. l. enim est pro γὰρ τοι. enimvero.—875. Ut nunc interpungitur, jungenda sunt : Sic...faciat...(ut) incipias. Potest tamen oratio juvari : Sic...Apollo ! (sc. ut tu conferas manum, congrediaris mecum) Incipias conferre manum.—876. Incipies Hugen. manus sec. Rottend. vid. xi, 283. manum mecum Dorvill., et expleto toto versu : manum et mihi jungere pugnam Exc. Burm. Franc. et Goth. alter. Sup. ix, 741 Incipe si qua animo virtus et conacere dextram.—877. subit cominus Franc.—878. o sævissime Zurich.—879. Terreas aliquot Pier. Nunc, cum natus mihi ereptus sit, nihil est, quod me terreat.—880. ulti Goth. tert. Possis aliquid exsculpere ; sed nihili illud*

## NOTE

875 *Sic pater ille, &c.]* Æneæ pietas in invocandis Dñs, quos contra Mezentius negligit : *dextra mihi Deus, &c.* 778. *Sic, &c.* id est : *sic faciat pater Deum, ut incipias, &c.* Est enim in pugna, quæ missilibus peragitur, deterior ejus conditio qui incipit. Vel : *faciat pater Deum, ut sic incipias* : id est, *equus contra peditem*. Nam et si habitus equestris videtur ad impetum pedestri superior : in pedestri tamen magna et multiplex utilitas. Et vero Æneas pedes, confosso equo, equitem deturbavit.

*Delph. et Var. Clas.*

878 *Quid me, erepto, &c.]* Orbatum filio patrem frustra territas : magis enim post illius excessum cupio mori, quam me ipse cupis occidere. Sic Donatus.

879 *Hæc via sola fuit, &c.]* Alia enim via superare non posses : tunc vita mea consumpta est, tunc me cepit odium vitæ ; cum cecidit Lausus, cum ejus funus his oculis vidi. Sic Donatus.

880 *Nec mortem, &c.]* Frustra minaris mortem, quam quæro : frustra Deos invocas, quos contempno, quos

*Virg.*

4 H

Desine. Jam venio moriturus, et hæc tibi porto  
 Dona prius. Dixit, telumque intorsit in hostem ;  
 Inde aliud super atque aliud figitque, volatque  
 Ingenti gyro : sed sustinet aureus umbo.  
 Ter circum astantem lævos equitavit in orbes, 885  
 Tela manu jaciens ; ter secum Troius heros  
 Immanem ærato circumfert tegmine sylvam.  
 Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet  
 Vellere, et urgetur pugna congressus iniqua ;  
 Multa movens animo, jam tandem erumpit, et inter 890

*mus mortem, nec reveremur ullum numen : abstine ab illis : nunc venio moriturus, et prius fero tibi hæc munera. Dixit, et libavit jaculum in hostem : deinde infigit aliud, et præterea aliud, et circuit in magnum orbem : sed clypeus aureus excipit illa. Ter equitavit in sinistros circuitus circa stantem Æneam, spargens manu jacula : ter heros Trojanus secum circumfert magnum numerum jaculorum, in æro clypeo defixum. Denique cum pigeret ducere tot moras, et extrahere tot jacula e clypeo ; et cum premeretur certans prælio impari : meditans mente plurima, tum*

\*\*\*\*\*

est.—881. *Nam venio omnes antiquiores Pier. et Heins. cum Medic. et Rom., etiam aliquot vett. edd. et Schol. Statii Theb. iii, 71. Tuetur tamen alterum Heinsius tanquam elegantius. Stant pro eo pr. Hamb. Moret. qu. Ven. et Goth. alter cum edd. vett. Tum Heins. emendandum esse censet : at hæc ; quod et ipsum elegantius. Sic et Waddelius maluerat apud Burm.—883. figitque volutatque : ita Heins. e Gud. a m. pr., in quo virum ingeniosum exquisitoris lectionis studio auram pro Junone amplexum esse nullus dubito. Nam primum Gudiani librarii lapsus ille est, non lectio : tum post figit importunum est volutat ingenti gyro, quod de hasta librata accipere necesse est, ut volutat sit pro, volvit, rotat. Tandem nemo dicat, quid in vulgata displicere possit, quam omnes codd. vetustiores exhibent : volatque ingenti gyro, quod, suo more, poëta mox disertius et ornatus exponit : ter circum a. etc. In Mediceo, quod non esse animadversum miror, scriptum est : fugitque (etsi a m. sec. mutatum) volatque. Sic et Voss. et vett. edd., uti Ven. 1484. atque hoc mirifice placere potest, ut sit : telumque intorsit in hostem : Inde aliud super atque aliud : fugitque volatque Ingenti gyro. In Ven. erat : aliudque ; fugitque volatque, quod interpolatoris est, qui non viderat præteritum esse tempus poëte in his solenne. In Leid. erat fixitque, ex simili stupore : quia præcesserat : intorsit. figitque tamen librorum consensus tuetur, a quo in his et similibus standum est, quando utraque lectio habet quod probari possit.—884. *cercus umbo Medic. et Gud. vid. sup. ad 271.—885. Tum Franc. circum accersit Goth. tert., ex librarii inscitia.—887. tegmine et pro var. lecti. agmine Gud.—888. transisse Franc. et Goth. tert., indocte. risisse Bigot.—890. cru-**

#### NOTE

probris laceſso ; quibus, ſi adeſſent, minime parcerem.

881 *Hæc tibi porto Dona prius*] Ut, quaſi mutuo munere, me occidas. *Umbo, Æn. II. 646.*

887 *Sylvam*] Magnam telorum multitudinem, inſixam clypeo, Ge. I. 162.

889 *Pugna congressus iniqua*] Pedes Æneas, contra equitem Mezentium.

Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.  
 Tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras  
 Verberat, effusumque equitem super ipse secutus  
 Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.  
 Clamore incendunt cœlum Troësque Latinique. 895  
 Advolat Æneas, vaginaque eripit ensem,  
 Et super hæc : Ubi nunc Mezentius acer, et illa  
 Effera vis animi ? Contra Tyrrhenus, ut auras  
 Suspiciens hausit cœlum, mentemque recepit :  
 Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris ? 900  
 Nullum in cæde nefas ; nec sic ad prælia veni ;

*denique irruit, et impingit hastam inter cava tempora pugnabis equi : equus attollit se rectum, ferit aërem ungulis posterioribus, et ipse cadens super equitem excussum impedit eum, et pronus in caput opprimit projectum humerum. Trojani et Latini commovent cœlum clamore. Æneas accurrit, et extrahit gladium e vagina, et simul hæc dicit : Ubi est jam ferox Mezentius, et aspera illa violentia animi ? Etruscus, postquam aspiciens aërem hausit spiritum et collegit animum, ait contra : Hostis acerbe, cur objurgas me, et intentas necem ? nullum crimen est in mea cæde : nec*

\*\*\*\*\*

*pit tres Burm. intra Ven.—892. arrectus alter Hamb. et Montalb. Mox si scriptum esset, tum calcibus auras, expeditior esset interpretatio. Sed poeta alterum maluit, forte ut celeritatem assequeretur.—894. ejectumque Zulich. dejectoque Gnd. a m. sec. et sec. Mentel.—895. intendunt Goth. sec., quod defendi potest ; vera lectio non est.—897. super hoc ed. pr. Burm. Est : et insuper hæc addit. et illi Hngen.—898. et auras Medic. a m. sec. et alii Pier. et Heins., minus bene, et perpetuo lapsu.—899. Suscipiens sec. Rottend.—901. in prælia Zulich. et Dorvill. venit Medic. a m. pr., ut de Lauso agat,*

# NOTÆ

892 *Tollit se arrectum, &c.*] Videtur primum sublato capite ex dolore vulneris, in posteriores pedes surrexisse : mox contrario motu recidens in anteriores, posterioribus aërem verberasse : quo succussu dejectus est Mezentius : equus in caput cernuus procubuit.

894 *Ejectoque incumbit cernuus armo*] *Cernuus* is dicitur, qui procumbit in faciem ; eam scilicet partem, qua *cernimus*, seu videmus : hinc *cernuare*. Ita vulgo grammatici omnes. *Armus* est humerus, ut quibusdam videtur, brutorum animantium. Tamen hic explicatur de humero Mezentii, quem admodum de humero Herminii, Æn.

xi. 644.

895 *Clamore incendunt cœlum*] Commovent, concitant. Sic Æn. iv. 360. ‘ Desine meque tuis incendere teque querelis.’

900 *Mortemque minaris ? Nullum, &c.*] Quid suspendis ictum, quasi me ad mortem deprecandam invitares ? Potes me occidere : nullum crimen est, si quod hostis tibi parabat, id ipsum huic inferas. Non ad pugnam ea mente redii, ut vincerem ; sed ut morerer. Nec Lausus morte sua fœdus hoc tecum mihi pepigit, ut vitam deinde mihi condonares ; donum quippe respuerem tuum, qui filio superesse nolo.



Nec tecum meus hæc pepigit mihi foedera Lausus.  
 Unum hoc, per, si qua est victis venia hostibus, oro;  
 Corpus humo patiare tegi. Scio acerba meorum  
 Circumstare odia : hunc, oro, defende furorem ; 905  
 Et me consortem nati concede sepulcro.  
 Hæc loquitur, juguloque haud inscius accipit ensem,  
 Undantique animam diffundit in arma cruore.

*sic redii ad prælium, ut mihi parceres ; nec meus Lausus fecit mihi tecum hæc foedera. Hoc solum precor, per veniam quæ datur superatis hostibus, si datur aliqua : patere ut cadaver meum tæneatur humo. Novi aspera odia meorum circumstare me : precor, contine hunc furorem, et redde me tumulo conjunctum cum filio. Hæc dicit, et excipit gladium gutture sciens et videns, et spargit animam cum sanguine exundante in arma.*

~~~~~  
 inquit Heins. Probabilius, librarii lapsu.—902. *foedere* Franc.—903. *veniam* pars codd. Heins.—905. *Circum ambare* Exc. Burm.—907. *Hæc* Franc.—908. *defundit* Gud. a m. pr. et Rom. *diffudit* Goth. alter et tert. in *arma* ed. pr. Burm. et Menag. pr., male. Jungenda sunt : *cruore undanti in arma, thoracem seu clypeum.*

NOTE

905 *Circumstare odia*] De odiis suum, Æn. VIII. 478.
 Etruscorum in Mezentium regem

13
HM

